
BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
7 F
18



TRACTATVS
DE
REMEDIIS

CONTRA PRÆIVDICIALES SENTENTIAS, VEL DAMNOSAS EXECVTIONES,

Quæ ab Aduocatis, causarumque Patronis iuxta praxim opponi solent.

VINCENTIO CAROCCIO
Tudertino Iurisconsulto Clarissimo
AVTHORE.

NVNC PRIMVM IN LVCEM EDITVS, ET AB ANGELO CATALVTIO I. C. eximio, ac eiusdem Authoris Conciue, Summarijs, & multiplici Indice illustratus.

Primò, Remediorum in hoc opere contentorum. Secundò, modi practicandi ipsa remedia. Tertiò, per viam numeri, vbi reperiri possit quodlibet remedium. Quartò, Compendio substantiali totius operis. Item rerum, & materiarum notabilium.

OMNIBVS IVRA PROFITENTIBVS, ET IN FORIS VERSANTIBVS valde vtilis, & necessarius.

CVM PRIVILEGIIS, ET LICENTIA SVPERIORVM.

VENETIIS, Apud Iuntas, MDCXX.

PAVLO QVINTO

PONTIFICI MAXIMO.

MNES fere humanæ actiones, Beatiſſime Pater, eo tendere videntur, petendo, reſpondendo, iudicando, ſeu ſententiando; hinc iurgia, lites, controuerſiæ iudiciales, ad quarum extinctionem, Ciuiles Leges, & Sacri Canones, quamplura inuenerunt Remedia & Exceptiones, per quas Actoris iniqua petitio deſtruitur, Rei cauilloſa, vel realis exceptio detegitur, & Iudicis iniuſta ſententia, vel tollitur, vel moderatur: & ſic ius ſuum vnicuique tribuitur. Scopus totius Philoſophiæ Legalis, & Tui Supremi Principis. Eas Exceptiones in vnum collegi, & quo potui meliori ordine diſpoſui, & Sanctiſſimo Nomini tuo humillime dedico, non iuueniles primitias, ſed ſeniles & Practicatos labores, PARTVM OCTAVVM Studiorum meorum, non vt Doctor exterus, ſed de Tuo grege fideliſſimus

SEPTVAGENARIVS. Placeat doctissimis Iudicibus, & causarum Patronis, eas experiri; spero sub vmbra Tui Sanctissimi Nominis non inutiles iudicaturos. Tuderti die 10. Martij, 1620.



MARCELLO LANTI

S. R. E. CARDINALI

AMPLISSIMO,

TVDERTIVMQ. ANTISTITI OPTIMO.

Angelus Catalutius I.C. Tudertinus. S.



ILLVSTRISSIME Princeps cum Dominus Carocius Auctor præsentis Tractatus, erga me beneuolentia ductus, meaq. fidelitate fretus, illum mihi summarijs ampliandum, Indice copioso locupletandum in legibilem correctamq. formam redigendum, typisq. mandandum commiserit, prout redactum & completum esse patet. Cumq. suarum lucubrationum, & laborum me participem esse voluerit, volui & ego arbitratu meo ipso etiam annuente Auctore cui mihi magis arrideret eumdem dedicare. Cum itaque Illustrissime D. tu inter primarios Cardinales Sanctissimo D. N. Paulo V. Pont. Opt. Maximo coniunctos, morum probitate, exemplaris vitæ integritate, Religione in Deum, Benignitate, pietate, & caritate perpetua erga omnes, præcipuè in pauperes tui gregis decoratus existas ita vt omnibus te gratum, & admirandum reddideris. Cumq. in supremo A. Cameræ Apostolicæ Tribunali per multos annos in maximis ibi negocijs peragendis, causis, & Iudicijs ventilandis, ac decidendis, experientia & singulari doctrina vnicuique ius suum reddendo te integerrimum omnibus præsti-

teris. Tibi vni Pastori nostro vigilantissimo, & beneuolentissimo vna mecum hos pertenues labores qualescumque sunt offerre, & dedicare placuit; Tu illos meq. tui obseruantissimum Antistes optime pro tua benignitate suscipere, custodire, fouere, ac tueri auctoritate tua non dedigneris, quod si concessum intelligam, & partum ipsum, & parentes ab omni detractione, & aduersitate tutos esse sperabo. Interim Deum Optimum Maximum rogabo, vt te diutissime seruet incolumem, & ad maiora euehat. Vale.

REPERTORIVM ALPHABETICVM,

DE REMEDIIS COMPETENTIBVS.

Iudex

FINIS.

PRACTICA TOTIVS OPERIS.

& præsentis Tractatus super quolibet Remedio, hic posito, dum in Iudicio casus euenerit.

Titius. Peto executionem sententiæ contra te latæ, cum parum sit sententias ferre, nisi executioni demandentur.

Caius. Dico, Non esse locum executioni, quia sententia est lata contra absentem non citatum. Except. 125.

Quia.

Falsi-

I

L

M

N

O

P

Q

F I N I S.

NOTVLA EXCEPTIONVM
per viam numeri in principio.

Conti-

41 Co[illegible]mens expressum iuris errorem.
42 Cessionis [illegible].
43 Articulorum [illegible]
44 Appellationis interpositæ.
45 Lata per metum, duplicata 131.
46 Sententiæ venalis.
47 Nullitatis.
48 Restitutionis in integrum.
49 Instrumentum nouiter repertum.
50 Per rei euidentiam 51.
51 Consilio sapientis non habito.
52 Officio Iudicis 53.
53 Quadrimestre.
54 Solutionis.
55 Ex Sententiamet.
56 Casus excepti.
57 Fructus Beneficij.
58 Quia feudalia.
59 Quia emphyteutica.
60 Præscriptionis.
61 Ordinis non seruati.
62 Bona extra territorium.
63 Iuramenti decisorij.
64 Quia merus executor.
65 Causæ de nouo superuenientes.
66 Vsurarum.
67 Condemnatus mortuus.
68 Inuentarij.
69 De tertio audiri volente.
70 Manifestæ iniustitiæ.
71 Assecurationis donium.
72 Iudicis excommunicati.
73 Propriæ confessionis.
74 Denunciationis Euangelicæ.
75 Sine Actione experitur.
76 Aliàs reiecta.
77 Inepti libelli.
78 Pretij non soluti.
79 Fideiussoris, vel correi non citati.
80 Cedendarum.
81 Transactionis.
82 Compromissi.
83 Acceptilationis.
84 Pacti.
85 Nouationis.
86 Actoris, & excommunicati.
87 Velleiani, & Macedoniani.
88 Falsi procuratoris.
89 Ne durante officio.
90 Contra non nominatum.
91 Quod non est liquida.
92 Ne iudex laicus.
93 Alimentorum præstitorum.
94 Beneficij diuisionis.
95 Sententiæ latæ contra principalem.
96 Quia alter Correus.
97 Quia delictum connexum.
98 Si vnus ex pluribus.
99 Vti possidetis.
100 Tutor, vel curator.
101 Quia Actor seu Syndicus.
102 Quia peculium filij.
103 Ne filius pro patre.
104 Ne vxor pro marito.
105 Sententiç conditionalis.
106 Supplicatio, seu reuisio.
107 Carceratus possidet.
108 Singularis successor.
109 Victor patiens.
110 Dolo desijt possidere.
111 Quia intrusus.
112 Iure non petita.
113 Fiscus, vel Camera.
114 Propria conscientia.
115 Tertius non citatus.
116 Exceptio peremptoria.
137 Die feriata.
118 Per mensem ante discessum.
119 Delegatus exequens.
110 Iudex Recusatus.
121 Calculum fieri.
122 Contra bonam fidem.
123 Res inter alios acta.
124 Contra minorem indefensum.
125 Contra absentem.
126 Excessus.
127 Extra instantiam.
128 Contra filiumfamilias.
129 Non conformis libello.
130 Non super toto.
131 Lata per metum.
132 Officiũ nõ petitũ pe. Iudicẽ non impertiri.
1[illegible] Adiudicatio plus debito.
134 Lite non contestata.
135 Sine iuramento calumniæ.
136 Sine probationibus lata.
137 Petitorium cum possessorio.
138 Iudex laicus de re spirituali.
139 Nec condemnationem, nec absolutionẽ.
140 Si appellatus neget sententiam.
141 Si super rebus ab executore.
142 Cessionis bonorum.
143 Chirographi lacerati.
144 Denunciationis non factæ.
145 Attentatorum, duplicatum supra 2.
146 Trium conformium.
147 Propriæ renunciationis.
148 Exceptio notoria.
149 Exceptio incontinenti probanda.
150 Inhabilitatis personæ.
151 Contrarietatis, vel perplexitatis.
152 Ex natura actus.
153 Defectus citationis.
155 Ex eodem fonte, ex quo venit petitio.
155 Dolo Aduersarij.
156 Rei non existentis in rerum natura.
157 Intentionis, & facti.
158 Conditionis non impletæ.
159 Simulationis.
160 Ex facto Aduersarij.
161 Resolutionis contractus.
162 Ex defectu personæ.
163 Ex defectu formæ.
164 Promissionis sine causa.
165 Dies solutionis nondum venit.
166 Per scripturam solemnem.
167 Contra executionem met.
168 Moratoriæ, seu quinquennalis.

COM-

COMPENDIVM SVBSTANTIALE TOTIVS OPERIS

Per Alphabeticum ordinem per viam Repertorij vtiliter dispositum.

Absens.

Absens an sit citandus, & sententia lata contra absentem non citatum, an executionem mereatur, posui Exceptione 125. quid in sententia ad fauorem ipsius absentis, num. 2. quid in sententia Interlocutora ad fauorem absentis, numero 5. quid si absens sit citatus ad audiendum voluntatem, & feratur sententia, numero 18. quid si sit appositum verbum, peremptoriè. numero 20. quid in causa summaria, num 21. quid in Clausula, Sine vlla solemnitate numero 23. quid in Clausula, De facto, numero 24. quid in Clausula, Iuris ordine non seruato, num. 29. quid in Clausula, Sola facti veritate inspecta, numero 31. quid stante Statuto vt sine citatione sententiari possit, numero 33. quid in Clausula Supplentes, numero 36. quid in executiuis numero 37. quid in citatione domi facta, num. 38. quid si agatur de eijciendo iniustum possessorem, num. 40. quid in citatione per Edictum numero 41. vbi latè cum sequenti de hac citatione per Edictum. Quid si absens fuit citatus pro vna die, & sententia fuit lata altera die, an mereatur executionem ibi numero 71 quid si post citationem, ad sententiam delegauit causam num 72. cum multis sequentibus. Quid in Remedio l finalis. C de Edicto Diui Adriani tollendo numero 79 cum multis sequentibus. Quid in laudo proferendo. num 91. cum multis sequent. Quid in sententia expensarum, num. 141. cum multis sequentibus. Quid in petente confirmationem possessionis, numero 149 quid in eo, qui possessionem propria authoritate capere poterat, numero 150. quid in sententia lata per duos iudices ex tribus, numero 151. quid in pronunciando causam desertam, numero 153. quid in venditione pignorum per creditorem num. 154 quid in citato ad diem certam, sed feriatam, numero 155. Quid in citato ad diem vel horam præcisam, numero 156. quid in citato ad totam causam, numero 157 quid in immissione ex primo decreto, numero 164. quid in pupillo supra infantiam, numero 166. quid in eo, de cuius præiudicio principaliter non agitur, numero 169. quid in eo, qui si fuisset præsens, non potuisset contradicere, numero 17 cum pluribus sequent. quid si citato nullum afferret præiudicium, numero 195. quid in causis ab executione, numero 196. quid in Notorijs, numero 197 quid in connexis, numero 213. quid si spoliatus velit restitui, numero 214. quid in Executore Apostolico, numero 214. quid in sententia prout in Cedula, numero 215.

Acceptilatio.

Exceptio Acceptilationis an executionem sententiæ impediat, Except. 83.

Actio Iudicati.

Actio iudicati intentata, an requirat citationem, & an executionem impediat, Except. 12. quid si intentetur Iudicis, officium, numero 2. quid si sententia sit liquida, numero 3. quid reo instante libellum offerri, numero 4. quid si actio iudicati intentetur coram alio iudice ab eo, qui iudicauit, sub eodem num. 4.

Actor, seu Syndicus.

Sententia lata contra Actorem, vel Syndicum, an contra Communitatem exequi possit, Except. 101. quid in Actore in rem suam, numero 2. quid si Communitas nihil habeat in bonis, numero 4. Et an, & quando contra particulares, numero 5. Et an in muris Ciuitatis, num. 6.

Actor excommunicatus.

Exceptio, quod Actor est excommunicatus, an executionem sententiæ impediat, Except 86. An Iudex ex officio excipere possit, numero 3. Et hoc an parte inuita, numero 4 quid in tertio, numero 5 quid si agat excommunicatus alieno nomine, numero 7 quid si Actio sit tempore peritura, numero 8. quid si agat per procuratorem legitimum, numero 9. An reconuenire poterit, numero 10. An opponi possit mulieri agenti ad suas dotes, & executionem impedire, numero 10. An opponi possit in Curia seculari, numero 12. quid contra pariter excommunicatum, numero 13. quid contra testem, numero, 14 quid in periuro, numero eodem. Et an hæc exceptio coram mero execu ore opponi possit ad executionem impediendam, eodem numero Ampliat. 12. An in excommunicato notorio, numero 15. vel excommunicatione maiori, numero 15. Et quæ requirantur ad hanc exceptionem proponendam, numero 18. quid in causis Attentatorum, num. 19 quid vbi versatur Animæ periculum, numero 21. quid in exequendo contra debitorem suspectum de fuga, num. 22. quid in causis alimentorum, numero 25. quid in appellando, numero 26. Et infra quot dies proponi debeat, numero 27. Et an possit iste terminus per iudicem prorogari. Quid si excommunicatus admissus ad agendum, limitatione decima.

Adiudicatio plus debito.

Adiudicatio plus debito; vel datio in solutum plus debito, est nulla, & contra eam de nullitate semper excipi potest. Except. 115. quid si debitum sit elidibile aliqua exceptione, numero 3 quid si excessus sit in minimo, numero 5 quid in datione in solutum à parte alteri parti, numero 6 quid in adiudicatione, & laudo, numero 7. An confirmari possit, numero 8. quid si facta sit de bonis obligatis, & non obligatis, numero 9. quid si fuit variatum in causa, numero 10. quid in adiudicatione super debito incerto, numero vndecimo, quid in causa

Index præcipuarum

Alimentorum præstitorum.

Appellatio.

Articulorum.

Assecurationis dotis.

Attentatorum.

Appellatio deserta.

Aliàs reiecta.

Alter Correus.

Actio.

Banni Exceptio.

materiarum Exceptionum.

Beneficium diuisionis.

Bona extra territorium.

Contra bonam fidem.

Calculum fieri.

Capitulum Odoardus, de solutionibus.

Carceratus possidens.

Casus excepti.

Causa de nouo superueniens

Cedendarum.

Cessio bonorum

Citationis defectus.

Collationis bonorum.

Compensationis.

Compromissum.

Condemnatus, mortuus est.

Extra

Index præcipuarum

Intrusus.

Iudicis Excommunicati.

Ne iudex laicus.

Iudex laicus de re Spirituali.

Iudex Recusatus.

Iuramento Calumniæ.

Iuramento litis deciſorio.

Iuriſdictionis defectus.

oppo:

Per metum lata.

Minorem indefensum.

Moratoria.

Contra mortuum.

Natura actus.

Ne durante officio.

Noctis tempore.

Non lata super toto.

Contra non nominatum.

Officium Iudicis.

Officium non petitum, per iudicem imploratum.

Index an possit supplere in his, quæ tendunt ad publici iuris obseruantiam, vt lacerare libellum male conceptum, vel de re illicita, numero 47. & 48. Index non requisitus repellit a iudicio inhabilem, numero 49. Index etiam non requisitus, an possit, vel cogatur condemnare victum in expensis, & quando, numero 50 vsque ad numerum 53. Index quando non requisitus condemnare possit ad fructus, & quæ petitio sufficiat, & sententia super principali, an extendatur ad fructus, quid si in ea ponatur verbum Restitutio, & an hoc casu fructuum competat Reo exceptio præsumptionis triennii, num. 54. vsque ad numerum 64 An Christus Saluator noster liberauerit infirmos non requisitus, numero 55.

Ordinis non seruati.

Si in exequendo nõ est seruatus ordo, executio est nulla, exceptione 61 & quotuplex sit ordo, & de quo ordine sit intelligendum, ibi late explicatur; & circa ordinem à Diuo Pio, §. in venditione, de re iudicata, an iste peruersus vitiet, ponitur ibi, numero 4. Et an procedat in Personali, vel Reali, & an in causa cognoscenda, Sola facti veritate inspecta, numero 5. vbi quando index in sententia specificauit ordinem, & quando non, & ibi etiam, quid in iudice exequenti, & quid in Nuncio ibi vel loquimur, &c. quid si vltra defectum ordinis concurrat alius defectus ibi, vel dicamus, &c. quid si ordo non sit seruatus in ... numero 7. quid in causa contra pupillum ibi, & limitet Vrsill quid in fisco, an teneatur eundem ordinem seruare, numero 8.

Pacti.

Exceptio pacti contra rem iudicatam opponi potest, Except. 84 vbi quid in pacto ad tempus, quid in transactione iurata inutili.

Peculium filij.

Pro debito, vel delicto filii, an possit fieri executio in peculio Profectitio, Aduentitio, Castrensi, vel Quasi; An sententia lata contra filium noceat patri; Quid stante Statuto, vt filius teneatur pro patre, ibi, numero 2. Quid si pater sit citatus, ibid. Except. 102.

Possessio propria auctoritate capta.

Index an possit committere, & concedere parti in et victrici executionem, Excep. 6 Et an possit committere citationem ibi, numero 4. 5 & 6. An possit dare licentiam vendendi, capiendi pignus creditori met, numero 7 An capturam debitoris, numero 8. vsque ad numerum 12. An possit admittere pactum, vt creditori liceat capere debitorem, numero 12. vbi quid in executione reali; An testator possit dare licentiam Legatario capiendi Legatum propria autoritate, numero 13. vsque ad numerum 20. vbi quid in testamento reuocato, vel minus solemni; Et quid si appositum sit constitutum an conuentio partium, vel Consuetudo inducere possit, vt possessio capi possit propria autoritate, numero 21. Maritus habet manus iniectionem in vxorem, numero 22. In spiritualibus an possit de facto opponi, puta, quod Canonicus suspectus non admittatur ad electionem, numero 23. An licentia de capienda propria autoritate habeat locum contra resistentem, numero 24. & 25. Et ibi si nulla causæ cognitio interuenerit, vel iudicis copia haberi non possit, vel sit verecundia eum adire, an his casibus victor met exequi possit, numero 28. & 29. Licentia, vel facultas de intrando propria autoritate, an duret si in ea postea molestetur, & facultas exequendi quanto tempore duret, & quid in Actore, & quid in Reo, numero 30. vsque ad numerum 35.

Præscriptio.

Ius petendi executionem, quanto tempore præscribatur, & duret, Except. 60.

Sine probationibus.

Sententia sine probationibus lata an valeat, & executionem mereatur, Except. 136.

Promissio sine causa.

Promissio sine causa an executionem mereatur, Exceptio 165.

Pretij non soluti.

Exceptio pretii non soluti, in executione opponi potest, Except. 78.

Petitorium cum possessorio.

Est lata sententia pro Reo in petitorio, pro Actore in possessorio, an interim sententia in possessorio exequi possit. Except. 137. vbi considerantur plures casus, in profanis, & Beneficialibus, etsi Actor de iure suo nihil probauit, vel Reus probauit, quid si Actor appellauit á sententiá lata pro Reo in petitorio, ibidem, num. 5. & 6.

Quadrimestre.

Quadrimestre datur condemnatis ad soluendum, & interim suspenditur Except 52 quid in fideiussore de iudicio sisti, & iudicatum soluendo, numero 2. quid in confesso in ciuilibus, numero 3 quid in condemnato, & iuramento decisorio, ibid numero 3. vers idem debitori ex instrumento an detur quadrimestre, numero 4 quid condemnato per sententiam arbitri numero 5 quid condemnato per Interlocutoriã, numero 6 quid in causa Depositi numero 7, quid appellanti, appellatione deserta, numero 9. quid in causa inappellabili numero 10 & 11. quid in condemnato in actione reali, vel ad fructus; vel in personali ad rem tradendam, vel in petitione hæreditatis numero 12. quid in causa criminali numero 13. vel fideiussore qui soluit pro reo in criminali, numero 14 quid in condemnato in causa furti, vel rapinæ, numero 15. quid in casu si reus, dé procur. numero 16 quid in valente soluere statim numero 17. an debitor debeat cauere de soluendo elapso quadrimestri, numero 18. & 19. An in quadrimestri admittatur purgatio moræ, numero 20 an possit per iudicem prorogari, vel abbreuiari, numero 21. an competat condemnatis ad factum, & in obligationibus facti? numero 22. an impediatur compensatio ibid quid in exceptione solutionis clara, vel contra tres conformes, ibi Declara, &c. in fine.

Res inter alios acta.

Re non existente.

Renunciationis propriæ.

Exceptio resolutionis.

Restitutio in integrum.

cum

Restitutio aduersus sententiam ex falsis probationibus.

Retentionis.

In re non petita.

Scripturam solemnem.

Sententia conditionalis.

Sententiamet.

Sententia venalis.

Sententia lata contra principalem.

Simulationis.

Si super rebus ab executore captis.

Sequestri.

Singularis successor.

Solutionis.

Supplicatio, seu Reuisio.

Sententia sine probationibus.

Tertio audiri volente.

gat possessionem, secas si hypothecam, quia fit executio saluo iure, numero 64 Tertius an sit Actor, vel Reus comparendo pro suo interesse numero 65. Tertius si repellitur, vel est in sta u, ne audiri possit, debet appellare, numero 66. Tertius veniens ad causam, non dicitur attentare. numero 67. Cessionarius an debeat non requisitus exhibere instrumentum cessionis, numero 68. Statutum, Tudertinum de Guarentigia, quomodo intelligatur, numero 69. Si Tertius succumbat exequitur sententia contra eum, licet non nominatum, numero 70 Sententia admissionis Tertij, an sit Interlocutoria, vel Diffinitiua num 71. Tertij appellatio, an prosit victo, etiam inuito, vel qui appellationi renunciasset, numero 72. & 73 vbi quid si appellatio sit deserta. Tertius auditur ad impediendam executionem rei vacantis Delegatus in causa principali, an sit in causa Tertij ibi sed numquid. Quid si Tertius citetur, an sententia eum afficiat, stante citatione, Except. 114.

Transactio.

Exceptio transactionis impedit executionem sententiæ, si sit facta post sententiam, vel cum Clausula, non obstante sententia Except 81. Quid si Reus dixit, sententiam nullam, & postea transegit de certo die soluendo, an poterit amplius dicere de nullitate, numero 4. & exceptio transactionis impedit executionem sententiæ, si victor sciuit sententiam, alias non, num. 5.

Trium conformium.

Quia habeat tres conformes, sicut Tu, ideo ne exequaris. An sit bona exceptio ista, Except. 147.

Tutor, vel Curator.

Sententia lata contra pupillum vel minorem, non potest exequi contra tutorem. Except. 100. quid pro expensis an in tutorem exequi possit quid si tutor fouit iniustam causam, & quid in dubio præsumatur; An tutor condemnatus cedendo, liberetur ibi, num 3 & 4.

Si vnus ex pluribus tutoribus.

Sententia lata contra vnum ex pluribus tutoribus, exequi non potest contra alios, Except 98. An hoc verum in legitimis, datiuis, & testamentarijs, num. 4. quid si omnes essent in dolo vel culpa, nu 5 quid si alij administrauerint, alij non, an teneatur non administrantes, num 6. quid in neglectis, sed non coniunctis nec connexis, gestis, quod remedium competat hoc casu, num. 7 quid si in Instrumento plurium tutorum adsit iuramentum, an omnes conueniri possint, num 9 quid si fuit renunciatum omni legum auxilio, nu. 10. quid in tutoribus, an competat beneficium diuisionis in obligatione voluntaria, num. 11. tutoribus inter se, quæ remedia competant, num 2. & 3.

Velleiani, & Macedoniani.

Exceptio Velleiani, & Macedoniani impedit executionem sententiæ. Except 8. Macedonianum an competat fideiussori, num. 2. an habeat locum in iurato, num. 3. quid in Macedoniano, si vnus frater mutuat alteri, num 4. quid in mutuo pro se facto faciendo alijs creditoribus, num 5 quid in mutuo ex causa studij, vel officij, num 6 7 & 8. Et an a patre, vel etiam post mortem a fratribus, nu 9. Et habetur ratio patrimonij, & qualitatis patris in repetendo ab eo, num. 11. 12. & 13. vbi an in dubio præsumatur mutuum in causa studij, quid in mutuo ex causa necessitatis, num. 13. quid in foro conscientiæ num 14 An expediat recurrere ad denunciationem Euangelicam, num 15 an teneatur Macedoniano filius si renunciauit, num. 16. An sit locus Macedoniano si mutuum, sit in alio, quam in pecunia, num. 17 An filius fideiussor iuuetur Macedoniano, num 18. quid in mutuo ex causa necessitatis, num. 19. Velleian. an iuuetur mulier assecurata, num. 20. quæ assecuratio Iudicis arbitrio remittitur, num 21 Velleiano an sit locus, si mulier confirmat post biennium num. 22. & 23. Velleiano an sit locus in acta iurato 24. Mulier ex Velliano solutum repetit, filius ex Macedoniano solutum non repetit, num. 25.

Vsurarum.

Exceptio vsurarum, an executionem impediat, Except. 66. num. 7. vsurarium instrumentum an per notarium fieri possit, & quæ sit pœna, num. 1 vsurarium instrumentum, an valeat, num. 3 Notarius conficiens instrumentum vsurarium an teneatur in foro conscientiæ num. 4 Instrumentum quæ requirat, vt dicatur vsurarium, num. 5. & 6. Solutum per sententiam quæ sapiat vsuram, repetitur, num. 8 & 14. Exceptio vsuraria, impedit executionem, si incontinenti probetur, num. 10. Sententia vsurarum, nunquam transit in iudicatum, num 9 Condemnatus per contumaciam in causa vsurarum, non appellat, num 14. sententia vsurarum reuocatur contrario imperio, num. 15. & 16. vbi nisi esset confirmata, quid stante iuramento, an saltem detur repetitio, num. 17. Et quæ remedia competant stante iuramento pro relaxatione iuramenti, & coram quo iudice, num. 18. 19 & 20. An iurans soluere vsuras, possit obtinere iudicem Delegatum in causa vsurarum, num. 17. versic. Hinc est. Iurans soluere vsuras an incidat in l. si quis maior, C. de Transaction. num 21. quid si est dubium circa vsuras, an sit exequendam reseruata cognitione super vsuris, num. 22. An sit locus repetitioni si quis passus sit, & potuerit apponere exceptionem vsurariam, & noluit, & sic fuit condemnatus, num. 23.

Vti possidetis.

Sententia lata contra principalem in Interdicto, Vti possidetis, non mandatur executioni contra hæredem, Except. 99.

Ne vxor pro marito.

Sententia lata contra maritum, non potest exequi contra vxorem, Except 104 Mobilia domus, cuius præsumantur, mariti, vel vxoris, num. 3 quid si vxor, alat se ex grano mutuato marito, an contra eam sententia ferri poterit, num. 2. Executio an possit fieri in dotalibus pro debito vxoris, & in quibus casibus hoc procedat num 4. Executione facta domi de vxore, an possit fieri executio contra maritum, num. 5. Sententia lata contra maritum de re dotali, nocet vxori scienti, num. 6.

Victor patiens.

Victor patiens post sententiam fauorabilem causam cognosci, sibi præiudica, nisi protestetur, Except. 100. quid in re iudicata lapsu fatalium quid si opposuit contra litem contestatam de sententia, num. 4 An sufficiat excipere generaliter contra, num 5.

Recurrat Lector ad præcedentia Repertorijs, & quod ibi non reperiet, hic, vltimo loco inueniet.

A *Ppellatio a Decreto de exequendo, an detur, & quibus casibus & præcipue ab excessu, Except. 44. num 70. cum multis sequentibus.*

Arbitri plures, si ferant diuersas sententias, quid agendum, Except 22 quæst. 28

B *Eneficium, Ne conueniatur vltra quam facere possit, vide in verbo Deductio ne egeat, supra in Repertorio Remediorum.*

Calumnia

INDEX GENERALISSIMVS OMNIVM MEMORIA

ET NOTATV DIGNARVM QVAE IN HOC TRACTATV Exceptionum deducuntur, serie Alphabetica luculenter, & methodicè digestus.

A

Quid

dum

Quid

B

Clausula

D

E

Excessus

O

P

Patris

Q

R

Salarij

S

T

Tertius

quatenus

F I N I S.

VINCENTII CAROCII I. C. TVDERTINI,

De Exceptionibus in executione sententiæ opponendis,

TRACTATVS.

Quæstio prima seu principium, Quotuplex sit executor.

SVMMARIVM.

1 *Executor triplex est, merus, mixtus, & nudus.*
2 *Executor merus est, cui committitur factum discussum.*
3 *Executor mixtus est, cui committitur factum indiscussum.*
4 *Executor mixtus est, cui committitur causa cum Clausula, Constito, vel, Vocatis vocandis.*
5 *Executor mixtus dicitur, quando de causa est cognitum, sed non plenè.*
6 *Appellatio datur ab executore mixto, procedendo sine partium informatione, & ea neglecta.*
7 *Executor nudus quisnam dici possit.*
8 *Executor dicitur, Iudex ordinarius exequens sententiam suam.*
9 *Executor dicitur Delegatus Principis.*
10 *Executor nudus est Nuncius, vel Baiulus.*
11 *Executores sunt deputati à Iure Municipali ad exequendas sententias pupillorum, & fiscalium.*

Væro primo loco, quotuplex sit
executor? & in proposito triplex
1 † est executor, Merus, Mixtus,
& Nudus.
2 Executor † merus est, cui committitur factum discussum.

3 Executor † mixtus est cui committitur factū
4 indiscussum, vel cum † Clausula, Constito; vel, Vocatis vocādis; vel, Iustitiam facias. Glos. magistralis in cap. Pastor. in cap. Exhibita, in vltimo notab. de iudic. dicens, hoc bene notandū, Glos. notabilis in cap. Super quæst. in verbo, Executor, vbi Abb. de offic. deleg. Iason, in l. à Diuo Pio, in princ. ff. de re iudic. num. 13. Felin. in cap. vltimo, de præsumpt. Abb. consil. 34. col. penult. in medio, vol. 2. Menoch. de Arbitr. q. 38. num. 3. Casu 201. num. 140.

Addo plenè profitenti benè loquentes, Guid. Pap. q. 70. Vital. in Clausul. Si ita tibi constiterit, num. 5. Castrens. ad l. sed & si Prætor, in fine, ff. de iud. pulchrè Dec. cons. 198. prope finem. Serafin. de Iurament. Priuileg. 132. num. 65. Io. Rupellan. Forens. institution. lib. 1. cap. 57. Borgn. decis. 17. num. 26. par. 2. pulchrè Felin. in c. De cętero, nu. 9. & 10. de re iudic. vbi limitat, nisi per prius præcesserit sententia, & causæ cognitio, quo casu nō efficitur mixtus. Rota nouissima, 204. par. 1. vbi assumit partes iudicis, & quod ita pluries tenuit Rota, & sit Communis opinio.

5 Ampliatur, † etiam si sit cognitum, sed non plenè, adhuc enim dicitur executor mixtus, Zabarella cons. 145. num. 4. Dec. cons. 323. num. 2. Menoch. de arbitr. q. 38. num. 5.

6 Et † iste procedendo, & nullatenus se informando, ab hoc partes possunt appellare, Imol. in c. cum contingat, col. 51. de Rescript. Felin. in c. Ecclesia Sanctæ Mariæ, num. 13. de Cōstit. Gregor. Tolosan. de appel. lib. 2. c. 11. num. 3.

7 Executor † nudus est Nuncius, Baiulus, Birruarius, cui in causis vilioribus potest Iudex dare aliquam Iurisdictionē in actu exequendi, vt expediat, Castrens. in Practica admodum commendans, in l. & si Prętor, in fine, & in l. vltima, ff. de iudic. & prædictis accedant notata per Alciat. in Rubr. de offic. ordin. num. 37. vbi dat tres species executorum.

8 Primo † modo executor dicitur, quilibet ordinarius, qui sententiam quam tulit, exequi potest, l. vltima, §. executores, C. Vt nemo priuat.

9 Idem † in delegato Principis, l. apertissimi, l. vltima, C. de iudic. Glos. in c. Si quis cōtra, de offic. compet. cui censetur commissa etiam examinatio negocij, si Princeps nō examinauit, Anchar. cons. 240. col. 1. in fine.

10 Secundo, executor dicitur iste Baiulus, §. nullo, Authent. de iudic. l. sancimus, C. eodem.

11 Tertio, executores dicũtur, qui vigore Legis municipalis sunt deputati ad sententias minorũ, & fiscalium exequendas, l. vltima, vbi Ias. C. de iudic. Sed verius in iudicibus delegatis, idem Alciat. lib. 2. Paradox. cap. 5. colum. 2.

EXCEPTIO I.

Exceptio ex defectu Citationis.

SVMMARIVM.

1 *Is conuenitur ex sententia, qui citatur.*
2 *Citatio requiritur in exequendo, vbi de magis Communi.*
3 *Contrarium verius.*
4 *Citatio non requiritur coram mero executore.*
5 *Citatio requiritur coram executore gratiæ facienda, secus iam factæ.*
6 *Citatio non requiritur coram executore in collatione facienda, sed bene in immissione, & num. seqq.*

Quæro, an in exequendo requiratur citatio? Et videbatur dicẽdum, quod sic, ex l. 1. C. de iur. & facti ignorant, ibi: Ceperis ex sententia conueniri, nam † ille cõ
1 uenitur ex sententia, qui citatur, §. vltimo, de pœna iudic. qui temerè litig. & ita not. Ias. in d. l. 1. num. 5. Cin. in l. ab executore, num. 1. versic. circa hoc videndum, C. quorum appellat. non recip. Iacob. Butrigar. prout eum refert Angel. in l. 1. sub num. 21. C. de iudic. Bartol. in l. 1. num. 9. nihil innou. appellat. pendente. Angel. in l. 4. §. si ex conuentione, num. 1. ff. de re iudic. Bald. in l. si filio, la secunda, in fine, ff. soluto matrim. in l. 2. in fine, C. de temp. appellation. But. in Clem. Sicut, quæst. 2. de re iudic. Franch. in c. Ex ratione, col. 4. de appellat. Bartol. in l. creditores, quæst. 5. principali, num. 26. versic. mihi autem videtur, C. de pignor. Dec. in c. porrectæ, num. 2. de confirmat. vtili vel inutil. Aretin. in §. currere, colum. vltima, de action. Nicell. concord. 52. Papiens. in for
2 ma execut. sentent. num. 4. † Et hæc est Communis opinio, Viu. in Silua opin. 94. Eman. in suo Thesauro, litera C. num. 73. Socin. de citation. artic. 7. vers. 18. in fine, dicens hanc partem tutiorem ad eligendas opiniones.
3 Contrarium † tenet Rota 355. num. 2. in nouis. Bald. in cap. 1. de feud. sine causa non amitti. n l. terminato, colum. 2. C. de fruct. & litium expens. in Rubr. de rescript. num. 8. in fine, declarans, dũmodo executio sit liquida, & aperta; Domin. in c. licet, colum. penult. de præbend. lib. 6. in cap. dilecto, colum. vltima, de appell. lib. 6. Calcan. consil. 85. Guido Pap. quæst. 329. & ita passim seruat Sacrum Rotæ Auditorium. Pract. Vestr. lib. 8. c. vltimo, num. 3. Gomes. de subrog. litigant. q. 4.
4 Quod credo verum † coram mero executore, coram quo nulla citatio requiritur, Bartol. in l. à Diuo Pio, in princip. nu. 10. de re iudic. vbi Alex. & Ias. ambo num. 13. Felin. in c. Pastoralis, §. quia autem, numero 17. de offic. deleg. Bero. in cap. significasti, eodem tit. Menoch. de arbitr. quæst. 38. num. 20.

Cui addo Rot. decis. 15. de dolo & contumac. late Gozad. consil. 5. nu. 30. Seraphin. de iuram. Priuileg. 132. num. 65. Villalob. in verbo, Executio, num. 135. Asinius in Pract. §. 31. limit. 4. §. 7. limit. 5. & 8. Marsil. ad l. de vnoquoque, num. 84. de re iudic. Alciat. resp. 17. numero 11. Vital. in Clausula, In fra quantum tempus, nu. 5. fol. 685. in paruis.
5 Declaratur etiam, aut † loquimur in executore gratiæ faciendæ, aut iam factæ, Primo casu requiritur citatio, secundo casu non requiritur, Milis, in verbo, Citatio.
6 Declaratur tertio; Aut † loquimur quo ad collationem, aut quo ad immissionem in possessionem; Primo casu non requiritur citatio, secundo casu sic, etiam si possessor iniustè, & coloratè possideat, Oldrad. consil. 227. num. 2. & 3.
7 Declaratur † quarto, vt non requiratur citatio, cum executor compellit condemnatum ad soluendos fructus, in quibus est condemnatus. Rota 183. in nouis. Milis, in verbo, citari debet, & in verbo, iudex. Nicell. Concord. 52. Fallent. 108. Ant. Gabr. de citat. Conclus. 1. num. 456.
8 Declaratur † quinto, considerando tres casus, de quibus per Socin. consil. 158. colum. 6. versic. primus casus; aut est Tertius; aut iudicium est incertum, vel contra possessorem mei, & debitorem simul. Primo casu citatio requiritur; Secundo, & Tertio, non.

EXCEPTIO II.

Exceptio Attentatorum, duplicatum infra Exceptio. CXLVI.

SVMMARIVM.

1 *Lite pendente nihil est innouandum.*
2 *Capiens possessionem propria authoritate, incidit in l. meminerint, C. Vnde vi.*
3 *Capiens possessionem ex sententia lata in possessorio, pendente, & suspenso petitorio, non dicitur attentare.*
4 *Limitatur ad Titul. nihil innouari, lite pendente, quod non procedit in possessione capta ex Sententia in possessorio, suspenso petitorio.*
5 *Capiens possessionem etiam sine mandato, virtute rei iudicatæ, non incidit in pœnas l. si quis in tantam, C. Vnde vi, nec cap. Eum, qui, de præbend. lib. 6.*

Quæro prosequendo citationis materiam, de casu quotidiano pendente in suspenso petitorio; Fuit lata sententia in possessorio, quæ transiuit in iudicatum, cuius vigore victor capit possessionem, victo non citato, numquid dicatur attentasse, stante litis pendentia in petitorio, & possessione capta, sine partis citatione, & videtur dicendũ, quòd sic, stante litis pẽdẽtia in petitorio,
1 † qua pendente, nihil debet innouari, in rubro &
2 nigro, nihil innouan. lite pendente. † Preterea, capit possessionem propria authoritate, parte nõ citata, & in l. meminerint, C. Vnde vi, Canone, Placuit, 16. quæst. 16. cap. eum, qui, de præb. lib. 6.

Con-

3 Contrarium tenuit Rota 417. Si pro spoliato colum. 2. versic. sed pone, in nouiss. vbi loquitur in fortioribus terminis, quando possessio fuit capta etiam sine mandato, vel executore, dummodo sine violentia, sequitur Milis, hoc in practica valde commendans, in verbo, Attentatum dici non potest. Collect. in c. Cum olim, de Priuileg. Paris. consil. 118. num. 25. volum. 1. Contard. ad Aegidium, quæst. 4. Attentar. nu. 23. Franc. in c. Eum, qui, num. 3. versic. Rota tamen, de præben. lib. 6. Gomes. de Subrogan. litigant. q. 4. dicens, D. Ang. Cesiũ obtinuisse in vna Toletana spolij.

4 Et sic patet † declaratio ad titulum, Nihil innouari appellatione, vel lite pendente: nam innouare non dicitur, qui pendente iudicio in petitorio, capit possessionem in possessorio, in quo habet rem iudicatam, cum nihil habeat commune possessio cum proprietate; & sic innouari dicitur respectu eiusdem rei, vel facti, & latè pono inferius in exceptione, Quia appellatum.

EXCEPTIO III.

Exceptio, quod est intrusus.

SUMMARIUM.

1 *Capiens possessionem, parte non citata, non dicitur intrusus.*

1 QVæro † an capiens possessionem parte non citata, an opponi possit, quod sit intrusus? Vtique non, ex quo habet titulum coloratum, Abb. in c. Cum nostris, de concess. præben. Gomes. de subrog. litigant. quæst. 4. in fine.

EXCEPTIO IV.

Exceptio, Copiæ non traditæ.

SUMMARIUM.

1 *Executor tenetur dare copiã suæ cõmissionis parti petẽti.*
2 *Et debet esse talis, vt bene legi, & discuti possit.*
3 *Appellatio datur à denegata copia.*
4 *Cõmissarius in citatione debet totum tenorem suæ commissionis inserere.*
5 *Commissarius etiam si Illustrissimus, debet dare copiam suæ commissionis.*
6 *Executor, qui ab initio processit vt Delegatus, pro eo tempore, quo non erat, non poterit per delegantem confirmari, vt retrotrahatur.*
7 *Defectus solemnitatis iudiciariæ non potest per ratificantem suppleri.*
8 *Fallit in Commissario Papæ, vel Imperatoris, ratione supremæ Potestatis.*
9 *Laudum latum per duos arbitros, absente tertio, non valet, licet ille tertius postea ratificet.*
10 *Acta facta per delegatum sunt nulla, ante præsentationem litterarum, nec validantur, licet postea commissio exhibeatur.*
11 *Executor per nuncium, procedit iuris ordine non seruato.*

1 SEd numquid executor teneatur dare copiam suæ Commissionis, vtique † sic, si à parte petatur. Dec. loquens in executore Apostolico, consil. 314. colum. 2. sub num. 2. vers. ad tertium dubium. Crauetta, loquens in executore, consil. 319. colum. vlt. attestans quòd vidit annullari gesta cuiusdã Protonotarij Apostolici cum non dedisset copiam suæ Commissionis.

2 Ampliatur hæc conclusio, † vt teneatur tali modo copiam dare, vt bene legi, & discuti possit; nec sufficit, quod exhibuerit, & tumultuariè, & perfunctoriè fuerit lecta, sed debet posse super ea
3 deliberari, † aliàs datur appellatio, maximè si ab executore emanet præceptum pœnale, vt bene discurrit Dec. in alleg. consil. prout faciunt multi iniqui Commissarij, vel executores, qui dant in manibus vt vulgo dicitur, per vna scorsa, & per vna vista, nam hoc non sufficit; vnde bonum consilium est appellare à denegata copia; Et est in argumentum bona Gloss. in c. cum personæ, in verbo, integraliter, de priuileg. lib. 6. & ibi pul-
4 chrè notat Dominic. Et si † transmittat citationem in scriptis, debet inseri tenor Commissionis, Crauetta consil. 319. colum. vltima, Vant. de Nullit. ex defectu iurisd. ordin. num. 16. vbi pariter loquitur in executore; pulchrè videndus Guido Pap. quæst. 322. sed melius, & singularius q. 286.

5 Ampliatur secundo, etiam si † talis executor esset in nobilissimo loco positus, prout Cardinalis, vt melius quam alij deducit Ias. consil. 14. lib. 1. Felin. in cap. Cum in iure peritus, colum. 3. de offic. deleg. Lanfranch. in cap. Quoniam contra, in verbo, testium depositiones, num. 75. de probat. Alex. consil. 92. num. 14. lib. 6. Dec. in l. vnica, num. 17. C. de mandat. Princip. Vant. de Nullit. iurisd. ordinar. nu. 17. latè Menoch. de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 15. num. 4.

Et vltra Menoch. plenè profitentem in allegato iam loco, extenditur duobus modis in Practica vtilibus, & fructuosis.

6 Primo, si † executor ab initio processit vti Cõmissarius, qui eo tempore non erat, non poterit per delegantem confirmari, vel ratificari, vt retrotrahatur. Gloss. singularis, in l. 2. in medio Glos. magnæ, versic. item nota, & ibi eam sequuntur Ioan. de platea, num. 3 Luc. de Penna, nu. 2. C. de iure fisci, lib. 10. Glos. in l. licet, vbi Castr. num. 4. dicit ita Communiter teneri, ff. de iudic. vbi Angel. rationem reddit: quia non est defe-
7 ctus cõsensus, prout in procuratore, † sed solemnitatis iudiciariæ, quæ per ratificationem suppleri non potest, & ibi limitat † Angel. in Commis-
8 sario Papæ, vel Imperatoris, ratione supremæ potestatis, inferens ibi Angel. ad vnum in Practica
9 quotidianum, quod si † duo arbitri absente tertio, eo non vocato, promittentes de rato pro eo, tulerunt laudum, quod tale laudum non valet, licet ille postea laudata ratificet: quia non est defectus consensus, sed solemnitatis; pulchrè in materia Guido Papæ q. 286.

10 Extenditur secũdo notabiliter, vt † si quis tẽpore principij erat executor delegatus, sed nõ erant

 præsen-

præsentatæ litteræ, nam acta facta per ipsum, ante præsentationem litterarum, sunt nulla, nec validantur, licet pendente processu, litteræ præsententur; hoc est notabile verbum Baldi, in l. Eum qui col. 2. versic. sed de hoc, de iurisd. omn. iudic. quod pro notabili commendat Guido Papæ quæst. 286.

Vnde bonum est, quod executor delegatus, ante quam habeat in omnibus commissionē, non procedat, quia si post superueniat, non validatur processus; cogitandum tamen est, attento tempore expeditionis.

Declaratur vlterius vltra Menoch. in citato iā
11 loco, vt prædicta † procedant, quando procedit per litteras, secus si per nuncium simpliciter; ita Rota 355. in nou. vbi Rota in citationibus executorum non requirit tantam solemnitatem, prout in alijs delegatis, & fiunt potius ex abundanti, quam de necessitate.

EXCEPTIO V.

Defectus citationis in executione super eadem re.

SVMMARIVM.

1 *Reus in exequendo, posset habere multas exceptiones.*
2 *Dies Dominica est adeo sacrata, vt nec in ea executio fieri possit.*
3 *Executio facta die Dominica, non validatur partium consensu.*
4 *Etiam in causis arbitrarijs.*
5 *Sententia lata nō seruatis substātialibus iudicij est nulla.*
6 *Manu militari proceditur ad rē; in qua quis est cōdēnatus. Et est magis Communis opinio num. 7.*
8 *Executio sententiæ in re eadem, fieri potest parte non citata, vbi de veriori, & magis Cōmuni, vbi vide multas Limitationes & de Declarationes.*

Ed numquid citatio requiritur quando fit executio super eademmetre, & videbatur dicēdum, quod sic, quia
1 posset † habere multas exceptiones, ad impediendum executionem ipsius sententię, prout incompetentis iudicis, in l. vltima, C. si a nō compet. iudic. Vant. de nullit. iurisdic. ordin. num. 34. vbi ratione causæ, personarum, & loci, & quia lata die feriata in honorem Dei, maxime
2 si sit dies Dominica † quę dies est adeo sacrata, vt nec executio fieri possit, vt pulchre discussit Guido Papæ, q. 215. Et est Communis opinio. Vant. de nullit. ex defectu iurisd. ordinar. numero 131.
3 Nec † validatur partium consensu, cap. finali, de
4 ferijs, † etiam in causis arbitrarijs. Menoch. de ar
5 bitr. q. 30. vel sententia lata † esset nō seruatis substantialibus iudicij, super quibus bene discurrit Vant. de nullit. process. a nu. 16. vsque ad 50. Iaf. in l. 2. num. 112. C. de iure emphyteut.

Secundo, pro hac parte quod requiratur citatio, ponderatur tex. in l. meminerint, C. Vnde vi, ibi: dominos locorum, & ibi: ad insinuādas sinās.

Et hanc opinionem dicit veriorem Imol. in l. a Diuo Pio, §. in venditione, num. 6. vbi Alex. nu. 30. Iaf. num. 9. idem dicunt; & attestatur Asinius in Practica, §. 31. cap. 4. ampliat. 2. Papiens. in forma execution. sentent. Glos. 1. num. 4.

Pro contraria parte facit text. in l. qui restitue-
6 re, ff. de rei vendicat. vbi † manu militari proceditur ad rē, in qua quis est condemnatus; & hanc opinionem tenet Bar. in d. §. in venditione, num. 2. in l. meminerint, num. 6. C. Vnde vi. Bal. in l. ordo, numero 12. C. de execut. rei iudic. Bartol. in tractatu Ad reprimendum, in verbo, executionem. Bald. in l. 1. sub nu. 13. C. de iur. & facti ignorant. in l. tale pactum, §. qui prouocauit, in repetit. q. 10. ff. de pact. Angel. in repetition. l. 4. §. si ex conuentione, ff. de re iudic. Imol. in l. ab executore, in princip. ff. de appellat. in l. si filio, la secunda, ff. soluto matrimon. Abb. in c. Ex ratione,
7 de appellation. † Et hæc est magis Communis opinio. Alex. in l. in venditione, num. 32. vbi Iason nu. 9. in fine, Cassador. de caus. possessio. & propriet. Decis. 6. num. 2. vbi hanc dicit magis Communem opinionem, sed contrariam veriorem, & tutiorem; Ant. Gabr. de Citation. Conclus. 1. num. 131. Decisio Perusina 6.

Cui plenè profitenti addo Marant. in verbo, Executio, num. 17. Menoch. de recuper. possess. Remed. 8. num. 78. Asin. in Pract. §. 7. c. 15. Rotā decis. 73. in antiq. Fulgos. consil. 183. col. 2. Io. de Anan. cons. 26. Abb. cons. 3. in 7. dubio, volum. 2. Alex. cons. 30. col. penult. vol. 5. Dec. in c. Ex ratione, num. 17. de appellat. Calcan. cons. 16. num. 35. Matthesilan. notab. 82. vbi Sarain. restat hāc esse Communem opinionem. Viu. lib. 1. Citatio. Villalob. littera E. num. 135. Magon. Rota Lucana Decis. 120. num. 4.

8 Limitatur in pronuncia de exequendo etiam super eadem re, Salicet. in l. ab executore, ff. de appellat. & prædicta vera, sunt in actione reali, Lanfranc. in c. Quoniam contra, in verbo, interlocutoria, num. 4.

Declarā secundo, vt in plantatione terminorū etiā super eadem re, in executione citatio requiratur, March. Decis. 169. par. 1.

Et procedit etiam in personali, quando agitur ad speciem extantem, Decis. Perusina 6.

Sed sufficit citare procuratorē, nisi sit absens, vel impeditus, vel protestatus fuit, nolle amplius interuenire, d. decis. 6. num. 7.

Declaratur vlterius, vt non procedat in Beneficialibus, in quibus executor laicus non debet exequi in petitorio, nisi citato possessore, Franc. March. Decis. 269. parte 1.

EXCEPTIO VI.

Possessionis captæ propria authoritate.

SVMMARIVM.

1 *Possessionem capere propria authoritate pendet ab officio iudicis nobili.*
2 *Delegari non possunt ea, quæ expedirentur iudicis officio Nobili.*

Iudex

VÆro, iuxta materiam l. qui restituere, ff. de rei vendicat. an Iudex possit parti victrici dare licentiam capiendi possessionem, propria authoritate? & videbatur, quod non, quia † pendet ab officio Iudicis nobili, l. ea quæ, §. Magistratus, ff. ad municipal. l. iubere cauere, & ibi Bart. ff. de iurisd. omn. iudic. vbi Ias. num. 4. & 5. concludit, citationem requiri, † ergo delegari non potest, iuxta notata in l. 1. ff. de offic. eius, & hæc fuit opinio Azonis.

1 (margin: debatur)
2 (margin: requiri)

3 Contrarium, † quod committi possit, tenet Bart. in Repetitione l. creditores, in 4. quæst. sub num. 18. versic. vos scitis, C. de pignor. in l. si finita, §. Iulianus, num. 21. versic. secundo quæro, ff. de damno infecto, in l. vnica, C. Vt nemini liceat, in l. 1. C. de seruis fugit. Salicet. in l. dotis, C. solut. matrim. in Authent. Ei, qui, quæst. 9. C. de bon. authorit. iudic. possidend. Abb. in cap. De cetero, de re iudicata. Bald. in c. præterea, §. quia verò, num. 18. de offic. deleg. Castr. in l. fundi, in princip. ff. de acquiren. possess. Et hæc est Communis, & recepta opinio, Ias. ad l. iuste possidet, num. 13. ff. de acquiren. possess. Cassad. Decis. 6. num. 3. de causa possession. & propriet. Lancelo. Corrad. in Pract. §. 2. libro 1. c. 9. de offic. Prætor. in caus. ciuil. titulo, de execut. sentent. num. 4. Ripa ad l. nemo potest, num. 61. de legat. 1.

4 Ampliatur 1. vt † etiam Citatio ipsimet parti committi possit, Bart. in Extrau. Ad reprimendum, in verbo, per litteras, num. 4. per l. eum qui, §. si epistola, & ibi not. Bart. & Angel. ff. de furt. Bald. & ibi Salicet. in l. 1. & in l. si vt proponis, C. quomodo, & quando iudex, in Authent. Ei, qui, num. 12. C. de bon. damnat. in l. vt perfectius, C. de annali except. in l. vltima, C. si per vim, Felin. in c. Sicut Romana, de Appellation.

5 Declaratur vt eius † assertioni non credatur, nisi aliter probetur, ne sit testis in causa propria, Bald. in l. si vt proponis, la secunda, numero 5. vbi Salicet. numero 2. C. quomodo, & quando iudex. Butr. in cap. 1. numero 26. de iudic. Et bona practica est, adhibere testes & Notarium, qui de hoc conficiat Instrumentum, aliàs esset multum periculosum.

6 Subdeclaratur in citatione solo verbo facta, † secus si per epistolam, Angel. in l. vt perfectius, numero 11. C. de annali except. sed mihi eadem ratio militare videtur: citatio enim quouismodo facta, semper asserit.

7 Ampliatur † secundo loco principaliter, vt iudex possit dare licentiam creditori capiendi pignus, & vendendi, Bald. Cin. & Salicet. in l. 2. C. si in caus. iudic. quod mirabile appellauit Ias. ad l. iustè possidet. numero 16. ff. de acquiren. possess. Cum in hoc requiratur aliqua causæ cognitio.

8 Ampliatur tertio loco principaliter, vt † Iudex possit committere creditori met capturam personæ debitoris, dummodo sine vi fiat, Bald. in Authent. Sed omnino, numero decimoquarto, C. Ne vxor pro marito, vbi subdit mirabiliter, quod, si in capiendo offendat, in pœnam, relaxandus est.

Contrarium per eademmet iura, & rationes, tenet idem Bald. in c. Pastoralis, §. quia vero, nu. 8. de offic. deleg. & hæc est tutior opinio, licet prima sit in iure verior.

9 Quam limita notabiliter, vt † si Iudex dedit licentiam parti capiēdi debitorem propria authoritate, si ille in actu capturæ se defendat, si percutiatur, vulneretur, vel occidatur, creditur non tenetur; ita notabiliter Bald. & ibi sequitur Salicet. in vltimis verbis, in l. si vt allegas, C. de adulter. & non videtur dissentire Angel. in l. 1. C. quando liceat sine iudice se vindicare, vbi habes casum

10 frequentem, & quotidianum, † de insectantibus bannitum, qui si se defendat, & occidatur, non tenentur insectantes. & hāc doctrinam dicit valde notabilem Roderic. Suarez, ad l. 2. fori, titulo, *Dello Emplazimentos*, num. 26. & videtur tex. notabilis, & in terminis, in l. si ex plagis, §. tabernarius, ff. ad leg. Aquil. in l. si seruus, C. de his, qui ad eccles. confug. quod videre placeat.

11 Non omitto tamen, quod † l. si seruus, est admodum iniqua, vt existimauit Diuus Chrysostomus contra Eutropium Costantij Imperatoris Eumencleum, cuius suasionibus lex illa fuit promulgata, & idem Eutropius ob iram Cæsaris, illius indignationem incurrit. Scribit Otho, lib. 4. Chronic. cap. 19. quem refert Alciat. lib. 2. Parergon, cap. 45. Didac. Var. resolut. lib. 2. cap. vltimo, num. 14. circa medium, Menoch. de recuper. remed. 8. num. 40.

Quibus plenè profitentibus, addo, quod ille textus limitatur in c. Inter alia, §. si vero seruus, de immu. eccles. vbi defertur iuramentum Domino de impunitate.

12 Iudex † tamen non debet admittere pactum inter creditorem, & debitorem, & vt eum capere liceat propria authoritate, cum sæpissime possit esse causa rixæ, & hæc est Communis opinio, Ripa in l. obligatione generali, nu. 21. de pignor. Didac. Variat. resolut. lib. 2. cap. primo, sub num. 7. versic. 4. &c. Galles. ad formam Cameral. par. 3. q. 6. Cotta, valde cōmendans, in verbo, Debitor, & in verbo, Clausula. Ioan. de Arn. Commentar. 10. Idem Cotta, in verbo, debitor non potest.

Bene tamen valebit in executione reali, & in bonis, Freccia, de præsentat. instr. par. 8. q. 3. Cannar. de execut. instrum. q. 32.

Vel quod carceretur a iudice, quia carcer priuatus prohibitus est, non carcer publicus, Ioan. de Arno, Commentar. 49.

13 Ampliatur quarto, in † legatario, cui testator dare potest licentiam capiendi legatum propria authoritate, sine aliqua Iudicis licentia, Bar. in l. Titia, cum testamento, §. Lucius, nu. 3. de legat.

14 2. Bald. in l. 1. num. 18. C. commun. de legat. † vbi contra resistentem etiam armis vti licet. Bart. in repetit. l. Creditores, q. 2. principali, num. 8. C. de pignor. Bal. in l. legis Iuliæ, in finalibus verbis, C. qui bonis cedere poss. Dec. consil. 243. num. 3. Menoch. de adipiscend. possess. remed. 2. num. 43.

Cui plenè profitenti addo Angel. in l. penult.

15 ff. pro legat. vbi Gloss. ampliat, etiam † si hæres licentiam dedisset, Bald. consil. 432. lib. 1. Fulgos. consil. 65. in fine. Freccia, de præsentat. instrument. par. 8. q. 3. num. 3.

16 Etiam si † testamentum in quo est data licentia, non esset solemne; ita notabiliter Bald. in c. Ceterum, colum. 4. sub num. 8. de iudic. per text. notabilem, in l. fin. ff. de reb. eorum, vbi Alberic. dicit, illam legem esse valde pulchram, nec se alibi legisse, & singularem quoque dixit Ias. in l. mandata, num. 8. ff. de offic. eius, in l. nemo potest, in prima lectura, num. 34. ff. de legat. 1. Socin. iunior, consil. 8. num. 31. lib. 2. Tiraquell. de Legibus Connubial. post leges, Glos. 6. nu. 206. Menoch. consil. 87. num. 74. volum. 1.

Addo Ias. in l. qui Romæ, §. cohęredes, num. 21. ff. de verb. oblig. Ripa in l. 1. num. 164. ff. de vulg. & pupill. Nicol. Vigell. ff. lib. 18. Excep. 1. versic. secunda replicatio, Aretin. consil. 17. colum. 8. consil. 103. Roman. cons. 178. Iacob. Mandell. consil. 4. num. 41. Roland. de Curte, consil. 123. num. 69. ad causas vlt. volunt. Anton. Gomes. de contract. cap. 14. num. 16. Menoch. de arbitr. Casu 171. num. 70. Simoncell. de Decret. in rebus minor. lib. 2. tit. 6. num. 109.

Alex. cons. 145. colum. 3. versic. fortificantur, lib. 1. Riminald. ad l. certi cōdictio, §. si nummos, colum. 5. versic. in quantum Bart. ff. si certum petatur. Felin. in c. cum venerabilis, colum. 8. de except. Ias. consil. 127. colum. 12. versic. decimosexto facit, lib. 2. consil. 67. colum. 4. versic. Restat, volum. 3. & iterum consil. 127. colum. 5. versic. 4. ex testamento, volum. 4. in l. si post diuisionem, colum. 2. versic. sed istud, C. de iur. ac facti ignor. Dec. consil. 259. in fine, in c. Vt debitus, colum. 3. versic. & non est nouum, de appellat. in c. Et si clerici, colum. 11. versic. sed breuiter, de iudic. Ruin. consil. 137. colum. vlt. libro 1. Crot in Repetit. l. re coniuncti, num. 65. de legat. 3. Curt. iun. consil. 70. colum. 2. versic. nec huic fundamento, Alciat. in c. Cum contingat, num. 38. de iureiur. Alba, consil. vlt. in fine, dixi in Addition. ad Dec. consil. 172. colum. 1. ibi videre placeat.

17 Subampliatur † etiam in testamento reuocato ex opinione multorū, sed cōtrariū est verius; Barbac. cons. 59. colum. 4. versic. Item mouetur, lib. 1. sequitur Dec. in c. 1. in prima lectura, colum. 4. versic. sed adde, quod contrarium, & in secunda lectura, colum. 2. versic. in secunda, Glos. de Cōstitutio. Lamberteng. de contract. mulierum Glos. 1. num. 9.

Ego in hoc recurrerem ad verisimilitudinē, & coniecturas, de quibus per Crauett. cons. 113. in fine, & considerarem aliam causam principalem reuocationis, & ex quibus quis velit colligere in tali testamento reuocato declarationem vna cum Crauett. superius citato.

De licentia capiendi legatum data, habes à Menoch. de adipisc. remed. 2. sed hæc vtilia ad-

18 dere poteris plene profitenti. Constitutum † tū in testamēto appositum, operatur vt legatarius capere possit propria authoritate, sine alicuius pœnę incursu, Bald. in c. 1. num. 13. de confirmation. vtil. vel inutil. dicens esse valde notabile, & esse suum nouum dictum, per l. Lucius, ff. de legat. 2. vbi textus notabilis, quod testator potest

præue-

præuenire in traditione,late commendans Tiraquell.de Constitut. par.2. Ampliatio.23. num.2.

19 Et † legatarius lucratur fructus à die constituti. Bal.in l.vltima,C.de fruct.& litium expens.& tale legatum est irreuocabile,Vrsill.ad Afflict.275. licet contrarium tenuerit Cotta, in Memorabil. in verbo, legatum est.

20 Secus in † fideicommissario, in quo talis licentia nihil operatur, Bald.consil.234.lib.3.Sequitur Iasconsil.146.lib.4.Durand.de arte testandi, titulo 5.Cautela 22.in fine.Menoch.de adipiscen.Remed.6.num.22.

Cui addo Tiraq.*Le mort saisit le vif.*par.2.declarat.10.num.4.

21 Ampliatur † quinto, vt ex conuentione partium hoc fieri possit, iuxta materiam l. Creditores, C.de pignor.& ea quæ superius diximus.

22 Ampliatur sexto, vt † consuetudine induci possit, vt sibi ius dicat propria authoritate.Hostiens. in Summa, de re iudicata, glos.notabilis in cap.1. de pœnis, in 6.dixit valde signandum, in l.2.num. 108.C.de iure emphyteutico.

23 Ampliatur 7. in causa statuti, vnde maritus habet manuum iniectionem in vxorem, quæ iam secū habitauerit, nec punitur pœna raptus. Alex. in l.Miles,§.qui iudicat,nu.3.ff.de re iudic.etiam si prius diuertisset à viro ob seuitiam. Marsil. ad l. primam,num.258.ff.de raptu virgin. Tiber. Decian.tract.Crimin.tit.de raptu, cap.13. num. 45. tomo 2.licet subdat teneri de violentia, tamen id authoritates allegatæ non dicunt.

24 Ampliatur 8. in incorporalibus, puta in non admittendo Canonicum suspensum ad electionē, Angel.in l.ordo, C. de execut. rei iudic. Asin in Pract.§.31.cap.4.ampliat. 4. vbi dummodo sine resistentia fiat.

25 Declaratur principalis † Conclusio superius posita, vt non procedat quando inueniat resistentem, ita Bart.in l.iuste possidet, vbi Ias.dicit Communem, num.19.ff.de acquir.possess.dicens insuper ita in practica seruari; hanc etiam dicit Communem Ripa, ad l.naturaliter, §.nihil commune, 62.ff. eodem tit. in cap. sæpenumero, 87.ff. de restit.spoliat.Sapia, ad l.iubere cauere, num.7.ff.de iurisdictione omnium iudicum, idem dixit Cagnol.in l.non est singulis, numero 5.ff.de reg.iur. Asin. in pract.§.3.cap.1.ampliat.2. num.3. & §.3. cap.123.Papiens. in forma execution. sentent. in

26 verbo, Nuncio publico, num. 2. vbi † extendit, etiam si iudex apponat hæc verba, scilicet, etiam si inueniat resistentem, quod talis licentia non valeat.

Vnde occasio tumultus euitari debet, facit l. qui cedere, ff.de sicar. quam singularem dixit Veronens.Cautela 2.in fine, Roman.singul.537.vn-

27 de † aliàs excommunicandus, excommunicari non debet, si scandalum timeatur, gloss.vltima, in Canone, si quis ordinatus, distinct.92.

28 Et propter † scandalum receditur à pœna l. si quis in tantam, C.Vnde vi, glos. notabilis, in Cano.Lator, in verbo, reddere, 2.q.7. & Principi nō obeditur, vbi timetur de scandalo, D. Thom.2.2. quæstion.8. artic. 1. & multa de pęnis mitigandis propter tumultum, & scandalum, Tiraquell. de pœnis.Causa 46.

29 Subdeclaratur hæc declaratio, vt † non procedat, quando nulla causæ cognitio necessaria est, tunc enim ipsimet parti executio committi potest, secus si aliqua causæ cognitio requiratur, & tunc parti victrici committi non potest. Abb. in cap.De cetero, num.11.vbi Felin. num. 14. de re iudicata. Alex.ad l.iuste possidet, num.29.in fine, ff.de acquir.possess.in l.à Diuo Pio, in princip. nu. 14.de re iudicata. Cagnol. ad l. Non est singulis, num.5.ff.de reg.iur.

30 Subdeclaratur † secundo, quando non potest haberi copia Iudicis, vel quando sit verecundia eum adire, iuxta doctr. Bart. in l. vt vim, in fine, vbi Dec.num.35.Ias.num.38.ff.de iust.& iure, tūc potest propria authoritate quis exequi, vt isto casu procedat opinio Bart. superius allegata, ita Ripa ad §.nihil commune, num.62.Asinius in Practic.§.31. cap. 1. ampliat. 3. & videntur modestæ conciliationes, & satis honestæ, licet Iacob. Menoch. in 8. Remedio recuper.possess.nu.32.cum multis seqq. Contrarium cum Baldo indistinctè teneat, etiam si quis inueniat resistentem, licere victori, qui habuerit licentiā à iudice, propria authoritate, & cū armis capere, & licet in iure multi sint casus, in quibus licet aliquid lege permittēte propria authoritate facere, tn̄ laudabile erit iudices adire, & caute procedere, quia aliter faciendo, in defendēdo innocentiam & bonum ius, angustiæ, & expensę erunt magnæ, prout passim ex

31 perientia docet † & si nulliter iudex processerit, & virtute decreti nulli dedit licentiam parti capiendi possessionem propria authoritate, dicitur violentus possessor, & incidit in pęnam legis meminerint, C. Vnde vi, Neguſ. de pignor. par. 3. memb.2.num.22.

Sed ponamus hic vnum in practica satis notabile; Pone, quod victor accepit possessionem, per executorem, vel authoritate propria, ex licentia iudicis, de qua superius vidimus, postmodum expellitur, vel molestatur, numquid intrabit, & durabit adhuc illa facultas capiendi propria autho-

32 ritate? vtique non, † ex quo semel habuit effectū suum, immo, nec iudexmet via executiua procedere poterit sed via ordinaria agendum erit, l.vltima, §.species, iuxta intellectum Iac. de Aretio, quem ibi Castrens.dicit singularem, in 4.intellectu, ff.de acquir.possess.glos.in l. Claudius, ff. qui potior.in pignore habeant, in l. Pomponius, §. si ita, in fine, ff. de procur.in Authent. Sacramenta puberum, C.si aduers.vendit.

33 Declaratur hęc Conclusio, † vt non procedat in actu successiuo, quia durat potestas exequendi, l.inter Castellanum, ff.de arbitr.Cin.in l.si seruus, C. de pœnis. Bart. in l. sicut, §. superuacuum, ff. quibus modis pign.vel hypotheca soluitur.

34 Declaratur secundo, vt † potestas exequendi duret incontinenti, & infra annum, Bart. in l.sed. & possessori, ff. de iureiuran.iuncta glos. notabili, in cap.quanti, de offic.deleg.

35 Declaratur tertio, vt † procedat in actore victore, secus in reo, absoluto, qui molestatus, habet actionem in factum, Cast.in dicto §.species, in fine, vbi reputat valde notandum.

Decla-

36 Declaratur quarto, nisi † iudex, addiderit alia verba. denotantia continuationem, puta, vim non inferri, vel similia, vt per Angel. in l. qui restituere, numero 1. in fine, ff. de rei vendicat.

EXCEPTIO VII.

Exceptio Feriarum.

SVMMARIVM.

1 *Executio fieri potest, in ferijs in vtilitatem hominum indictis, secus si sint in honorem Dei.*
2 *Relatio citationis fieri potest die feriato etiam in honorem Dei indicto.*
3 *Represaliæ exequi non possunt die feriato in honorem Dei.*
4 *Instrumentum etiam guarentigiatum exequi non potest die feriato in honorem Dei indicto.*
5 *Inuocatio brachij secularis non potest fieri die feriato in honorem Dei.*
6 *Executio, quæ nullam causæ cognitionem requirit, potest fieri die feriato in vtilitatem hominum, & in honorem Dei.*
7 *Præter quam in die Dominico.*
8 *Incantus non potest fieri die feriato, & quare.*
9 *Executio fieri potest ferijs indictis in honorem Dei de Consuetudine.*
10 *Debitor fugitiuus potest capi die feriato in honorem Dei indicto.*
11 *Ampliatur etiã si feriæ essẽt solemnissimæ, vt Paschatis Natiuitatis, Epiphaniæ, Ascensionis, Pentecostes, & similes.*
12 *Debitor fugitiuus capi potest etiam per iudicem incompetentem.*
13 *Debitor fugitiuus capi etiam potest lite pendente.*
14 *Debitor fugitiuus capi potest tempore treguæ; & quare.*
15 *Recommendatio fieri non potest die feriato in honorem Dei indicto.*
16 *Debitor fugitiuus die in honorem Dei indicto capi potest si properet ad fugam, alias non.*
17 *Debitor captus die feriato in honorem Dei, relaxatur, data fideiussione de se repræsentando.*
18 *Resistens executioni die feriato in honorem Dei, punitur mitius.*
19 *Laudum & sententia lata die feriarum, nulla sunt, & executionem non merentur.*
Idem de Decreto statuendum sub eod. num. 19.

1 Vero, an † in executione obstet exceptio
feriarum? ratione non, si sunt in vtilitatem hominum, secus in honorẽ Dei
indictæ. Bartol. in l. 1. §. nunciatio, nu.
20. ff. de noui oper. nunciatione. Bal. in l. in minorum. num. 5. in fin. C. in quibus caus. in integrum
2 restituto. vb. videtur ampliare, vt nec relatio † citationis fieri possit: sed hoc non est in vsu, idem
Bald. in l. eadem, in prima lectura num. 5. ff. de ferijs. in Authentica; Sed omnino, num. 16. C. ne
3 fil. pro patre qui videtur extendere † etiam ad represalias. Butr. loquens in captura personę in cap.
4 vltimo, num. 17. de ferijs, subdens † instrumentũ
guarentigiatum, non esse exequendum die feriato in honorem Dei. sentit Bart. in l. ait Prætor, §. si debitorem, nu. 3. ff. quæ in fraud. credit. Bald. in sua Margarita, in verbo, executio sententiæ, Roman. in l. 1. in verbo, excipiuntur, ff. de ferijs. Lanfranc. hoc valde commendans, in cap. quoniam contra, in verbo, Citatio, in fine, de probat. Angel. in l. eadem, num. 3. de ferijs, Barbat. in c. fin. num. 31. vbi Felin. num. 27. Imol. num. 8. de iudic. Alciat. in l. 1. §. nunciatio, nu. 37. vbi Io. Crott. num. 43. de nou. oper. nunciat. & hęc est magis Communis opinio. Alex. consil. 130. num. 2. vol. 4. clarius cons. 53. num. 8. vol. 5. vbi reprehẽdit federic. de Senis contrariam sententiam tenẽtem cons. mihi 144. de magis Communi Asinius in Practica. §. 31. cap. 2. Ampliat. 13. Vantius de nullit. ex defectu iurisdiction. num. 131. Mannos comis. 13. num. 15. Gratian. Decis. March. 144. num. 16. Vant. de nullit. ex defectu iurisd. ordin. numero 131.
5 Ampliatur † idem in inuocatione brachij secularis, Alex. cons. 130. num. 2. vol. 4.
6 Declaratur † hæc communis Cõclusio, in executione, quæ nullam causæ cognitionem requirit, tunc enim diebus feriatis in vtilitatem hominum indictis, fieri potest. Roderic. Suarez, ad l. post rem iudicatam, Ampliat. 4. & qui eum non allegat Menoch. de arbitr. casu. nu. 16. Mauer. in Pract. tit. de execution. nu. 5. vbi ampliat idem in casu alicuius nouitatis.
7 Immò † & die feriato in honorẽ Dei, talis nuda executio fieri potest. preterquam die Dominico, vt voluit Guid. Pap. q. 215. subdens, quod † in-
8 cantus fieri non possent die feriato, eo quia aliquam causæ cognitionem requirat.
9 Declaratur secundo, vt de † consuetudine seruetur contrarium, in exequendo, tam in ferijs in vtilitatem hominum, quam honorẽ Dei. Asin. de consuetud. §. 31. cap. 2. Ampliat. 13. num. 3. Caranita, Ritu 172. Vant. de nulli. ex defectu citatio. sub num. 47. vers. idem dicitur, licet reuera authoritates allegatæ per Asin. loquantur in executione citationis commissæ, quæ non est adeo prę iudicialis, nec adeo iniuriosa, & de contraria consuetudine, in diebus hebdomadæ Sanctæ Tessaur. Pedem. 95.
10 Declaratur tertio. in debitore fugitiuo, qui capi potest etiam die feriato in honorem Dei. glos. ab omnibus commendata, in l. fin. in verbo fideiussores, C. de ferijs, quam commendat Bald. in l. 1. num. 12. C. qui bonis cedere poss. singularem dixit Angel in eadem l. num. 2. C. de ferijs, in l. qui restituere. in fine, ff. de rei vendicat. Castrens. dicens non esse alibi, in l. Diuus, in fine. ff. de ferijs, vbi loquitur de die Dominica. Felin. in cap. finali, col. penult. de iudic. Anchar. consil. 95. col. 1. cons. 123. num 7. & ita obseruat Consuetudo; Alberic. in l. si ferial. s. ff. de ferijs Socin. cons. 99. num. 4. consil. 100. col. 1. lib. 4. Brun. de cessione bonorum, in 11. quæst. 4. part. principal. num. 29. Et hæc est Communis opinio. Serafin. de Iuramento, priuileg. 7. num. 36. Ampliat. 1.
11 Ampliatur notabiliter † etiam si feriæ in honorem Dei essent solemnissimæ, vt Paschatis, Natiuitatis,

uitatis Epiphaniæ, Ascensionis, Pentecostes,& similes, Bal.in cap.fin.col. 11.de ferijs,ita amplian do dictam glossam comendat pro valde notabili Iasad l.plerique, num.26. C. de in ius vocando,
12 vbi ampliat.† etiam data incompetentia iudicis. Iasad l.vinum,col.3.num.3.vers.& quod illa glo. ff.si cert.petat.
13 Subampliatur hoc, etiam † lite pendente, Angel.in l.si ab arbitris, §.1. in fine, ff. qui satisd. cogant.dicens sic se infinitis vicibus practicasse, & in repetitione l.nemo carcerem, post medium, vers.quæro,quid si lite pendente, C. de exact.tribut.libro 10. commendat pro valde notabili Cotta in Memorabil.in verbo, Debitor non potest al legare,circa medium.

Et facit:quia non dicitur quid attentatum,captura suspecti,vt in recollect.Ioan. Pauli 171. Lancelot.de Attent. in 2. parte cap. 4. de attentat. lite pendente,& in præfatione, num. 210. Duenn.in Regula 42.num.9. Franch.c.cum teneamur, numero 13. de appellation. Marantha, in Speculo, quæst.2.3.part. Minsynger. Centur. 2. Obseruat. 66.Idem Lancelott.de Attent.lite pendente,par. 2.cap.4.limit.9.
14 Ampliatur secundo, vt † etiam tempore treguę,quia tregua non prodest fugitiuis, Bald. in cap.1.numero 5. de treug. & pace. Declaratur, vt
15 † recomendatio fieri non possit die feriata in ho norem Dei, Bald.in Auth. Ei,qui, num. 12.C.de bonis author. iudic. possiden. rationem reddēs quia cessat timor fugæ, comendat pro singulari Alex.consil.159. col.vlt. sub num. 7. vers. tamen non potest,vol.2.Iasin l.1.§. sed excipiuntur, nu. 11.ff.de ferijs,in l.si fideiussor,§.si satisdarum, nu mero 20.ff.qui satisf.cogantur, Felin.in cap. Significauerunt,numero 30.de iudic.Brun. de Cessione bonorum quæst.11.quarta parte principali,nu mero 30.
16 Declaratur secundo, in verè de fuga † suspecto,præparante,& signa faciente,aliàs non potest capi die feriata in honorem Dei, vnde si allegetur suspectus,quia non possidet immobilia, non potest iurari suspectus die feriata in honorem, Dei, Caccialup.de debitore fugitiuo, quæst.8.dicens fuisse notabilem limitationem ad d.glos.singularem,in l.finali, C.de ferijs.

Facit ad prædicta Angel. ad l. pignoris causa, C.de pignor.actione, vbi de, præparante se ad fugam,& aliqua signa dante, idē iudicamus quod de fugieute, commendat pro singulari Marsil. Singul.43.
17 Declaratur tertio, vt datis † fideiussoribus de repræsentando,relaxetur captus, & fieri potest in strumentum,die feriata in honorem Dei, Bal. in l.lecta,ff.si cert.pet.
18 Sed numquid † resistens Curiæ, & Birruarijs exequentibus die feriata in honorem Dei,in cau sa ciuili,contra non suspectum de fuga, sit puniēdus, vtique non,pœna ordinaria, sed alia mitiori pecuniaria. Tesaur decis. Pedemontan. 95. in fine,debeat enim comparere, & nullitatem allegare, quem casum non video in specie factum apud eos qui ex professo tractant materiam resistentiæ, & executiones causarum Criminalium, in afflictiuis, & capitalibus, supersedetur in ferijs in honorem Dei, Iul. Clar. quæstione 97. versic. quæro etiam.
19 Laudum † tamen, & sententia lata tempore feriarum, sunt nulla, nec merentur executionē, Magon. Rota Lucana, 94. num. 14.

Idem in Decreto quod sit nullum tali die, Duen. Regula, 188. num. 4.

EXCEPTIO VIII.

Defectus citationis obstante Statuto.

SVMMARIVM.

1 *Defensio est de iure Naturæ.*
2 *Creditor potest incipere à captura, stante statuto, quod debitor capi possit ad simplicē voluntatem creditoris.*
3 *Verba, ad simplicem voluntatem, important actum absolutum, nullis regulis suppositum.*
4 *Exceptiones requirentes altiorem indaginem in summarys, reseruantur in finem litis, si non respiciant legitimationem personarum.*
5 *Exceptiones, pacti, rei iudicatæ, Iurisiurandi, etiam reseruantur in summarijs.*
6 *Defensio ex causa tolli potest.*
7 *Libellus, & litis contestatio requiritur, dum proceditur ad voluntatem creditoris, idq. iuxta iuris dispositionem, cuius correctio quantum fieri potest euitanda est.*
8 *Correctoria fauorabilia sunt, & extendenda, quando per ea fit reditus ad Ius Commune.*
9 *Creditori nō licet pacto prauio capere debitorem propria authoritate in promisso termino non soluentem.*
10 *Pactum, ad carcerem creditoris non valet, sed bene ad carcerem iudicis.*
11 *Etiamsi fuisset iuratum.*
12 *Obligatio ad perpetuos carceres valet, idq. cum iuramento, & fine.*
13 *Declara, & distingue si agitur de lucro captando vel damno vitando.*
14 *Verba importantia absolutam voluntatem, restringuntur si de damno uel præiudicio alterius agitur.*
15 *Distingue, & declara vt hic.*

Vero, Statutum disponit, vt capi possit debitor ad simplicem voluntatem creditoris, an possit creditor incipere à captura sine citatione aliqua? & videbatur requiri citationem cum pendeat † à defensione quæ est de iure naturæ, l.vt vim, ff.de iust.& iure, Clement. Pastoralis, de re iudic.
1
2 Contrarium † determinat Angel. in l. hic, numero 2.& 3.ff.de legat.1.dicens ita fuisse Floren-
3 tiæ iudicatum, ea ratione: quia illa verba, † ad meram, & simplicem volūtatem, important actum absolutum, nullis regulis suppositum, l.Thais, §. Lucius, il secundo, ff.de fideicommiss.libert. qui text. parum probat, cum loquatur in iudicio, quod importat arbitrium boni viri, reiecta opinione gloss.exponentis, voluntati, quæ communiter reprobatur, vt per Menoch. de Arbitr.lib.1. quæst.8.num.15.ad idem l. fideicommiss.libertas, ff.eo.tit.Bar.in Extrauag. Ad reprimēd.in verbo, videbi-

videbitur, num. 3. vbi simpliciter, in verbo, volun tas. Aret. in §. in bonæ fidei, num. 22. de action, Natta in Clement. Sæpè, §. non sic tamen, num. 34. de verb. signif. Paris de Puteo, in Tract. Synd. tit. de Arbitr. num. 10. in fine, Otian. de arbitr. nu. 26. etiam inique, Bart. in l. centesimis, §. vltimo, num. 8. ff. de verb. obligat. latè Ias. ad l. si sic legatum, num. 27. ff. de legat. 1. Dec. ad l. captatorias, num. 6. & 7. C. de testam. militari Paris. consil. 111. num. 13. lib. 1. consil. 71. num. 65. lib. 3. consil. 26. num. 27. lib. 4. Exea, in cap. 1. num. 396. de pact. Menoch. de Arbitr. lib. 1. q. 17. in princip.

Et si dicatur, quod defensio tolli non potest, ergo, nec citatio, quę species defensionis est.

Respondetur, quod non tollitur, sed reserua-
4 tur, prout in summarijs, † exceptiones requirentes altiorem indaginem, quæ reseruantur in finē litis, si non respiciant legitimationem personarū, l. 3. §. ibidem, ff. ad exhibend. pulcher textus in l. vltima iuncta Glos. in verbo, indaginem, C. de compensation. Bart. in Extrauag. in verbo, Summarie, num. 4. Aretin. in §. bonæ fidei, num. 2. de action. Marsil. Sing. 365. Exceptio. Menoch. de Arbitr. lib. 1. q. 53.

Addo Cephal. consil. 47. nu. 47. lib. 1. Nattam consil. 60. num. 2. vol. 1. Sebastian. Medic. de Com-
5 pensation. par. 1. q. 13. etiam si esset exceptio † Pacti, rei iudicatæ, iurisiurandi, & similes. Alex. in l. ille à quo, §. si de testamento, num. 4. in 2. notab. ff. ad Trebellian. dixi in tract. de Iuramento litis decisorio, quæst. 1. 9. quæstionis principalis, Afinius de executor. §. 1. cap. 29. num. 16. in pract. §. 7. limitat. 11.

Reseruatur igitur defensio, sed non penitus tollitur, Ias. in l. ait, prætor, num. 23. de iureiur.

6 Immò & † defensio ex causa tolli potest, l. si seruus, C. de his qui ad Eccles. confug. de quo latè superius diximus q. 7. num. 11. l. reprimendorum, C. quod non liceat sine iudice se vindicare, Vnde propter causam instrumenti guarentigiati placuit statuentibus ordinem peruertere.

Et hoc dictum Angeli reputauit valde singulare in Practica Roderic. Soarez. ad l. post rem iudicatam, limit. 12. fol. 625. nec dissentire videtur Roman. consil. 133.

7 Considerandum tamen est, quod hoc Statutum est correctorium iuris, iuxta cuius dispositionem, ante quam deueniatur ad exequutionē, libellus, & litis contestatio præcedere debent, l. 1. C. de execut. rei indic. & fieri aliquis processus, l. consentaneum, C. quomodo, & quando iudex, Bart. ad l. eos, C. ad leg. Iuliam peculat. Vnde strictè facienda est interpretatio, l. præcipimus, in fine, C. de appellat. c. Cum expediat, de election. lib. 6. Ias. ad l. Marcellus, nu. 24. ff. ad Trebellian.
8 ergo citatio nō est vsquequaque exclusa; & † materia correctoria tunc censetur fauora bilis, & extendenda, quando per eam fit reditus ad ius commune, Ias. in Authentica, Quas actiones, col. 6. C. de sacros. Eccles. Cur. iun. consil. 5. col. 13. in fine, consil. 6. vers. non omitto, pulchrè Crauetta consil. 174. sub num. 7. ergo corrigendo ius commune, erit facienda strictissima interpretatio, & consequenter citatio non erit sublata.

9 Hinc postea infertur, † non valere pactum, quod liceat creditori capere debitorem, non soluentem in tali termino, propria authoritate, gl. final. in Authentica Immo, C. de action. & obligat. vbi Bald. in fine dicit notabile, & menti tenēdum, & Vital. in Clausul. Cession. bonorum, pro pè principium, sub numero 1. ea ratione: quia est factum damnatum à lege, & punibile, vnde in pactum, vel renunciationem deduci non potest. Angel. in l. si vnus, §. pacta, quæ turpem, numero 3. ff. de pact. vbi rationem reddit, quia potestas capiendi, spectat ad iudicem, non ad partem, Bart. in l. alia, §. eleganter, numero 10. vbi Alex. numero 6. ff. soluto matrimon. Bal. in l. Titio centum, numero 2. ff. de condit. & demonstrat. vbi tenet,
10 non † valere pactum ad carcerem creditoris, sed benè ad carcerem iudicis, vt sine alio processu, vel citatione capi, & carcerari possit, Angel. in l. nemo carcerem, C. de exactor. tribut. libro 10. Salicet. in l. 1. C. qui bonis cedere possint, Butr. in c. cum contigat, de iureiuran. Ioan. Faber, in §. vltimo, de action. Alex. consil. 37. numero 6. volu. 2. Abb. in cap. Lator, de pignor. in cap. Odoardus, de solution. Felin. in cap. Ex Rescripto, numero 10. & 11. de solut. in cap. P. & G. de offic. delegati. Afin. de executor. §. 2. cap. 4. numero 8. & hæc est Communis opinio. Galles. parte 3. quæst. 4. Viu. libro 1. Opinione 65. licet contrarium per multas rationes teneat Vital. in Clausula, An possit renunciati cessioni bonorum à numero 10. vsque ad 20.

11 Quę Conclusio vera est, † etiam si tale pactum fuerit iuratum, Bald. in Authentica Sacramenta puberum, sub numero 3. C. si aduers. vēdition. sequitur Alex. in l. alia, §. eleganter, num. 6. ff. soluto matrim. Crot. in Repet. l. nemo potest, numero 91. ff. de legat. 1. Et hæc est magis Com. opinio. Alciat. in cap. Cum contingat, numero 69. de iureiurando. Serafin. de iuramento, Priuile. 91. vbi
12 col. 2. sublimitat, quod quis † cum iuramento, & sine potest se obligare ad perpetuos carceres. Couarr. var. resolut. libro 2. cap. 1. numero 7. ad cap. Quamuis, par. 2. in princip. de pact. libro 6.

Et textus, in quo se fundat Angel. scilicet l. cū quidam, ff. de legat. 2. procedit, dummodo adsit dolus, ita Bart. in l. creditor, §. Lucius, ff. manda-
13 ti. Secundo † ibi agitur de lucro captando, secus esset si ageretur de damno vitando. ita illum textum declarat Bald. in l. si cum ea, numero 4. C. de dot. promiss. dicens hoc perpetuo notandum ad intellectum d. l. cū quidam, vnde in casu, de quo agitur, tractatur de damno vitando per debitorem, merito igitur citatio videtur necessaria.

Tertio hæc contraria opinio confirmatur ex his, quæ latè, ni fallor, posui in tract. de iuramento litis decisorio, quæst. 5. nonæ quæst. principa-
14 lis, † vbi verba importantia absolutam voluntatem, restringuntur, si, de alterius præiudicio agatur, ibi videre placeat.

Et hanc opin. tenet Castr. post Bald. in l. si quis curialis, numero 3. C. de Episcop. & cleri. dicens perpetuo notandum.

Quid si statutum requirat iustificationem actus consummati, puta quod captura iustificetur

infra

infra tot dies, non requiritur citatio, Matfil. ad l. de vnoquoque, num. 85. de re iudicata.

15 Et in principali † quæstione distinguendum est, considerando verba Statuti; aut enim dicit simpliciter, ad instantiam, vel voluntatem creditoris, & requiritur citatio; aut Statutum addit, ad liberam voluntatem, & non requiritur citatio, Alex. in l. postulante, colum. fi. ff. ad Trebell. Ant. Gabr. de Citatione, Conclus. 1. num. 59.

EXCEPTIO IX.

De Exceptione & defectu citationis si idem Iudex exequatur.

SVMMARIVM.

1 *Citatio requiritur in executione sententiæ, si idemmet Iudex exequatur.*
2 *Declaratur hoc verum, data re iudicata, & notorio, ex appellatione omissa, vel renunciata.*
3 *Cap. 2. de dolo, & contumacia, lib. 6. declaratur.*
4 *Citatio non requiritur in notorio, quando nullam habet, vel habere potest dubitationem.*
5 *Gratus cons. 76. vol. 2. declaratur.*
6 *Quid si facta sit executio sine citatione.*

1 Prosequendo citationis materiã, numquid in executione sententiæ requiratur citatio, si idemmet Iudex exequitur eam? & vtique sic, ita tenuit Alex. in l. à Diuo Pio, §. in venditione, de re iudic. quia multas exceptiones opponere posset, ad executionem impediendam, vt dixi supra, quæst. 5. Cardin. in Clement. Sicut, q. 2. de appellat. Franc. in c. Cum ex ratione, num. 82. de appellat. Duen. Regula 94. num. 3. Afin. in Practica, §. 31. cap. 4. Ampl. 3. Gabr. de Citatione, Concl. 1. num. 131. de Communi Viuius Opin. 35. par. 1. Emanuel, in Thesauro, littera C. num. 73.

2 Declaratur † hoc esse verum, si non est appellatum, nec appellare liceat, vel est appellationi renunciatum, ita vt simus in notorio, tunc enim citatio non requiritur, Angel. in l. 1. sub num. 21. & 34. versic. septima conclusio, C. de Iudic. & ad prædicta facit tex. in cap. 2. iuncta Glos. in verbo, Grauamine, de dolo, & contumac. lib. 6. vbi, si appelletur in casu non appellabili, executio facienda est, & fieri potest, parte non citata.

3 Nota tamẽ, † quod ille textus procedit tribus concurrentibus; quod non sit delatum appellationi, quod non fuerit exhibitum, per quod appellans non succubuerit, Trigon. Singul. 13. in princip. Bar. in l. 2. num. 6. de appellat. recipiend. Marian. de Citatione, Conclusione 1. Ampliat. 61. num. 425. cum seq.

4 Animaduertendum tamen est, † quod tunc in notorio citatio non requiritur, quando nullã habet, vel habere potest dubitationem, si vero sit notorium, quod aliquo modo potest excusari, tunc citatio requiritur, Archid. in Canon. Quæ Lotharius 2. q. 1. in cap. 1. col. 2. de offic. delegati, lib. 6. Abb. cons. 3. vol. 2. cons. 68. in fine, eod. vol. & hæc est magis Communis opinio, Alex. cons. 6. col. vltim. vol. 3. in l. non solum, §. morte, col. penult. de noui oper. nunciat. Nicel. concord. 52. Aretin. cons. 163. col. 8. Ant. Gabr. de citatio. conclus. 1. numero 35. vide infra, except. 17. numero 1. vbi late.

Dato igitur casu, quod simus in casu inappellabili, vel quia non potest appellari de iure, vel quia non fuit appellatum, vel fuit renunciatum appellationi, nõne potest opponi aliqua exceptio, quę contra rem iudicatam prohibetur.

5 Et per hoc videtur † dubitabilis decisio Grat. cons. 76. vol. 2. vbi sententia est exequẽda sine aliqua citatione, quãdo præcessit intimatio, nec apparet reclamatum, quid enim si nolo reclamare, sed contra rem iudicatam exequendam aliquid releuans allegare.

6 Quid si facta † sit executio sine citatione, in ea su quo requireretur, vtique si cum nuncio, valet, sed datur appellatió; si sine nũcio, licet de iudicis licentia, est nulla, & habet locum pœna l. meminerint, C. Vnde vi, Lanfranc. in c. Quoniam contra, in verbo, interlocutorie, num. 41.

EXCEPTIO X.

Defectus citationis, si executio facienda est contra eamdemmet personam condemnatam.

Vid si executio facienda est contra eamdemmet personam condemnatam, & tutior est opinio vt citatio fiat. Socin. in Tract. de Dilation. artic. 7. q. 19. Alexan. in d. §. in venditione, Duenn. Regula 94. Ampliat. 4. Afin. in Pract. §. 31. c. 4. Ampl. 4.

Si tamen isto casu omittatur citatio, executio valet, ex his quæ not. Anton. Gabr. de Citatione, Conclus. 1. num. 131. Vestr. lib. 8. cap. vltimo, sub num. 4. vbi de magis Communi.

EXCEPTIO XI.

De Appellatione interposita sed deserta.

SVMMARIVM.

1 *Iudici constare debet appellationem esse desertam.*
2 *Appellans potest allegare, & deducere impedimentum.*
3 *Citatio in executione requiritur, si pars appellationi renunciauit.*
4 *Limita, nisi citatio facta sit coram ipsomet Iudice exequente.*
5 *Franc. in cap. 2. de dolo & contumac. lib. 6. declaratur.*
6 *Iudex à quo, exequitur nulla prauia citatione quando appellatio est deserta, nisi per Iudicem ad quem facta fuerit inhibitio.*
7 *Citatio non requiritur, si sententia transiuit in iudicatum per intimationem.*

Vero, petitur executio ſententię, à qua
eſt appellatum, ſed appellatio eſt deſer
ta, an in tali executione facienda, erit
citanda pars? & videbatur quod non,
ſtante deſertione appellationis, quæ facit rem iu-
dicatam; Et ita videtur tenere Innoc. in cap. cau
ſam, quæ, num. 14. de re iudic. Contrarium eſt ve
1 rius, ea ratione: quia † debet conſtare iudici appel
lationem eſſe deſertam, quod conſtare non po-
teſt, niſi pars citetur, quæ fortaſſe aliquod impe-
2 dimentum, † vel legitimam excuſationem allega
re poſſet, l. vltima, §. illud, C. de temp. appella. per
quam ita tenet Bart. in l. 1. num. 9. ff. nihil innou.
appell. pend. Bald. in l. eos, num. 8. in l. ſi contra, C.
de appellation. Abb. in cap. Ex ratione, de appel-
lation. Angel. in l. 1. num. 30. verſic. quinta con-
cluſio, C. de iudic. Alex. in l. à Diuo Pio, §. in ven
ditione, numero 32. vbi reputat valde notabile,
de iudic. Dec. conſil. 97. num. 2. & 3. vbi dixi. Af-
flict. in Conſtitut. Neapolitan. libro 2. tit. 17. nu-
mero 25. Duenn. regul. 94. num. 5. Ampliat. 5. §.
7. cap. 5. limitatione 11. ſublimit. 1. Et hæc eſt ma
gis Communis opinio. Caſſador. deciſione 6. nu.
2. de cauſa poſſeſ. & propriet. Marantha in 6. par.
actu 13. num. 16. Viuius in Silua. Opinion. 94. nu-
mero 4. Luc. Pen. in practica, libro 8. capit. 1. nu-
mero 15.

3 Quid ſi eſt † renunciatum appellationi, videba
tur dicendum, quod pars non ſit citanda, quia ſe
ſpoliauit renunciando. Cōtrarium eſt verius, ita
egregiè Bald. in l. tale pactum, §. qui prouocauit,
ſub num. 11. verſic. in contrarium, ff. de pact. vbi
rationem reddit, quia interuenit nouum factum
poſt ſententiam.

4 Declaratur, niſi fuerit † renunciatum coram
iudice exequente, nam tunc coram eo efficitur
res notoria, vnde alia citatio non requiritur, ita
pulchrè ſentit Angel. in l. 1. in 7. Concluſ. C. de
iudic.

Renunciatio igitur facta ad fauorem meum,
non tollit citationem, niſi liquido conſtet iudici
exequi volenti.

5 Et ſecundum † prædicta videtur fortaſſe intel
ligendum dictum Franchi in capit. 2. de dolo &
contum. lib. 6. colum. 1. circa medium, vbi tenet
pro valde notabili, quod in executione pars non
ſit citanda, quæ appellauit, dicens eſſe notabilem
declarationem ad iura requirentia citationem
in executione ſententiæ.

6 Et quando † appellatio eſt deſerta, iudex à quo
exequitur ſine alia citatione, ſi executio ſit liqui-
da, vel non ſit inhibitum per Iudicem, ad quem,
Gabr. de Citatione, Concluſione prima, nume-
ro 133.

7 Pariter † citatio non requiritur, quando ſen-
tentia per intimationem, tranſiuit
in iudicatum, Grat. conſilio
ſeptuageſimoſexto, in
fine, volumine
ſecundo.

EXCEPTIO XII.

Iudicati, vel in factum.

SVMMARIVM.

1 *Actio iudicati cum intentatur, proceditur ordine iudicia-rio, cum libello, & ſimilibus ſolemnitatibus.*

2 *Iudicis officium cum intentatur, executiuè proceditur.*

3 *Iudicis officium tunc intentatur, cum ſententia eſt liqui-da, alias actio iudicati, vel in factum, cum citatione, li-bello, & ſimilibus eſt neceſſaria.*

4 *Sententiæ deperditæ, tenor probandus eſt, teſtibus, & parte citata.*

5 *Iudicis officium excluditur, parte opponente, libellum of-ferri debere.*

6 *Actio iudicati poteſt intentari coram quocumque iudice ſine aliquibus litteris.*

7 *Iudicis officium requirit litteras, ſi coram alio iudice in-tentatur.*

Ed numquid requiritur citatio partis,
coram executore, ſiue intentetur a-
ctio iudicati, vel in factum, ſiue implo
retur iudicis officium? & primo vide-
batur quod ſic, ex reg. l. 1. §. item veniet, & §. item
rectè, vbi not. Bart. numero 5. ff. de petit. hæred.
ad idem l. 1. C. quando ex facto tutor. ibi: actio iu-
dicati aduerſus illos exercēda eſt, ex l. minor, cui
per fideicommiſſum, ibi: initium nouæ petitio-
nis regenerat, ff. de minoribus.

1 Veritas eſſe videtur; † Aut intētatur actio iu-
dicati vel in factū, & tunc proceditur ordine iu-
diciario, cum libello, & ſimilibus ſolemnitati-
2 bus; Aut intentatur † officium iudicis, & tunc
non ſeruatur ordo iuris, ſed executiuè procedi-
tur, Specul. in titulo, de executione ſenten. §. qua
liter, in princip. ſequitur Angel. in l. 4. §. ſi ex con-
uentione, & ibi Caſtr. in §. præcedenti, de re iu-
dic. Et hæc eſt Communis opinio, vt teſtatur
Imol. ad l. infra dies, numero 3. Alex. numero 4.
Iaſ. & Ripa, numero 3. dicentes ab ea in Practica
non recedendum. Cin. in l. ab executione, C. quo
rum appellation. non recip. Bald. in l. ſi cauſa, C.
de execut. rei iudic. Bartol. in repetitione l. Cre-
ditores, in 5. quæſt. principali, C. de pignor. in l. iu-
bere cauere, in fine, ff. de iuriſd. omn. iudic. Ang.
in l. 1. num. 27. C. de iudic.

3 Declaratur hæc Concluſio, In † ſententia liqui
da, quæ nullam patiatur exceptionem: nam tunc
habet locum officium iudicis, aliàs erit neceſſa-
ria actio in factum, vel iudicati, cum citatione, li-
4 bello, & ſimilibus; ſicut † quando ſententia eſſet
deperdita, cuius tenor teſtibus probandus eſt, iux
ta not. in l. emancipatione, C. de fide inſtrument.
Maſcard. Concluſione 32. numero decimoſepti-
mo, & 32. quo caſu requiritur citatio, libellus, &
litis conteſtatio, Bald. in l. ſecunda, columna ſe-
cunda, in princip. C. de executione rei iudic.
Alex. in l. infra dies, numero ſeptimo, ff. de re iu-
dic. ſentit Bartol. in repetitione l. Creditores, nu-
mero 15. C. de pignor.

Decla-

5 Declaratur secundo, nisi † intentato iudicis officio, reus opponat libellum offerri, ita Bal. sentit in citato loco, ex Specul. de libelli conceptione, §. nunc videndum, num. 35. vnde parte opponente libellus dari debet.

6 Declaratur tertio, † quia actio iudicati, potest intentari coram quocumque iudice sine aliquibus

7 literis: sed si † officiū iudicis imploratur pro executione sententiæ coram alio iudice, tunc requiruntur literæ primi iudicis. Specul. de executione sentent. §. nunc videndum, vers. pone quod iudex Perusinus, commendat Angel. in l. 4. §. ex conuentione, num. 3. de re iudic. Ripa, in l. intra dies, in fine, ff. eod. tit. & est Practica, quod scribantur literæ a iudice committente, ad alium iudicem, vt exequi velit suam sententiam.

EXCEPTIO XIII.

Citatio quando requiratur.

Citatio requiritur, cum iudex pronunciat sententiam exequendam, Cin. in l. ab executore, num. 1. vbi Bald. nu. 5. C. quorum appellation. non recip. Alex. in l. a Diuo Pio, §. in venditione, num. 33. de re iudic.

EXCEPTIO XIV.

Contra hæredem.

SVMMARIVM.

1 *Citatio requiritur in executione facienda contra hæredem etiam in eademmet re.*

2 *Amplia & in executione. Instrumenti.*

3 *Hæres citari dēt ac cōstare summarie ipsum esse hæredē.*

1 Sed † numquid in executione cōtra hæredem facienda citatio requiritur? vtique sic, etiam si executio sit facienda in eademmet re. Innoc. in c. quia V. de iudic. vbi pulchre Felin. num. 4. Dec. num 23. Bar. in l. creditores, num. 8. C. de pignor. Bald. lo-

2 quens † in executione instrumenti, in l. per diuersos, col. 6. C. mandati; Angel. Castrens. & Alex. in l. postulante, ff. ad Trebellian. Idem Bald. in repetitione, l. tale pactum, §. qui prouocauit, post nu. 11. ff. de pact. Alex. in l. 4. §. si ex conuentione, nu. 2. ff. de re iudic. in l. oratione, §. 1. ff. de feriis, Imol. in l. intra, ff. de re iudic. Alex. in l. a Diuo Pio, §. in vēditione, nu. 34. eodē tit. Ruin. cōs. 102. nu. 5. lib. 5. Afflic. dec. 145. vbi Vrsil. attestatur Practicā, vt hæres citetur, & summatim audiatur. Papiens. in forma execution. sentēt. diffinit. in verbo, sapiēs, vers. quæro an sentētia. Paris. cons. 29. col. penult. vol. 1. & hæc est Communis opinio. Rolan. cons. 20. num. 2. vol. 1. Ruin. consil. 88. col. penult. vol. 5. Bal. in Margarita, in verbo, executio. Asin. de executor. §. 1. cap. 26. num. 16. Menoch. de retinend. remed. 3. quæst. 101. num. 828. cum seq. Vital. in

3 Clausul. Cession. num. 29. & non solum debet citari, sed summarie constare debet ipsum esse hæredem, & postea citari. Bal. in l. si quis curialis, C. de Episcop. & cleric. Alex. cons. 188. vol. 2. Aret. cons. 21. col. 2. Anton. Gabr. de Citatio. Concl. 1. num. 134. Osasch. Decis. Pedemont. 34. num. 15. Menoch. de adipiscen. remed. 5. nu. 59. Roman. cons. 220. Dec. cons. 449. sub nu. 8. in cap. Quia, de iudic. Socin. cons. 88. & 94. vol. 4. cons. 89. vol. 3. cons. 293. vol. 2. Alex. cons. 95. vol. 4. cōs. 20. vol. 6. cōs. 225 vol. 7. Freccia, de præsentatione instrument. q. 1. nu. 5. fol. 63. Boer. decis. 10. & 52. Vant. Quis poss. dicere de nullit. sub nu. 17. Asinius de executor. §. 1. cap. 29. num. 16.

EXCEPTIO XV.

Defectus citationis coram nouo iudice exequente.

SVMMARIVM.

1 *Citatio est necessaria, in executione coram nouo iudice facienda.*

2 *Acta non faciunt fidem coram alio nisi iudice, actualiter producatur.*

3 *Hoc verum, data ignorantia auctorū, coram successore.*

1 Quæro, † an coram nouo iudice in executione facienda, sit necessaria citatio; & vtique sic. Bal. in l. tale pactum, §. qui prouocauit, ibi: Idē si nouus iudex, ff. de pact. in l. ordo, nu. 12. C. de execut. rei iudic. vbi ait hoc præcipue verum, si temporis interuallum interuenerit. Angel. in l. 1. num. 31. vers. sexta conclus. C. de iudic. Alex. in l. a Diuo Pio, §. in venditione, nu. 31. de re iudic. Cannar. de execut. instrum. q. 43. Menoch. de recuper. remed. 8. num. 79. & est magis Communis. Decis. Perusina 6. num. 7. mouentur, & quā maxime Bald. ex l. edictum, ff. de iudic. vbi Alberic. dicit, illam legē valde practicabilem, & quotidie in facto allegari.

Sed, recte considerando materiam dictę legis, probare videtur contratiū: lex enim illa non procedit facta citatione ad sententiam coram subrogāte, vel præclusa uia coram eo, cum sit iam quæsitum ius parti, vt ibi Castrens. & Angel. notant, ergo minus lata iam sententia, quo casu est fortius vinculum, ergo coram nouo iudice in exequendo non requiritur citatio partis.

Allegatur etiam l. quoties, §. fin. & ibi declarat

2 Bald. ff. de probation. vbi † acta nō faciunt fidem coram alio iudice, nisi actualiter producantur, sed ex hoc non sequitur necessario, ergo partis citatio requiritur.

Declaratur tamen hæc opinio, quæ Cōmunis

3 est, vt † procedat quando probabiliter non potuit successor videre acta causæ, aliàs citatio nō requiritur, Dec. in c. Ex ratione, nu. 71. de appellat.

EXCEPTIO XVI.

Citationis defectus.

SVMMARIVM.

1 *Citatio non requiritur in captione pignorum.*
2 *Citatio requiritur ad subhastandum pignora.*
3 *Citatio non requiritur in actu subhastandi.*
4 *Citatio requiritur in adiudicatione bonorum.*

Ed numquid citatio requiritur quando executio facienda est in alia re? & Bart. tenuit, quod sic, in d. §. in venditione, num. 2. versic. ego dico, vbi ampliat siue condemnatio sit facta in quantitate, & executio sit facienda in specie, siue condemnatio sit in genere, & executio fiat in specie, siue cōdemnatio sit facta in specie, & executio fiat in alia specie, vbi Alex. num. 31. versic. vltima opinio. Ias. num. 9. idem Bart. in l. meminerint, nu. 5. C. Vnde vi, Lanfranch. in c. Quoniam contra, in verbo, Interlocutiones, col. 12.

Resolutio esse videtur, quod in executione plu
1 res actus concurrunt; Primus est vt in † causam iudicati pignora capiantur, & in hoc citatio nul
2 la requiritur; Secundus, quandoque † actus est, cum captis pignoribus datur licentia subhastandi, & in hoc citatio requiritur. Tertius actus,
3 cum † pignora venduntur in ipso actu subhastan di, & in hoc nulla citatio requiritur; quandoque
4 † emptor non reperitur, & deuenitur ad iudicationem, & hæc fit seruatis seruandis, & citatio requiritur. Ita sentit Alberic. ad l. creditor, C. de distract. pignor. dicens ita in facto fuisse iudicatum. Afflict. Decis. 358. Marantha in verbo, executio, sub num. 19. Neguf. de pignor. in 1. membro 6. part. num. 6. vbi sentire videtur, omissionē citationis non reddere venditionem nullam, sed constituere creditorem in mala fide.

EXCEPTIO XVII.

Notorij defectus.

SVMMARIVM.

1 *Citatio non requiritur in executione sententiæ, quando notoriè constat nullam competere defensionem.*
2 *Notorium inexcusabile id est, quod nulla defensione excusari potest, & non requirit citationem.*
3 *Notorium requirit qualem qualem ordinem iudiciarium.*
4 *Notorium debet allegari.*
5 *Citatio requiritur in declaratione sententiæ à Iure latæ.*
6 *Citatio non requiritur in notorio, in sententia Principis.*
7 *Citatio non requiritur in notorio ad effectum declarandi nullum.*
8 *Notorium quomodo, & quando allegari debeat.*

1 Vuæro, an citatio † requiratur in executione sententiæ, quando notoriè cōstat nullam competere defensionem, ita vt si citandus esset præsens, impedire non potuisset? & vtique non. Glos. in c. Ad nostram, de iureiur. in c. Cum sit, de appellat. facit tex. in l. si cum seruum, §. si quis seruum, ibi: vt si præsens esset, & in §. iustè, ibi: non est necesse vocare, ff. de fideicommiss. libert. in c. Cum olim, secundum vnam lecturam, de re iudicata. Innoc. in c. Tua, de cohabitat. cleric. & mulier. Afflict. in Constit. Neapolitan. lib. 2. Rubr. 17. num. 21. Bellon. cons. 70. num. 16. Paris. cons. 1. num. 33. vol. 1. Io. Andr. in cap. 2. col. 2. de noui oper. nunciatione. Rota, decis. 58. in nouis. Bart. in l. 3. §. si causa cognita, col. vltima, vers. sed hodie, ff. de bonorum poss. Bald. in l. minorum, in fine, C. in quibus caus. in integrum restit. non est necessar. Ias. in l. si quando, col. 3. in fine, C. Vnde vi, Rota Decis. 299. in nouis. Milis, in verbo, Citatio, non oportet ad actum. Brun. cons. 1. num. 10. Curt. sen. cons. 1. nu. 8. cons. 74. col. 3. Socin. cons. 4. col. 6. vol. 3. Hippol. in Rubr. de probat. col. 44. Nicell. Concord. 52. Glos. 16. Fallent. 26. Staffil. de lit. grat. fol. 78. Gozad. cons. 92. col. 3. Bart. in l. 2. §. quod de frumentaria, ff. de admin. rerum ad ciuit. pertinent. Butr. in c. Causam quæ, col. 2. de rescript. Abb. in c. bonæ, el 1. col. 2. de elect. Oldrad. cōs. 95. in fine, Castr. in l. quia poterat, in fine princip. ff. ad Trebell. consil. 34. colum. penultima, volum. 2. Felin. in c. Qualiter, & quando, colum. 7. de accusat. Bald. in c. Scut, in fine, de eo, qui mittitur in possession. rei seruandæ causa, Alexand. in l. si pacto, quo pœnam, colum. prima, C. de pact. Roman. versic. 22. colum. prima. Marsil. Singul. 30. in l. 1. col. 1. vers. facit etiam, ff. de quæstion. in l. de vnoquoque, Casu 16. ff. de re iudic. Dec. consil. 274. in fine, Felin. in c. Cum olim, colum. 6. de re iudic. in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ, colum. 9. de Constitution. Marian. in Tract. Citation. colum. 52. in secundo Casu, col. 57. 7. Casu. Alexand. consil. 130. volum. primo, Paris. consil. 5. num. 107. volum. 4. consil. 111. eodem volum. 4. Socin. iun. consil. 77. num. 110. volum. primo. Grat. consil. primo, colum. prima, vol. primo, Vincent. Herculan. in l. à Diuo Pio, §. in venditione, num. 36. de re iudicata. Dec. & Cagnol. in l. qui potest inuitis, vbi Dec. num. 2. Cagnol. num. 1. ff. de reg. iur. Duen. Regula 94. limit. 1. Aretin. in §. Curare, in fine, de action. & hæc est Communis opinio. Curt. iun. consil. 20. num. 29. consil. 25. num. 96. Anton. Gabr. de Citatione, Conclus. 1. num. 398. Menoch. de Arbitr. q. 17. in fine, num. 15. de Adipiscend. Remed. 4. q. 56. num. 450. Marātha, par. 6. membro primo, nu. 5. Personal. de adipisc. num. 262. Boer. in l. consentaneum, n. 59. C. Quomodo, & quādo iudex. Afflict. Decis. 178. n. 6. vbi Vrsil. num. 8. Decis. 157. vbi Vrsil. nu. 2. Burgos, in c. Si venditori, n. 7. in c. Furt. num. 76. de empt. & vendit. Vant. de nullit. sent. n. 20. Eman. de magis Communi in suo Thesauro, litera C, num. 60. vide supra, quæ posui except. 9. num. 40.

2 Declaratur † hoc verū in notorio, quod nulla defensione excusari potest, tunc enim citatio nō requi-

requiritur, aliàs secus, Archidiac. in Canone, Quæ Lotharius, 2.q.1.in c.1.col.12.de offic.delegati, lib.6. Abb.cons.3.col.7.vol.2.cõs.68.in fine, eod. vol.in c.Cum olim, col.5.vbi Felin.col.7.de re iudic.in c.Cum sit Romana, col.1.in fine, vbi Dec. col.vltima, de appellat.in c. Ex insinuatione, in fine eodem tit.in c. Causam quæ, de rescript.in c. Vestra, in fine, de cohab.cleric.& mulier.in cap. bonæ, el primo, col.3.de elect.in cap.1.col.vlt.de iureiuran.in c.Accepta, de Rest.spol. Bald.in l.ea quidem, col.3.q.3.col.8.de Accusation.Dec.cõs. 698.col.1.Gozad.cons.18.col.1. Curt.iun.consil. 20.col.4.col.11.& col.21.Franc.in c.Sępe, col.2.de appellat.Marian.de Citatione, col.37.Ias.consil. 164.vol.2.in l.ne quidquam, §.vbi decretum, col. 8.de offic. Proconsul. & Legati.consil.86.col.7. vol.3. Aufrer.ad Tolosan.440. Marsil. ad l.de vnoquoque, col.8.de re iudic.Ias.ad l.si quis arbitratu, colum.12.de verb.oblig.Dec.in c.peruenit, col.vltima, de appellat.Soc.Regula mihi 406.Fallent.prima, Gomes.in cap.1.de rescript.lib.6.Cassador.decis.2.de iudic.Paris.consil.1.col.5.vol.5.

Et hæc est magis Cõmunis opinio. Alex.cons. 6.col.vlt.lib.3.in l.non solũ, §.morte, col.penult. de noui oper.nunciat. Aretin. consi.163.colum.8. dicẽs etiam veriorẽ, & probabiliorem. Gramm. decis.36.num.45.Menoch.de arbitr.casu 235.nu. 5.qui (vt videri potest) prædictos non allegat, Iul. Clar.§.fin.q.19.vers.sed numquid, Didac.in cap. Alma mater, num.9.de sentẽt. excom.lib.6.Hercul.de negatiua probanda, num.61.& 62.Ferret. cons.31.num.5.lib.1.Bursat.cons.48.num.11.Mascard.Concl.1001.num.11. Vrsil.ad Afflict.178. num.8.157.num.2. Capra in Tract. de Notorio, in 4.Membr.num.21.& ita totus mundus obseruat. Farinac.q.21.num.72.

3 Requirit † tamen notorium qualem qualem iudiciariũ ordinem, cuius omissio viciat actum, pulchre Felin.in c.qualiter, & quando, el primo, num.1.de accusat. quem commendat Brun. de potent.& effectu formæ, limit.22.vers.est tamen aduertendum.

4 Et † debet notorium allegari, Alex.in l.1.num. 4.C.Vt quæ desunt, aduoc. Barbat.cõs.62.col.2. lib.1.cõs.35.col.4.lib.2.Ripa, in l.4.§.hoc aũt iudiciũ, nu.35.de damno infecto, vbi declarat.Alc. in Tract. Præsumption.in præludijs, par.2.num. 10.in fine, Menoch.de Præsumpt.lib.1.q.67.nu. 5.lib.3.Præsumpt.67.num.5.

Tres tamen sunt casus, in quibus in notorio non requiritur citatio ad sententiam.

5 Primus est, in declaratione sentẽtię a iure latę.

6 Secũdus casus est, in notorio, in sñia Principis.

7 Tertius casus est, in notorio ad effectum declarandi nullum. Roman.Singul.775. Milis, in verbo, Citatio, vbi valde commendat, & prędicta

8 vera sunt, † quod notorium debet allegari, procedit parte præsente, quæ se in notorio fundat, vel quando apparet constare iudici de tali notorio, pulchre Ias.in l.2.nu.36.si quis in ius vocat. non iuerit.

EXCEPTIO XVIII.

Defectus citationis, quia præcessit causę cognitio.

SVMMARIVM.

1 *Citatio non requiritur in executione sententiæ, si iam præcessit causæ cognitio.*

2 *Practica duplex ostenditur, vt hic.*

1 Vero, an † in executione sentẽtię requiratur partis citatio, si iam præcessit causæ cognitio? & vtique non; & tunc iudex ad petitionem partis absque citatione committere potest nũcio, vt exequatur, & executor manu militari sentẽtiam exequi potest, iuxta l.qui restituere, ff.de rei vendicat. & ita tenet Bart.in d.§.in venditione, num.2. Afflict.in Constit.Neapolit.rubr.17.nu.21.Duenn.Regula 94.Limit.2.Asin.in Pract.§.31.cap.2.Limit.2.

2 Solent † etiam iudices in hoc casu vti duplici Practica, iuxta Bar.doctrinã, in l.defendẽte, ff.de auth.tutor. vel facere præceptum de soluendo quod in sententia continetur; vel citare ad dicendum causam quare sententia exequi nõ debeat. Et de materia præceptorum, & quando valeant, & quando obtineri possint, posui Decisione 19. casuum frequentium.

EXCEPTIO XIX.

Exceptio defectus citationis in executione pro residuo.

SVMMARIVM.

1 *Citatio non requiritur in executione pro residuo.*

1 Casus est † valde frequens; Creditor vult exequi facere pro residuo, an requiratur citatio? & vtiq.nõ, cũ nihil de nouo fiat, sed factũ consumetur, Fulgos.cons.83.col.2.vers.circa secundum, ex reg.l hæredes palam, §.sed si notam, ff.de hæred.instituend. Ad quem late Ant.Gabr.de reg.iur.Concl.3.vbi multa cumulando, hunc casum non ponit. Et hanc partem tenuit Dec. in c. Ex ratione, num.72.de Appellat.Duenn. Regula 94.limit.3. Asinius §.31.limit.3.

EXCEPTIO XX.

Exceptio Citationis in captura suspecti.

SVMMARIVM.

1 *Citatio non requiritur in captura suspecti.*

2 *Citatio non requiritur, vbi est periculum in mora.*

1 Væro an in captura suspecti requiratur citatio, ita vt possit dici de nullitate executionis, ex defectu citationis? Et vtique non, Bart. in l. ait Prætor, §. si debitorem, versic. sed quæro qualiter, ff. quæ in fraud. credit. in l. consentaneum, col. 3. C. Quomodo & quando Iudex. Bald. in l. creditor, la seconda, ff. si certum petatur. Alex. in l. de vnoquoque, col. fin. vbi Marsil. col. 26. ff. si certum pet. in l. si fideiussor, §. si satisdatum, in princip. ff. qui satisd. cogant. in l. 2. in princip. C. de seru. fugit. Socin. Reg. 406. in 6. Fallen. in cap. 2. col. 1. de Sponsal. in c. Rodulphus, col. penult. de Rescript. in c. Cum non ab homine, col. vltima, de Iudic. in c. Parochianos, col. 1. de sent. excom. in c. Quoniã frequenter, col. 8. vt lite non contestata. Aufrer. ad Tolos. 475. Ferret. consil. 31. num. 11. Carauita, Ritu 170. num. 11, Marantha, par. 6. Actu 1. Limit. 7. num. 14. in nouiss. Lanfranc. in c. Quoniam contra, in verbo, recusationes, nu. 14. Corta in Memorab. in verbo, Debitor non potest; & in verbo, citatio partis, Fallent. 4. Soarez, ad l. 2. tit. *De los Emplaximentos*, num. 34. Gabr. de Citatione,
2 Conclus. 1. num. 304. vbi ampliat † in omni casu, vbi est periculum in mora, Asinius in Pract. §. 7. cap. 5. versic. 12. Citatio requiritur.

Quid contra eum, qui est citatus per clausulã generalem, Omnesq. alios interesse prætendentes, vtique executio fieri non poterit, Contard. ad l. diffamari, in Ampliation. num. 156. Casus satis frequens.

EXCEPTIO XXI.

Executionis aliàs factæ.

SVMMARIVM.

1 *Condemnatus in actione reali, liberatur per simplicem traditionem.*
2 *Condemnatus ad tradendum, liberatur simplici traditione, ita vt non attendatur molestia sequens.*
3 *Titulus, Ne vis fiat ei, declaratur.*
4 *Creditor primus tradendo tertio, liberatur, nec attenditur recuperatio subsecuta.*
5 *Venditor tradendo rem, liberatur; Et si reuertatur ad venditorem, competit rei vendicatio.*
6 *Laudo dicitur satisfactum, si Arbitri semel condemnauerunt ad locandum.*
7 *Vsufructuarius inter viuos agit ex contractu, vt tradatur quasi possessio, & amittendo, non agit amplius ex illo contractu.*
8 *Vsufructuarios capit legatum ex manu hæredis.*
9 *Conditionem sufficit semel extitisse in legato mulieri facto si vidua erit.*
10 *Immunitatis priuilegium ob numerum filiorum, durat illis licet deficientibus.*
11 *Statutum de lucro datis habet locum etiamsi matrimonium solum momento duret ex rationibus hic latè deductis; Idem in matrimonio spirituali, & dotatione Altaris, postea diruti sub eod. num. 11.*
12 *Restitutio non datur quando quis se habet ad damnum, & lucrum, licet casualiter contingat damnum.*
13 *Emens à Monasterio fructus pro mille, si tantum superuiuat, vt lucretur tria millia, non ex eo contractus est illicitus.*
14 *Donatio ob superuenientiam filiorum, etiamsi filij statim moriantur, reuocatur.*
Declara vt ibi, num. seq.
Declaratur secundo vt ibid. num. 16.
17 *Obligatus ad factum successiuum, non liberatur si ille actus momento duret.*
18 *Præceptum de disgombrando valet, & tenet, sed debet disgombratio effectuari.*
19 *Condemnatus per arbitrum ad locandum, liberatur statim facta locatione.*
20 *Vendere promitteas sub pœna, si vendidit, sed non tradidit, non incidit in pœnam.*
21 *Actus quando sufficiat si semel extiterit, licet non duret.*
Declara, & distingue vt hic tripliciter sub eod. num. 21.
22 *Verba sententiæ sunt attendenda, an iudex voluerit actũ durabilem esse vel non.*
23 *Finis, & natura negotij, de quo agitur attẽdi dẽt, vt hic.*
24 *Tempus etiam attenditur: nam condemnatus ad restituẽdum incontinenti, nullo dato intermedio, sententia est nulla.*
25 *Causa decisionis & sententiæ attendi etiam debet: actus enim momentanei ex causa efficiuntur durabiles, & successiui.*
26 *Factum etiam attendi debet an habeat tractum successiuum, vel momentaneum hic.*
27 *Declara procedere inter easdem personas, secus inter diuersas.*
28 *Quæstio de qua agitur in quibus terminis intelligatur declara vt hic, & num. seq.*
30 *Alienatio facta de consensu creditoris, liberat pignus, licet redeat in potestatem debitoris.*
31 *Modus attenditur: vnde si sententia lata ad fauorem rei conuenti, si res perueniat ad actorẽ, cogitur restituere.*
32 *Sententia lata contra non possidentem, executioni demandatur si incipiat possidere.*
33 *Sententia est inspicienda an contineat materiam pœnalem, odiosam, vel fauorabilem.*

Væro satis vtiliter. Fuit lata sententia, & executa, an iterum executioni demandari possit.

1 Pro parte negatiua facit: quia † condemnatus in actione reali, liberatur à sententia per simplicem, & puram traditionem, nec est necesse, quod aliud ius transferat. Glos. notabilis, & ab omnibus commendata, in l. Pomponius, §. sed is in Glos. magna, in fine, vbi Bart. num. 7. Bald. num. 2. Alberic. num. 3. Angel. num. 2. Castrens. num. 8. ff. de procur. Ad idem bonus tex. in l. permisceri, §. species, ff. de acquir. possess. secundum quartum intellectum, Iacob. de Aretio, quem ibi
2 Bart. & Castrens. reputant valde notabilem, † vbi condemnatus ad tradendum, liberatur simplici traditione, ita vt si idẽmet qui tradidit, molestet victorem, non posset conueniri ex ea sententia, nec Iudex se intromittere iudicio executiuo, sed ordinariè esset agendum. Idem notat Angel. in l. qui restituere, col. 2. in prin. vers. vnde per hoc, ff.
3 de rei vendic. inferens limitationẽ † ad titulũ, Ne vis fiat ei, qa hoc procedit in Prętore immittẽte, & ita iubente, secus in victo coacto ad tradendũ, quia simplici traditione liberatur, ad idẽ bona gl.

& ibi

& ibi sequitur Bar. in l. Claudius Felix. ff. q potior.
4 in pignor. habeant. † vbi creditor primus, traden
do tertio, liberatur, & licet postea recuperet, non
potest amplius conueniri actione in factum, ex
sententia. Ad idem gloss. in Authentica Sacra-
menta puberum, in verbo, Custodiantur, in fine,
5 C. si aduersus vendition. vbi venditor † traden-
do, rem, liberatur. etsi res de nouo redeat ad ven-
ditorem, ad idem gloss. in l. si cum fundum, in
verbo, traderet, & ibi Albericus, ff. de cōtrah. em
ptione.
Secundo pro hac parte facit, quod aliàs dixi in
6 tract. Locati, & conducti, si † Arbitri condemna-
uerunt ad locandum, si locat, & non persistit in
locatione, dicitur satisfecisse laudo, ex Bart. con-
sil. 181. libro 1. in l. inter castellanum, ff. de Arbit.
Ias. dicēs Communem in l. si fideiussor, §. memi
nisse, numero 22. de legat. 1. Menoch. de retinen.
possessio. remed. 1. numero 88. & ita in Practica
tenendum. Ias. vt supra, num. 14. Lanfranc. de ar-
bitr. par. vltima, quæst. 41. num. 87.
Tertio, pro hac parte facit glo. in l. 3. §. vti frui,
in verb. vēdicare, in fine, ff. de vi, & vi armata, vbi
7 † in vsufructu inter viuos agitur ab initio ex con
tractu, vt tradatur quasi possessio, sed si amittat,
non agitur amplius ex illo; & illam gloss. dicit ibi
Angel. valde notabilem, de virtute tamen dictæ
glos. & quod ibi not. Angel. quod in legato vsu-
fructus, dominium transeat ipso iure in legata-
8 rium, vide, quod contrariū est verius, † & capi de-
bet de manu hæredis. Arius Pinell. ad l. primā,
par. sexta, numero sexagesimosecūdo, C. de bon.
maternis.
9 Quarto, pro hac parte facit: nam † legatum fa-
ctum mulieri si vidua erit, vel cum vidua erit, suf-
ficit semel conditionem extitisse, licet non du-
ret, ita scripsit Bald. in l. vltima, in secundo notab.
& Castr. §. primo, numero primo, qui testatur ita
aliquando fuisse decisum Venetijs ex suo respon
so, & omnes admiratos fuisse, cum contrariam
sententiam ferre deliberassent, & est in ordine
185. Suprascriptus, volum. secundo. Et hæc Con
clusio præcipuè vera est in patre legante filiæ, vt
loquuntur supracitati scribentes, & Doctor. vt su
pra citatis locis, Angel. consil. 34. Constantinus,
num. 11. Imol. & Alex. in l. in substitutione, ff. de
vuulg. & pupill. ille numero nono, iste, numero
31. Ias. in l. si quis hæredem, numero primo, C. de
instit. & substitut. in l. fin. numero 31. C. de indi-
cta viduit. tollenda. Ioann. Durand. de arte testan-
di, tit. de legat. Cautela 39. in fine, Paris. consil. 95.
num. 34. vol. 2. Menoch. consil. 278. num. 38. lib.
3. & de præsumpt. 187. num. 3. Mantica de conie-
ctur. vltim. volun. libro 11. titulo 12. num. 17. & 18.
qui enumerat casum in legato facto à patruo ne-
pti, vel à filio matri, qui casus omissi videntur à
Menoch. in citato loco. Anton. Gabr. de fidei-
commiss. Conclusione octaua, numero secun-
do, Roland. consil. quinquagesimosecundo, nu-
mero quadragesimosexto, libro secundo, infe-
10 rens, quod † priuilegium immunitatis duode-
cim filiorum, durat, illis etiam deficientibus.
Crass. §. legatum, quæstione 53. numero 2. vbi de
magis Communi.

11 Quinto Statutum † de lucro dotis, habet lo-
cum in matrimonio, quod momento durauе-
rit, & non plus, Bald. & Angel. in l. non tantum,
C. de legat. Ias. in l. si donaturus, §. vltimo, nume-
ro decimoquarto, C. de instit. & substit. reputat
valde notabile, in l. inter stipulantem, §. sacram,
numero 23. ff. de verbor. obligat. Angel. consil.
180. colum. secunda, vbi casus repentinus mortis
non tollit lucrum dotis, Aretin. in l. secunda, in
princip. & in l. si ante nuptias, colum. vlt. ff. soluto
matrimon. Soc. consi. 223. col. 2. in prin. Ias. consi.
135. in fine, volum. primo. Calcan. consil. 31. col.
8. in tertio dubio, numero decimosexto, vbi ex-
tendit ad matrimonium spirituale, in dotatio-
ne Altaris postea licet diruti, vt fructus, & dos
promissa debeatur. Dec. in cap. de causa, numero
41. de offic. delegati, consi. 577. numero duo-
decimo, in fine, consil. 623. sub numero primo,
Brun. de statut. exclusiu. femin. in sexto articulo
principali, quæst. 21. Ripa, in l. prima, numero 66.
ff. soluto matrim. in repet. l. si vnquam, quæst. 38.
circa medium, C. de reuoc. donat. Curt. iun. ad l.
vinum, numero sexto, ff. si cert. petat. Paris. consi.
127. colum. prima, volum. primo, Anton. Gabr.
de fideicommiss. Conclus. 8. numero quinto. Ro
lan. de lucro dot. quæstion. 49. attestans hanc esse
Communem opinionem. Menoc. de Recuper.
remed. 13. num. 91.
Nolo tamen in hac Cōclusione vnum obiter
omittere, quod Ias. in d. l. Non tantum, C. de le-
gat. dicit, rationem finalem huius Statuti fuisse
onera matrimonij, iuxta l. pro omnibus, C. de iu-
re dot. quem postea Decius reprehendit consil.
577. numero quinto, dicēs rationem finalem hu-
ius Statuti fuisse, vt mulieres facilius inueniant
viros.
Sed cum Ias. in hoc est magis Communis opi-
nio, vt per Alex. in l. si donaturus, §. vltimo, ff. de
condict. causa data. Idem attestatur Socin. consi.
8. in fine, vol. 3. Aretin. in l. si ante nuptias, col. vl-
tima, ff. soluto matrim. vbi pariter attestatur hāc
esse magis Communem opinionem, Alex. con-
sil. 129. colum. prima, vol. septimo. Et hanc etiam
dicit Cōmunem idem met Decius, in l. eo quod,
vel is, sub nu. 5. vbi clarius Cagnol. nu. 5. ff. de reg.
iur. Et hāc melius cogitando amplexus est idem
Decius consil. 67. num. 3. consi. 354. num. quarto,
consil. 402. numero septimo, & respondet ad om
nia cōtraria; Et hanc pariter dicit Communem
Paris. consil. 127. volumine primo, Ruin. consil.
199. columna final. volum. primo. Late Roland.
de lucro dot. quæstione quarta. Et magis Com-
munem etiam dicit Osasch. decision. Pedemon-
tan. vigesimaprima, sub numero 18. Viuius in
Silua, Opin. 833.
Et licet in allegata Conclusione, matri-
monium momento tantum præsupponatur
durare, non per hoc maritus lucro Statuta-
rio priuari debet: nam propter onera matri-
monij est inductum hoc lucrum, vt dictum
est, si ex accidenti, & ex post facto matrimonium
non duret, hoc non debet haberi in consideratio
ne, ad tollendum rationem legis, ex not. in l. de fi-
deicommisso, C. de transact. vbi Bald. Cast. & Ias.

12 vnanimiter notant, quod † quando aliquis ſe ha-
betad lucrum, & damnum, licet caſualiter con-
tingat damnum, non videtur lædi, nec datur re-
ſtitutio; Sapia, ad l. hæreditatem, num. decimo-
ſeptimo, C. de impub. Rebuff. de reſtit. in integr.
artic. 1. gloſ. a. num. 8. declarando quando veriſi-
militer poterit contingere lucrum, & damnum;
ſecus ſi periculo ſe expoſuit ſimpliciter, quod po-
terat euenire, & non euenire, Sfort. de reſt. in in-
tegr. par. 1. q. 4. artic. 6. q. 66. art. 4. q. 85. num. 27. eſt
gloſ. in l. ſi duo, de acq. hæred.

13 Hinc etiam, † emens a Monaſterio fructus be-
neficiorum ſuorũ in eius vita pro mille, ſi poſtea
contingat tamdiu vixiſſe, vt lucratus fuerit tria
millia, non tenetur ex hoc, nec dicitur contra-
ctus illicitus, ſi tempore celebrati contractus
veriſimiliter tantum viuere non poterat. Iaſ. &
ibi melius Caſtr. in l. ſi pater puellæ, C. de inoff. te-
ſtamen. vbi in omnem euentum in foro iudiciali
negat reſtitutionem.

Addo Oldrad. conſ. 207. Bald. conſ. 332. lib. 1.
Cuman. cõſ. 171. Caſtr. conſ. 19. Gemin. conſ. 30a.
Laurent. de vſur. par. 1. q. 11. num. 22. Boer. Deciſ.
44. num. 37. Io. Lup. ad c. Nauigãti, §. 2. num. 96.
de Vſur.

14 Pariter donatio † per ſuperuenientiam filio-
rum reuocatur, ex diſpoſitione l. ſi vnquam, etiã
ſi filij nati ſtatim moriantur, Bart. in l. Titia, la ſe-
conda, §. Imperator, num. 10. de legat. 2. Bald.
conſ. 167. col. 2. lib. 5. Corn. conſ. 176. col. penult.
in fine, conſ. 234. in princip. lib. 2. conſil. 4. colum.
penult. poſt medium, lib. 4. Dec. in l. poſtremo,
num. decimo, de bonorum poſſeſſ. contra tabul.
Bart. conſil. 235. Lupus, Bald. in l. 1. colum. vlti-
ma, C. de inoff. donat. Imol. in cap. vltimo, col.
6. verſic. quæritur etiam, de donation. Aretin.
conſil. 93. colum. 3. verſic. præterea, Socin. conſil.
226. colum. 4. lib. 2. Iaſon, in l. ſi quis hæredem,
num. 8. C. de inſtit. & ſubſtit. in l. in ſubſtitutione,
colum. 3. in princip. ſub num. 10. de vulg. & pu-
pill. appellans egregium dictum. conſ. 66. colum.
8. verſic. confirmo, lib. 3. vbi dicit hoc verum,
etiam ſi filius illico moriatur, Bertrand. conſil.
83. colum. 2. lib. 2. conſil. 133. colum. 2. lib. 4. Cra-
uetta conſ. 151. num. 28. Mantic. conſil. 151. Ant.
Gabr. de Donation. Concluſ. 2. num. 17. Ampl. 9.
& hanc dicit magis Communem Tiraquell. ad l.
ſi vnquam, in verbo, Suſceperit liberos, num 166.
in fine, C. de reuoc. donat,

15 Saltem † quando pater poſt mortem filij mul-
to tempore ſuperuixit, vt potuerit facilè muta-
re, ſi voluiſſet, ex doctina Baldi, in l. 1. colum. vl-
tima, C. de inoff. donat. Sequitur Caſtr. in l. ſe-
cunda, in fine, C. de poſthum. hæred. inſtituend.
Et hæc videtur Communis opinio, Rubeus in l.
Titia, §. Imperator, num, 253. de legat. ſecundo.
Iul. Clar. §. donatio, quæſt. 23. verſ. vltimo quæro,
Tiraquell. de Cauſa ceſſante, Limit. 12. numero
ſeptimo,

16 Dummodo † partus ſit vitalis, & tempeſtiuo
tempore natus, ſecũdum Regulas Medicorum,
Bald. in l. prima, colum. vltima, C. de inoff. donat.
ſequitur Caſtr. in l. 2. ſub num. tertio, C. de po-
ſthum. hæred. inſtit. Socin. conſil. 126. colum.
quarta, volum. 3. Bertrand. conſil. 209. colum.
fin. volum. 3. Pariſ. conſil. 56. colum. 1. volum. 3.
Ripa ad l. ſi vnquam, q. 38. vbi latius Tiraquell. in
verbo, Suſceperit liberos, num. 170. C. de reuoc.
donat.

17 Pro contraria parte facit, quia † obligatus ad
factum ſucceſſiuum, actus ille numquam mo-
mento liberatur, l. 3. §. dare, ff. de vſufr. vbi Bart. &
Angel. notant, quod vſuſructuarius tenetur &
ad dandum, & pati, & ſic ad factum, quod factũ
numquam impletur. ad idem Gloſ. in l. 2. in prin-
cip. ff. de verbor. oblig. in l. corruptionem C. de
vſufruc. in l. certi condictio, in princip. ff. ſi cert.
pet. Et in l. certè dicimus, ff. de verbor. ſignif. in l.
ſi à te, ff. ſi ſeruit. vendic. vbi conuentio, & patien-
tia conſtituunt ſeruitutem, & pariunt reſpectiuè
actionem, & exceptionem, Veronen. de ſeruit.
vrban. præd. cap. 4. colum. 4. verſic. dubium etiã,
cap. 17. colum. penult. in fine, verſic. Ad hæc au-
tem; ad idem l. inter Caſtellianum, ff. de arbit.
Cinus l. ſi quis hæredem, in fine, vbi Iaſ. colum.
vltima, in 4. limitatione. Dec. in 2. notabili, C. de
inſtit. & ſubſtit. Angel. conſ. 34. colum. 1. Alexan.
conſil. 43. colum. vltima, verſ. ecce, ergo, volum.
3. Aretin. ad l. in ſubſtitutione, colum. 3. de vulg.
& pupill. Corn. conſil. 7. col. fin. verſic. non obſtat,
volum. 1. Ant. Gabr. de fideicommiſſ. Concluſ. 8.
num. 10. Et hæc eſt Communis, & recepta opi-
nio. Pariſ. conſ. 32. num. 86. volum. 1. Craſſ. §. lega
tum, q. 53. in fine.

Addo Bertrand. conſ. 232. num. 12. lib. 3. Aſin.
in Pract. §. 21. Ampliat. 5. late Tiraquel. ad l.
ſi vnquam, in verbo, Suſceperit liberos, nu-
mero 154.

Prima itaque ſit circa materiam iudicialem,
18 de qua agitur Concluſio; † Præceptum Iudi-
cis de diſgombrando, valet, & tenet, nec ſufficit
diſgombraſſe, niſi diſgombratio duret, Bart. in l.
ſicut, §. ſuperuacuum, ff. quibus modis pign. vel
hypotheca, ſoluit. nu. 1. De qua materia dixi ſu-
ſuperius, q. 17. limitat 1.

19 Secunda ſit Concluſio; † Condemnatus per
Arbitrum ad locandum, liberatur ſtatim facta
locatione, vt dixi latius in Tract. Locati & con-
ducti, vbi de Communi, & veriori.

20 Pariter † ſi promiſi vendere ſub pęna, ſi vendi-
di, ſed non tradidi, non incido in pœnam. Bald. in
l. vltima, C. de pact. inter empt. & vendit. in 3. op-
poſ. C. de contr. empt.

Ex quibus correlariè infertur tertia Conclu-
21 ſio, quæ materiam declarat, Aut † ex implemen-
to primæ obligationis incidit in aliam pro execu
tione, & duratione primi actus, & tunc ſufficit
ſemel, & momento feciſſe, puta, quis eſt con-
demnatus ad locandum, certè ſtatim facta loca-
tione eſt liberatus: quia ſubintrat ſucceſſiua
obligatio, ad præſtandum patientiam, & poſt-
modum locatio duret, iuxta l. ſi hæres, ff. de
act. empt. vbi datur poſtea Actio ad conſe-
cutiua; Aut ex implemento non incidit in
primam obligationem, & tunc non ſufficit fe-
ciſſe, niſi duret, iuxta exemplum poſitum in pri-
ma Concluſione. ita poſt alios Iaſ. in l. ſi fideiuſſ.
§. meminiſſe, num. 15. ff. de legat. 1.

Quarta

22 Quarta sit Conclusio, Attendenda sunt † verba sententiæ; an iudex in suis verbis, voluerit actum durabilem, vel non: vnde, si quis condemnetur per Iudicem, ad restituendum rem aliquã, hoc addito, quod in futurum non molestet, nec violentiam inferat, tunc non sufficit factum, nisi duret, Alberic. in l. inter Castellanum, ff. de arbitr. post Vbert. de Bobio, quem allegat Angel. in l. Ait Prætor, §. si petitor, in eius distinctione, vbi Alexan. num. 6. Ias. num. 7. ff. de iureiurando. Angel. & Imol. in l. si fideiussor, §. meminisse, ff. de legat. 1. in l. permisceri, §. si species, ff. de acquir. possess. Angel. in l. qui restituere, ff. de rei vendicat.

23 Quinta sit Conclusio. † Attenditur finis, & natura negotij de quo agitur, prout in d. l. inter Castellanum, si enim duo de finibus contendunt, ponantur per Arbitrum termini, quid prodesset si incontinenti amouerentur, iterum in discordiã redirẽt. Pariter dicebat Cin. l. seruus, C. de pœnis, si fortilitium pro pace destruatur inter duas Ciuitates, semper debet remanere dirutum.

24 Sexta sit Conclusio. † Tempus attenditur, nã condemnatus ad restituendum incontinenti, nullo dato intermedio, sententia redditur nulla, Bal. in l. Titio centum, per illum text. ff. de condit. & demonstrat.

25 Septima sit Conclusio. † Attendi debet causa decisionis, & sententiæ: Actus enim momentanei, ex causa efficiuntur durabiles, & successiui. Angel. consil. 159. colum. 2. dicens, quod illa conditio; si fecerit testamentem, debet cum effectu intelligi, licet in se momẽtaneum sit: debet enim durare testamentum; consideratur enim, quod disponeris sic dicendo, non erat contentus vt fieret testamẽtũ quod statim reuocaretur. Imol. in l. in substitutione, ff. de vulgari & pupillari, Dec. post Cin. in l. si quis hæredem, num. 3. C. de inst. & substitut.

26 Octaua sit Conclusio, † quod attendi debet etiam factum, an habeat tractum successiuum, vel momentaneum, vt patet in argumentis pro contraria parte factis, & traditur in l. permisceri, §. species, ff. de acquir. possess.

27 Declaratur † in facto successiuo inter easdem personas, secus si inter diuersas personas. Alex. ad d. §. species, litera C. vbi dicit notabile, & in facti contingentia obtinuisse.

28 Nona sit Conclusio. † illud animaduertendũ est, quòd quæstio, de qua agitur, loquitur, an detur actio, vel Officium Iudicis ex sententia iam lata, & semel executa: non tamen tollit alia remedia, tam ad fauorem rei, quam actoris. Vnde Bar. in l. Claudius Felix, colum. 1. circa medium, concludit, quòd primus creditor condemnatus ad restituendum tertio, rem aliquam, semel tradendo, est liberatus; & si postea res eadem reuertatur ad eumdem creditorem, qui iam consignauit, conuenitur alio remedio, puta hypothecaria, vbi etiam creditor conuentus allegabit, & deducet exceptiones, & defensiones suas, & cum Bar. est Communis opinio, licet contrarium senserit in l. nam, & postea, §. vltimo, ff. de iureiuran. de qua Communi, attestatur Asinius in Practica, §. 31. Ampliat. 5. Hoc idem sentiunt Angel. & Castr. in d. §. fin. dicentes, quòd licet Prætor debeat manutenere missum in possessionem, l. si quis missum, §. Prætor, ff. Ne vis fiat, & tamen actio in factum, ex sententia non reuiuiscit, sed ad alia remedia conuolandum est, iuxta facti qualitatem ipsius recuperationis, l. qui pendentem, ff. de action. empt. l. fin. C. eodem titulo, subdit Castrens. in dicto §. fin. numero decimo, aliud consideratione dignum, quod inspicienda est causa, scilicet, an reuersa sit ad iam tradentem ex eadem causa, & tunc eadem actio competit, maximè, si incontinenti ex eadem causa re-
29 dijt, † si verò redijt ex noua causa, tunc ad alia remedia conuolandum est, iuxta facti propositi qualitates, & circumstantias; quandoque Vnde vi, si casus requirat; & sic de singulis. Dabitur etiam officium Iudicis, si infra annum turbat, vt per eumdem Castrens. in d. §. species, in 2. limitatione, vbi reputat valde notabile.

Et ad illud, quod dictũ est, si redit ex noua cau-
30 sa, vel veteri, facit in simili, quod † debitor alienans rem obligatam de consensu creditoris, liberat pignus, licet postea redeat in potestatem ipsius, l. fin. C. de remiss. pignorum, quod dicit verum, si ex noua causa redeat ad manus debitoris, puta legato, donatione, vel simili, secus si ex veteri, quia tunc reincidit in obligationem, Negus. de pignor. par. 3. membro 6. num. 2.

31 Decimò † attenditur modus. Vnde si lata sit sententia ad fauorem rei conuenti, si res perueniat ad actorem, cogitur restituere, text. notabilis in l. nam & possessor, in princip. ff. de iureiuran.

32 Pariter † sententia lata contra non possidentem mandatur executioni, si incipiat possidere, l. 3. §. primo, ff. de executione rei iudic. vbi Bart. dicit esse textum aureis literis scribendum, & numquam obliuiscendum.

33 Duodecimo † considerandum est, an sententia contineat materiam pœnalem, vel aliàs odiosam, quæ strictè venit interpretanda, vel materiam fauorabilem, & sic est extendenda, vt per Aret. & Cuman. in l. si fideiussor, §. meminisse, ff. de legat. 1. maximè, quia sententia est stricti iuris.

EXCEPTIO XXII.

Ex iurisdictionis defectu.

SVMMARIVM.

1 *Iudex est potissima pars Iudicij, & Dux, & Imperator iudicij appellatur.*
2 *Iurisdictio est fundamentum fundamentorum.*
3 *Iudicatum dici non potest ab eo, qui iudicandi potestatem non habet.*
4 *Exceptio iurisdictionis opponi potest in executione sententiæ ad eam impediendam.*

Iudex

1 IVdex † est potissima pars Iudicij, & appellatur Dux, & Imperator Iudicij, Bald. in Rubr. C. si à non compet. Iu-
2 dice, in fine, nu. 4. & † appellatur fundamentum fundamentorum, Bald. consil. 15. volum. 1. Bologn. consil. 8. in fine, ita, vt trahens aduersarium ad vetitum examen, perdit causam, l. in criminali, vbi text. est valde singularis, secundum Castr. ibi, ff. de iurisdict. omnium iudic. Vn
3 de † iudicatum dici non potest ab eo, qui iudicandi potestatem non habet, l. 1. §. hæc autem verba, vbi Ias. num. 4. ff. quod quisque iur. l. 2. in fine, ff. de pœnis, ob id ponam aliquas in Practica vti-
4 les quæstiones subalternas, & † exceptio talis nullitatis ex defectu Iurisdictionis opponi potest in executione sententiæ ad eam impediendam, Bero. in cap. 1. num. 16. de accusat. Baiard. ad Clar. quæst. 35. & in captura Roland. consil. 75. num. 5. & 6. volum. 3. Tessaur. Decis. 220. num. 1.

Exceptionis XXII. Quæstio I.

S V M M A R I V M.

1 *Statutum tollens omnem exceptionem, non intelligitur de ea, quæ est ex defectu iurisdictionis.*

2 *Amplia pluribus modis, vt hic vsque ad finem, multis num. seqq.*

1 QVæro Primo loco, An † Statutum tollens omnem actionem, censeatur sustulisse eam, quæ est ex defectu iurisdictionis? vtique non, late infinitos cumulans Ant. Gabr. de Statut. Conclus. 3.

Addo Vant. de nullit. ex defectu iurisd. ordin. num. 5. dicentem, hãc esse magis Communem. Cur. iun. consil. 119. num. 3. Eman. in suo Thesaur. litera E. num. 166. Borgnin. decis. 10. num. 21. decis. 11. num. 54. Riminald. iun. consil. 403. num. 17. lib. 4. Marsil. consil. 81. numero 38. Dec. consil. 8. num. 7. vbi dixi. Cepol. consil. 64. num. 13. Curt. iun. consil. 18. num. 1. volum. 1. Calcan. consil. 87. num. 44. & ita fuit aliàs iudicatum in Rota Florẽtina. Borgnin. in Repertorio Decisionum, in verbo, nullitas, vltimo, Magon. Rota Lucana 49. num. 6. decis. 36. numero 30. decis. 22. numero 18. Milanes. decis. Siciliæ 5. num. 28. lib. 2. De magis Communi Crass. de Except. 20. num. 16. Rota Parusina 2. num. 23.

2 Vnde exceptio † incompetentiæ impedit executionem Instrumenti, & carcerationem, ad formam Ritus Pand. de execut. Instr. par. 5. quæst. 23. fol. 527.

3 Et ampliatur primo, etiam † si Lex, vel Statutũ dicat faciendam executionem, non obstante exceptione nullitatis: nam adhuc ista ex defectu iurisdictionis opponi poterit, Milanes. decis. Sicil. 5. num. 30. lib. 2.

4 Ampliatur secundo idem † de nullitate ex defectu citationis, quæ per Statutum non censetur sublata. Bald. consil. 201. colum. 1. volum. 5. Anchar. consil. 201. colum. 2. Franc. in c. Dilecto, q. 52. de appellat. Crauetta consil. 255. colum. quinta, Ruin. consil. 37. colum. 2. volum. 5.

5 Ampliatur tertio, in † qualibet alia nullitate resultante ex actis, Alex. ad Bart. in l. 1. §. & parui, ff. Quod vi, aut clàm, Roland. latè consil. 29. num. 43. lib. 1.

6 Ampliatur quarto, vt † nullitas ex defectu iurisdictionis opponi possit contra rem iudicatam, Rota apud Caputaquens. 97. numero 3. par. 1. sed quomodo hic res iudicata considerari potest, data tali nullitate.

7 Immò, dato † defectu iurisdictionis, sententia non meretur nomen sententiæ, & sic exceptio iurisdictionis non est exceptio contra sententiam, Bald. egregiè consil. 369. lib. 3.

Exceptionis XXII. Quæstio II.

S V M M A R I V M.

1 *Pontifex de plenitudine potestatis potest confirmare sententiam nullam ex defectu iurisdictionis.*

2 *Declara & distingue vt hic.*

1 SEd nunquid Summus Pontifex potest confirmare sententiam nullam ex defectu iurisdictionis? Vtique sic, de plenitudine potestatis, Glos. notabilis in Canone, Nullius, circa medium Glos. magnæ 9. quæst. 2. quam notabilem dixit Angel. ad l. obseruare, §. potest hoc, in princip. de offic. presid. Marsil. Singul. 10. num. 4.

2 Sed licet sit aliquantulum extra materiam, notanda est Gloss. in d. Canone, Nullius, ex qua magistraliter habetur, quod ea, quæ sunt iuris, vt sententia, & similia, non ratificantur, ea autem quæ sunt facti, vt Contractus omnes, ratificantur.

Exceptionis XXII. Quæstio III.

S V M M A R I V M.

1 *Citatus coram iudice non suo, debet comparere ad allegandum causas cur comparere non debeat.*

2 *Clericus condemnatus à iudice seculari, ostendens in executione priuilegium clericatus, debet dimitti.*

3 *Clericus effectus post iudicium criminale incoboatum, non auditur.*

4 *Clericus effectus post sententiam, auditur opponendo, in executione circa personam, non bona.*

5 *Clericus effectus post iudicium incobatum, auditur in priuilegio clericali, si fuit tractus à superiore.*

6 *L. si quis postea, ff. de iudic. declaratur.*

7 *Priuilegium motu proprio concessum lite pendente, nihil operatur.*

8 *Clericus iuuatur voto facto bona fide ante delictum, Contrarium vt num. 9.*

10 *Distinguuntur in hoc duo Casus.*

11 *Clericus differens exhibere priuilegium condemnatur in expensis.*

12 *Clericus tenetur ad omnes expensas remissionis in iudicem suum.*

13 *Clericus remittendus si non est soluendo expensę fieri debent*

bent per accusatorem, instigatorem vel iudicem.
14 *Clericus excusatur ab expensis, si actor obstinatus sit post priuilegium exhibitum.*
15 *Declara tamen vt hic, an sit supersedendum in negocio principali dum discutitur super expensis.*
16 *Bulla Pij 4. de Bannitis declaratur.*

Lericus est condemnatus in pœnam alicuius delicti per iudicem secularem, & captus, & vult eam mandare executioni, qui tempore executionis ostendit fidem clericatus, an debeat audiri? Videtur quod non, per l. si quis ex aliena, ff. de iu
1 dic. vbi † citatus coram iudice non suo, debet ad allegandum comparere, quare ibi conueniri non possit, quod cum nõ fecerit, videtur sibi præiudicasse.
2 Contrarium † est verius, Bald. in l. Generaliter, col. 2. C. de Episcop. & cleric. Castrens. in Authentica, Statuimus, num. 3. C. eodem titulo, Io. Prob. ad Monach. in cap. seculares, de foro compet. libro 6. Socin. consil. 2. colum. 7. consil. 99. colum. 7. versic. octauo etiam, libro primo. Archid. in cano. 2. 15. quęst. 4. Felin. in cap. Exceptionem, numero 28. de except. Gramm. Voto 17. & 27. cõsil. 5. numero 24. post decisiones. Cæpol. cons. 11. numero 17. & 18. Specul. de Citat. §. 1. versic. sed pone. Franc. in cap. si duobus, numero 16. de appellat. libro 6. Ioan. And. in Regula, Scienti, de regul. iur. libro 6. Vant. de nullit. ex defectu iurisdic. ordinar. numero 101. pulchrè Marsil. Singul. 694. qui clarè loquitur, Roland. consil. 4. num. 16. volum. 1. consil. 52. numero 12. vol. 2. Brun. cons. criminal. diuersorum, 115. numero 26. cum seq. & num. 59. vol. 2. in paruis, Cirill. in Summa Criminali, tit. qui accusar. non poss. §. 5. num. 3. in fine Alex. consil. 56. num. 6. Foller. in Pract. in verbo, Audiantur excusatores, num. 38. cum seqq. & hæc est Communis opinio. Vrsill. ad Afflict. decis. 2. num. 2. Felin. in cap. Veniens, in vltimis verbis, de accusat. Iul. Clar. quæst. 36. vers. est autem hæc exceptio. Brun. cons. 115. num. 3. Prosper Farinac. q. 8. num. 15. Ampliat. 7.

Addo Tiber. Decian. tract. Criminali, cap. 9. ampliat. 22. numero 61. vbi post Bertrand. concludit, posse declarari nullam per ipsummet iudicẽ, ratione incompetentiæ. Cassan. in Consuetudine Burgund. Rubr. 5. §. 1. num. 45. Boer. in Cõsuetud. Bituricens. de iurisdict. §. 21. Io. Rupellan. Forens. instit. lib. 4. cap. 6. Petr. Auedan. de exequẽd. mandat. cap. 22. numero 2. Didac. pract. quæst. c. 33. versic. secundo est illud, numero 2. Marsil. in Practica, §. examinandi, num. 27. consil. 64. nu. 7. cons. 16. num. 33. Singul. 72. Augustin. in Angel. in verbo, Caium Sempronij, nu. 3. Nell. de Bannit. in 2. par. primi temporis, nu. 2. Foller. in Pract. crimin. in 4. par. principali, in verbo, Et si confiteantur, num. 5. & 24. Bos. de bann. nullit. num. 5. Carrer. §. 7. nu. 31. Et hæc est Communis opinio. Roland. cons. 60. num. 30. & 34. vol. 2. Iul. Clar. q. 76. vers. sed pone. Soarez. in verbo, Bannitus statim, Bertaz. consil. 105. num. 1. consil. 119. num. 1. 146. num. 14. lib. 1. cons. 339. num. 1. lib. 2. consil. 461. lib. 1. Eugenius consil. 20. num. 7. consil. 31. num. 62. Prosper Farinac. q. 11. num. 45.
3 Limitatur hęc Conclusio, in † clerico, vel alio Religioso effecto post diffamationem, & accusationem, multo magis post sententiam: nam ex istis præcedentibus, fraus præsumitur; nec in hoc casu Doctores materiam tractantes dubitant, & propterea poterit per iudicem secularem puniri. Angel. & Alberic. in l. hoc accusare, §. hoc beneficio, de accus. in l. qui cum vno, §. reus, ff. de re milit. in l. 1. ff. de pœnis, in l. cum quædam puella, num. 2. vbi Ias. num. 10. ff. de iurisd. omn. iudic. Io an. Andr. Abb. & alij, in cap. vnico, de oblig. ad ratiocinia. Marsil. in l. statu liberi, colum. 2. de quæstion. Singul. 534. Lambert. in cap. 1. de hęret. lib. 6. quæst. 13. Bertacchin. de Episcop. carta 48. ad finem. Dec. consil. 130. col. 2. vbi etiam loquitur in alio pulchro casu, de Iudæo effecto Christiano, post delictum commissum, vt Baptisma non excuset eum à pœna temporali delicti: Cæpoll. consil. 11. num. 13. Et hæc est vera, & Communis opinio. Couar. Pract. quæstio. cap. 32. vers. prima Conclusio, & vers. secunda Conclusio, Plat. in Epitome delict. lib. 1. cap. 35. num. 2. Marquar. de Iudæis par. 3. cap. 5. Viuius, in verbo, Clericus, vers. ordo ecclesiasticus, Iul. Clar. q. 36. vers. sæpe numero. Vincent. Franc. decis. 209. Cardinal. Alban. ad Bart. in d. l. cum quædam puella, num. 4. Cartar. de execut. sentent. capto bannito, cap. vltimo, num. 308. Prosper Farinac. quæst. 8. limit. 9. numero 104. Viu. libro 1. Opinio. 38. Eman. in Thesaur. littera C. numero 132. & ita ter fuit in contingentia iudicatum. Oldrad. videndus consil. 4. Marsil. de fideiuss. numero 115. sed pone, quod iudex secularis remiserit ad iudicem Ecclesiasticum, licet remittere non teneretur, debebit ne iudex ecclesiasticus exequi sententiam iudicis secularis? vtique non, Valasc. decis. Portugall. 48. num. 9.
4 Subdeclaratur hæc limitatio, vt si † quis efficiatur clericus post sententiam, & hoc opponat in executione ipsius, quod non poterit puniri in persona, sed in bonis, & hic talis exceptio in executione proderit respectu personæ. Ioan. And. in d. cap. 7. de oblig. ad ratiocinia. Bart. in d. l. 1. ff. de pœnis. Archid. in Cano. 1. 10. quæst. 1. Specul. de reo, versic. sed quid est criminalis. Luc. de pœna, in l. finali, C. de veteranis, libro 10. Bossius de foro compet. num. 34. & in titulo de pœnis. nu. 38. Et hæc est receptissima opinio. Pract. Corrad. de inquis. numero 8. Fallent. 10. Didac. in d. cap. 32. vers. tertia Conclus. vbi subdit, facta degradatione per Ecclesiasticum tradi posse clericum puniendum personaliter iudici seculari. Eandem dicit Communem Placa, in Epitome delict. cap. 35. numero tertio. Vincent. de Anna, Singul. 130. in principio.
5 Subdeclaratur secundo in clerico † effecto, nõ ad sui postulationẽ, sed tracto à superiore, ita Bar. in d. l. 1. ff. de pœnis, per l. qui autẽ, & ibi bene not. Castr. ff. si quis caution. ex l. iurisperitos, & l. tutor petitus, ff. de excus. tutor. Lancelot. de Attentat. lite pendente, parte secunda, cap. 4. limit. 20. num. 19.
6 Vnde infertur † limitatio ad l. si quis postea, ff. de iudic.

de iudic. vt non procedat in priuilegio concesso motu proprio, & sine postulatione partis.

Quæ Conclusio mihi aliquantulum dubitabi
7 lis videtur, quia † priuilegium motu proprio concessum, lite pendente, non operatur. Hostien. in c. Causam quæ, el secundo, & ibi Abb. colum. 2. quæst. 2. Imol. super Glos. 2. Aretin. colum. 3. versic. & licet, Felin. colum. 3. versic. tertio aduerte, de testibus, Ias. in l. 2. num. 2. in l. si quis quāquā, nu. 5. ff. si quis caution. Milis, in verbo, Gratia si est impetrata, Dec. in cap. 1. colum. 1. versic. similiter ampliatur, de confirm. vtil. vel inutil. Staffile. de liter. gratiæ, fol. 85. Paris. consil. 74. num. 17. lib. 4. Ruin. consil. 80. colum. 2. vol. 5. Ant. Gabr. de Clausul. Concl. 2. numero 18. Crauetta in Responsi. pro Republ. Sauiliani, num. 51. Rolan. consil. 31. in fine, libro 2. Menoch. de Arbitrar. Casu 202. num. 12.

8 Pariter † obstabit exceptio voti, facti bona fide, ante commissum delictum, Bartol. reputans cordi tenendum, in l. 1. in fine, num. 4. C. an seruus ex suo facto. Sequitur & commendat Iacobin. in l. Cum quædam puella, num 6. vbi Ias. numero 11. ff. de iurisd. omnium iudic. vbi dat modum probandi per iuramentum, ex quo votum in animo consistit. Castr. in l. addictos, num. 7. C. de Episcopali audient. Marsil. Singul. 534. Petr. Girard. Singul. 51. Cassan. in Consuetud. Burgund. titulo *Des Iustices* §. 5. num. 68. Duenn. Regula 10. Limitat. 18. Cotta in Memorab. in verbo, Clericus, & in verbo, Laicus, Serafin. de Iuram. Priuileg. 8. Bard. de tempore vtili, & continuo, cap. 11. num. 13. Tiber. Decian. Tract. Criminal. cap. 9. Ampliat. 10. num. 23. Et hanc dicit magis Communem Viu. Opinione 38. in Silu. 112. & secundum eam iudicat. Vincent. de Anna, Singul. 130. Duenn. Regula 100. num. 18. prope finem. Eman. in Thesauro, litera C. num. 132. Cotta, in verbo, Laicus post delictum. Arnon. Singul. 29. Cepol. Cautela 9.

9 Contrarium † tenet Ferrat. Cautela 23. in fine, appellans eam periculosam. Placa in Epitome delict. lib. 1. cap. 35. numero 6. in fine. Didac. Pract. Quæst. cap. 32. versic. ceterum, vsque in finem. Saisell. ad l. 1. C. an seruus ex suo facto. Cartar. de Execut. cap. bannit. cap. fin. num. 308. attestans ita Mediolani iudicatum. Prosper Farinac. quæst. 8. num. 114.

10 Duo igitur † fortasse consideranda sunt casus principales; quandoque aliquis asserit votum ante accusationem, vel diffamationem: quādoque post; Primo casu de voto statur iuramēto ipsius; secundo casu non crederem stari, nisi alia adminicula concurrant, aliàs quilibet ad fugiendam pœnam iuraret, & peieraret, & sanguinem suum per fas, & nefas redimeret; Vnde inter alia considerarem qualitatē personæ, & aliàs an sit fide digna, si habuit causam voti, quia præcesserit infirmitas, carceratio longa, iuerit ad bellum, fuerit vulneratus, & similia. considerarem etiam tempus voti, & verisimilia circa tempus, considerarem etiam, si vouens poterat liberè vouere, vel non, inspecto Iure Canonico, & circumstantijs ab eo requisitis, & similia.

11 Debet tamen † Clericus, qui vsque ad sententiam distulit exhibere priuilegium clericatus, condemnari in expensis, & hoc per Iudicem Ecclesiasticum, non secularem, Abb. in c. si diligenti, colum. penult. de foro compet. Bald. in l. si ex aliena, colum. penult. ff. de Iudic. in l. generaliter, colum. 2. C. de Episcop. & cleric. Decius consil. 241. vbi dixi, Grammatic. Voto 18. num. 15. Roland. consil. 12. num. 38. volum. 2. Vant. de Nullit. iuris ordinar. num. 101. Carauita Ritu 65. numero 5. Guido Papæ decis. 450. & hæc est verior, æquior, & magis Communis opinio, Carauita Ritu 235. num. 11. Couarr. Pract. qq. cap. 33. versic. clericus vero. Gram. Voto 27. vbi pulchrè discurrit. Iul. Clar. quæst. 36. versic. est autem, vbi dicit, quod omnes Iudices Deū timentes id obseruare debent. Prosper Farinacc. quæst. octaua, numero 17.

Cui plenè profitenti addo Rotam, apud Bellamer. 26. Cassador. decis. 3. de Appellat. Capic. Decis. 181. Capell. Tolosan. decis. 1651. Vincent. de Anna, Singul. 131. & debent taxari per Ecclesiasticum. Dec. cons. 241. Grammat. Voto 18. num. 16. versic. ad Afflict. Decisio. 2. num. 4. Caballin. Milleloq. 949.

12 Considerandum tamen † est circa has expensas, quod si simus in causa criminali, quod clericus remitti debet ad suum Iudicem expensis ipsius inquisiti in custodibus, copia processus, & similibus. Angel. & ibi Alex in Addition. ad Bart. in l. lex Cornelia, §. si quis librum, ibi: Præmium constituitur, ff. de iniur. clarius Bart. in l. lex Cornelia ff. ad Sillanian.

13 Et si clericus † remittendus, non sit soluendo, debet remitti expensis accusatoris, vel instigatoris, tertio loco, Iudicis Ecclesiastici; & in defectū aliorum, Iudicis à quo, Boer. Decis. 303. num. 12. & in Consuetud. Bituricens. §. 29. Aufrer. ad Tolosan. 100. & 274. & hanc dixit veriorem Carauita, Ritu 235. num. 13. veriorem quoque dixit Asinius in Pract. §. 32. Ampl. 61. Couaruu. Pract. quęstionum cap. 33. num. 5. Menoch. de Arbitr. Casu 228. numero 8. Prosper Farinac. quæst. 7. sub num. 39.

Nolo omittere circa expensas quod Dec. con
14 sil. 241. considerabat, quod si facta † fide clericatus, adhuc actor obstinatus est, & persistit, & perseuerat in accusatione, & sententiæ executione, debet hoc casu clericus absolui à Iudice Ecclesiastico, ab expensis, quia verisimile est, quod si ab initio met fides facta fuisset, idem fecisset, secus si statim destitit: nam non uidetur posse dari casus in Practica quomodo hæc doctrina Decij procedere possit aut enim statim destitit facta fide, & tunc clericus in expensis est condemnandus; aut contradicit, & tunc suspenso negocio principali, discutitur hoc emergens. Et ex hoc discursu reprehendit opinionem Decij Io. Rupellan. Forens. institution. lib. 4. cap. 6. & eum secutus Couarruuias Pract. q. c. 33. vers. Clericus.

15 Posset fortasse dici, dato † quod supersedeatur in negocio principali, donec hoc emergens discutiatur, facta discussione & resoluto negocio, nonne reficiēdæ sunt multo magis expensæ,

maximè

maxime si actor ex verisimili ratione non statim acquieuerit.

Et per modum Corrolarij ex discursu huius
16 quęstionis videtur posse inferri, quod si † Bannitus sit, quod non obstãte Bulla Pij IV. de incompetentia opponere poterit, ad impediendam executionem, cum talis exceptio numquam uideatur reiecta.

Exceptionis XXII. Quæstio IV.

SVMMARIVM.

1 *Mors laici, contra quem erat inchoata instantia, non debet nocere actori.*

2 *Ex persona hæredis non mutatur conditio obligationis.*

3 *Clericus etiam in reali debet gaudere benefic. clericatus, & conueniri coram ecclesiastico.*

Declara, amplia, & considera plures casus de quibus latè a num. 3. vsque ad num. 11.

12 *In soluendis collectis, mutata persona mutatur status.*

13 *Reo, lite pendente effecto dementi, iudex causæ decernit tutorem.*

14 *Priuilegiatus succedens non priuilegiato, non impugnat factum defuncti in consumatis.*

15 *Mala fides defuncti nocet vniuersali successori.*

16 *Præscriptio inchoata contra defunctum, perficitur contra hæredem etiam priuilegiatum.*

17 *Præscriptio contra defunctum inchoata, dormit contra pupillum.*

18 *Priuilegiatus non vtitur eius priuilegio, in conuentionalibus, si actus est perfectus, & consumatus.*

19 *Minor non restituitur aduersus Canonem non solutum, si contractus est cum defuncto celebratus.*

Minor restituitur ex Clausula Generali, licet cum eo nihil sit gestum, vbi dicitur quod maiores, etiam restituuntur ex dicta Clausula Si qua mihi iusta causa, & ex capite ignorantiæ, ac impedimenti, quod dicitur notabile, vt hic.

Declaratur, sub eodem numero 19. an & quando restituatur minor, vel non.

20 *Limitatio ad l. 2. C. si aduersus vendit. pignorum.*

21 *Declara, & distingue vt hic, quando restituatur minor.*

22 *Priuilegiatus succedens cum priuilegiato, vtitur priuilegio suo, si cum eo aliquid est gestum, secus si è contra, vt hic.*

23 *Priuilegiatus vtitur priuilegio, succedendo, si stipulatio committatur propter fieri.*

Impubes aut pubertati proximus, an & quando obligetur ibidem.

24 *Clericus succedens defuncto lite pendente, debet prosequi coram iudice suo.*

25 *Clericus effectus post instantiam peremptam, si spiritus vitæ illius reuiuiscet, gaudebit priuilegio declinatorię, vt hic.*

Endet lis cum Laico, ea pendente, moritur Laicus, relicto hærede clerico, contra quem fertur sententia per iudicem laicũ, an in executione possit opponere de nullitate ex incompetentia iudicis.

1 Et videbatur quod non, ea † ratione: quia mors laici contra quem erat inchoatum iudicium, & instantia, non debet nocere actori, qui in nulla fuit culpa, vt cogatur iudicium inchoare, argumento tex. in cap. Proposuisti, de foro competenti. Et hanc opinionem tenuit Imol. dicens esse valde notabilem in hac quæstione, quod reputat valde dubium in l. si cum hominem, col. vlt. vers. & prædicta faciunt ad quæstionem, ff. de fideiussor. Ias. valde pariter commendans in Authentica, Quas actiones, numero 39. C. de sacrosſ. eccles. Alex. in l. si constante, §. vltimo, colum. 2. ff. soluto matrim. Castr. & Angel. in l. hæres absens, in princip. ille num. 4. iste numero 3. ff. de iudic. inferens D. Cinum in facto habuisse cõtra Fratres ex Carmelo, Barbac. in cap. Quia V. de iudic. Aufrer. ad Clement. 1. de offic. ordinar. Regula 2. Fallent. 6. Nec mihi videtur dissentire Felin. in d. c. Quia V. num. 2. in fine.

Et pro hac opinione satis bene videtur facere text. & Conclusio quæ ibi ponitur, in l. 2. §. ex his, vbi Ias. numero tertio, in secundo notabili. Al-
2 ciat. in primo notabili, ff. de verb. obligat. † vbi ex persona hæredis non mutatur conditio obligationis, l. Prætor, §. incertum, ff. de Prætor. stipulatione.

Et si percurramus materiã Regulę, de qua in d. l. secunda, §. ex his, iuxta intentionem scribentium, conditio obligationis, ex persona hæredis non mutatur, in re debita, vt alia solui possit, sed in modo uariatur, & quãdoquæ in præiudicium hæredum, in quorum persona conditio fit deterior; Vnde maritus conuenitur in quantum facere potest, hæredes in solidum, l. non tantum, iuncta l. sciendum, ff. de re iudic. Pariter debitor non potest soluere partem inuito creditore, l. quidam æstimauerunt, ff. si cert. petat. hæres autem sic, quia pars cum tangẽs est totum respectu sui; è contra legatarius, non potest in parte repudiare legatũ, hæres autẽ sic, l. legatarius, ff. de leg. 1. Cũ igitur substantia obligationis, & rei per heredem mutari non possit, clericus vt hęres tenebitur prosequi instantiam cum defuncto inchoatam, & si aliquis hæres institutus consequitur in aliquo casu aliquod priuilegium defuncto non competens, prout in l. fin. C. de euic. id est ex propria persona considerata, non vt hęres, ex iure transfusionis, & facta consecutione vti persona de per se considerata, refundit vt hęres, Bald. not. in d. l. finali, C. de euic. merito clericus consideratus vt heres, nullo priuilegio vtetur.

Et hanc eamdem opinionem ad d. l. cum quædam puella, ff. de iurisd. omn. iudic. Sebastian. Medic. de morte, parte 3. numero 91. Et hanc dicit veriorem Didac. Practicabil. quęstio. cap. 8. Conclus. 2. col. 11. Et hanc dicit veriorem, & magis Communem Surd. consil. 222. numero 16. Decisione 110. ita practicari. Bursat. consil. 93. numero 42.

Quam ampliat ad Ecclesiam, vel Monasteriũ, succedentes iure hæreditario, nõ alio titulo, professionis, vel simili; ita limitans dictum Bal. in l. 1. C. si pen-

C. si pendente appellatione mors interuenerit, quem ibi simpliciter Salicet. sequitur.

Contrariam sententiam tenet Rota Decis.
3 552. in antiquis, ea ratione: quia † clericus etiam in reali debet gaudere beneficio clericatus, & conueniri in foro ecclesiastico. §. considerantes, vbi Glos. in verbo, subiacent Authent. vt omnes obedia. Iudic. Prouinc. qui non loquitur in clerico vti hærede & Iure transfuso.

4 Et hæc † opinio præualet in Practica, vt dicit Dec. in c. Quia G. num. 37. de Iudic. quem confirmat ex consil. Oldradi 4. quod loquitur in clerico ex iure proprio, non transfuso, & hæreditario nomine; & secundum hanc dicit iudicatum Iacobin. ad l. hæres absens, in princip. ff. de Iudic. Roland. de confectio. Inuentarij, c. 23. carta 22. Vasquius §. 22. limit. 17. num. 60. lib. 3. Borgnin. decis. 8. num. 11. parte 1. Prosper Pasett. cons. 83.
5 volum. 1. Et hanc † dicit veriorem, & magis Cõmunem Asinius in Pract. §. 2. c. 12. num. 54. And. Gail. Pratic. obseruation. lib. 1. obseruatio. 37. numero 10. Marant. par. 5. num. 13. Galles. ad Formam Cameralem, quæst. 2. num. 3. particula 2.
6 vbi † ampliat etiam si laicus esset obligatus in forma Cameræ. Limita nisi lis esset contestata cum laico, Scaccia, in Pract. cap. 11. num. 23. vel for-
7 tius, † si lata esset sententia cum laico, Vrsil. ad Affiic. 212. Sic iudicatum. Nec obstat quod Rota dicit in d. decisione 552. in fine, quod vertitur
8 aliqua causæ cognitio, † An clericus sit hæres, quæ cognitio non videtur fieri posse per Iudicẽ laicum, qui fortasse hoc negare posset, considerando duos casus.

9 Quandoque † incidens in se est spirituale, si est clericus, quomodo probatur, si sunt vestes clericales, & similia, & hoc casu cognitio deberet esse Iudicis ecclesiastici c. Decernimus, cap. Quanto, de Iudic. c. Si Iudex laicum, in fine, de foro competenti. Didac. Pract. quæstio. c. 33. col. mihi 15. in fine, in paruis.

10 Quandoque † incidens in se est merè laicale, vt hæredem esse, & tunc non videtur prohibitũ, vt pendente instantia contra defunctum, inchoata, per Iudicem secularem cognosci non possit.

11 Et † licet in Contrarium multa considerari possint, prout text. in cap. 1. §. vltimo, de iure patron. lib. 6. vbi licet detur terminus quattuor mẽsium, tamen Ecclesiæ succedenti datur terminus ad sex menses.

Cui potest responderi, quod ibi nemini fit præ
12 iudicium. Pariter † in soluendis collectis, mutata persona, mutatur status rei. Archid. & Io. And. in cap. 1. de immun. eccles. lib. 6. Alex. consil. 35. num. 18. lib. 4. Natta consil. 218. num. 7. cons. 311. num. 5. pulchre Anchar. consil. 171. latè Roland. de Inuentar. par. 3. q. 7. sumus in materia odiosa, & non loquuntur in re non amplius integra, & ex iure transfuso, prout in casu nostro.

Et ad prædicta facit text. reputatus singularis, in l. finali, §. 1. vbi Bart. Bald. Cin. & alij notant,
13 C. de admin. tutor. vbi † si lite pendente reus, qui non est de Iurisdictione Iudicis, si efficiatur demens, vel furiosus, Iudex qui vulgariter non est suus, decernit tutorem, vel curatorem; quẽ text. dixit singul. Bart. in l. 1. num. 5. ff. de tutor. & curat. dat. ab his.

14 Vnde cum quæritur, † si priuilegiatus succedat priuilegiato vti possit priuilegio suo, plures Conclusiones videntur considerandæ.

Prima sit Conclusio, In perfectis, & consumatis à defuncto, priuilegiatus succedens, non vtitur priuilegio suo, ad impugnandum factum defuncti, l. Aemilius, ff. de minor. l. qui à patre, C. de test. mili. & vtrobiq; notant Bar. Bal. & Sali. & ibi dicit Alberi. quod illa Lex tota die allegatur, q̃d Barto. tenetur seruare pacem sui antecessoris.

Secunda ad idem propositum sit Conclusio,
15 † Si sumus in inchoatis per defunctum, & non completis, siquidem in materia præscriptionum, priuilegiatus non potest vti priuilegio, sed malam fidem defuncti nocere suo vniuersali hæredi, l. Pomponius, §. primo, ff. de acquir. possess. Authentica Malæ fidei C. de præscriptione 30. vel 40. annor. Bald. de præscrip. in secunda parte tertia part. quæstione duodecima, in fine Didac. in Regula, Possessor, parte secunda, §. nono, vbi de magis Communi.

16 Tertia sit Conclusio, † Præscriptio inchoata contra defunctum, consumatur & perficitur cõtra hæredem etiam priuilegiatum, etiam si esset Fiscus, l. prima, C. Si aduers. fiscum, Albericus, in l. hæres absens, columna prima, ff. de iudic. melior tex. in l. Si fundum, ff. de fundo dotali, vbi præscriptio inchoata perficitur in preiudicium dotis, quę valde priuilegiata est, & præscriptio inchoata contra defunctum, perficitur contra hæredem minorem, etiam si sit pręscriptio longissimi temporis 40. & 46. annorum. Cardinal. in capitulo primo, quęstione prima, de restit. in integrum. Socin. senior, in l. filiusfamil. §. in hac, in fine, ff. de verbor. obligat. consil. 99. numero sexto, lib. 2. cons. 66. num. 13. Aretin. cons. 104. nu. 5. vbi dicunt Communem, Crot. consil. 286. nu. 3. lib. 3. Sforza, de rest. in integrum, q. 90. artic. 1. in fine.

17 Nisi † sit pupillus, contra quem, durante pupillari ętate, currit præscriptio longimini temporis contra defunctũ inchoata gl. in l. sicut, in verbo, seruãda sunt, vbi Bal. nu. 6. in fine, C. de Præscrip. 30. vel 40. annorum, pulchrè Balb. de pręscript. in prima 6. par. par. nu. 34. vbi indistinctè loquitur, & attestatur hãc esse Cõmunem opin. Boui. de statutar. præscript. glos. 19. Limit. 6. num. 184.

18 Quarta sit Conclusio, in † conuentionalibus, si actus sit perfectus, & consumatus cum defuncto, nec aliud cum priuilegiato gestum, priuilegiatus succedens, non vtitur eius priuilegio, l. Aemilius, vbi Bart. num. 5. Alberic. num. 2. vers. quod aut tempus, Bal. col. 7. num. 8. ff. de minor. glos. in l. vltima, in fine, C. In quibus caus. in integrum rest. non est necessar. vbi Cin. num. 4. Bart. num. 6. Alberic. num. 7. Bald. num. 3. Castr. nu. 2. C. si aduers. vsu cap. glos. in l. sicut, in verbo, seruãda, vers. nec obstat. C. de præscr. 30. vel 40. ann. in l. Aemilius, in verbo, quod &, vbi Bar. & Alberic. ambo, num. 5. ff. de minor. in l. etiam, ff. eodẽ titu. Angel. in l. si infra, in fine, C. de non numer. pecun. Maur. de Rest. in integrum, capit. 95. in fine, Balb. de præscript. parte 6. principali, numero 30.

Ripa,

Ripa, teſponſo 1. in fine, ff. de re iudic. Et hæc eſt Communis opinio. Iaſ. ad l. cum filiusfamil. §. in hac, ſub num. 5. ff. de verb oblig. Natta conſ. 492. nu. 2. Roland. conſ. 10. nu. 14. verſ. ad ſecundum, lib. 2. Sforz. de reſtit. in integrum, q. 86. art. 2. ſub numero 14.

Cui plenè ſe ſubſcribit Pariſ. conſ. 16. nu. 144. vol. 1. Annibal. in repetitio. l. naturaliter, nu. 299. ff. de vſucap. Crot. cōſ. 56. in fine Natta conſ. 269. num. 4. Roland. conſ. 99. in fine, vol. 1. Iaſ. conſil. 162. col. 2. vol. 4. Socin. iun. conſ. 46. nu. 6. conſ. 18. vol. 4. Cur. ſenior. conſil. 58.

Ampliat. Corbol. de iure emphyteutico ampliat. 29. num. 9. vt procedat, quando apparet pri-
19 ma facie, & videretur cum † minore geſtum, puta ſi omiſit ſolum canonem: quia adhuc non reſtituitur, quia cum minore eſt contractum, dicēs ſe ita in facto obtinuiſſe, ſuper quo cogitandum videtur.

Limitatur ſingulariter, vt licet minor ex contractu defuncti nō reſtituatur, ſi cum eo nihil eſt geſtū, hoc verū ex capite minoris ętatis, ſecus ex Clauſula, Si qua mihi iuſta cauſa videbitur, ex qua reſtituuntur etiam maiores ex capite ignorātiæ, & legitimi impedimēti. Ita ſingulariter Bart. in d. l. Aemilius, num. 5. dicens eſſe valde notandum. Idem dicit in l. cum filiusfamilias, §. in hac, num. 6. vbi Imol. num. 3. dicit eſſe dictum adeo notabile, vt literis aureis ſcribi deberet, & qđ nunquam legit dictum adeo notabile, & ſingulare, Alex. num. 4. & 7. Socin. ſen. num. 7. Iaſ. ſub num. 5. dicens eſſe Communem opin. Bar. in l. 2. C. ſi aduerſus vendit. pignor. Io. Annibal. in repet. l. poſt contractum, num. 146. ff. de donat. Cagnol. in l. qui in alterius, nu. 5. ff. de reg. iur. in Repet. l. a. nu. 284. C. de pact. inter empt. & vendit. dicens hanc eſſe Communem opinionem, nec ab ea in iudicando recedendum, Mauric. de reſt. in integr. c. 101. & cap. 299. Balb. de præſcrip. in 6. par. principali, num. 3a. verſic. ſecundo limita. Gomeſ. de Contr. titulo de empt. & vend. num. 27. Vaſq. de ſucceſſion. creat. lib. 1. §. 9. num. 166. Alex. conſil. 141. num 10. lib. 5. Riminald. conſ. 88. nu. 30. lib. 1. Socin. iun. conſ. 104. num. 25. lib. 3. Natta, conſil. 492. n. 8. dicens nimis durū ab hac opinione recedere, quia æquitati innititur, & ita omnes indiſſerenter, & Communiter tenent. Roland. conſil. 100. nu. 4. lib. a. Franc. March. q. 514. nu. 4. pulchrè Gramm. Deciſ. 5a. nu. 5. Anchar. q. 59. par. 1.

20 Ex quibus † infertur ſingularis limitatio ad l. 2. C. ſi aduerſ. vend. pignorum, & l. apud Iulianū, §. 1. ff. Ex quibus cauſis in poſſeſſ. eatur, vt procedant in reſtitutione ratione minoris ætatis, ſecus ex Clauſula generali, Si qua mihi iuſta cauſa videbitur, ex qua etiam maiores reſtituuntur ex legitimo impedimento.

21 Subampliantur prædicta † diſtinguendo: Aut habet tutorem, vel curatorem, qui ſit ſoluendo, & non reſtituitur, etiam ex capite ignorantiæ, nec ex Clauſula generali, ſed agit contra eum. Si vero non ſit ſoluendo, tunc etiam in ſubſidium, cōtra emptorem, & tertium agere poterit. Grat. conſil. 119. numero 51. libro primo. Plot. de in litem iurando, §. 5. nu. 22. Corbol. de iure emphyteut. Ampliat. 29. num. 12. poſt Bart. in l. qui duos num. 7. ff. de reb. dub. vbi Socin. latè defendit. Caſtren. in l. a. C. ſi aduerſ. vendit. pignorum, Guido Papæ Sing. 700. Alciat. in d. §. in hac, in fine, Corneus, conſil. 87. num. 1. in fine, & num. 2. libro a. Bero. conſil. 121. num. 18. in fine, lib. 3. Bertrand. conſil. 93. in fine, lib. 5. Socin. iun. conſil. 96. num. 45. lib. 4. Ruin. conſil. 120. col. finali, lib. 5. vbi de Communi. Natta conſ. 492. nu. 9. & Communē etiam teſtatur Roland. conſ. 10. num. 20. libro 2. Burſat. conſil. 8. num. 4. conſ. 61. num. 5. Borgnin. de tutor. nu. 100. Deciſ. Peruſina 55. nu. 2a. Sforz. de reſt. in integr. par. 1. q. 22. artic. 4.

Cui puberis addere hanc limitationē de tutore qui non eſt ſoluendo.

22 Vnde † priuilegiatus ſuccedens cum priuilegiato, vtitur priuilegio ſuo, ſi cum eo aliquid eſt geſtum, ſecus ſi nihil ſit geſtum, gloſſ. in l. ſi cum militaribus, C. de reſtit. milit. quam in hoc valde notabilem dixit Iaſ. in l. cum filiusfamilias, §. in hac, numero quarto, ff. de verborum obligation.

23 Quarta in propoſito ſit Concluſio. Si † ſtipulatio committatur propter fieri, tunc priuilegiatus ſuccedens vtitur priuilegio ſuo, l. cum filiusfamilias, §. in hac, ff. de verb. obligat.

Notandum tamen eſt circa text. in §. in hac, dum de pupillo loquitur, quod aut eſt impubes, aut pubertati proximus; Primo caſu non obligatur, nec ex delicto, nec ex contractu, quo ad dolū, qui in contractu committi poſſit, l. impuberem, ff. de falſ. bonus tex. in l. prima, §. hoc edicto, ff. ne uis fiat; Aut eſt proximus puberiati, & ſic doli capax, & tunc committitur contra eum ſtipulatio pœnalis ex contractu defuncti, ſi habuit ſcientiā, Imol. Alex. & Iaſ. in dicto §. in hac, vnde non eſt ſic indiſtinctè vera ſuprapoſita Concluſio.

Ex quibus vt ſupra poſitis, colligi videtur,
24 † quod priuilegiatus ſuccedens non priuilegiato, vt plurimum non vtitur priuilegio ſuo, & ſic clericus ſuccedens laico, tenetur ad proſecutionem inſtantię inchoatæ cum defuncto, nec declinatoriam opponere poterit.

Priorem tamen opinionem dixit magis Communem Cagnol. ad l. a. numero 22. C. de pact. inter empt. & vendit. & veriorem dixit Aſinius, in Pract. §. ſecundo, numero quinquageſimoquinto, & in actu practico mihi admodum placet Cagnoli Practica in citato loco, vt coram iedice Eccleſiaſtico fiat repro ductio de actis hucvſque factis coram iudice ſeculari; & licet Aſinius, in prę allegato loco reputet hoc durum propter diuerſitatem ſtyli tribunalium, tamen non tollit quin facile fieri poſſit talis productio; videmus paſſim fieri proceſſum in vna Ciuitate, & aſportari ad aliam, & cum proceſſu inchoato continuari; Nec in Practica credo difficile. Et eam dicit veriorem, & magis Communem, Surd. Deciſione 110. & quod eam amplexus eſt Senatus. Burſat. pariter de magis Communi, conſil. nonageſimotertio, numero quadrageſimoſecundo, volumine primo. Brun. de Statut. excluſ. artic. ſexto, numero 48. Menoch. conſil. 121. numero 19.

25 Sed pone † quod efficiatur Clericus poſt inſtantiam peremptam, dum reſtauratur ſpiritus

C vitæ,

vitę, gaudebitne declinatoria? vtique sic: quia instantia quando reuiuiscit, est noua instantia. Vincent. de Anna, dicens hanc opinionem veriorē, Singul. 129.

Exceptionis XXII. Quæst. V.

Excepto Reconuentionis.

S V M M A R I V M.

1 *In habentibus symbolum, facilis est transitus.*
2 *Dedignari non debet vti reus, habere in iudicem, quem vti actor elegit.*
3 *Lex Ciuilis in Clericos disponere non potest.*
4 *Leges de reconuentione loquentes, nunquam de Clerico loquuntur.*
5 *Conuentio, quod potest, pariter & reconuentio.*
6 *Clericus potest reconueniri coram iudice laico, ex veriori, & magis Communiter recepta opinione.*
7 *Non tamen id procedit data fraude, vt hic.*
8 *Non procedit si Reconuentio tangeret causam Spiritualem.*
9 *Non procedit in causa Criminali, in qua Clericus coram iudice seculari conueniri non potest.*
10 *Non procedit in exequēdo, vt hic, & numeris seqq. latè.*

Væro, Clericus conuenit Laicum, coram iudice seculari, iuxta capit. Si clericus laicum, de foro competēti. An poterit reconueniri coram eodē iudice laico, vt dici possit de nullitate, cōtra sententiam latam contra clericum in causa reconuentionis per iudicem laicum.

Et videbatur posse dici de nullitate: nam plus est facere de seculari ecclesiasticum, quam de seculari
1 secularem, cum † in habentibus symbolū, facilis sit transitus.

Secundo, Reconuentio, seu Prorogatio na-
2 scuntur à principio voluntario, quia † dedignari nemo debet, eum in iudicem habere, quem vti actor pro se elegit, l. cum Papinianus, in fine, C. de sent. & interl. omn. Iudic. velle autem pendet à potestate prorogare volentis, quæ cessat in clerico, vnde dedignatio considerari non potest.

Tertio, An talis prorogatio fiat per Legem Ci-
3 uilem, vel Canonicam. † Lex Ciuilis non potest in Clericos disponere, cap. Cum ecclesia Sanctę Marię, de Constitution. Nec Lex Canonica hoc disponi, immo ponit Regulam negatiuā, quod Clericus coram iudice laico conueniri non possit.

4 Vnde mirabatur † Marian. in capit. primo, de mutuis petition. quod inter tot leges, in materia reconuentionis, non exprimatur vna in materia clericorum, hoc clarè disponens.

Pro contraria parte facit: quia iura simpliciter concedunt reconuentionem, nec excipiunt Clericos, merito & Clericos comprehendit.

Secundo, ad idem facit: quia Clericus conueniendo laicum coram iudice seculari, facit eum
5 iudicem suum, ergo quod † potest Conuentio, poterit, & Reconuentio; ita arguit Bald. in cap. 1. de Controuersi. inuestitur. apud Pares terminā-da, in vsibus feudo. Et hanc opinionem vti veriorem tenet gl. [illegible] in cap. primo, in verbo, super suis, de mutuis petition. in cap. At si Clerici, in verbo, tenet, de iudic. in Canone, Multi, in verbo, seculari, secunda quæstione prima. In Canone, In summa, 11. quæst. prima, gl. fin. in Canone, Denique, 96. distinct. in l. Cum Papinianus, C. de sentent. & interloc. omnium iudic. Bart. in Authentica, Et consequenter, colum. vltima, C. eodem titulo. Bald. in l. 2. §. sed si agat, ff. de iudic. Specul. de reo conuento, §. Nunc dicamus, versic. sed pone, Clericus. Bald. in Authentica, Clericus, C. de Episcop. & Cleric. Anchar. in Repetit. Regulæ, Ea quæ, columna decimaquarta, de regul. iur. libro sexto, vbi dicit, quod hæc opinio semper sibi placuit vti verior, Archidiac. in Canone, in summa, 11. quæstion. prima, in Canone, Non ita, 2. quæst. 6. Lap. allegat. 118. colum. secunda, Socin. Regu-
6 la, 54. in 4. Fallent. Et † hæc est verior opinio, & magis Communiter recepta, & a Consuetudine approbata, Io. Andr. in c. Et si clerici, vbi Felin. num. 9. de iudic. Marian. in cap. 1. de mutuis petition. col. 27. dicens Contrariam opinionem sapere tyrannidem, & iniquitatem, vbi Dec. num. 30. Marantha in Speculo, dist 6. num. 42. Villalob. in verbo, Clericus, nu. 72. Duenn. regula 102. Curt. iun. in l. 2. num. 48. ff. de iurisd. om. iudic. Prosper Farinac. q. 8. num. 99. limit. 8.

7 Declaratur primo dicta Conclusio, vt † non procedat data fraude, gl. in c. Relatum, §. fin. in verbo, coram seculari, de iure patronat. quā valde commendat Abb. in c. Cum dilectus, col. 3. in fine, sub num. 9. de arbitr. Specul. de recusation. §. 1. versiculo, quid si laicus. Felin. in cap. At si clerici, colum. 8. de iudic. sub num. 9. limit. 1. Marian. in cap. 1. de mutuis petition. Articulo 5. col. 5. in fine, limit. 1. attestans hanc esse Communem sententiam.

Et Doctores in hac consideratione fraudis diuersimodè loquuntur, multi enim superius citati prætendunt fraudem causatā ex parte laici, qui malitiosè prouocauit, vt conueniretur, alij prætē dunt fraudem ex parte Clerici querētis studiose causam, & hęc fuit opinio Angeli in Authent. Et consequenter, nu. 6. C. de sen. & interloc. omniū iudic. & in l. 2. §. sed si agant, nu. 2. ff. de iudic.

8 Declaratur secundo, nisi reconuentio tāgeret causam spirituale, vel illi annexā. Bal. d. c. si & Clerici, nu. 14. in 2. Casu, vbi Dec. nu. 155. dicit hanc esse Commu. opinion. Et adeo prohibetur laico cognitio causæ spiritualis, vt nec incidenter eam cognoscere possit, etiam si negocium principale aliter expediri non possit, Ang. dicēs hoc esse valde singulare, in l. 2. num. 3. ff. de iurisd. omn. iudic.

9 Declaratur tertio † in causa Crim. in qua Clericus coram iudice seculari conueniri non potest.

Et extēditur, vt procedat, siue pro delicto agatur ciuiliter, siue Criminaliter. Et hęc est Commun. opin. Felin. in d. c. At si clerici, limit. 3. n. 19. vbi Dec. nu. 148. Imol. num. 5. Bero. nu. 150. de iudic. Iul. Clar. q. 36. vers. & hæc quidem. Bonacoss. in verbo, Clericus effectus potest.

Et hoc

10 Et hoc † verum, etiam per viã exceptionis, puta excipiendo contra clericum in testem inductũ de aliquo crimine, vt a testimonio repellatur, Bal. in c.1. de sen tẽt. inter Pares terminand. Imol. in d.c. At si clerici, per tex. in cap. 1. de Cleric. coniugat. lib. 6. Et facit vltra eum ratio: quia hoc casu iudex secularis est incompetens, ratione personæ, & causæ, vnde si in causa aliqua ciuili Clericus examinetur vt testis, si excipiatur cõtra eum de aliquo delicto, vt ad hoc de fide diminuatur, super tali exceptione non poterit cognoscere iudex laicus, per tex. in c.1. de cleric. coniugat. lib. 6.

11 Et hoc † dictum Baldi crederem verum circa punitionem delicti in excipiendo oppoliti, secus quo ad fidem adhibẽdam, & informationes recipiendas super except. opposita, ad effectum, an sit adhibẽda fides, vel non, verificata exceptione opposita, ex cons. Federici de Senis 93. nu. 5. ex his, quæ notat Couaruu. practicab. quæstionum c. 18. in fine, vers. illud vero, & ante eum Bal. in l. 1. nu. 26. C. quomod. & quando iudex.

12 Cõsiderãda † est ẽt qualitas exceptionis, an sit penitus separata a cognitione laicali, puta simoniæ, hæresis, & similium; quędam non sunt penitus separata, vt vsurarum, periurij, & similium, vt distinguit Arnald. de agnoscenda assertio. Catholica, & hæretica, q. 25. nu. 54. Menoch. de recuper. remed. 15. nu. 211.

13 Pręterea † tex. in c. 1. de cleric. coniug. lib. 6. loquitur in condemnando, non tolli, quia possit recipi informatio circa fidem adhibẽdam, vel non, vti testium examinatio.

14 Declaratur † quarto, vt sententiam ferre possit, personam tamen Clerici exequendo nullatenus tangere potest, sed ad Ecclesiasticum iudicẽ remittit executionem suæ sententiæ. Lapus Allegat. 119. sub nu. 4. versiculo, Item si clericus.

Except. XXII. Quæstio VI.

Exceptio limitatę iurisdictionis.

SVMMARIVM.

1 Reconuẽtio fieri potest corã iudice limitatę iurisdictionis.

2 Iurisdictio limitata a Lege municipali, non prorogatur.

3 Iurisdictio quæ non est in forma iuris, & consueta, non prorogatur.

4 Iudex limitatæ iurisdictionis, pronũciando se iudicem competentem, nihil agit.

5 Officia debent conseruari distincta, nec vnus se intromittere in officio alterius.

6 Notarius vnius banchi, non potest se intromittere de notario alterius banchi.

7 Iurisdictionis considerantur plures species circa materiã prorogationis.

8 Vidua, & aliæ miserabiles personæ non possunt fori priuilegium prorogare, vt hic, & num. seq.

10 Fratres Minores habẽt iudices proprios Prouinciales, & non possunt cõsentire in alium Prouincialem, quia non habent velle, & nolle.

11 Feudatarius iurisdictionem prorogare non potest.

12 Iudex appellationis deputatus de consensu, mutari non potest.

13 Iudex prorogatus potest sententiare, non tamen exequi.

14 Delegati iudicis iurisdictio non prorogatur.

15 Prorogati iurisdictio si non põt adaptari, non prorogatur.

Veritur, In Ciuitate est deputatus certus iudex, cum iurisdictione limitata, puta, in hominibus exercentibus talẽ artem, si citatur vnus, qui nõ sit de iurisdictione, & dictus citatus reconueniat actorẽ, & fertur sententia contra reconuenientem, an possit opponi de nullitate.

Et videtur, quod sic; quia lata a iudice incompetenti, C. si a nõ competenti iudice, per totam.

1 Contrariũ † determinat Afflict. decis. 27. quia per reconuentionem, videtur prorogasse iurisdictionem, dicens per omnes ita fuisse votatum.

Hęc opinio mihi videtur aliquantulum dubia:
2 quia iurisdictio † limitata a Lege Municipali prorogari non potest. Bald. in c. de causis, nu. 25. de of-
3 fic. delegati, vbi pariter tenet, quod † iurisd. quæ non est in forma iuris, & consueta, non proroga-
4 tur, & adeo prohibetur progatio a iurisdictione † limitata a Statuto, vt pronunciando se iudicem competentem, nihil operetur, Decius dicens singulare cons. 18. num. 5.

5 Secundo facit: quia officia debent conseruari distincta, nec vnus se intromittere officio alterius: quia hoc modo ordo status Reipublicæ confunditur, Glos. in l. quicumque, C. de exact. & exe-
6 cut. lib. 10. & ibi sequuntur DD. quod notarius † vnius Banchi, non debet se intromittere in causis alterius Banchi. quam glos. dixit singularem Ias. ad l. si per errorem, col. 1. in fine, ff. de iurisd. omn. iudic.

7 Quandoque † igitur iurisdictio non est prorogabilis ratione legis, vt in exemplo de lege municipali superius posito.

8 Quãdoque ratione priuilegij, † vnde vidua, & aliæ miserabiles personæ, non possunt nec tacite, nec expresse fori priuilegium prorogare, & pati conueniri coram alio iudice; Immo conuentæ, remissionẽ petere poterunt, Glos. in l. 1. C. Imper. pupill. & vid. in verbo, excedere, quam glos. dixit singularẽ ibi Bolognin. Bal. Salic. & Fulgos. asserentes non esse alibi, & in l. penult. C. de pact. Roman. consil. 269. Felin. in c. Si diligenti, in 4. Fallent. num. 16. de foro competenti, Bertach. de Gabell. par. 7. q. 27. Parpalia, dicens se in facti contingentia ita vidisse obseruari, in l. penult. C. de pact. Silua nupt. lib. 6. numero 38. Natta, consil. 590. numero 15. Vincent. Franc. Decis. 192. numero 7. parte 1. Carauita, Ritu 19. & 228. Scagl. Ritu 210. & hæc est verior, & magis Communis opinio, Tessaur. Decis. Pedemont. 177. numero sexto, parte prima, licet Couaruu. senserit contrarium, Practicabil. quæstionum capitulo septimo, in fine.

9 Et sic habetur limitatio ad l. vbi ceptum, ff. de iudic. vt non procedat in viduis, & miserabilibus personis, quæ forum declinare non possunt.

Quandoque prohibetur prorogatio respectu
10 personarũ, & qualitatis ipsarum; Vnde † Fratres Minores, qui habẽt iudices Prouinciales propię

Prouinciæ, non possunt pati conueniri coram Prouinciali alterius Prouinciæ, quia carent velle, & nolle, Bald. in cap. De causis, numero 26. de offic. delegat.

Quandoque impeditur prorogatio respectu rei, vnde feudatarius iurisdictionem prorogare non potest: quia feudum alienari non potest; & iudicium est species alienationis, vt not. in l. Ait Prætor, ff. de iure deliberandi.

12 Quandoque † respectu causæ: quia si appellationi est datus certus iudex, alter de consensu eligi non potest: quia appellatio est mixti Imperij, & sic prorogari nō potest, sed gradatim fieri debet, Felin. in capit. P. & G. columna quarta, de offic. delegati.

Declaratur autem Decisio Afflicti superius posita, Primo, ad propositum huius tractatus, vt iu-
13 dex † prorogatus possit sententiare, non tamen poterit exequi, quia debet fieri per iudicem competentem, Ias. in l. eum quadam, in 4. notab. de iurisd. omn. iudic. Marantha distinctione 12. nu. 13.
14 Declara † secundo in iudice delegato, cuius iurisdictio non prorogatur cap. P. & G. vbi Felin. de offic. deleg.

Declaratur tertio, dato errore, qui in dubio præsumitur, Ias. in l. si per errorem, num. 9. & 10. de iurisd. omnium iudic.

Declara quarto, in materia Excommunicationis. Alex. ad Bart. in l. 2. ff. de iudic.

15 Declaratur quinto, † in iurisdictione prorogati, quæ si adaptari non potest, prorogatio non datur, Ias. in d. l. si per errorem, columna 1.

Exceptionis XXII. Quæst. VII.

Exceptio Iurisdictionis ex incertitudine contractus, seu libelli.

SVMMARIVM.

1 *Libellus obscurus parte non opponente admittitur.*
2 *Libellus generalis non admittitur, quando attribuitur iurisdictio in certo, & determinato casu.*
3 *Petitio sine causa non admittitur.*
4 *Mutuum Mercatori factum præsumitur in causam mercantiæ.*
5 *Consules Mercantiæ ius reddunt super mutuo.*
6 *Socius dum est, præsumitur mutuo recepisse pecuniam ad vtilitatem societatis.*
7 *L. habebat, ff. de institor. act. declaratur.*
8 *Iudex an, & quando possit pronunciare super vna repetita, & alia probata. Declara, vt hic.*

Consules Mercantiæ cognoscunt causas dumtaxat ad mercaturam spectantes, & pertinentes, easque in multis locis exequuntur Præsides, vel Gubernatores; modo est factum mutuum Mercatori simpliciter, an de hoc Consules cognoscere possint, ita, vt contra eorum sententias non possit opponi de nullitate ex defectu iurisdictionis.

1 Et primo videbatur dicēdum, quod † sic; quia licet libellus obscurus admittatur parte non opponente, l. fin. vbi not. C. de real. except. gl. magna in l. prima, C. de edendo, cap. Abbate sane, de re iudic. Ias. in §. curare, numero decimosexto, de action. Marsil. Singul. 348.

2 Tamen quando † attribuitur alicui iurisdictio in certo, & determinato casu, libellus generalis non operatur, nisi in eo exprimatur casus, qui sit de iurisdictione attributa. Ita eleganter Innocentius, in c. Cum sit generale, de foro competenti, quod dixit esse valde famosum, & Legistis incognitum. Angel. consil. 6. & 27. colum. secunda, dixit valde singulare, Ias. in l. prima, numero quarto. C. de edendo.

Vnde agendo simpliciter ad mutuum, quod est indifferens, non videtur de cognitione cōsultum, & consequenter in executione, de nullitate iurisdictionis dici poterit.

3 Accedit quod in petitione † causa est exprimēda, nec Prætor aliquem audit sine causa loquentem, & rationem non exprimentem, l. cum hi, §. in causa, vbi Ias. in 3. Notab. C. de transaction.

Tertio videtur textus in terminis, in l. qui habebat, ff. de institor. actione.

4 Contrarium est verius: nam † mutuum factū simpliciter mercatori, præsumitur in causam mercaturæ, & in eius vtilitatem versum, vnde
5 talis cognitio † pertinet ad Consules Mercantiæ, nec dici poterit de nullitate ex defectu iurisdictionis, Bartol. dicens hoc multum notabile, & in Practica quotidianum, in l. finali, numero 2. C. ad Macedon. Bal. pariter valde commendans, in l. Macedoniani, C. eodem, consil. 440. eodem volumine quarto, Menoch. libro tertio, præsumpt. 68. in fine.

Addo Strac. de Mercatura, in titulo, Quomodo procedend. in caus. mercat, num. 3. vbi pariter valde commendat. Angel. & ibi Cepoll. in l. Iustisime, §. Proponitur, num. 3. de ædilit. edicto. Rōchegall. ad l. eamdem, nu. 189. ff. de duobus reis.

Et mihi videtur bene facere text. in l. fin. C. de pignor. vbi etiam videtur dari ius Prelaturæ, vbi Bart. dicit esse casum singularem.

Et sic patet responsio ad contraria, & in facti
6 contingentia infertur, quod si † socius, dum est in communi, mutuo accipit pecuniam, presumitur in vtilitatem societatis. Et si tempore caristię pro indigentijs familię; Socin. cons. 16. nu. 10. lib. 3. Crauetta cons. 91. nu. 5. & sępe contenditur inter fratres in diuisione, & socios.

Et predictis addo, quod eandem sententiā pro valde singulari commendat Cast. in l. 1. §. in filio familias, nu. 4. ff. ad Maced. dicens se pluries ita in facto Floretię habuisse, Caccialup. ad l. admonēdi, num. 62. de iureiuran. Stephan. de Federic. de interpretation. iur. par. 3. n. 24. Stracha, de Mercatur. tit. Quomodo proceden. in caus. merc. n. 41.

Et ex predictis patet declaratio, fortasse non contemnenda ad singulare dictum Inn. superius relatum, vt non procedat in casu, quo lex supplet, & quam maxime pro substantia libelli.

7 Infertur etiā declaratio † ad l. habebat, ff. de in-
8 stitor. actione, vt iudex † non possit pronunciare super vna re petita, & alia probata.

Limita-

Limitatur enim regula huius legis, quãdo causa veniat cognoscenda de æquitate; ita pulchre Alex. in l. cum ista stipulatus, §. Chrysogonus, nu. 8. vbi Iasn.um. 32. de verb. oblig. Bartol. in l. Aemilius, col. 2. ff. de minor. Socin. cons. 146. num. 15. Ias. in l. Certi condictio, §. si nummos, num. 32. ff. si cert. petat. in l. vnum, nu. 24. ff. eodem. Marsil. commendans pro valde notab. & singulari, dicẽs prima vice didicisse a quodã valde practico Procuratore, qui ratione praxis plus sciũt quã Doctores. Ripa, ad l. naturaliter, §. nihil commune, nu. 18. ff. de acquiren. possessione. Saisell. in l. 1. col. penult. de offic. assessor. Marãtha, in Speculo, par. 4. distinct. 9. num. 33. Olasch. decis. 1. num. 21. Borgnin. decis. 20. num. 19. parte 1. limitans etiam in causa ordinaria, secus in executiua. Et hanc legẽ, magni æstimat, Pinel. de rescind. vend. par. 3. cap. 3. num. 28. omnia a principio in dubium reuocando. Magon. Rota Lucana, decis. 51. num. 15. limitans, nisi Statutum procedat vlterius, disponendo, quod fiat petitio, & partes in iuribus audiantur. Grammatic. Decis. 15. num. 4. Gratian. Decis. March. 68. num. 1.

Licet Contrarium sentiat Hieron. Gabr. cons. 33. num. 3. restringẽs causam operari quo ad modum procedendi tantum. Licet, saluando dici posset, & vnum petere, & aliud probare, respicere ordinem, & modum procedendi, nõ decidendi.

Exceptionis XXII. Quæstio VIII.

Exceptio incompetentiæ, an censeatur reiecta per processum ad vlteriora.

SVMMARIVM.

1 *Iudex per processum ad vlteriora, videtur reijcere exceptiones oppositas.*
2 *Appellandum est a pronuncia procedendi ad vlteriora vt hic, & num. 5.*
3 *Iudex per processum ad vlteriora, nõ reijcit exceptionem incompetentiæ oppositam.*
4 *Declara, & distingue vt hic.*

DE Væro, fuit oppositum coram iudice de incompetentia processus ad vlteriora, an censeatur ex hoc reiecta exceptio incompetentiæ, ita, vt lata sententia diffinitiua, de incompetentia amplius opponi non possit.

1 Et videbatur dicẽdum, quod sic: quia † iudex per processum ad vlteriora, videtur reijcere exceptiones oppositas, c. Ex parte, el secundo, vbi Bal. col. 2. in fi. vers. itẽ nota. Abb. in 4. notabili. Card. in primo, Anch. in 3. Franch. in 5. Imol. in vltima decis. in 4. nu. 8. de appellat. dantes pro Cautela,
2 vt † a tali pronuncia appelletur. Bart. in l. A procedente, C. de dilation. vbi pariter consulit esse appellandum. Rota in antiq. 5. q. 5.

3 Contrarium est † verius in exceptione incõpetentiæ, quæ non videtur reiecta per processum simpliciter ad vlteriora, sed debet in specie pronunciando, reijci. Butr. in c. Super literis, col. 13. de rescript. & ibi Imol. col. 6. versic. & conclude, est glos. in c. Dispendia, in verbo, processus, & in cap. 2. in verbo, quorum, de rescript. lib. 6. Marsil. in l. si quis vt quæstio, col. 18. de quæstion. Imol. in cap. 2. circa finem, de dilation. pulchre Ias. in l. 2. col. fin. ff. si quis ius dicenti non obtemperau. ponens pro limitatione ad regulam superius in contrarium adductam. Et hanc dicit Communem opin. Ruin. consil. 114. col. fin. 164. col. 6. 117. nu. 3. & 18. vol. 5. Ant. Gabr. de Exception. Cõcl. 1. nu. 3. cum seq. vbi voluit hoc eo maxime verũ esse in iudice delegato, vel aliàs limitatam iurisdictionem habente, secus si habeat iurisdictionem simpliciter, vel aliàs elidibilem per exceptionem.

4 Bene verũ † est, quod Decius in c. Si duobus, num. 40. de appellat. & in l. si per errorem, num. 2. ff. de iurisdic. omn. iudic. videtur moderari prędicta vltra Gabriel. in citata Conclusione, quod si iurisdictio est prorogabilis, tacite, vel expresse, & insuper fuit cognitum super exceptione incõpetentię opposita, tunc his duobus concurrentibus, videtur tacite pronũciare se competentem, & transit in iudicatum, secus si non sit prorogabilis, nec tacite, nec expresse, prout iudicis secularis contra Clericum; & sentit etiã Felin. in rubr. de foro competenti, in fine, Fallentia vltima, vbi concludẽdo tenet, quod eo casu, quo iurisdictio non est prorogabilis, actus est adeo nullus, vt non sit necessaria appellatio.

5 Appellandum † semper igitur est in exceptione incompetentiæ reiecta, in iurisdictione tacita, vel expressa prorogabili, aliàs non, & in exequẽdo de nullitate iurisdictionis opponi potest.

Exceptionis XXII. Quæstio IX.

Exceptio defectus iurisdictionis, stante renunciatione iurata.

SVMMARIVM.

1 *Iurans actum negatiuum, si actum faciat, actus est nullus.*
2 *Mulier iurans non alienare dotem, si postea alienat, alienatio est nulla.*
3 *Iurans super actu negatiuo, si contra faciat, actus est nullus, si concurrat etiam prohibitio legis.*
4 *Mulier iurans non alienare dotem, alienando, alienatio est nulla, si promissio facta sit interesse habenti.*
5 *Iurans non reuocare testamentum, reuocatio tenet, licet reuocans sit periurus.*
6 *Iurans non dicere de nullitate ex defectu iurisdictionis, si dicat, est periurus, sed exceptio tenet.*
Nec hoc casu est necessaria absolutio a iuramento, nu. 8.
Et tali casu solutum repetitur. num. 9.
Et adhuc opponi poterit, etiam si acceptata fuerit a speciali ad id procuratore. num. 10.
7 *Iuramentum assumit naturam primordialem actus.*
11 *Renunciatio specialis de nullitate iurisdictionis, tenet.*

PVlchra, ni fallor, est quæstio. Aliquis iurauit non dicere de nullitate, an pos sit hoc non obstante, excipere de nullitate ex defectu Iurisdictionis contra executionem sententiæ iam latæ? & videbatur di-
1 cendum, quod non: quia † iurans actum negatiuum, si actum faciat in contrarium, actus est nullus. Hostiens. in c. Cum contingat, circa finem, de iureiurando, Glos. in c. Licet mulieres, de iureiuran. Bart. in l. si quis pro eo, colum. 3. versic. tertio dixi, de fideiuss. est Communis opinio Alexan. in l. duobus, §. fin. de iureiurando, Ias. in l. non solum, §. morte, colum. 8. de noui oper. nunciat, in Authentica, Sacramēta puberum, col. 17, C. si aduers. vendit.
2 Hinc postea infertur, si † mulier primo iurauit non alienare dotem, si postea alienat, alienatio est nulla, Glos. Communiter approbata, in c. Licet mulieres, de iureiurando, lib. 6. Speculat. de emptione, & venditione, §. tertio loco, versic. & nota, Bartol. in l. si quis pro eo, colum. 3, versic. tertio dixi, de fideiussor. Alberic, in l. vnica, colum. penult. C. de rei vxor. actione, Corn. ad Authenticam Sacramenta puberum, num. 68. Curt. iun. num. 56, C. si aduers. vendition. Riminald. consil. 409. num. 12. Gulielm. de Benedict. in c. Rainutius, versic. & vxorem, num. 180. Cassanæus in Consuetud. Burgund. Rub. 4. §. 23. vers. *Assigner*, num. 3. & hęc est Communis opinio Alexan. & Ias. in l. si duobus, §. fin. de iureiurando. Anton, Gabr. de iureiuran. Conclus. 1. sub num. 3.

Addo idem attestantem Alciat. in c. Cum contingat, num. 42. & 43. de iureiurando, Crot. ad l. filiusfamilias, §. Diui, colum. 35. vbi Loazes, num. 43, de legat. primo. Ioan. Lup. in Rubr. de donat. inter virum, & vxorem, §. 45, num. 6. Didac. ad c. Quamuis, parte secunda, §. 2. num. 2. Riminal. ad princip. Quibus alienare licet, vel non, num. 415. Vasq. de successione creat. lib. 2, §. 18. num. 418. Serafin. de Iuramen. Priuil. 75, num. 44.

Et singularem, & valde notabilem dixit hanc Glos. Papiens. in forma Restitution. in integrum, in princip. num. 4. dicens eam esse æterna memoria dignam. Cotta in Memorab. in verbo, Iuramenti religio, in fine, Bauer. de viribus iuramenti, Effectu 31. Io. de Salma, de Iuram. par. 3. quęst. prima, num. 43. Anton. de Petruc. in Repetitione l. 1, num. 143, de iureiurando, Grammatic, consil. 31, nu. 11. in Ciuilibus, dixit Cautelam notabilem, ad impediendum alienationem bonorum dotalium. Veronens. Cautela 172. plenè notatur. Sum. Angelica, in verbo, Iuramentum, 5, sub num. 16. in fine, dicens aliud notabile, quod talis mulier est etiam tuta in foro conscientię, & animæ. Ias. in §. si quis postulante, num. 11. Instit, de action. licet appareat ibi verbum mendosum, quod illa Glos. Communiter reprobatur, cum appareat Contrarium, ex prædictis.

Cuius Glos. decisionis ea ratio esse videtur,
3 quod cum primo † iuramento concurrit duplex prohibitio, Legis, & Hominis, prohibētis alienari fundum dotalem; vnde si secundo iuratur, secundum iuramentum offuscatur, & eliditur à primo, & sic remanet actus in primęua dispositione Iuris Communis, ex se prohibentis alienationem fundi dotalis. Et hāc rationem ponit Imol. in c. Cum contingat, num. 8. & ibi Alciat. num. 43. de iureiur. Ias. in Authentica, Sacramenta puberum, num. 60. C. si aduers. vendit. in l. non solū, §. vltimo, col. 7. de noui oper. nunciat. Alex. cons. 16. col. 2. lib. 3. Dec. in l. pacta nouissima, col. 2. C. de pact. Felin. in c. Si diligenti, col. penult. de foro compet. Io. de Selua in Tractatu Benefic. par. 3. q. 27. Dec. in l. pactum quod dotali, in 7. limitatione, C. de Collation. Crot. in l. filiusfamilias, §. Diui, num. 25. de legat. 1. vbi Lopez. nu. 431. Et hæc ratio Communiter recipitur, teste Didaco ad c. Quamuis, §. 2. c. 2. col. 8. & sic ex hac ratione etiā colligitur declaratio ad Conclusionem superius positam, vt procedat, quando iuramentum interponitur super actu aliàs à iure prohibito, aliàs secus: quia tunc actus factus contra primum iuramentum, valet, licet faciens sit periurus. Et vltrà supra nominatos tenet Capic. Decisione 331. col. penult. Roland. cons. 62. num. 5. vol. 1. Rimin. ad titulum, Quibus alienare licet, vel non, num. 416.

Sic videtur dicendum in casu nostro, quod cū quis medio Iuramento promiserit non dicere de nullitate, si postea contrarium faciat, est periurus, & oppositio nullitatis est nulla.

Et hoc fortius videtur confirmari posse: quia
4 Decisio Glos. in d. c. Licet mulieres, † tunc venire videtur, quando prima promissio iurata est facta alicui interesse habenti, secus si simpliciter, Bald. notabiliter, in l. duobus, §. fin. vbi Alex. commendat pro singulari, & Ias. num. 12. in 3. limitatione. De iureiur. Idem Ias. in l. nō solum, §. morte, col. 8. de noui oper. nunciat. Dec. cons. 536. sub num. 13. Crot. ad l. stipulatio hoc modo concepta, col. 15. de verb. oblig. Alciat. ad c. Cum contingat, sub num. 46. de iureiur. Curt. consil. 168. colum. 3.

Prout in casu, de quo agitur, vbi præsupponitur, alteri fuisse promissum, non dicere de nullitate, & sic ex conuentione fuit alteri ius quæsitum, merito secundus actus, & oppositio nullatenus valebit.
5 Pro contraria parte facit, quod † iurans non reuocare testamentum, potest reuocare, & reuocatio tenet, licet reuocans periurus efficiatur, Io. Andr. in Regula, Quod semel, de Regul. iur. in Mercurial. Bar. in l. si quis, in princip. num. 14. de legat. 3. vbi fortius tenet, nec esse periurum. Bal. in Repetitione l. 1, num. 67. C. de Sacrosanct. Eccles. cons. 22. vol. 1. qui pariter asserit, reuocātem non incidere in periurium. Latè Anton. Gabr. de iureiurando, Conclus. 1. num. 8.

Addo vltra eum, quod hæc est verior, & magis Communis opinio. Alciat. in c. Cum contingat, nu. 77. de iureiuārdo, Probl. in c. finali, col. fin. de Procur. lib. 6. Mainer. in l. nemo potest, num. 93. in l. quamdiu, num, 121. de Regul. iur. Didac. in Rubr. de testament. par. 2. sub num. 15. vers. tertia igitur opinio. Anton. de Petrut. in Repetit. l. 1. num, 316. de iureiur. Iul. Clar. §. testamentum, q. 94. vers. sed quid si testator. Serafin. de Iuramento, Priuileg. 175. num. 13. & 19.

Secundo

Secundo pro hac parte facit, quia iurans non reuocare procuratorem, adhuc reuocare potest, & reuocatio tenet, licet reuocans sit periurus. Glos. in cap. finali, in verbo, reuocatus, de procur. lib. 6. Angel. in l. & in perpetuum, ff. de procurat. in l. statum, §. vsumfructum, vbi Imol. idem tenet, ff. de solution. Roman. in l. alia, §. eleganter, colum. fin. ff. soluto matrim. in l. 1. §. si stipulatio, colum. 2. de verb. obligat. commendat pro singulari Felin. in c. Si diligenti, colum. 6. de foro competenti. Barbac. in Rubr. de rebus Eccles. non alienand. num. 49. Imol. in c. Cum contingat, numero 27. de iureiurando. Ias. in l. si non sortem, §. si centum, ff. de condict. indebiti, in l. duobus, §. finali, colum. 2. de iureiuran. in l. si mihi & tibi, §. in legatis, colum. 3. in secunda lectura, de legat. 1. in l. si quis ita, §. ea lege, num. 24. de verb. oblig. consil. 211. colum. 2. volum. 2. Rebuff. ad Concord. Franciæ, fol. 205. Crot. ad l. omnes populi, colum. 20. ff. de iust. & iure. Crauetta consil. 191. colum. 2. Socin. iun. consil. 44. num. 26. volum. 2. Dec. in c. Ad nostram, de cōfirmat. vtil. vel inutil. in c. Cum accessissent, num. 7. de Constitut. Roch. de iure patr. in verbo, Honotificū, quæst. 12. Et hæc est Communis opinio. Ruin. consil. 69. num. 14. lib. 3. Didac. ad c. Quamuis, parte 2. cap. 2. sub num. 3. Anton. Gabr. de iureiurando. Cagnol. l. 1. nu. 9. Serafin. de Iuramento, Priuileg. 75. num. 7.

6 Igitur † si quis iurauerit non opponere nullitatem ex defectu iurisdictionis, adhuc eam opponere poterit, & stringi posse videtur hæc ratio;
7 quia causa huius decisionis esse videtur † quia iuramentum super aliquo actu interpositū, regulatur secundum naturam actus super quo interponitur, & illius naturā sumit, & conditiones, & qualitates ipsius, l. vltima, C. de non numerata pecunia, quam ad hoc valde singularem dixit Bald. in c. Quæ in Ecclesiarum, colum. 12. in c. Cum omnes, num. 37. de Constitution. Singularem quoque dixit Abb. in c. Cum contingat, num. 24. de iureiuran. Barbac. consil. 53. colum. 4. consil. 49. colum. 7. versic. facit simile, lib. 2. Singularem quoque dixit Butrius in cap. 1. numero 20. de Iudic. Notabilem dixit Ias. ad l. si cōuenerit, numero 8. ff. de iurisdict. omnium iudic. Latè commendat Tiraquell. ad l. si vnquam, in principio, numero 160. C. de reuocanda donatione. Elegantem dixit Didac. in Rubr. de testament. parte secunda, numero 9. in fine. Et est Communis opinio. Anton. Gabr. de iureiuran. Conclus. 10.

Et maximè in natura primordiali, non autem accidentali, iuxta glos. pariter notabilem, & singularem, in l. certi condictio, in princip. ff. si cert. petat. vbi Bart. dicit hoc multum notandum, & alibi se nescire, & ibi Ias. numero 27. vti singularem commendat. Singularem quoque dixit Ias. ad l. si conuenerit sub numero 17. ff. de Iurisd. omnium iudic. Auream dixit Bald. in l. vnica, §. 1. C. de rei vxor. actione. Ias. ad l. si pecuniam, sub numero 23. ff. de condictione ob caus. Valde etiam commendat in §. fuerat, numero 6. Instit. de action. dicens nunquam esse obliuiscendam. Crauetta consil. 102. colum. penult. versic. quarto respondeo, Bauer. de viribus iuramenti, numero 136. Et hæc est Communis opinio. Gomes. ad §. fuerat, numero 10. de action. licet quo ad se, aliter teneat, Didac. ad cap. Quamuis, §. 4. colu. 4. in princip. part. 1. Boer. decis. 207.

Quare, applicando ad casum, de quo agitur, cū exceptio nullitatis ex defectu iurisdictionis nunquam censeatur reiecta, & semper opponi possit, sequitur quod iuramentum de non vtendo, assumet naturam exceptionis istius, & sic opponi poterit, non obstante quod ei fuerit cum iuramento renunciatum.

Et hæc est verior opinio, quam notabiliter tenet consulendo Angel. consil. 208. Visa narratione facti, in finalibus verbis, & consil. 194. in fine, quod dictum reputauit stupēdum Franch. in capit. Dilecto, quæst. 50. & 53. de appellat. Admirandum dixit Felin. in Rubric. de foro competenti, ampliat. secunda. Gozad. consil. 72. sub numero 6. Commendat pro valde notabili Socin. senior consil. 299. col. 1. in fine. Paris. consil. 24. numero 103. volum. 2. Ruin. cons. 14. colum. penul. & fin. vol. 2. Pulchra Additio ad Alex. in l. de pupillo, §. qui opus, sub num. 7. litera B. de noui oper. nunciatione. Curt. senior. cons. 68. in fine, licet Ripa, in l. 4. §. cōdemnatum, numero 24. aliter sentiat, cum Iuramentum habeat vim expressi, capit. Ex rescripto, de iureiuran. Bald. in l. prima, colum. 4. C. Commodat. Serafin. de Iuramento, Priuileg. 36. Cephal. consil. 118. numero 32. Crauetta consil. 242. numero tertio. Decius consil. 99. numero 29. latius; consil. 40. numero octauo. Gratian. Decis. Marchiæ sexta, numero octauo. Milanes. decis. Sicil. secunda, numero 29. libro 2. Crass. de Exception. ad Statutum, Except. 20. num decimoseptimo.

Nec obstant rationes ex aduerso in contrariū adductæ: quia videtur distinguendum; Aut renunciatio repugnat iuri Communi, & non tollit; Aut non repugnat, & tollit; ita colligitur ex supra citatis.

8 Ampliatur † hæc Conclusio, vt tali casu non sit necessaria absolutio à Iuramento, Ruin. cons. 14. sub num. 18. vol. 2.

9 Ampliatur † secundo, vt sub tali prætextu, solutum repetatur. Ruin. cons. 14. num. 19. vol. 2.

10 Ampliatur † tertio, etiam si iuramentum sit acceptatum per procuratorem habentem ad id speciale mandatum: quia mandatum intelligitur de laudo valido. Ruin. consil. 14. numero 20. volum. 2.

Ampliatur quarto, etiam si in compromisso sit renunciatum nullitati cum iuramento. Lanfranc. de arbitr. par. vltima, q. 51. num. 108.

11 Declaratur, † nisi expressè, & in indiuiduo fuisset renunciatum nullitati ex defectu iurisdictionis, & inhabilitati ex defectu personæ. Ruin. d. cō sil. 14. num. 20. vol. 2.

Exce-

Exceptionis XXII. Quæstio X.

Exceptio potestatis contra Laudi executionem.

S V M M A R I V M.

1 *Mulier non potest esse Arbiter, vel banitus, vel similis.*
2 *Laudi executio impeditur per exceptionem ex defectu potestatis respectu Compromittentis, vt hic.*
3 *Exceptio ex defectu personæ, & potestatis opponi potest etiam si Statutum loquatur per verba prægnantia, & geminata, vt hic.*
4 *L.fin.in princ.C.de appellat.limitatur.*
5 *Generalitas Statuti, quod quilibet admittatur ad accusandum, intelligitur de legitimis, & habilibus, vt hac, & num.seq.*
7 *Clausula, Supplentes, &, Ex certa scientia, non supplent defectum personæ.*
8 *Clausula, Non obstante non derogat Statuto inhabilitanti personam.*
9 *Clausula, Supplentes, supplet defectum iuris positiui, ac defectum mandati.*
10 *Clausula, Motu proprio, non supplet inhabilitatẽ personæ, etiam prouenientem à iure positiuo.*
11 *Statutum quod contra laudum nulla opponatur exceptio, quomodo intelligatur circa defectum personæ, vbi consideratur multiplex inhabilitas, & nullitas.*
12 *Refertur, & datur modus opponendi.*
13 *Nullitas ad contrahendum, quæ opponi possit, & quotuplex sit.*

Vero, Statutum disponit, quod contra executionem laudi nulla possit opponi exceptio, sed statim executioni mãdari, an possit opponi de defectu potestatis, puta, quod non potuit compromitti, puta, quia † mulier, quæ non potest esse arbiter, vel
1 bannitus, vel quid simile? vtique sic, Castrens. in
2 l.fin.C.de arbitr. vbi idem dicit, si † pars non potuit compromittere: nam si non potuit compromittere, ergo electus non est legitimus arbiter. Roman.consil.115.in fine, quod valde commendat Cardinal.in Clement.prima, §. fin. de sequestr.possess.& fruct. Aretin. consil. 68. colum.penult. Franch.in cap. Dilecto, colum.39. in quinto limitat.de Appellat. Paris.consil.24.numero 102. vbi multos allegat, volum. secundo, Staffileus de literis Gratiæ, & Iustitiæ, fol.mihi 152. Castrens. in l.4.§.condemnatum, colum. 2. versic. secundus casus, in verbo, aliud, de re iudic. Corneus, cõsil.38.colum.fin.volum.3.dicens hanc esse Communem opinionem. Gozad.consil.72.numero septimo. Ruin.consil.41. numero 21. volum.primo, consil.95.num.16.vol.2.consil.14.num.15.in 2.dubio, libro 2. Et hęc est receptissima opinio. Becius, consil.99. nu.32. Gratian. decis. March. numero 41.

Ampliatur hæc Communis, & recepta Con-
3 clusio, etiam † si Statutum loqueretur per verba generalia, geminata, & prægnantia, puta, qualiscumque, & similia, verba adhuc enim opponi poterit ex defectu personæ, & iurisdictionis. Ias. ita.

4 Ampliatur † ad l.si fideiussor. §.Prætor ait, sub numero tertio, versic.per istam glos.ff. qui satisd. cogantur.

5 Inferẽs † limitationem ad l. vltimã in princip. C.de appellat.in verbo, qualiscunque, quod restringatur ad habilitatem personę iudicis, & fuerit competens.

Idem tenet Ias.in l.1.§. nunciatio, sub num.5. colum.4.in princip.ff. de noui oper. nunciat. vbi hoc valde pro singulari commendat.

6 Pro quo facit † notabile verbum Baldi, in Rubr.C.qui accusar.non poss.sub numero 11.vbi generalitas Statuti quo ad quilibet admittatur ad accusandum, intelligitur de legitimis, vnde non comprehendit infantes, furiosos, mente captos, vel Excommunicatos, vel alios inhabiles a iure Naturę, vel Diuino, secus à Iure Ciuili, vt mutus, cęcus, bannitus.

7 Ampliatur secundo, etiam † accedente confirmatione Principis, per Clausulam, Supplẽtes, & Ex certa sciẽtia: quia per eas pars nõ censetur dispensasse super inhabilitate personæ, nisi expresse, & in indiuiduo hoc apponatur, Staffileus de literis Grat.& iustit.fol.145.& 146.inferens vnum, quod reputat notabile, quod per Clausulam, Supplentes, non videtur dispensatum cum Excommunicato, licet hoc videatur iuris positiui. Addo Ruin.cons.41.num.20.libro 1. Gabr. de Clausul. Concl.1.num.46.

8 Ampliatur † tertio, vt per Clausulam, Non obstante, non cẽseatur derogatum Statuto inhabilitanti personam. Rota in nouiss. decis.3.in 2. Additione. Sequitur Ruin.consil.41.numero 22.volum.primo.

9 Declara tamen, † quod Clausula, Supplentes, &c. supplet defectum iuris positiui. Alex. reputãs valde notandum, in l.filius à patre, §.fin. ff.de liber.& posthum. vnde supplet defectum mandati, vt per Ruin.consil.175.colum.penult.volumine primo, sed cur non defectum iurisdictionis.

10 Ampliatur quarto, etiam †, accedente confirmatione Principis, cum Clausula, Motu proprio quæ inhabilitatem personę non dispensat. Rota, in nouiss.decisione 122.& in antiq.445.glos.in c. Si motu proprio, in verbo, ob hoc, de præbend. libro sexto. In Clement. Si Romanus, in verbo, validam, eodem titulo. Anchar.consil.2. Dominic. consil.104. Innoc. in l. quidam consulebant, versic. similiter, de re iudicata, colum.6. Io.de Anania, in cap. Fraternitatis, de Schismatic. colum. penult. Alex.consil.215.in princip. volum. 7. Felin.in cap. Causam quę, l.secũdo, in 5.notabili, de testibus. Staffil. de literis Gratię, & iust. fol.83. Rebuff.in Concord.in forma mandati Apostolici, in vltimo Effectu. Paris.consil.primo, numero 79 volum.1.& consil.74. numero 77. volum. 4. Gabr.de Claus.Conclus.2.num.42.

Addo Decium, consil.407.numero 21. Alciat. Respons.25.num 5. Menoch.de arbit. Casu 202. numero 80. Roman Singul.424. Milis, in verbo, Gratia,

Gratia,quæst.64.vnde non tollit vitium Excommunicationis, Barbac.in Clem.1.de Rescrip.bene verum est,quod Roman.consil.327.num.10.
11 videtur sublimitare, † quod Motus proprius tollat inhabilitatem personæ prouenientem à iure positiuo, per textum, quem reputat notabilem, in l.2.C.de Crimine Sacrileg. vbi Bal.dicit,quod Princeps,vel elegit dignum,vel creando, facit dignum.

In Contrarium est Communis opinio,attestata per Rebuff. in Concord. in titulo Mandat. Apostolic. in vltimo Effectu, versic. decimo, & videre tamen placeat Bald.in Rubr.C.Qui accusare non poss.numero 11.vbi distinguendo videtur tenere cum opinione Romani.

12 Et iudicio meo, in Practica † Additio ad Rotam 112.in nouiss. dat modum opponendi; licet enim Motus proprius tollat vitium subreptionis,& sic sub hoc videatur includi, per subreptionem inhabilitatis personę, per viam iuris Communis,vt est additio in citato loco, vbi dicit benę notandum in Practica.

13 Et in materia † Statuti prohibentis contra laudi executionem nullam opponi posse exceptionem, ad ipsius executionem impediendam, est notabile consilium Ancharani, 207. colum. 3. circa medium, vbi pulchrè distinguit, quod nullitas in hoc proposito est multiplex; quædam causatur ex parte proferentis laudum, vel quia adhoc mandatum non habebat; vel erat defectus in persona; vel quid simile, & hæc non videtur prohibita. Quædam est nullitas, quæ causatur à dolo,& fraude litigatoris, puta, corrupit Arbitratorem per pecuniam, vel obrepsit, suggerendo falsum,vel per testes,vel alio simili modo;nec ista per Statutum videtur prohibita.Quędam est nullitas ratione solemnitatis omissæ, vel aliam ob causam, quæ non tangit potestatem Arbitrorum, vel substantiam negocij principalis, & hæc videtur à Statuto reiecta. Et hanc distinctionem egregiam appellauit Socin. consil. 124. colum. fin.volum.1.vbi valde eam commendat;& videtur extendere ad nullitatem notoriam, ex actis resultantem.

Exceptionis XXII. Quæstio XI.

Exceptio Nullitatis contra Iurisdictionem suspensam tantum.

SVMMARIVM.

1 ***Exceptio nullitatis,non prohibetur opponi contra iurisdictionem suspensam,prohibente Statuto nullitatem opponi posse.***

2 ***Sententia valet, & exequenda est, licet sit elidibilis per exceptionem,quæ opposita non fuit.***

1 Vid si Iudex non carebat funditus iurisdictione,sed † erat in suspenso, An si eo tempore protulit sententiam, possit in executione opponi de nullitate ex defectu iurisdictionis, Statuto prohibente nullitatem non obstante; & vtique Imol. tenuit quod non, in l.si expressim, colum.15.in quadam conciliatione Glossæ,ff.de appellation. Alexan. consil. 77. colum 4. sub numero 13. versic. Item non obstat si dicatur, de appellation. vol.2. Aretin. in §. appellantur, colum. 8. sub numero 13.Institut.de exception. Felin.in c.Pastoralis,colum.4. sub num.12. versic.solue primo, de exception.Geminian.in c.Ex parte,el secundo, col.3. de offic.delegati. Franc.in c. Dilecto, colum.41. in 6. Fallent. de appellation. Cardin. in Clem.1. colum.3.& ibi Imol.colum. penult. de re iudicata. Claud.in l. de pupillo, §.qui opus, de noui oper.nunciat. Lanfranch.in Practica, in verbo,Exceptiones, numero 7. de arbitr. par. 7. numero 51.Dec.consil.40.numero 7.Grat.Decis.March. 6.num.39.Roman.consil.427.Magon.Rota Florent.67.num.34.

Contrariam opinionem dicit Communem Aretin.cons.75.col.penult.

Mihi tamen verior videtur prima opinio,quæ ex prædictis est magis Communis.

2 Quid si Iurisdictio erat † elidibilis p exceptionē, quæ opposita non fuit, vtique sententia valet, & est exequenda. Bald.in l.1.C. si à non competente iudice, quem ita declarat Aretin. consil.75. colum. penult.in fine, Paris.consil.109. numero 3. volum. 4. Bursat. consil.74. numero 32.volum. primo.

Exceptionis XXII. Quæstio XII.

Exceptio Nullitatis contra sententiam in temporali præiudicio.

SVMMARIVM.

1 ***Nullitas sententiæ executionem impedit, etiam si temporale præiudicium contineat, reparandum de facili in iudicio principali.***

1 Ed numquid † exceptio nullitatis opponi potest ex defectu Iurisdictionis, in executione sententiæ tractanti, de præiudicio temporali tantum, & sic de modico; vtique non, ita tenuit Butr.in Clem. 1.de Iudicijs;contrarium est verius, vt per Alex, in l.de pupillo, §. qui opus, colum.2. versic.alio etiam modo, ff.de noui oper. nunciat. & ibi Seisel.colum.2.Imol. in l. si expressim, colum. 1.in princip.ff.de appellat.Alexan. consil. 77. sub numero 14.volum.2.Franc.in cap.Dilecto, colum. 4.in 6.Fallent.de appellat.Imol.in Clement.1.colum.vlt.de re iudicata.

Nullitas igitur sententiæ executionem impedit etiam si de modico præiudicio agatur, quod de facili in principali Iudicio reparari potuisset.

Ex-

Exceptionis XXII. Quæstio XIII.

Dxceptio Nullitatis ex defectu Iurisdictionis, an fieri possit contra tres conformes.

S V M M A R I V M.

1 *Exceptio nullitatis ex defectu Iurisdictionis impedit executionem trium conformium.*

2 *Amplia etiam si late essent decem vel plures.*

3 *Contra tres confirmes nihil omnino opponi potest nisi de Iudicis incompetentia.*

1 Q Væro, an † Exceptio nullitatis ex defectu Iurisdictionis impediat executionem trium cõformium? & Imol. in l. si expressim, colum. 15. in 3. concordia, de appellat. tenuit non impedire propter magnam præsumptionem rei iudicatæ, quam habent tres conformes. Felin. in cap. Ex parte, el secondo, sub num. 16. limitatione 18. de offic. delegati, in rubr. de foro competenti, limitat. 1. Franc. in cap. Dilecto, colum. 36. in 6. limit. de appellat. Bonifac. in Clement. 1. colum. 8. de re iudicata. Contrarium tenet Angel. in l. 1. in primis verbis, C. Ne liceat tertio prouocare, melius in l. 1. sub numero 3. C. Quando prouoc. non est necesse,
2 vbi ampliat, etiam si † essent latæ decem, vel plures, in l. de pupillo, §. qui opus, in fine, ff. de noui
3 oper. nunciat. vbi dicit, quod † contra tres conformes nihil de mundo opponi potest, nisi de incompetentia Iudicis, subdens notabile verbum, scilicet, quod ita practicatur, Imol. in l. si expressim, in secunda concordia, ff. de appellat. Alexan. consil. 77. colum. 4. sub numero 14. versic. nec ad hoc obstat, volum. 2. vbi dicit, sufficere si tertia sit à Iudice incompetenti. Barbac. consil. 4. versic.
4 † Præterea, volum. 3. Angel. in l. si expressim, colum. fin. de appellat. Alexan. in l. de pupillo, §. qui opus, sub numero 3. & iterum colum. 2. de noui oper. nunciatione. Felin. in cap. Pastoralis, col. 4. versic. sed caue, vbi loquitur in tertia tantum à Iudice incompetenti; latè in cap. Ea quę, colum. 2. de re iudicata Calcan. consil. 86. colum. 2. consil. 17. in fine. Socin. consil. 99. colum. 7. in fine, volum. 3. Anchar. consil. 62. in fine, Barbac. in Clement. 1. colum. 3. in nona limitatione, de re iudicata. Grat. consil. 85. numero septimo, volum. secundo, Marsil. Singulari. 10. in l. finali, numero quadragesimonono, ff. de iurisdict. omnium iudic. & hęc est Communis opinio. Claud. in l. de pupillo, §. qui opus, colum. secunda, de noui oper. nunciatione. Didac. Practicabil. quæstion. cap. 25. numero quarto,

Exceptionis XXII. Quæstio XIV.

S V M M A R I V M.

1 *Iudex an possit declarare nullitatem ex officio parte non petente.*

Q Væro an talem nullitatem declarare poterit parte non petente? Et videbatur, quod non, ex Regula l. de vnoquoque, ff. de re iudicata. Et hanc opinionem tenet Abb. in c. Causam quę, colum. 1. de rescript. vbi Butr. in vltimo notabili, numero 12. Imol. numero 4. Dec. num. 7. dicunt esse valde notandum. Dominic. in Canone, In tantum, 21. distinct. in notabilibus. in Canone, Relatum, 5. quæst. 2. Ias. in l. ne quidquam, §. vbi decretum, sub numero 25. limitat. 5. de offic. procur. & legati.

In hoc videntur distinguendi duo casus principales.

Primus est, an constet de nullitate processus notoriè, & de nullius præiudicio agitur, & hoc casu citatio non requiritur.

Secundus est casus, quando non sumus in notorio? vel tractatur de alicuius præiudicio, & citatio requiritur. Butr. Imol. & Dec. in supra citatis locis, Immò volunt etiam in nullitate notoria, citationem bonam esse. Marsil. ad l. de vnoquoque, numero 54. de re iudicata. Bellamera Decis. 207. propè finem. Marian. de Citatione, Articulo 7. Casu 18. Dominic. in cap. Tua, in fine, de offic. vicar. Felin. in d. cap. Causam quæ, colum. 1. & 2. Nicell. concordant. 52. Fallent. 46. Gabr. de Citatione, Conclusion. 1. Ampliatione 47. numero 212. & iterum limitatione 20. numero 484. & de Statut. Conclus. 3. num. 10. & sic rectè intuendo, citatio requiritur. Asinius in Practica, §. 7. cap. 5. Ampliat. 47. num. 5.

Exceptionis XXII. Quæstio XV.

S V M M A R I V M.

1 *Appellatio à sententia interlocutoria an suspendat Iurisdictionem.*

Q Væro, statutum disponit, quod nulla exceptio opponi possit, & tollit omnem nullitatem cõtra sententiæ exe-
1 cutionem; fuit appellatum † ab interlocutoria Iudicis, nec sibi fuit canonicè inhibitum, An, si proferat sententiam diffinitiuam, in eius executione possit de nullitate opponi, ex quo sententiam protulit pendente appellatione ab interlocutoria, per quam videtur suspendi Iurisdictio, & vtique de nullitate dici non poterit, & erit locus Statuto recipiente omnem exceptionem nullitatis; & ita conciliando Glos. in Clement. 1. de sequestr. possessione & fruct. & in Clement. 1. de re iudicata, tenet Imol. in l. si expressim,

pressim, colum.15.in 94. concordia, de appellat. Alexand. in l. de pupillo, §. qui opus, numero 5. versic. vel tertio, de noui oper. nũciatione. Aret. in §. appellantur, colum.8. versi. vel tertio, Instit. de exception. In hoc igitur casu erit locus allegato Statuto, nec de nullitate opponi poterit, & sententia erit executioni demandanda.

Exceptionis XXII Quæstio XVI.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio nullitatis ex defectu Iurisdictionis an debeat esse notoria.*

2 *Et an Iudex eam possit declarare.*

1 QVæro an† exceptio nullitatis ex defectu Iurisdictionis debeat esse notoria, ad hoc vt opponi possit Statuto requirente omnes exceptiones? & vtique Ripa in l.4. §. condemnatum, numero 23. de re iudicata tenuit opponi posse, etiam si requirat altiorem indaginem. Vant. in tit. Quibus modis nullit. in Iudicio proponatur, numero 33.

Contrarium sentit Imol. in l. si expressim, colum.15. in 2. concordia, ff. de appellation. Alex. ad l. de pupillo, §. qui opus, colum 2. versic. & si erit quarta concordia, ff. de noui oper. nunciatione. Aretin. in §. appellantur, colum.8. versic. vel quinto. Instit. de except. Bursat. consil. 74. num. 30. volum.1.

2 Et† eam Iudex potest declarare etiam parte non citata, Glos. in cap. Tua, de offic. delegati, Abb. in cap. Causam quæ, in 3. notabili, de Rescript. Felin. in cap. Cum olim, colum.7. de re iudicata. Bellamera, Decis. 207. Anton. Gabr. de Citatione, Conclus.1. in fine.

Exceptionis XXII. Quæstio XVII.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicationis exceptio post terminum opponi potest.*

2 *Amplia etiam si non sit appellatum à tali specifica præfixione termini.*

3 *Declara vt hic; & num. seq.*

5 *Iudex secularis est competens in recipiendo probationes in facto, super excommunicatione, secus in Iure, circa validitatem sententiæ.*

5 *Iudicis incompetentia non purgatur pacto priuatorum.*

7 *Declara contrarium esse verius, vt hic.*

QVæro; Est assignatus alicui terminus ad proponendas exceptiones dilatorias, & declaratorias, & elapsus est, an in executione excipere poterit de nul-
1 litate ex defectu Iurisdictionis? Et pro† parte affirmatiua facit, quod exceptio Excommunicationis, nedum opponi potest post terminum assignatum ad proponendas dilatorias, & declinatorias, sed etiam post terminum specialiter assignatum ad opponendum ipsam exceptionem Excommunicationis. Glos. quam ibi Cardinal. dicit singularem, & non esse alibi, in Clement.1. in Glos. penult. de exception. vbi Bonifac. num.23,

2 Etiã si† non sit appellatum à tali specifica præfixione termini, vt ibi per Cardin. quæst.16.

3 Et Iudex† eam non admittendo est Excommunicatus. Lap. Allegatione 92. num.5.

4 Nisi à tali† sententia excommunicationis sit appellatum, & adhuc penderet appellatio, Bald. in l. finali, colum.1. C. si à non competenti iudice. Sequitur Ias. in l. placet, in fine, C. de Sacros. Eccles. in l. eleganter, §. si quis post, num.6. ff. de condict. indebiti.

5 Et Iudex† secularis est Iudex competens in recipiendo probationes in facto, talem esse Excommunicatum, secus circa validitatem sententiæ Excommunicationis: quia debet remittere ad Iudicem suum. Franch. in cap.1. §. si quis igitur, colum.1. de exception. in 6. Dec. in cap. Prudentiam, §. sexto, in 2. notabili, num.9. de offic. Delegati.

6 Secundo facit, quod† pacto priuatorum non purgatur Iudicis incompetentia, l. priuatorum, C. de Iurisdict. omnium iudic. cap. Si diliganti, de foro compet.

7 Contrarium† est verius. Butr. in cap. Pastoralis, colum.1. quæst.1. vbi Felin. colum.3. in 2. limitatione, de exception.

Non obstat prima ratio in contrarium adducta, de exceptione Excommunicationis: quia in ea speciale est, propter animæ periculum, vt not. in dicta Clement.1.

Non obstat secunda ratio: quia est verum in Iurisdictione non prorogabili, & in mero priuato, secus in Iurisdictione prorogabili, prout in casu, de quo tractamus.

Exceptionis XXII. Quæstio XVIII

SVMMARIVM.

1 *Statutum loquens de sententia, intelligitur de valida.*

2 *Alienatione prohibita, regulariter censetur etiam vsucapio prohibita.*

3 *Alienare dicitur, qui patitur rem immobilem præscribi.*

4 *Alienatione prohibita sub certa forma, præscriptio currit.*

5 *Sententia nulla, validatur in vim pacti & conuentionis.*

6 *Amplia sufficere tacitum consensum sine expressa approbatione, vt ibi, & sequen.*

8 *Exceptio nullitatis ex defectu Iurisdictionis, amplius opponi non potest elapso termino à Statuto præfixo, etiã si esset euidens & notoria.*

9 *Temporalia ad agendum, sunt perpetua ad excipiendum. Declara & limita ut num. 10. 11. 12. & 13.*

14 *Inuitus nemo cogitur agere, & quomodo hoc procedat, ibi, & num. seq.*

15 *Defensio ex causa tolli potest.*

16 *Statutum quando tollat nullitatem ex defectu Iurisdictionis late distinguendo.*

Intelle-

1 St præfixus terminus à Statuto ad † dicendum de nullitate, & est elapsus, & de nullitate ex defectu Iurisdictionis nihil oppositum fuit, An in executione sententiæ opponi poterit?

Et quidem Fulgos. consil. 150. tenuit quod sic, per multas rationes, extendendo Glos. in Clem. 1. de sequestration. possession. & fruct. procedere, & locum habere, etiam stante statuto, & assignante terminum, ad dicendum de nullitate.

Adeo igitur priuilegiata, & potens est exceptio nullitatis ex defectu Iurisdictionis, vt in termino Statutario non comprehendatur. Aretin. consil. 75. colum. finali, annuens hanc esse Communem opinionem. Calcan. consil. 16. num. 92. cum seq. vbi reddit hanc rationem: quia Statutum præsupponit præexistentiam sententiæ, sed sententia lata à non habente Iurisdictionem, nō meretur nomen sententiæ, ergo non possunt verificari verba Statuti terminum præfigenti; quid enim inquit, si rusticus ferat sententiam, prius enim constare debet esse sententiam, l. Diuus, ff. de militari testamento, vbi Bart. notat, Dec. consil. 8. numero 9. post Bart. in l. 2. §. Prætor, ff. qui satisdare cogant. Roman. consil. 384. Rebuff. de supplication. quæst. 4. in principio, numero 45. Osasch. Decis. Pedemont. 142. numero quarto, Cum igitur Statutum terminum præfigat ad dicendum de nullitate sententiæ, præsupponit actum, qui mereatur executionem, & sententia lata à non habente Iurisdictionem, non meretur nomen sententiæ, ergo illam Statutum non comprehendit, ergo post terminum opponi poterit. Idem tenet Gozadin. consil. 72. numero duodecimo, Amat. dicens Communem & veriorem Decisione March. 33. numero duodecimo, pulchre Papiens. in Forma differentiæ, Glos. prima, numero octauo, inferens ad Statutum Tudertinum, prohibens appellari, vel de nullitate dici, quia adhuc opponi potest de nullitate ex defectu Iurisdictionis, & formæ ipsius Statuti. Dec. consil. quadragesimo, numero septimo, consil. nonagesimonono, numero 31. libro 1.

Pro Contraria parte facit l. alienationis verbum, ff. de verbor. significat. ibi: vix enim est, vt non videatur alienare qui patitur vsucapi. vbi Alciat. infert ad casum istum, dicens esse Communem opinionem.

2 Vnde † prohibita alienatione regulariter dicitur prohibita vsucapio, & præscriptio tanquā species alienationis, Bald. in Authentica Hoc ius porrectum, columna secunda, circa medium, numero primo, versiculo, Adde quod, C. de sacrosan. Eccles. Cassanæus in Consuetud. Burgundiæ Rubr. *Des fiel.* §. octauo, Gloss. ex alienatione. Iacobin. in feudo, in verbo, Cum feudo, & pacto de non alienando.

3 Et qui † patitur rem immobilem præscribi, dicitur alienare, Bald. in l. fin. in 16. oppositione, sub numero 37. C. de edicto Diui Adriani tollendo. 4 Immò † licet certis casibus sit prohibita alienatio, nisi cum certa forma, prout cum Decreto, & similibus, tamen præscriptio currit: quia habet vim Decreti, & validat actum nullum, Bald. in l. prima, C. de seruis fugit. Sic pariter videtur dicendum in casu isto, quod si sententia sit aliquo respectu nulla, & patiatur aliquem defectum per lapsum temporis, allegari non possit.

5 Et licet † actus nullus partium consensu validari non possit, est verum in vim sententiæ, secus in vim pacti & conuentionis, iuxta Gloss. in l. 2. C. qui pro sua Iurisdict. latè Ant. Gabr. de Sentent. Conclus. 2. num. 7.

6 Et videtur † sufficere tacitus consensus, sine expressa approbatione. Felin. in cap. significasti, columna quarta, de foro competenti. Purpurat. in Rubr. de Transaction. col. 1. in fine.

Et hanc opinionem tenuit etiam Riminald. consil. quinto, columna quinta, volum. quinto, quæ multo magis vera est, si iam cepisset de nullitate dicere. Cephal. consil. 202. numero 18. libro secundo.

7 Ampliatur † etiam per viam exceptionis, allegatur consil. Castrens. 327. volum. secundo, Ias. consil. 200. numero secundo, volum. secundo, Crauetta, consil. 179. numero secundo. Et ita practicatur. Papiens. in forma execut. sentent. sub numero vndecimo, Vide infra in Titulo, Nullitatis exceptio, num. 74.

8 Extende, etiam si esset euidens, & notoria, adhuc elapso termino Statuti, amplius opponi non potest, ita voluit Natta consil. 524. numero vigesimo.

9 Et si dicatur, † temporalia ad agendum, sunt perpetua ad excipiendum, l. pure, in fine, de ff. exception.

10 Respondetur Primò, quod † Regula hæc procedit, re integra, ante motam actionem, secus si post: quia imputet sibi, si debito tempore non excepit; ita Alberic. in d. l. pure, §. finali, per l. Pomponius, §. Rati, ff. de procurat. & l. si is qui, ff. de condict. indebiti, Glos. magna, in c. Cum accessissent, de Constitution.

11 Et † citius perditur exceptio, quam actio, not. in Canone vltimo, 16. q. 4.

12 Secundò, Regula † non procedit in exceptione quæ etiam agendo proponi potest, tunc enim temporalis est, prout actio, Angel. & Castrens. per illum textum, in l. Papinianus, ff. filius, ff. de inoffic,

inofficioso testamento, prout in casu isto, quæ principaliter per viam actionis proponi potest, & debet.

13 Tertio, Regula † non procedit, nisi limitatum sit tempus, ad excipiendum. Felin. late cap. si autem, col. 4. limit. 2. de rescript. per l. quoties, C. de precibus Imperat. offerend.

Et vltra eum bene facit textus, in l. si intra, C. de non numerata pecunia.

14 Et si dicatur, † quod nemo inuitus cogitur agere, Rubr. & Nigr. Vt nemo inuitus. Respondetur, id esse verum, sine causa, quæ est in iudicis arbitrio, & quam maxime iudex potest, inuitum agere cogere causatiue, sed non præcise, puta, si infra tale tempus non fiat, denegabitur audientia; vel amplius non excercebit tale officium; vel quid simile, l. si debitor offerat, ff. de solut. Ias. in l. Quidam æstimauerunt, ff. si cert. petatur, in l. tertia, numero duodecimo, C. de procurat. Angel. in l. Papinianus, §. si quis post, numero tertio, ff. de inofficioso testamento, vbi filio præfigitur terminus ad proponendam querelam inofficiosi, quo elapso, non auditur. Contard. ad l. diffamari, in principio, sub numero vigesimosexto, & iterum in ampliatione, vsque ad numerum vigesimumtertiũ, vbi tandẽ causam remittit ad iudicis arbitrium, prout sibi æquum videbitur. Igitur iudex imponet silentium, si de nullitate non iicet infra terminum præfixum, quia non erit præcise, sed causatiue.

15 Secundo, † tit. Vt nemo inuitus, procedit re integra, & nullo iudicio inchoato, vt ibidem Accurs. animaduertit; sed in casu nostro, iudicium iam pendet, & inchoatum est, & si vlterius dicatur, quod defensio tolli non potest, cum sit iuris naturalis, l. vt vim, ff. de iustitia & iure, vtique ex causa tolli potest, & tempus restringi potest, Decius, in d. l. vt vim, numero 4 in c. Dilecti, num. 36. de Exception. Asinius in pract. §. 31. cap. 34. numero 5.

16 Non omitto tamen, quod † Brun. de Legibus & Constitutionibus in verbo, nullitas, versic. item quæritur de quæstione singulari, discurrendo per materiam, tandem concludit, quod primo consideranda sunt verba Statuti, si importent actionem, petitionem, vel querelam, prout plurimum hoc contingit; vel exceptionem, primo casu, non concludit exceptionem, nec etiam includit nullitatem, quæ seorsum, & separatim, & de per se ab appellatione proponitur, maxime, quando sit euidens, & notoria. Secundo casu, non concludit pariter nullitatem notoriam: nam duo hoc casu concurrunt, fauor defensionis, quia exceptio est defensio; Concurrit etiam, quia Exceptio est in se notoria, & manifesta: vnde videtur iu practica animaduertendum, in modo proponendi nullitatem, respectu termini præfixi a Statuto: nam si proponatur vti admixta appellationi, elapso termino a Statuto præfixo, amplius non auditur, secus si seorsum, & separatim; vel per viam exceptionis, deducendo semper notorietatem.

17 Et sic † haberi posset intellectus ad l. pure, in fine, ff. de doli exceptione, & l. quæsitum, §. finali, ff. de pecul. aut, exceptio proponitur ad rumpendũ, & de ea iudicatur prout de actione, quæ pariter rumpit. Aut exceptio proponitur per modum cuiusdam defensionis ad actum iam a iure met ruptum, & tunc non regulatur ab actione, sed est perpetua, & semper opponi potest. Et ita consuluit Franch. in Ciuitate Cremonæ. Et hoc modo loquuntur Aretin. d. consil. 75. Fulgos. consilio centensimoquinquagesimo, superius allegatis. Ruin. consil. trigesimoseptimo, sub numero 15. versic. secundo respondetur, volum. quinto, Et ita pluries Rota iudicauit, & per Achill. de Constitution. Decis. 5. aliàs 84. Decis. 6. aliàs 85. Contard. ad Aegidian. limitat. 7. nume

18 ro 68. vbi † sublimitat in excipiendo, non in replicando, quæ replicatio sit vna cum actione exclusa: & ita fuit tentum in vna Romana spolij coram Puteo, 22. Iunij 1545. Sfort. hos non allegans, de restitutione in integrum, quæst. 35. numero 42.

19 Sed † quis erit iudex comperẽs in exceptione nullitatis in tempore opposita, ad declarandum sententiam nullam, contra cuius executionem fuit in tempore de nullitate oppositum, vti quæ aut sumus in iudice Delegato, aut ordinario; si in Delegato, lata sententia exspirat iurisdictio, nisi in tribus casibus; Primo, quod sit ad vniuersitatem causarum; Secundo, si non obseruauit formam mandati; Tertio, sic sententia sit super toto. Si vero sumus in Ordinario, potest ipsemet declarare sententiam nullam, & iterum iudicare, & poterit etiam circa hoc adiri superior. Bart. Salicet, & alij, in l. si vt proponis, numero secundo, & tertio, C. Quomodo, & quando iudex. Angel. in l. iudex postea quam, numero secundo, de re iudicata. Imol. in cap. Qualiter, & quando, de accusation. Salicet. in l. si accusatoribus, C. de accusat. Imol. ad l. si expressim, ff. de appellat. Bald. in l. si arbiter, ff. de arbitr. Castrens. in l. cum querebatur, ff. de re iudicata, late Felin. & Dec. in cap. In literis, de offic. delegati, ambo colum. finali. Franch. in cap. dilecti, quæst. vigesimaseptima, de appellat. Paris. consil. 54. numero 43. & quadragesimoquarto, volum. tertio. Rota decis. 341. in nouiss.

Ex quibus postea infertur, ad duo vtilia. Pri-

20 mum est † ad l. iudex posteaquam, de re iudicata, vt procedat in Delegato, secus in Ordinario.

21 Secundum † est, quod sicut causa appellationis deuoluit ad superiorem totum negocium principale, ita & causa nullitatis. Innocent. in c. Cum contingat, de offic. delegati quod alibi non se legisse dixit Bart. in citato loco, sub num. 4.

Quod videtur declarare Brun. in superius allegato loco, si cum appellatione tacitè, vel expressè deducatur, secus si seorsum, de per se, & separatim.

22 In omnem † tamen euentum, quod sit exclusa, etiam exceptio non denegabitur, extra omnẽ terminum elapsum, Iudicis officium, quo implorato, admittitur etiam extra omnem terminum, & hac via assequetur intentum suum; ita tertius

D repu-

reputant, ad tollendas dubitationes, Aretin. consil. 75. in finalibus verbis, & Fulgos. consil. centesimo quinquagesimo, numero tertio, ex doctrina Bartoli, in l. secunda, §. & parui, numero septimo, ff. quod vi, aut clàm, vbi Iudicis officium nūquam censetur exclusum, per l. planè, versiculo, sed benignius, ff. de petitione hęreditat. vbi Bartol. hoc notat, numero quarto, & dicit ibi Angel. esse mirabilem practicam, & millies fuisse vsum,
23 inferens etiam † in Criminalibus, in quibus si quis teneatur personaliter comparere, imploratur tamen Iudicis officium, iuxta illius exemplum. Vel quod sententia sit ipso iure nulla: quia lata à laico contra Clericum; vel mortuus sit bannitus, qui impunè offendi poterat. Idem in l. finali, ff. eodem titulo, in l. tertia, §. finali, per illum textum, ff. naut. caupon. stabular. Paris. consil. centesimo septimo, numero centesimodecimooctauo, volum. tertio. Socin. consil. 27. num. trigesimoprimo, volum. quarto. Siluan. consil. decimoseptimo, num. sexto. Ruin. consil. 209. numero vigesimotertio, volum. primo. Asinius, in Practica, §. trigesimoprimo, cap. trigesimotertio, & dicit Parisius in citato loco, quod per Clausulam, Omni modo meliori in Actis dicitur imploratum Iudicis officium, sine alia specificatione. Asinius de executor. §. tertio, cap. 123. num. quinto, Mantua, Singulari 52. Felin. in cap. Ex parte, el secondo, numero decimo, de offic. delegati.

24 Sed pone, † quod quis petit executionem sententiæ nullæ coram Iudice, qui principaliter cognoscendo de causa, esset incompetens, nunquid incidenter per viam exceptionis, sit competens, declarando sententiam nullam? vtique sic. Angel. consil. 260. circa finem, vbi multi sunt Iudices incidenter, qui non possunt esse principaliter, l. quoties, C. de iudic. & dixi in Repetitione Regulę, Cum quid, lib. 6.

25 Declaratur † tamen Conclusio superius firmata, quod nec per viam exceptionis, nullitas opponi possit, vt multo magis vera sit, & procedat, si in Statuto adsint verba prægnantia, post terminum exclusiuū, quo elapso, sententia remanet valida, & firma, prout consuluit Corneus consil. trecentesimosecundo, colum. finali, volum. primo.

26 Declaratur † vlterius, vt tale Statutum non intelligatur respectu tertij, qui post terminum Statutarium de nullitate dicere potest, Ruin. consil. duodecimo, numero 32. volum. tertio. Milanens. Decis. 12. numero septimo, & 55. libro secundo.

Except. XXII Quæstio XIX.

Pone, quod Iudex, cuius nulla est Iurisdictio, pronunciasset se competentem, nec ab hac pronuncia fuit appellatum, an poterit in executione opponi de nullitate ex defectu iurisdictionis? vtique non, si simus in Iurisdictione quæ consensu partium sit prorogabilis. Felin. in cap. Pastoralis, col. 4. de except. in Rubr. de foro competenti, col. 4. in 4. declaratione.

Except. XXII. Quæstio XX.

SVMMARIVM.

1 *Defensionis nomen generale est continens defensionem plenam, & semiplenam.*
2 *Bannitus exclusus, ab agendo, & defendendo, nec dilatorias nec declinatorias opponent.*
3 *Declara tamen, vt hic.*

Pone quod Statutum tollit, nedum nullitatem, sed defensionem, an possit dici de nullitate ex defectu Iurisdictionis.

1 Et videbatur dicendum quod non: † quia nomen defensionis generale est, & sub se continet quamcumque defensionem, siue plenam, siue semiplenam, vt not. Bald. per Glos. ibi, in l. reos,
2 num. 36. C. de Accusation. inferēs, quod † si Bannitus, audiri non debet, nec agendo, nec defendendo, nec dilatorias, nec declinatorias opponere poterit.

3 De nullitate † tamen ex defectu Iurisdictionis opponere poterit, vt ibi per Bald. Adeo igitur potens est defectus Iurisdictionis, vt nec sublata defensione, censeatur sublatus. Sequitur Rosell. in Monarchia car. 30. colum. secunda, subdens etiam ad hoc propositum, quod talis exceptio non censetur exclusa, quando non adesset aliquis Iudex, coram quo opponi possit, vel Constitutio requireret certam qualitatem, & alias omnes reijceret: quia si concurrat illa requisita à Statuto, omnes aliæ qualitates, & nullitates censentur reiectæ, etiam ex defectu Iurisdictionis.

Except. XXII. Quæstio XXI.

SVMMARIVM.

1 *Sententia nulla ex defectu Iurisdictionis confirmata ab habente Iurisdictionem, transit in iudicatum, nec potest amplius de nullitate opponi.*

Quid

1 Vid si † sententia nulla ex defectu Iurisdictionis, sit confirmata per Principẽ, vel Iudicem habentem Iurisdictionem, An de nullitate dici potetit in executione? vtique non Innocent. in cap... De Confirmatione vtil. vel inutil. in cap. Super literis, in verbo forsan, & in verbo, etiam si omnes, de Rescript. Angel. in l. 2. in 7. Fallent. ff. si quis ius dicenti. Imol. in l. si expressim, colum. 5. de appellat. Abb. in cap. Ea quæ, colum. 2. de re iudic. Felin. in cap. Pastoralis, colum. 3. in fine, de Except. in c. Super literis, colum. 21. in 4. limitatione, de Rescript. Alexan. consil. 111. col. 1. volum. 5. & consil. 225. lib. 6. per totum. Aretin. in §. appellantur, colum. 4. de Except. Iason, in l. 4. §. condemnatum, in 3. limitatione, de re iudicata. Rota Decis. 118. in antiq. Felin. iterum in cap. qualiter, & quando, colum. 9. de Accusat. Rebuff. ad l. quod iussit, in primo Notab. num. 75. de re iudic. dixit singulare Simoncell. de Decreto in præfat. num. 126. & 127. vide infra, in verbo Exceptio nullitatis, num. 17.

Except. XXII. Quæstio XXII.

SVMMARIVM.

1 *Nullitas Iurisdictionis debet opponi in specie, non autem in genere.*

Etitur executio sententiæ, quæ nulla est ex defectu Iurisdictionis contra Caium, qui de nullitate opponit in genere tantum, An sufficiat? vtique
1 † non, sed debet in specie dicere, ex defectu iurisdictionis; ita respondit Cuman. consil. 60. quem cõmendãt, & sequitur Tiraquell. de pœnis, in præfatione, num. 60. quod videtur verum, parte opponente. Præpos. in cap. Dilecto, colum. 17. vers. sed cadit, de Appellat. Contard. ad l. vnicam, limit. 7. num. 70. de moment. possess. quid si promisi cum iuramento non dicere de nullitate, posui latè ad Decium, consil. 8. num. eius septimo. Gratian. Decis. Mareh. 6. num. 4. vbi pariter pro affirmatiua; & supra quæst. 9. 33. quæst. principali.

Except. XXII. Quæstio XXII.

SVMMARIVM.

1 *Contumaces, vt inobedientes, odiosi sunt, & multantur, eos. C. de modo multandi.*
2 *Amplia in præcepto non pœnali, & facto à Iudice indeterminato.*
3 *Contumax patitur primum, & secundum Decretum.*
4 *Processus factus per Iudicem scientem defectum sua Iurisdictionis, non valet.*
5 *Contumax, & absens Iurisdictionem non prorogant.*
6 *Contumax dicendo de nullitate ex defectu Iurisdictionis non auditur, nisi eam probet.*
7 *Contumacia facit præsumptionem pro Iudice, & trãsfert onus in aduersarium.*
8 *Contumax quotuplex sit, & quando comparere teneatur.*
9 *Processus factus per Iudicem ignorantem suam Iurisdictionem, valet contra contumacem.*
10 *Gesta per Præsidem ignorantem aduentum successoris valent.*
11 *Collatio beneficij facta à Vicario reuocato, ignorante reuocationem, valet.*
Processus factus a Iudice delegato reuocato non valet, sub eod. num. 11.
12 *Priuilegium concessum à non habente facultatem, si id ignoret, valet.*
13 *Auocatio facta Motu proprio, à non habente authoritatem, ignoranter, valet.*
14 *Iurisdictio extinguitur morte delegantis & processus est ipso iure nullus, etiam data ignorantia.*
15 *Processus Iudicis in se incompetentis, valet, si se pronunciauit competentem, nec fuerit appellatum.*
16 *Iudicem non releuat se pronunciare competentem, si in loco esset Statutum, vt non possit excedere limites suæ Iurisdictionis, vel Iurisdictio non sit prorogabilis, numero 17.*
18 *Iudicem non releuat pronunciare se competentem, tacitè, quando funditus caret Iurisdictione, sed debet expressè se pronunciare competentem.*
19 *Declara, hoc verum, in contumace, secus in præsente, & opponente.*
20 *Cap. Quia nonnulli, de Rescript. declaratur.*
21 *Processus contra contumacem factus valet à non habente Iurisdictionem si simus in Iurisdictione prorogabili, aliàs secus.*
22 *L. si quis ex aliena, in principio, ff. de Iudic. declaratur.*
23 *Processus factus à non habente Iurisdictionem, si pars fuit præsens, eo sciuit defectum Iurisdictionis, & de eius commode agitur, valet.*
24 *Processus factus à Iudice carente Iurisdictione, valet, si Iurisdictio sit elidibilis, excipiendo, & sciebat defectum Iurisdictionis, secus si ignorabat se esse Iudicem per exceptionem elidibilem.*
25 *Sententia lata contra absentem non valet, si actori non competebat actio, siue Iudex sciat, siue ignoret. Contrarium tamen verius est, vt ibi.*
26 *Sententia lata contra absentem, valet, si actio competebat elidibilis per exceptionem.*
27 *Iudex non cogitur repetere testes pro declaratione eorum dicti post publicatas attestationes licet hoc possit.*
28 *Processus valet factus ab habente actionem mero iure sed elidibili per exceptionem, siue Iudex sciat, siue ignoret.*

D 2 Quæ-

Vaero; Iudex, non habens Iurisdictionem in illa causa, tulit sententiam diffinitiuam, contra aliquem, in contumaciam, an contumax, & tempore sententiæ absens possit in executione opponere de nullitate ex defectu Iurisdictionis.

Et primo, videbatur dicendum, quod quia
1 † contumaces vti inobedientes, sunt odiosi, vnvn multantur, l. 1. ff. si quis ius dicenti non obtemperau. Marantha, in Speculo, parte 6. in verbo, Contumacia, num. 9. & hoc iuxta taxam factam per l. eos, C. de modo multandi, quæ procedit
2 † in præcepto facto à Iudice indeterminato, & sine aliqua appositione pœnæ, secus est, si ab initio dum emanat præceptum, in eo pœnam apponerer: quia exequenda est, etiam si excederet summam taxatam in d. l. eos; ita pulchrè declarat Oldrad. consil. 115. attestans ita de Consuetudine seruari; & videtur etiam tex. in l. finali, iuxta Gloss. finalem, C. de custod. reor.

3 Secundo, quia † contumax, patitur primum, & secundum Decretum, l. Fulcinius, §. primo, vbi Alberic. ff. Ex quibus causis in possess. eatur, l. si finita, §. Iulianus, ff. de damno infecto, & toto titulo, ff. & C. de bon. authorit. iudic. possidend.

4 Prima igitur Conclusio sit. † Si Iudex scit defectum suæ Iurisdictionis, processus non valet, Abbas in cap. si duobus, vbi Dec. num. 31. de ap-
5 pellat. Nec potest allegari prorogatio; quia † contumax & absens, numquam dicitur Iurisdictionem prorogare. Bald. in l. si ex consensu, num. 7. vbi Castrens. colum. secunda, in fine, C. de Episcopali audientia. Alexand. in l. secunda, numero duodecimo, vbi Ias. num. 39. ff. si quis ius dicenti non obtemper. inferentes ex hoc, quod si fuerit deuentum ad sententiam diffinitiuam, omnia reuocari poterunt, & ibi clarius exprimit Angel. prope finem.

Declaratur singulariter ea, dummodo contu-
6 max † assumat in se onus probandi defectum, & carentiam Iurisdictionis, aliàs de tali nullitate dicere non poterit. Dictum est singulare Innoc. in cap. Innotuit, de eo qui furtiuè ordin. suscepit. Dixit valde singularem Bald. in l. licet, num. duodecimo, C. de procurat. rationem reddens: quia
7 contumacia † facit aliqualem præsumptionem pro Iudice, vnde transferr onus probandi in allegantem; Dixit etiam valde notabile Alexand. in l. secunda, num. duodecimo, vbi Angel. in fine, valde extollit. ff. si quis ius dicenti non obtemperauerit, est bonus text. in l. fin. C. de except. in l. Pomponius, §. rati, iuncta Gloss. quæ ad hoc reputatur optima, ff. de procur.

8 Considerandum † tamen est in materia contumaciæ; quandoque enim aliquis est citatus, qui ipso iure non est de Iurisdictione citantis, sed casualiter efficitur, saltem habitatione, puta Bononiensis non est de Iurisdictione Prætoris Ferrariensis, sed tempore citationis erat in Territorio Ferrariensi, & sic per accidens, poterat dubitari, an esset isto casu de iurisdictione, & teneretur comparere, & procedit l. si quis ex aliena, in primo casu, prout singulariter vult Innocent. in c. Romana, colum. prima, de appellation. quod reputauit singulare & perpetua memoria dignum Angel. ad d. l. si quis ex aliena, dicens esse clauem totius materiæ. Admirabile quoque reputauit Alexan. in l. secunda, sub num. 13. ff. si quis ius dicenti, non obtemperauer. & non comparendo multari poterit tantum, sed sententia lata contra eum, erit nulla, & in executione de nullitate dici poterit. Bald. in l. si quis ex consensu, numero septimo, C. de Episcopali audientia, Castrens. in l. prima, & in l. si quis ex aliena, ff. de Iudic. Quandoque quis est citatus coram Iudice, non ipso iuer, sed per exceptionem declinatoriam elidibilē, & tunc aut loquimur quo ad secundum Decretum, quod datur contra latitantem, & tunc non patitur: quia non dicitur vere latitare, quia aliqua iusta exceptione est tutus, temporali, vel perpetua; Aut loquimur quo ad alia, & tunc sententia lata in alijs contra eum, valet, & tenet, & ita declarate videntur Angel. & Castrens. in l. non videtur, in l. si quis ex aliena, ff. de re iudicata, restringentes dictum Iacobi de Beluiso, in §. ad excludendas, Authentica de litigios. ad exceptionem declinatoriam tantum, licet ipse generaliter loquatur. Alexan. in l. secunda, sub numero decimotertio, ff. si quis ius dicenti, vbi ampliat, etiam si exceptio declinatoria esset notoria, & tradit Bartol. in l. prima, num. decimo, ff. de exceptione.

9 Secunda Principalis Conclusio sit. † Si Iudex ignorat defectum suæ Iurisdictionis, valet processus respectu contumaciæ, non respectu negocij principalis. Ita Decius, post Abb. in cap. si duobus, numero trigesimo tertio, de appellation.

Sed circa hanc secundam Conclusionem du-
10 bitationem facit: quia † valent gesta per Præsidem, qui ignorat aduentum successoris, l. si forte, de offic. Præsid. per quam ita tenuit, dicens eam singularem Roman. Singul. 58. Fuit quæstio Romæ, dicens in Sacro Rotæ auditorio fuis-
11 se decisum, quod † valet collatio beneficij facta à Vicario reuocato, ignorante reuocationem. Innocent. in capit. Intimasti, circa medium, de appellat. Bald. in l. solet, §. sicut, de offic. Proconsul. Bertach. in Tract. de Episcopo, parte septima, quæst. vigesimaprima, dicens in facti contingentia ita fuisse Paduæ iudicatum. Pulchrè Felin. in cap. Ceterum, numero vndecimo, de rescript. Cosme. in Pragmat. tit. de Collation. §. Idem volui, in verbo, Vicario, Iason, limitans in Delegato reuocato, ad l. more, numero octauo, ff. de Iurisdict. omn. iudic. Rebuff. in Practica Benefic. lib. tertio, tit. de Simonia in resignatione, numero trigesimoquarto, & de publicand. resignat. Gloss. 8. num. 19. Boer. dicens hanc opinionem magis æquam, Decis. 347. num. decimotertio. Et magis rationabilem Rebuff. in Praxi Beneficiorum, lib. 1. tit. de forma Vicariat. numero 210.

12 Et hæc Cōclusio vera est etiam in priuilegijs, Gloss. singularis, in l. tribunus, ff. de testamento militari, quam admirabilem dixit Roman. in Singulari 572.

Et pro-

13 Et procedit etiam in auocatione facta Motu proprio, prout Communem asserere visus est Didacus Practicabil.quæstion.cap.nono,sub numero septimo,versic.Secunda Conclusio,cui ad do Mannos.formul.6.in fine, & communiter etiam in Gallia seruari attestatur Rebuf.ad l.quod iussit,in secundo Notabili, sub numero 90. vers. Contrarium.

Sed huic rationi videtur posse responderi, quod in prædictis casibus iurisdictio funditus non deficiebat; quod patet: quia per secundum Rescriptum non tollitur iurisdictio ipso iure cōpetens ex primo, vt notatur in capit. Cæterum, de rescript.& pariter in l.si forte, de offic. Præsidis,iurisdictio non deficiebat,quia iudex tenetur expectare aduentum successoris, & eo vsque iurisdictio durat,& salarium debetur,l. meminisse, ff. eodem titulo; ad quam multa vtilia congessi, in tractatu de Locato, & Conducto, par. prima, titulo, de Sportulis iudicum, numero 70. vbi videre placeat, sed in conclusione superius posita,iurisdictio ipso iure non competebat.

Et ad prædicta bene facere videtur: quia mor-
14 te † delegantis extinguitur iurisdictio, etiam data ignorantia, & processus est ipso iure nullus, vt not.in capit. Gratum,de offic.delegati, in cap. finali,§.officium,de offic. delegati, libro sexto, in c. Cum venissent, de testib. Bar.in l.& quia,columna finali,de iurisdict. omnium iudic. vbi Ias.in l.mora,numero octauo,per gloss. Notab.in l.eius qui in prouincia,in verbo ignorasset,ff.si cert.petat. Et tradit Abb. in cap. Gratum, de offic. delegati.

Limitatur tamen superius firmata Conclusio,
15 quod non valeat processus † respectu causæ principalis,nisi iudex pronunciasset se competētem, & a tali pronuncia non fuerit appellatum, Bart. in l.2.vbi Alex.num.15.Ias.nu.38. ff. si quis in ius vocat.non ierit.

Et hæc limitatio vera est, & procedit, siue iudex habeat iurisdictionem, aliqua exceptione elidibilem,siue ipso iure careat iurisdictione; ita notabiliter Abb. in capit. Ex parte Decani, numero tertio, in tertio Notabili, de rescrip.dicens perpetuo notandum, Dec.in cap.Si duobus, nu.36. de appellat. Dominic.in cap. Si à subdelegat. in fine, de offi.delegati,lib.6.vnde semper bonum est pronunciare se competentem.

16 Sublimitatur, nisi † esset Statutum in loco, vt iudex non possit excedere limites suæ iurisdictionis, quo casu non releuat pronunciare se competentem, tamquam contra prohibitionem Statuti. Ita singulatiter dixit Butr.in cap. Preterea, col. 4. circa medium, de dilation. Dixit valde singulare Alex.cons.77.num.3.& cons.82.num.5.vol.3. Decius cons.18 nu.5. Vrsil.ad Afflict.Decis.354. num.5. Tiber.Decian.Tractatu Criminal.tomo 1.cap.34.sub nu 13.vers.Fallit tamen.

17 Sublimitatur secundo, † quando iurisdictio non sit prorogabilis, tunc nihil releuat pronūciare se iudicem competentem,puta, si iudex laicus citaret Clericum, vel iudex sit Excōmunicatus, seruus,mulier,& similes. Angel.in l.2.col.2. in fine,nu.4.& 5.ff.si quis in ius vocatus non ierit,in l. quidam consulebant,num.4.vers.fallit,de re iudicata.Bald.in cap.si delegant, col. 4. de præscript. in cap.2.col.6.eodem titulo.

18 Notandum tamen est,quod † in isto casu, & similibus,in quibus iudex caret penitus iurisdictione,requiritur expressa pronuncia competentiæ, nec sufficit tacita per processum ad vlteriora. Butrig.in cap. Super literis, col. 13. versic. sed aduerte,vbi Imol.col.6.de præscript. Marsil.in l.si quis, nec quæstio,col.18.de quæstion. Imol.in cap.2.circa finem,de Dilation. Alex.consil.83.in fine, vol. 4. Calcan.consil.114.in fine, Aretin.consil.106.in fine.Castr.in l.1.col.1. C. de ordin. cognition. Et hæc est Communis opinio. Ruin.consil.114.in fine,vol.5.cons.64.col.6.eodem titulo. Ant.Gabr. de Exception.conclus.1.num.3.

Bene verum est,quod Angel. consil.200. vers. super eo autem,& Felin.in cap.Suborta, numero quarto,in 4. limitatione,vers. tertius casus, de re iudic. tenere videtur, quod sufficiat pronunciandum ad vlteriora, non obstantibus exceptis.

19 Et hæc vera sunt, si † pars compatuit, & opposuit de incompetentia, tunc enim sufficit pronūcia ad vlteriora, secus in parte contumace: quia requiritur expressa declaratio se esse iudicem competentem. Butr.in cap.secundo, col.5.de dilation.& Felin.in locis superius citatis, & in c. Cæterum, col.9.eodem tit. Imol.in l.si quæramus, in 3.limitatione, ff.de testament. Butr.in cap.si duobus,col.4.de appellat.vbi Dec.num.40.

Cautius tamen erit, in vtroque casu pronunciare expresse se iudicem competentem. Ruin. dicēs Communem,cons.117.num.18.vol.5.

20 Ex quibus infertur † ad cap. Quia nonnulli, de Rescript. vt eius dispositio procedat etiam parte non opponente, gloss. singularis, in cap. Dispendia,in verbo, Processus, de rescript.libro sexto, quam dixit singularem Roman.Singul. 347. Dicit Papa.

Limitatur secundo loco id, quod in 2. Con-
21 clusione dictum est, vt † valeat processus respectu contumaciæ contra absentem; vt procedat in iurisdictione prorogabili, tacitè, vel expresse, secus si nullo modo prorogari possit, prout in iudice laico contra Clericum, quem punire non potest, etiam ratione contumaciæ in multando. Ioan. And.in Regula, Scienti, in fine, de regul.iur.libro sexto. Perusin. in cap. Si duobus,in gloss. Cognouit, de Appellation. vbi Dec. numero quadragesimoquarto, Abb.in cap. si diligenti, col. finali, de foro competenti. Bald. in l.generaliter, col.2. versic. per hoc soluitur, C. de Episcop.& Cleric. licet Bart. aliter sentire videatur, in l.3.ff.de iudic.

22 Ex quo sequitur Corrolariè intellectus † ad l. si quis ex aliena, in primo casu, ff.de iudic. vt procedat, quando potest esse iudex, licet in veritate non sit, secus si nullo modo potest esse iudex, prout Laicus contra Clericum: quia nec eum multare potest, etiam ratione contumaciæ, adeo est incompetens. Dixi superius quæstione vigesimatertia, huius trigesimætertiæ, quæstionis principalis.

Limitatur tertiò à multis hæc secunda Con-
23 clusio, vt † non procedat, quando pars præsens, sciret defectum iurisdictionis, & de eius commodo ageretur: quia tunc non valeret processus, Abb. in cap. si duobus, ex doctrina Calderini, in cap. ad probandum, de re iudic. vbi litigans sciens ter coram Excommunicato so erato, non debet aliquod commodum reportare, & ibi Doctores sequuntur Communiter, Idem Abb. in cap. post cessionem, colum. penultima, de Probation. in cap. Dilectus, el secondo, colum. 2. de Præbend. Butr. in cap. Scitcitatus, de Rescript. in casu nostro non videtur accommodari posse id, quod dicit Abbas: quia cum Iudice excommunicato est prohibita communicatio, vnde parti scienti imputandum est, secus in casu nostro, in quo nō erat defectus Excommunicationis, & semper contra contumacem præsens aliquod commodum reportat: vnde ratio Abbatis non videtur admodum concludens, generaliter loquendo.

24 Tertia principalis Cōclusio sit. Si † Iudex sciebat defectum suæ iurisdictionis, & erat iurisdictio elidibilis, excipiendo, tunc valet processus factus contra absentem, & contumacem. Dec. in cap. Si duobus, num. 48. de appellation. ex l. sermo inuito, §. cum Prætor, ad Trebellian. secus si ignorabat se esse Iudicem per exceptionem elidibilē, quia valet processus etiam in negotio principali contra absentem & contumatem factus, ex allegata l. si forte de offic. Præsid. & cap. Audita, de Restitutione spoliator.

25 Quarta principalis Conclusio sit. † Si actori non competebat actio, sententia lata contra absentem non valet, siue Iudex sciat, siue ignoret, Abb. in d. c. Si duobus, colum. 2. per l. sed & si Prætor, §. Marcellus, ff. de iudic.

Contrarium videtur isto casu, in quo Iudex in se habebat Iurisdictionem, & licet Iudex repellere debeat actione carentem, l. vbi pactum, C. de Transaction. tamen non cogitur, nec omittendo, in Syndicatu tenetur, vt notabiliter dicit ibi Castrens. in 4. Notabili, num. 7. vbi Curt. in Addition. dicit, hoc esse dictum valde singulare, licet Ias. num. 19. aliter sentiat, per l. non quidquid, ff. de Iudic. vbi Angel. pariter reputat valde notabi-
26 le, inferens, quod † licet Iudex publicatis attestationibus possit repetere testes, vt suum dictum declarent, non tamen cogitur ad hoc. Nec obstare videtur textus in l. si Prætor, §. Marcellus, ff. de Iudic. quia loquitur quando Iudex ex falsis allegationibus deciperetur, & sic data scientia Iudicis.

27 Quinta principalis Conclusio sit in materia contumaciæ, vel absentiæ, † si alicui in absentem competebat actio mero iure, sed elidibilis per exceptionē, valet processus, siue Iudex sciat, siue ignoret, Dec. post Abb. in c. Si duobus, num. 52. de appellationibus.

Except. XXII. Quæstio XXIV.

S V M M A R I V M.

1 *Cautionem præstans de stando Iuri, & iudicatum soluendo, non censetur consensisse in iurisdictionem.*

Sed numquid per cautionem † de stando Iuri, & Iudicatum soluendo, censetur quis sibi præiudicasse, quo minus de incompetentia opponere possit? vtique non: textus notabilis secundum Castrens. ibi, in l. vir bonus, ff. iudicatum solui, vbi Castrens. dicit hoc esse verum omni casu, vel propter defectum Iudicis: quia Iurisdictione carebat; vel propter defectum agentis, quia agere nō poterat; quia Bannitus, vel Excommunicatus; vel propter defectum actionis in se, quia competebat, sed erat inualida; dicens hoc perpetuo notandum. Bald. in l. 2. num. 4. C. de bonis authoritate Iudic. possidend. vbi dicit, quod talis satisdatio habet tacitam conditionem, si parere tenetur, sine suo præiudicio. Papiniens. in forma declinatoriæ, in gloss. nec fuisse, Iudicem, num. primo. Aretin. consil. 84. Butr. in cap. primo, de re iudicata. Notatur in Authentica, Offeratur, C. de litis contestatione. Alex. in l. 1. num. 6. ff. si quis in ius vocatus non ierit.

Except. XXII. Quæstio XXV.

Exceptio incompetentiæ opponi potest, si Iudex est competens, sed modus incompetens.

Pone, quod Iudex est cōpetens, sed modus incompetens, an possit de nullitate opponi post sententiam? vtique sic. Bald. in l. licet, numero 6. C. de Procurator. exemplificans in Iudice, & Accusatore, dicens perpetuo notandum, & se in facti contingentia habuisse.

Except. XXII. Quæstio XXVI.

Domini Fulginatenses concesserunt Represalias contra Dominos Tudertinos, qui versa vice, contra eos quid de nullitate dicere volebant; Angel. consuluit quod non, 119. ratione æqualitatis seruandæ; commendat, & sequitur Additionator ad Bald. in l. vltima, C. de Exceptionibus.

Ex-

Except. XXII. Quæst. XXVII.

De ignorantia propriæ Iurisdictionis.

SVMMARIVM.

1 *Sententia lata per Principem credentem se non esse talem, valet, & tenet,*
2 *Princeps loquitur per os Dei, cuius est delegatus.*
3 *Princeps est quidam quasi Deus inter homines.*
4 *Princeps non præsumitur errare.*
5 *Princeps cognoscit causam vt Deus,*
6 *Iura positiua degenerant in actu, & sententia Principis.*
7 *Priorum, & Antianorum Ciuitatis factum valet, licet credant se talem potestatem non habere.*
8 *Declara vt hic,*
9 *Sententia lata per iudicem ordinarium ignorantem se esse talem, est nulla.*
10 *Amplia vt hic,*
11 *Errans, & ignorans æquiparantur.*
12 *Dubius in conscientia, nõ dicitur facere contra cõscientiã,*
13 *Procurator ignorans se talem, facit actum nullum.*
14 *Iudex ferens sententiam, vti Delegatus, cum esset Ordinarius, vel e cõtra, reddit eam nullam, & poterit iterum sententiare vt num. 16.*
Declaratur vt ibi num. 15. 17. & 18.
Declaratur vlterius vt num. 19.
20 *Iudex delegatus ignorans fundamentum suæ iurisdictionis, nulliter sententiat.*
21 *Sententia Delegati iudicis qui asserebat se delegatũ Episcopi, cum esset Archidiaconi, inualida est & nulla.*
22 *Amplia & declara vt hic, & num. 23. & seq. in iudice ordinario, & delegato,*
25 *Iudex procedendo contra aliquem vti cõtumacem, quem ignorabat eo tempore esse talem, quia nuncius non retulerat eũ citasse, processus & snĩa tali casu sunt nulla.*
26 *Cautela est vt iudex in sententia dicat: Visis citatione, et contumacia.*

Idimus superius, in materia contumaciæ, de iudice ignorante suam iurisdictionem, sententiante contra contumacem; nunc generaliter loquendo, videre placet de iudice ignorante suã iurisdictionem, an sententia lata contra aliquem, valeat, ita vt de nullitate contra aliquem dicere non possit, in executione facienda; & in hoc considerari solent plures casus.

1 Primus est, in eo, qui † Principis iura obtinet, & tunc snĩa per eum lata, tenet, licet ignoret suã potestatem, vel erret, & credat nõ valere; Menoch. de arbitrar. q. 75. in princip. ex l. qui se pupillũ, ff. de acquir. hæredit. qui text. iuncto intellectum Pauli Castr. ibi, bene probare videtur, ibi. n. reuera erat pubes, & sic vere adire poterat, putabat tñ se pupillum, & sic sine tutore adiri nõ posse, tamẽ veritas, & sic ꝙ potuerit adire, præualet falsæ opinioni; poterat igitur ex sua potestate Princeps ita snĩare, putabat tñ non valere, & veritas præualet opinioni; snĩa igitur valebit, nec in executione de nullitate dici poterit.

2 Sed circa hanc primam Conclusionem dubitationem facit: quia † Princeps loqui præsumitur per os Dei; vnde Dei iudex delegatus dicitur, vt in Auth. de hæred. & Falcid. in princip. Barbac. cons. 24. col. 1. lib. 2. cons. 1. col. 3. & Aristotel. lib.
3 3. Politicor. c. 9. dixit Principem † esse quasi Deũ quẽdam inter homines, & quemadmodũ Deus est ipsa veritas, c. Cum esses, de testamẽt. & apud Matthęum: Ego sum via, veritas, & vita ita etiam veritate moueri pſumitur Princeps, nõ aũt mẽda
4 cio vel † errore, vt scripsit Soc. cõs. 69. nu. 20. lib. 1.
5 Hinc quando † Princeps cognoscit de aliqua causa, dicitur cognoscere tamquam Deus, sicuti tradunt Decius, cons. 463. in fine. Bellamera, cõs. 63. nu. 7. Gram. decis. 62. nu. 30. Crauet. cõs. 318. n. 4. Menoch. de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 10. n. 6.
6 Et omnia iura † positiua degenerãt in actu, & sententia Principis, cap. In nostra, de sepultur. Socin. cons. 39. col. penult. vers. & probatur optime, lib. 5. quõ igitur dabitur in iuris intellectu, quod Princeps in sententiando errauerit, credendo non valere quod egit.

7 Secundus est casus in † Antianis, & Prioribus Ciuitatis, quibus datũ est omnimodum arbitr. ũ sub pacifico statu Ciuitatis; nam ab eis actum valet, etiam si credant nõ valere, Bal. in l. falsus, col. 4. in fine, vers. ad primum redeo, C. de furtis. Bar. disputat. 5. Adunantia.
8 Declaratur † hic secũdus casus, vt procedat, si actus nudi officij a necessitate pendeat, secus si a voluntate, ita pulchre Bal. in citato loco, ex l. quæro, ff. de eo qui pro tutore, & l. 2. §. 1. ff. de iudic.
9 Tertius est casus † in iudice ordinario, qui si ignorat defectum suæ iurisdictionis, sententia per eũ lata est nulla, Bar. in l. 2. nu. 2. ff. de iudic. tangit in l. sed & si de sua, in fine principij, ff. de acq. hæredit. in l. multum interest, nu. 2. vbi Castrens. nu. 3. Socin. nu. 7. attestatur de Communi, ff. de cõdit. & demõstrat. Fel. in c. Ecclesia Sanctæ Mariæ, de Const. in c. Officij, nu. 8. de Præscript. Paris de Puteo de Syndicatu, §. iudices rerũ, col. 3. vers. si iudex nõ est certus. Alex. cõs. 40. col. 3. vers. vltimo principaliter, lib. 7. Crauetta, cons. 134. num. 4. Et hęc est Cõmunis, & vera opin. Vant. de nullitate ex defectu iurisdictionis ordinar. nu. 165. Decius in cap. prudentiã, in principio, vers. vltimo, Abb. de Offic. delegati, in cap. Quoniam contra, col. 12. de probat. Soc. senior, cons. 39. in fine, lib. 4. Felin. in cap. Si Clericus laicum, col. 1. versiculo, & pro Communi facit, de foro competenti, in capituo, Sciscitatus, columna sexta, de rescriptis.
10 Ampliatur † iste tertius casus nedum in ignorante, sed simpliciter dubitante, Felin. in capit. Sane, numero decimotertio, de foro competenti, post Ancharan, quem citat Vantius de nullitate ex defectu iurisdictionis ordinar. numero 169. per l. sed & si de suo, ibi: an testamentum valeat, dubit. de acquiren. hæredit. Roman. Singu-
11 lari 14. Et ratio videtur: quia † errans, & ignorans æquiparantur, l. finali, §. idem quæsitum, ff. de condict. indebiti, l. finali, §. sin autem nescius, vbi Bald. numero octauo, C. de furt,

furt. Iaſ. in l. ſi per errorem, num. 9. ff. de Iuriſdict. omn. iudic. in l. 3. §. genera, num. 17. ff. de acquir. poſſeſſ. latè in l. quam diu, numero 2. C. qui admitti, in l. qui in aliena, §. is, qui putabat, numero 8. ff. de acquirenda hęredit. vbi ſummoperè commendat. Enchirid. Parium, in verbo, dubius, vbi reputat valde notatu dignum. Hinc dicebat Bal. in cap. bonæ, el ſecondo, numero 11. de Poſtulat.
12 Prælat. quod † dubius in conſcientia, non dici-
13 tur facere contra conſcientiam, ſic in † Procuratore dubitante reſpondit Bart. conſil. 173. numero 2. Alexand. conſil. 14. numero 4. lib. 1. melius conſil. 146. num. 21. eodem libro.

14 Ampliatur † ſecundo, vt procedat eo caſu, quo errat circa Iuriſdictionem, vt quia haberet Ordinariam, & crederet ſe Delegatum vel è cōtra, quia ſententia eſt nulla, ita crebrius receptũ creditur ex Felino, in cap. Ex officij, num. 25. de Præſcript. Vant. de Nullitate ex defectu Iuriſdictionis ordin. num. 170. argum. d. l. quæro, ff. de eo, qui pro tutore, & l. quod hæres, ff. famil. erciſcundæ.

15 Et hoc verum † eſt concurrente vtroque errore, ſcilicet Iudicis, & litigantium, ſecus ſi Iudicis tantum, Angel. in l. conſenſiſſe, numero 2. ff. de Iudic. in repetit. l. falſus, in vltima quæſt. numero 26. & 27. C. de furtis.

16 Poterit tamen † Iudex, qui tulit ſententiam nullam, iteratò ſententiare, etiam contrarium primæ. Alberic. in l. ſed & ſi in ſeruum, §. ſed ſi Iudex, colum. finali, verſic. Item quærit Iacob. ff. de arbitr. dicens habuiſſe in facto Bononiæ, ſed eſſe parui honoris, eſt Gloſ. ſingularis ſecundũ Bald. & Angelum, in l. vltima, C. de ſentent. quæ ſine certa quantitate, Gloſ. melior de iure, ſecundum Ioan. de Plat. ibi, in l. Grammaticos, C. de Profeſſor. & Medic. lib. 10. latè Rebuff. ad l. quod iuſſit, in ſecundo notabili, num. 131. in 4. fallentia, ff. de re iudicata, fol. 180. in paruis, vbi limitat, non procedere in delegato, & ita tenuit Rota 341. in nouiſ. aliàs 16. de re iudicata.

17 Declaratur † in Iudice qui vtramque poteſtatem haberet, ordinariam, & delegatam: quia ſimpliciter procedendo, videtur eo meliori modo procedere quo poteſt, & debet, ad hoc, vt actus ſuſtineatur. Felin. in d. c. Ex officij, num. 3. ex regula l. 3. ff. de milit. teſtam. Roman. Singulari 15. vbi Apoſtillantes dicunt eſſe Communem opinionem, reprobata opinione Federici de Senis conſil. 130. in fine.

18 Limitatur, † niſi ex actis contrarium appareat, puta, ſi dicat: Ego talis Iudex in tali cauſa, & ita habeatur conſilium Feder. per Felin. in cap. Ex officij, colum. 13. ſub num. 34. de Pręſcript. Alciat. Reg. 3. præſumpt. 35. num. 6. dicens valde notandum, Clauſulam, Omni meliori modo, auferre omne dubium.

19 Declaratur † ſecundo, non procedere, cum error, vel ignorantia verſatur circa aliquam qualitatem ipſius Iuriſdictionis, Bart. in l. multum, numero 2. & ibi Socin. num. 9. ff. de condit. & demoſtrat; & conſil. 39. in fine, lib. 4. Ang. in l. 2. §. 1. ff. de Iudic.

20 Quartus † eſt caſus in iudice delegato: nam ſi ignorat fundamentum ſuæ Iuriſdictionis, ſententia per eum lata erit nulla; ita omnes, in cap. cum ſuper, de offic. delegati, in cap. Cum ex officij, de præſcript. vbi ſcriptum reliquit Innocent.
21 † ſententiam illius delegati eſſe nullam, qui dixerat ſe eſſe delegatum Epiſcopi, cum eſſet Archidiaconi. Commendat Alexand. conſil. 213. num. 10. lib. 2.

22 Ampliatur † hæc Concluſio; & quintus hic caſus, quando error verſatur circa aliquam qualitatem, vel adminiculum Iuriſdictionis, Imol. in d. l. multum, ea ratione: quia ſcit delegatus ſe habere Iuriſdictionem limitatam, ca. P. & G. de offic. deleg. l. 2. §. 1. ff. de Iudic.

23 Declaratur † hic caſus, vt non procedat in Iudice Ordinario; ita de Communi atteſtatur Socin. in d. l. multum, num. 9.

24 Declaratur † ſecũdo, in Iudice Delegato ignorante prorogationem temporis, ſecus ſi ignoraret prorogationem de perſona in perſonam, vel de re, ad rem, ita Socin. in citato loco, & ratio diuerſitatis aſſignatur: quia qui ignorat prorogationem temporis, dicitur errare in fundamento ſuæ Iuriſdictionis, ſecus in perſona, vel re; ſequitur Menoch. de arbitr. quæſt. 75. num. 12. vſque in finem.

25 Et iuxta prędicta poſtea infertur, † quod ſi Iudex proceſſit contra aliquem tamquam contra contumacem, quia ignorabat eo tēpore eſſe contumacem, cum vere nuncius eo tempore eum citauerit, ſed nondum retulerit, quod proceſſus, & ſentententia eſt nulla, ita Bart. in d. l. multum, num. 4. per l. hæc autem, §. 1. ff. ex quibus cauſis in poſſeſſionem eatur, in verſic. non defendi pupillum, conſtare debet Prætori. Vnde Cautela
26 eſt † vt Iudex in ſententia dicat: Viſis, Citatione, & Contumacia. Sequitur Bald. in l. ſed & ſi de ſua, vbi latè Alexan. ff. de acquir. hæredit. Abb. in cap. Quoniam contra, colum. 7. de Probat. in c. P. & G. de offic. deleg. in cap. finali, colum. 8. de foro competenti, in cap. Ad noſtram, el terzo, de re iudic. & in cap. Ex officij, colum. 12. de Præſcription.

Quę Concluſio vera eſt, niſi aliquod ex iſtis concurrat; Primò, niſi aliquo modo de contumacia cōſtet, ex Baldo, in l. falſus, col. finali, C. de furt. & Caſtrenſ. in d. l. multum, nu. 9. non enim nuncij malitia in differendo nocere debet. Secũdo, niſi ſimus in actibus voluntariæ Iuriſdictionis, in quibus magis inſpicitur veritas, ex Baldo in Authent. Matri, & auiæ, in fine, C. Quando mulier. Bart. in l. tutor petitus, nu. 5. ff. de Tutor. & Curator. dat. ab his. Alexan. conſil. 261. col. 2. vol. 5. Gabr. de Citatione, Concluſ. 1. Ampliat. 92. num. 281, vel niſi ſimus in Principe procedēte; ex Imol. in cap. Ex tenore, de foro competenti; vel niſi actus fieret parte præſente, ex Bald. in l. prolatum, C. de ſentent. & interlocut. omn. iudicum; vel periculum eſſet in mora; vel ſtylus eſſet in contrarium, ex Socinio, in d. l. multum, columna vltima.

Exce-

Except. XXII. Quæstio XXVIII.

Plurium Iudicum vel Arbitrorum simul non conuenientium.

S V M M A R I V M.

1 *Iudices plures ordinarij dicuntur habere Iurisdictionem in solidum, vnde vnus solus à principio se intromittere potest.*

2 *Extende non solum procedere in Iurisdictione voluntaria verum etiam in contentiosa.*

3 *Hinc infertur, quod si Episcopo dentur duo coadiutores, dicuntur habere Iurisdictionem in solidum, & sic ordinariam.*

4 *Extende secundo, si vnus habeat generalem, alter vero specialem.*

5 *Iudices ordinarij si plures sunt, vnus solus qui cœpit, cognoscere potest, alter non; si vero omnes cœperint, tunc vnus sine alio expedire non potest diffinitiuam, secus interlocutoriam.*

6 *Iudices plures si proferant diuersas sententias, quæ præferatur. Exemplificatur procedere & in dote, testamento, & matrimonio.*

7 *In dubio præfertur ea quæ pro reo lata est.*

8 *Si sunt plures delegati, præualebit illa, quam committens confirmabit.*

9 *Quid in causa à lege commissa vt vniuersis.*

10 *Quid si consuetudo sit in contrarium.*

11 *Iudices plures in pronunciando se incompetentes, simul conuenire debent.*

12 *Iudex ordinarius solus potest citare, & cognoscere, Delegatus vero minime.*

13 *Quid in Arbitris ad idem quod de Delegatis vt supra. Quid in Iudice adiuncto, ibidem sub eod. num. 13.*

14 *Delegato mortuo, exspirat Iurisdictio quo ad omnes.*

15 *Ampliatur hæc conclusio in pluribus Arbitris, ex quibus uno mortuo, exspirat Iurisdictio quo ad omnes, & nouum faciendum est compromissum & num. seq.*

16 *Noua facienda est commissio de omnibus.*

17 *Delegatis omnibus mortuis, recurritur ad commitentem.*

18 *Clausula, Quod si non omnes, vel, Quod si ambo, quid operetur.*

19 *Delegati iurisdictio non exspirat, si vnus tantum se intromisit, ille enim sufficit, licet alij moriantur.*

20 *Quid si commissio sit facta sub nomine dignitatis perpetuæ.*

21 *Delegato impedito longo impedimento, non vlterius est expectandus, sed alius est subrogandus.*

22 *Delegato vno ex pluribus impedito, Iurisdictio omnium est in suspenso, donec alter a Delegante subrogetur loco impediti, vt ibi.*

23 *Delegati cum Clausula, Quod si non omnes, si vnus sit impeditus per modicum expectatur.*

24 *Aduocatus, uel Procurator absens, uel aliter impeditus, per modicum expectari debet, & non solum, sed restitutio datur, ut num. 25.*

26 *Restitutio prædicta quomodo competat, et quæ dilatio detur.*

27 *Aduocati absentia non rescinduntur iam facta.*

28 *Actor, vel reus si malitia notarij Instrumentum in tempore non produxit, restituitur.*

29 *Idem quando negligentia notarij non examinauit testes in tempore.*

30 *Arbitro vno impedito, an alter laudum proferre possit, vel alium debeat expectare.*

31 *Quid de iure Ciuili, vel Canonico in casu præmisso ibi: & sequenti, vsque ad numerum 37. vbi examinatur cap. finale, de Arbitris, lib. 6.*

37 *Inhabilis in quibus actibus præiudicet habili ibi, vsque ad num. 40.*

40 *Delegatus non potest committere alteri votum animi sui, & sententia sic lata, est nulla.*

41 *Limita in Delegato à Principe, qui potest subdelegare, & committere votum animi sui.*

42 *L. à Iudice, C. de Iudicibus, ampliatur.*

43 *Sententia est nulla si ex tribus duo sententiauerunt alio Iudice absente, qui in discussione causæ interfuit.*

44 *Declaratio l. qui potest inuitis, ff. de reg. iur.*

45 *Sententia lata per duos ex tribus deputatis cum Clausula, Quod si non omnes, est nulla, non consito de impedimento tertij.*

46 *Impedimenti scientia an requiratur.*

47 *Ratificatio tertij nihil operatur, nisi in continenti fuerit facta à ratificante præsente.*

48 *Si Iudices omnes delegati sint præsentes, & duo sententiauerunt vno modo & tertius alio modo, quid attendendum.*

49 *Quid in beneficialibus.*

50 *Partes non possunt conuenire, quod vnus solus ex delegatis procedat, quia substantialibus iudicij partes renunciare non possunt, ibidem.*

51 *Delegatus cum alijs cum Clausula, Quod vos, vel aliquis vestrum, solus sententiare potest.*

52 *Quomodo procedat, & quando, declara vt hic, & num. sequenti.*

54 *Delegati plures, si diuersas ferant sententias, quid agendum.*

55 *Quid in Arbitris electis ex forma Statuti.*

56 *Declaratur præualere sententiam maioris partis, quando non sunt in pari numero.*

57 *Iudices ordinarij si diuersas ferant sententias, quid agendum.*

58 *Diuersitatis ratio inter Iudices Ordinarios, et Delegatos, ibi, & num. seq.*

60 *Delegati debeat esse præsentes, & sententiantes, nec sufficit præsentia tantum.*

61 *Declara vt hic.*

62 *Iudex cui de causa non liquet, non cogitur iudicare, etiam in casu præfixi termini ad iudicandum.*

63 *Declara procedere, quando constat de eius diligentia, & non culpa.*

64 *Vniuersitatis, vel Collegij Iurisdictio non est apud singulos, sed apud Corpus ipsum Collegij, & Vniuersitatis.*

65 *Appellatur in materia quotidiana & practicabili sufficere in Antianis idem esse in maiori parte ipsorum.*

66 *Declara vt hic, & pluribus modis vsque ad num. 70.*

70 *Vniuersitatis seu Collegij Iurisdictio, quatenus respicit ius, est apud Corpus tantum, quatenus autem respicit factum, est apud singulos.*

71 *Vniuersitati vel Collegio debent esse præsentes duæ ex tribus partibus.*

Hinc

72 *Hinc infertur, quod in Instrumento debet scribi, interfuerunt duæ partes ex tribus.*
73 *Sublimita in casu, quod sint aliqui contumaces: quia tunc iurisdictio, & facultas residebit apud alios, licet nō sint duæ partes ex tribus.*
74 *Declara, vt ibi per rationem, & num. seq.*
75 *Ius accrescendi habet locum in vocibus, morte, priuatione, vel contumacia, ibi, & num. sequenti.*
77 *Heredes Comitis, Baronis, vel similium, an habeant iurisdictionem in solidum.*
78 *Mercatores plures si per unum exercent, quilibet tenetur in solidum.*
79 *Pluribus electis, vno absente, vel se excusante, iurisdictio apud collegam acceptantem remanet.*
80 *Si vnus ex pluribus qui cæpit cognoscere sit impeditus, poterit per alium collegam expediri.*

N materia exceptionis ex defectu Iurisdictionis, ad impediendam executionem sententiæ, quæro in materia plurium Iudicum, an sententia vnius sine altero valeat, ita, vt de nullitate opponi possit ad impediendam executionem sententiæ. tractatus frequēs, & vtilis tam in iudicibus Ordinarijs, quam Delegatis, ad l. Pomponius, aliàs si vni, cum legibus sequentibus, ff. de re iudic. & ordinatè procedendo ponam nonnullas vtiles Conclusiones.

1 Prima sit Conclusio si † sunt plures iudices ordinarij habentes iurisdictionem ordinariam, dicuntur eam habere in solidum, vnde vnus solus se à principio intrommittere potest, l. 1. ff. de offic. Consul. vbi Bart. dicit esse mirabilem legem, & ibi Alberic. in primo Notabili.

Ampliatur vt Conclusio vera sit, & procedat,
2 † tam in iurisdictione voluntaria, quam contentiosa, vt mirabiliter extendit illam legem glos. in l. Pomponius, in glos. mag. circa medium, versic. item cum hic, vbi Castrens. colum. 3. in principio. Alex. numero quinto, Ias. numero quarto, attestans hanc esse Communem opinionem, ff. de re iudicata.

3 Hinc postea † infertur, quod si Episcopo senio confecto dentur à Sum. Pontifice duo Coadiutores, dicūtur habere iurisdictionem in solidum, cū habeant iurisdictionem ordinariam, vt per Alberic. in d. l. 1. col. 1. in fine.

4 Ampliatur † secundo, etiam si essent duo iudices ordinarij, vnus habens generalem, alter specialem iurisdictionem, Bar. in l. 1. C. de offic. Præfecti vrb. Felin. in cap. Pastoralis, de offic. ordinar. in cap. ceterum, col. 3. de iudic. in cap. prudentiā, num. 43. de offic. delegati.

5 Et hæc Conclusio limitatur, & vera est, si vnus ab initio fuit aditus, & cępit cognoscere, secus si omnes cęperint: nam tunc vnus sine alio expedire non potest causam per diffinitiuam sententiā, secus per interlocutoriam, vt in d. l. Pomponius, vbi Alex. & Ias. num. 5. vbi dicunt esse casum valde singularem.

6 Et si duo Ordinarij duas † diuersas ferant sententias, valet fauorabilior, cap. finali, de re iudic. libro 6. vbi exemplificat in dote, testamēto, & matrimonio.

7 In † dubio tamen ea venit præferēda, quę Reo conuento suffragetur, & faueat.

8 Sic etiam † pluribus datis ad causam expediendam Delegatis, illa venit præferenda sententia quam committens confirmauerit.

9 Limitantur prædicta, nisi causa esset à lege cōmissa, vt vniuersis, ita Bald. in d. l. 5. ff. de Consul. num. 4. quæst. 4. ponens exemplum, si statutum dicat quod Consules Mercatorum cognoscant de furtis Mercatorum, nam omnes simul conuenire debent.

10 Limitatur secundo, nisi Consuetudo sit in cōtrarium, per Bald. ibi. quæst. 6.

11 Limitatur tertio, in pronunciando se incompetentes: nam in hoc omnes simul conuenire debent, vt per Abb. & post eum Felin. colum. 1. in 4. limitatione, in capit. Prudentiam, in principio, de offic. delegati.

Et dicebat Tremol. ad Practicam Bonacursii, in titulo, Quibus mod. citatio impune, numero
12 4. quod † vnus ex Ordinarijs solus potest per se citare, & cognoscere, delegatus autem non.

13 Et quod † dictum est in delegatis, diuersas sentētias ferentibus, idem statuēdum est in Arbitris. Ias. de magis Cōmuni, ad l. duo iudices, n. 10. ff. de re iudic. Addo casum quotidianum, si detur adiunctus iudici, & ferantur diuersæ sententiæ, præualet sententia iudicis, licet adiuncti sint plures numero. Franc. March. decis. 295. parte 2.

14 Secunda principalis Cōclusio sit. Mortuo vno ex pluribus Delegatis, exspirat iurisdictio quo ad omnes, cap. vnico, de offic. delegati.

Ampliatur hæc Conclusio etiam in pluribus arbitris, vt mortuo vno tantum, iurisdictio exspi-
15 ret quo † ad omnes, & ob id talj casu nouum faciendum est compromissum, vt in dicto capit. habetur.

16 Ampliatur secundo, † vt sufficiat subrogare alium, sed est facienda noua de omnibus commissio, & nouum de omnibus cōpromissum: ita interpretatur d. c. vnicum, Castrens. in d. l. Pomponius, col. 2. in princip. dans pro Cautela, vt ex morte vnius non recurratur pro subrogato alterius, quia hoc non sufficeret, sed de nouo fit commissio, & compromissum.

17 Limitatur primo † vt Conclusio procedat, si vnus moriatur, secus si omnes, quia tunc procedat l. placet, C. de pedan. iudic. quam sic declarat, & intelligit Ias. in l. duo, nu. 3. ff. de re iudic. si igitur omnes moriuntur recurritur ad cōmittentē.

18 Limitatur † secundo, nisi in Commissione sit apposita Clausula, quod si nō omnes, vel quod si ambo, Archidiac. in Canone finali, distinctio. 45. dicens ita seruari per Curiam Romani.

19 Limitatur † tertio, nisi vnus tantum se intromisisset, iuxta cap. Cum plures, de offic. delegati, lib. 6. ille enim sufficit, licet alij moriantur.

20 Limitatur † quarto, nisi Commissio esset facta sub nomine dignitatis perpetuæ, iuxta capitulū, Quoniam Abbas, de offic. delegati. Specul. in titulo de legat. §. restat, numero octauo. Hostiens. in Summa, eodem titulo, numero vndecimo, Sebastian. Medic. de Morte, Conclus. 31. num. 85. parte 1.

Tertia principalis conclusio sit ad l. si longius,
21 In princip.ff.de iudic.† Si Iudex delegatus impediatur longo impedimento, non est vlterius expectandus, sed alius loco ipsius subrogandus.

22 Ampliatur hæc Conclusio,† siue sit vnus Delegatus,& ipse sit impeditus, siue sint plures Delegati, quorum vnus sit impeditus longo impedimento, nam aliorum Iurisdictio est in suspenso, donec detur à delegante alius, ita sentit post Bar. ab eo allegat. Castrens.in l. Pomponius, aliàs, si vni, num.2.in fine, ff. de re iudic. vnde aut vnus ex pluribus datis Iudicibus est impeditus ex se, vel à delegante; Primo casu non possunt alij non impediti iudicare, sed debent expectare vt alius subrogetur loco ipsius impediti; aut est remotus, vel suspensus à Delegante, & tunc alij ex se iudicare poterunt, ita Castrens.in d.l.si longius, num. tertio, & ita procedat text.in l.cum Prætor, ff.de Iudic.

23 Ampliatur secundo, id quod dictum est † de modico tempore in expectando, vt procedat etiam in pluribus delegatis cum Clausula, Si non omnes; nam per modicum tempus expectare de benr.Innocent.in cap. Prudentiam, de offic.delegati.Bald.& Castrens.in l.placet, C.de Iudic.

Ampliatur tertio, id quod dictum est de modi
24 co tempore idem esse in absentia † vel alio impedimento Aduocati, vel Procuratoris, quo casu expectari debet, l.ait Prætor, §.fin.vbi Bart.numero 2.Alber.numero 1.& idem Alberic.in l.ab hostibus, §.sed quod simpliciter, num.3. ff.ex quibus causis in possessionem eatur.

25 Subampliatur vt dilatio detur: immò † & restitutio in Aduocato quærendo, quam quæsitio impedimento, & ita Cõmuniter practicatur, Alberic.in l.velamento, C.de postulando.

26 Declaratur vt † non restituatur ad totam causam, ex tali absentia, vel impedimento, sed detur competens dilatio ad expediendum quod expedisset, si Aduocatus præsens non fuisset. Fulgos. in l.1.C.de repudian.bonor.possessione.... de restitutione in integrum q.13.art.8.num.32.

Declaratur secundo, vt facta non rescindan-
27 tur sub velamento absentiæ † Aduocati, l. velamento, & ibi not. Alberic. C.de postulan.vnde ad propositum executionis sententiæ de qua agimus, non impeditur; & hoc quod fuit lata absente Aduocato, vel Iudex non vidit allegationes iuris, vt ibi not. Baldus.

28 Nec vnum in practica vtile omittam, quod prædicta sæpius in facto occurrunt, prout etiam quando quis non potest habere Instrumentum, & opportune producere ex malitia notarij, qui sæpius officiunt parti contra quam producitur; nam ex hac mora competit restitutio. Cuman. consil.156.num.4.Castrens.consil.135.in fine, lib. 2.concordant.366.Bart.& alij, in l.argentarius, §. cum autem, ff.de edendo.

29 Prout † etiam, quando non examinauit testes in tempore desidia Notarij, Maurit.de restitut.in integrum, cap.408.

30 Declaratur Conclusio, † vt non procedat in Arbitris, qui requisito impedito non tenentur expectare, sed laudare poterunt; & hoc videtur clarum de Iure Canonico, ex capitulo vltimo, de Arbitr.lib.6.licet secus de Iure Ciuili, per l.si in tres, vbi Bart.ff.de Arbitris.

31 Quæ differentia † Iuris Ciuilis, & Canonici mihi non videtur probari, capitulum enim finale, de arbitris, disponit duo antequam alij possint laudare.

32 Primum † est, quod absens sit requisitus; secũdum quod non sit legitimè impeditus; Lex Ciuilis non excludit hæc duo, dicit enim quod non valet laudum tertio absente, sed non specificat si absens fuit requisitus, vel sit impeditus, nec ne.

33 Ex illo contextu † videtur posse inferri diuersitas inter Ius Ciuile, & Canonicum, & vtrunque ius innititur bonæ rationi; Ius enim Canonicum tendit ad lites finiendas.

34 Vnde † non curat de absentia tertij; Ius Ciuile considerat negocium realius discussum: nam vnus posset trahere alios in suam sententiam, & est bona & pulchra ratio circa veritatem inueniendam.

35 Sed si Lex Canonica † prout text. in d.cap.fin. exorditur, vult prouidere vt lites celerius expediantur, cur idem non disposuit in Iudicibus, sed reliquit intacta iura antiqua; nec ratio assignata à Io. Andrea in d. cap.fin. prouidet huic celeritari, si bene consideratur, sed solum dat rationem diuersitatis, & cum Arbitrorum potestas pendeat à compromisso, ideo videtur distinguendũ; quãdoque fit compromissum simpliciter in plures, & tunc videtur actum, vt omnes sententiam dicant, nec vnus sine alio, glos.notabilis in l.non distinguemus, §.cum in plures, ff.de arbitr.vnde necessaria est requisitio, iuxta cap.finale, superius allegatum.

36 Aliquando † in compromisso apponitur Clausula, Vos, vel alter vestrum, vel, Quod si non omnes, & tunc non est necessaria requisitio, iuxta gloss.in d.cap.finali, in verbo, electis, quam ibi cõmendat Franch.colum.2.circa medium; aliquãdo fit compromissum cum Clausula, Et quemlibet in solidum, & tunc non est necessaria requisitio, sed ex se quilibet altero non requisito laudare potest, iuxta l.non distinguemus, §.cum in plures, ff.de arbitr. Quandoque apponitur Clausula, Concorditer, & tunc laudare simul omnes tenentur, nec sufficit requisitio, vt dicit gloss.notabilis, in d.c.finali, de requisitione loquens, non habet locum stante Clausula, In solidum, si non omnes, nec supplet, vel sufficit, si adsit Clausula, Concorditer, &c.

Sed pone hic vnum ad intellectum d.capit.finalis, de arbitr.lib.6.& ad materiam incompetentię, de qua agimus, & est ni fallor vtilis indagatio. Sunt duo Iudices, vel arbitri, quorum vnus est incapax, quia Excommunicatus, vel quid simile, ferunt ambo laudum, vel sententiam, num sustineatur ex capite habilis & competentis? Crederem quod non, ex cap. Cum super, de officio delegati, vbi si in electione facta per Collegium, interuenit aliquis Excommunicatus, tota illa electio est nulla, ratione defectus illius solius Excommunicati, & facit consilium Calcan.86.vbi
37 tenet, quod † capaces, & habiles admittendo secum

cum inhabiles, etiam ipsi efficiuntur inhabiles, & incapaces, & l. Diuus, ff. de testam. militari, l. non ignorat, C. Qui accus. non poss. not. Bart. in l. 1. ff. quod vi, aut clam, & sic erit exceptio in execution sententiæ, ratione incompetentiæ vnius ex iudicibus tantum.

38 Sed in † contrarium facit text. in l. 1. vers. quid enim, ff. quod falso tut. auth. vbi si tutor falsus cum vero decretum interposuit, actus sustinetur ex vero tantum; Respondetur, quod aut sumus
39 † in actibus Vniuersitatum, & Collegiorum, tūc inhabilis concurrendo præiudicat. Ioan. And. in c. quod alicui gratiose, in fine, de reg. iur. libro 6. Abb. in cap. finali, in 4. colum. de procur. facit c. 2. de ętate, & qualitate, & Clementina 2. de regular. Aut sumus in iudicibus, arbitris, & similibus, & tunc si haberet potestatem in solidum, vnus inhabilis non vitiat, data scientia quod habilis possit procedere solus, & ita procedat text. in d. l. 1. secundum Abb. in capit. Cum super, sub numero 10. vbi Felin. numero octauo, de offic. delegati. Bellamera, decis. 30. Vant. de nullitate ex defectu iurisdictionis deleg. num. 183.

Quarta Principalis Conclusio sit. Si sunt plu-
40 res † iudices delegati, & vnus committat alteri animi sui votum, non per hoc eo absente sententia lata valebit, sed erit nulla, & in executione opponi poterit de nullitate, gloss. singularis, in l. si in tres, & in l. sequenti, ff. de arbitr. dicens ita practicari.

Ampliatur idem in arbitris, secundum Bald.
41 consil. 161. Limitatur † in Delegato à Principe, quia sicut potest subdelegare, l. à iudice, vbi Ias. numero vndecimo, C. de iudic. ita, & committere alteri animi sui votum, vt per Bald. in citato loco.

42 Et sit † habetur Ampliatio ad l. à iudice, in 2. parte, vbi Ias. & alij.

43 Quinta principalis Conclusio sit. Si † tres iudices fuerunt præsentes simul in discussione negotij, & sententiæ ferendæ, & fecerunt inuicem allegationes, & vnus non potuit trahere alios in suam sententiam, seu opinionem, si duo postea sententiam ferant illo absente, sententia erit nulla, ita, vt de nullitare in executione opponi poterit, Bart. in l. duo, in fine, ff. de re iudicata, vbi Ias. numero 6. dicit hanc veriorem opinionem, & licet esset ratio trahendi alios in suam sententiam iuxta l. si in tres, ff. de arbitris, militat adhuc alia: quia arbitri, vel delegati, simul iudicare debent; & hanc Bart. opinionem, sequitur Abbas, in cap. Causam matrimonij, colum. vlt. de offic. delegati, in cap. primo, de Arbitr. in cap. Rainaldus, in secundo notabili, de testament. consil. 77. volumine secundo, Bald. in l. item si vnus, §. finali, ff. de arbitris.

44 Et sic habetur † declaratio ad l. qui potest inuitis, ff. de reg. iur. vt non procedat, vbi data est forma à Lege, vel ab Homine, prout arbitris, vel iudicibus delegatis de simul sententiando, vno eodemq. contextu.

45 Sexta sit Conclusio. Si causa † committitur tribus Delegatis, cum Clausula, Quod si nō omnes, sententia duorū est nulla, non constito prius de impedimento, vel voluntate alterius, cap. Prudentiam, in princip. vbi Abb. num. 2. Butr. num. 3. Felin. num. 5. Decius, num. 8. de officio delegati. Papiens. in forma libelli in actione reali, in verbo, necnon, col. 2. in fine, glos. vlt. in cap. vlt. de arbitris, lib. 6. Et hæc est Communis opinio. Vant. de nullitate ex defectu iurisdiction. nu. 180. & tenet Rota Decis. 243. in nouis. ea ratione: ne detur materia figmentis. Quædam tamen Additio ad Rotam 166. in nouis. facit vnam rationem, per
46 quam videtur sentire, quod † non requiratur scientia impedimenti, quia iurisdictio residet apud iudices delegatos in solidum in habitu, licet in actu omnes conuenire debeant, iuxta l. si plures, C. de condit. inserta; per illam ergo Clausulam accrescit exercitium in solidum; sed in iure accrescendi in tam diuiduis non requiritur scientia: quia est de apenditijs rei principaliter scitæ, ideo valet, sicut quando fit per prorogationem, iuxta l. secūdam, §. primo, ff. de iudic. Sed in casu d. l. si plures, contrarium sentitur: nam implens acquirit pro vna rata tantum, & non acquirit partem aliorum nisi præcedat requisitio, vt sentiunt ibi Bal. numero vigesimoprimo, Castrens. numero quarto.

47 Ampliatur hæc sexta Conclusio, vt † nihil operetur ratificatio tertij, nisi fuerit præsens, & incontinenti ratificauerit sententiam duorum, Castrens. in l. Pomponius, numero octauo, ff. de re iudicata.

48 Ampliatur secundo, vt † si sint omnes præsentes, & duo sententiauerint vno modo, & tertius alio modo, quod exequi non poterunt illi duo, sine tertio, & poterit in executione dici de nullitate. Castrens. in citato loco, dicens hoc valde notabile.

49 Limitatur hæc sexta Conclusio † in beneficialibus, tūc enim vnus solus procedere potest, etiam si nesciat, alios duos nolle, vel non posse procedere: qa in isti vt beneficialibus veritas ex post facto cognita præualet opinioni. Rota Decis. 166. Si duo, in nouiss. 133. in antiquis. Bellamera, Decis. 359. vbi præsumitur scientia inter iudices. Felin. in c. Sciscitatus, col. penult. circa finem, vers. est tamen casus, de rescript. in c. Cum ex officij, nu. 29. de Prę script. Mars. in l. Patre, vel marito, numero 47. de quæstion. latè comprobans Curt. iun. cons. 63. colum. finali.

50 Sed pone, quod † partes conuenerint quod vnus ex iudicibus delegatis procedat solus, etiam non cōstito de impedimento, vel quod noluerit alter interuenire, & sic non seruata forma c. Prudentiam, an possit? vtique non: quia substantialibus iudicij partes renunciare nō possunt. Ias. ad l. si conuenerit, n. 6. ff. de re iudic. Guid. Pap. q. 216. Capell. Tolos. 352. Archid. cons. 109. in 2. dubio, pulchrè Crauet. cons. 182. nu. 12. Bal. in d. l. Pomponius, nu. 4. vers. quæro, iudex. C. sentent. rescindi, non posse. in l. 1. col. penult. vers. quid ergo, C. qui accus. non poss. in l. si de meis, §. fin. ff. de arbitr. in l. non dubium, col. 5. C. de leg. Alex. cons. 182. col. 2. versic. nec habet, libro 6. Anton. Gabr. de sentent. Conclus. 2. numero 19. declarando, vt ibi latè per eum.

Septima

51 Septima sit Conclusio. Si sunt † plures Delegati cum Clausula, Quod vos, vel aliquis vestrũ, causam expediat; potest vnus, etiam non requisitis alijs, sententiam ferre, & valebit, iuxta capit. cum in plures, de offic. delegati, lib. 6.

52 Limitatur † hæc Cõclusio, & materia; aut illi tales nullum percipiunt commodum, sed incommodum tantum, & tunc procedat allegata Conclusio, & d. c. Cum in plures; aut percipiunt commodum, & tunc alijs non requisitis non possunt; Et est Communis opinio. Ias. in l. si fundum, §. his verbis, num. 6. de legat. 1.

53 Et commodum † consideratur intrinsecum, non autem extrinsecum, prout sunt sportulæ, vt sentit Imol. & benè in citato loco; cum enim semper delegatis sportulæ debeantur, numquam erit locus dispositioni capit. Cum in plures.

54 Octaua sit Conclusio. Si sunt † plures Iudices Delegati, & singuli ferunt singulas diuersas sententias, omnes sunt in suspenso, donec per delegatum quid agendum declaretur, cap. finali, de re iudic.

55 Ampliatur † idem esse in pluribus Arbitris electis ex forma Statuti, qui sunt ad instar Delegatorum. Ias. ex magis Communi, in l. duo Iudices, numero decimo, ff. de re iudicata. Blanc. de Compromiss. quæst. sexta, numero quarto, Marquard. de Iudiciis, parte sexta, capit. sexto, numero vigesimoquinto, Emanuel, litera A. numero 239.

56 Quod dictum verum est † si sunt in parinumero, aliàs præualet sententia maioris partis, vt per Castrens. ad d. l. Pomponius, colum. tertia, in principio, glos. in l. Cum Magistratus, C. quando prouocare non est necesse.

57 Nona sit Conclusio. Si plures † Iudices ordinarij diuersas ferant sententias, illa præualet, quæ pro reo est, nisi sit in causa fauorabili, matrimonij, dotis, testamenti, vel libertatis, prout in d. cap. finali, de re iudic.

58 Et ratio diuersitatis esse videtur: † quia Iudices Ordinarij habent iurisdictionem in solidũ, l. vnica, de offic. Consul. glos. in cap. Prudentiam, de offic. delegati, ideo vtraque valere deberet, tamquam lata ab habẽte Iurisdictionem, sed propter contrarietatem, ambæ valere non possunt, merito fauorabilior eligitur; secus in Iudicibus delegatis, qui non habent Iurisdictionem in solidum saltem in exercitio, cap. vno, cap. causam matri-

59 monij, de officio Delegati † merito ad delegantẽ recurritur, ita Abb. in d. cap. finali, quam fundamentalem dixit Ias. in l. duo, num. 12. ff. de re iud.

60 Decima sit Conclusio. Si sunt plures † Iudices Delegati, omnes debent esse præsentes, & sententiantes, nec sufficit esse præsentes tantum, glos. in l. cum Magistratus, versic. dummodo omnes, C. quando prouocare non est necesse, quam Bart. sequitur in d. l. Pomponius num. 10.

61 Quæ Conclusio vera est, † data simplici, & mera taciturnitate, secus si aliquis ex Iudicibus dicit, & iurat sibi de causa non liquere, vt per Castrens. in d. l. Pomponius, num. 5. inferens notabi-

62 liter secundũ eum, si iudici † de causa nõ liquet, quod non cogitur contra conscientiam iudicare, nec incurrit pœnam Statuti, quod Iudici præfigit terminum ad iudicandum; quo casu potest absoluere partes ab obseruatione Iudicij, dicendo sibi de causa non liquere; vbi post Angel. dicit in Practica id perpetuo esse notandum.

63 Quod vtique verum est, si † Iudex non fuit in aliqua culpa, ex qua sibi de causa non liquet. Felin. ita limitans, in cap. Causam matrimonij, numero 6. de offic. Delegati; non igitur sufficit Iudici dicere quod sibi de causa non liquet, nisi constet de eius diligentia.

64 Vndecima sit Conclusio. Si † plurib. competat Iurisdictio, vel potestas, vti Collegio, vel Vniuersitati, tunc talis potestas vel Iurisdictio, non est apud singulos de Collegio, vel Vniuersitate, sed apud ipsum corpus Collegij, vel Vniuersitatis, Bald. in l. 1. quæst. 4. C. de offic. Consul. Bart. in l. si vni, num. 6. vbi Castrens. col. 3. circa medium, vers. in hoc articulo, vbi Alex. num. 11. ff. de re iudic. Butr. in cap. Causam matrimonij, in fine, ff. de offic. delegati, glos. & ibi Dominic. in cap. 2. de Arbitr. lib. 6. in cap. Vt officium, in verbo, separatim, de hæretic. lib. 6. in cap. Irrefragabili, §. 1. in verbo, Cap. & ibi Abb. de Offic. ordin. Salicet. in l. cum Magistratus, C. quando prouocare non est necesse. Abb. consil. quinquagesimoseptimo, col. 4. lib. 1.

65 Ampliatur hæc Conclusio †, in materia quotidiana & practicabili Antianorum: nam si Consilium Ciuitatis committat, vel remittat aliquid Prioribus, vel Antianis, intelligitur vti Collegio, vel Corpori, & sic omnibus, vel maiori parti ipsorum. Bart. in l. rescriptum, num. 2. ff. de pact. Straccha de mercatura, titulo, de Iudic.

66 Declaratur hæc Cõclusio, vt † procedat, vocatis tamen absentibus, vt per Bart. in citato loco, vbi rationem reddit: quia posset trahere alios in suam sententiam.

67 Declaratur secundo, quod † remissio fieret per verba indefinita, secus si per verba vniuersalia: quia hoc casu maior pars non sufficeret, vt ibi per Ias. num. 2. post Castrens. ab eo allegatum.

68 Declaratur tertio, vt procedat † in actu faciendo, secus si loquamur in actu iam gesto, & consumato, puta per Antianos, non includit de necessitate maiorem partem, sed posset verificari in duobus tantum. Dictum est singulare Oldradi, consil. 100. num. 4. vers. quarto videtur, quod valde singulare reputauit Imol. in cap. 4. De his quæ fiunt à maiori parte Capituli. Alex. ad l. rescriptum, num. 4.

69 Sed cõsidera, quod Oldradus, si † non fundat se in actu gesto, vel gerendo, sed in conceptione verborum in nomine collectiuo, puta, Populus, Capitulum, vel dicit Priores, vel Canonici, vt primo casu sufficiat, secundo casu non.

Limitatur principalis Conclusio, in potesta-

70 te, † seu Iurisdictione, quatenus respicit ius, secus circa merum factum, quia ea est apud singulares. Dominic. in cap. Romana, §. in Vniuersitatem, de sentent. excommun. libro 6. Innocent. in cap. Irrefragabili, de offic. Ordinar.

dicens quod electio prout in iure, consistit apud omnes, prout est facti, apud singulos. Florian. in repetit. l. Ciuitas, col. 4. ff. si cert. petat. Paris. de Potestate Capit. sede vacante, col. finali, fol. 5. Felin. in cap. eam si, fol. 13. de Rescript. licet Decius in cap. Prudentiam, num. 35. de offic. delegati, aliquantulum dubitare videatur.

71 Limitatur secundo, vt debeant † esse duæ partes de tribus, & illud valeat quod fit à maiori parte præsentium. Abb. in cap. 4. de his quæ fiunt à maiori parte Capituli, in cap. Cum inter vniuersas, de Elect. Dominic. in cap. 1. §. si vero, de Cleric. ægrotant. lib. 6. Ioan. de Plat. in l. nominationem, C. de Decur. lib. 10. Ias. consil. 140. lib. 4. Cagnol. ad l. aliud, §. refertur, num. 4. de Regul. iur.

72 Propterea in instrumento † scribi debet quod interfuerunt duæ partes ex tribus, Bart. in l. 1. ff. de albo scribēdo, in l. finali, C. de præd. Decurion. lib. 10. Bald. in l. finali, C. Qui bonis cedere possunt.

73 Sublimitatur hæc secūda † limitatio, nisi aliqui sint contumaces: nam tota Iurisdictio, & facultas tunc residebit penes præsentes, licet non sint duæ partes ex tribus, ita notabiliter Abb. in cap. Cum omnes, de Constit. in cap. In causis, col. 3. de Elect. Bald. in l. 1. col. finali, C. Quando non pe-

74 tent. part. Veronens. Cautela 29. † In vocibus, ea ratione moti, quia sicut Vniuersitas potest reside re in vno, l. sicut, §. finali, ff. Quod cuiusque vniuers. ita in paucis præsentibus, licet non sint duæ

75 partes, alijs declaratis contumacibus, & † sic in vocibus habet locum ius accrescendi, morte, priuatione, vel contumacia; ita dixit notabiliter Bal. in d. l. finali reprobata opinione Bartoli in l. omnes populi, num. 16. ff. de iustit. & iure, quem sequitur Decius, in cap. Cum omnes, in prima lectura, num. 52. de Constit. in cap. Prudentiam, num. 39. de offic. delegati, & si perpendatur text. in l. finali, C. de præd. Decurion. lib. 10. alium habet sensum, & forte veriorem, scilicet, quod illi de Concilio debent singulariter dare eorum votum, nec sufficit quod Notarius generaliter in

76 Instrumento attestetur; & iste est † sensus illorum verborum, ibi: nec ex tabella Decretum recitari, prout ibi bene aduertit Luc. de Penna, colum. 6. & Budeus in suis annotationibus.

77 Duodecima sit Conclusio. † Si Comes, Baro, vel similis, decedat relictis pluribus hæredibus, Iurisdictio quæ erat apud eum, est apud omnes in solidum, sed exercitium apud omnes simul: vnde ponere debent vnum solum Vicarium, ne subditi distrahantur varijs Iudicibus, argum. l. 1. in fine, colum. sequen. ff. de exercit. vbi pariter di-

78 cit Bart. & post eum Castrens. quod si † plures mercatores per vnum exercent, quilibet tenetur in solidum, ne quis cogatur contra plures experiri, & dicunt ibi esse casum quotidianum, & sępius practicari: latè Ronchegall. de duobus reis, l. nona, numero centesimooctuagesimosexto, & ita tenuit Castrens. in l. Pomponius, num. 6. de re iudic. dicens se in facto habuisse in partibus Romæ.

79 Tertiadecima sit Conclusio; Facta † electione de plurib. vno eorum absente, vel recusante, tota interim iurisdictio est apud collegam qui acceptauit, l. Imperatoris, §. si Magistratus, ff. de appellat.

80 Quartadecima sit Conclusio; Si vnus † ex pluribus cępit cognoscere, si postea sit impeditus, poterit per alium collegam expediri. Masuer. ad Papon, in libell. in actione reali, in glos. necnon, in verbo, non poterit, in fine.

Except. XXII. Quæstio XXIX.

Exceptio defectus Iurisdictionis in exequendo.

SVMMARIVM.

1 *Iudex Ordinarius exequi potest propriam sententiam.*
2 *Executionem vti mixti imperij delegare non potest.*
3 *Iudex Delegatus non potest exequi suam sententiā. Declara vt ibi, vsque ad num. 6.*
7 *Iudex delegatus non potest multare.*
8 *Iudex delegatus ab Ecclesiastico, non habet nisi potestatem censuræ.*
9 *Iudex delegatus a Principe multare potest.*
10 *Iudex delegatus potest multare, si aliter iurisdictionem defendere non potest.*
11 *Iudex delegatus multat, si facultas concessa sit, pariter & Arbitri multare possunt ex facultate à partibus concessa, ibidem.*
12 *Iudex delegatus ad vniuersitatem causarum, multare potest.*
13 *Iudex delegatus mittit in possessionem, sed delegatus ab inferiore non potest.*
14 *Iudex delegatus exequitur suam sententiam de Iure Canonico.*

1 Defectus Iurisdictionis consideratur in exequendo; & in hoc quæritur an Iudex suam sententiam exequi possit.

Et duo sunt casus principales; Primus in Ordinario, secundus in Delegato.

Circa Iudicem Ordinariū Conclusio sit, quòd suammet exequitur sententiam; & ratio est: quia lata sententia, Iurisdictionem retinet, iuxta nota-

2 ta in l. à Diuo Pio, in principio, ff. de re iudic. nec † executionem vti mixti imperij delegare potest, l. penult. ff. de offic. Præsid. Et hæc nullam habet difficultatem. Menoch. de arbitr. q. 74. num. 5.

3 Secunda sit Conclusio. Iudex † Delegatus suā sententiam exequi non potest l. a Diuo Pio, in principio, ff. de re iudic. vbi statim lata sententia, functus est officio suo l. si vt proponis, la prima, C.

4 quomodo, & quando Iudex, vbi † extenditur etiā si sentētia esset nulla; vnde dicit ibi Bald. nulliter consummatum, extinguit mādatum, quod verum

5 seruata forma † Rescripti. Ang. & post eū Imol. in l. Iudex, ff. de re iudic. Bald. in l. si arbiter, ff. de arbitr. Salicet. in l. si accusatoribus, C. de accusat. Imol. in l. si expressim, ff. de appell. Castrens. ad l. cum quærebatur, ff. de re iudic. Calder. in c. Qualiter, de accusat. Anchar. in Clement. 1. de re iudic. Et quod exequi non potest, est Communis opinio, Suarez, litera D. num. 30. & 42.

Sexta

Sexta sit Cõclusio. Iudex Delegatus suam sententiam exequi non potest, l. à Diuo Pio, in principio, ff. de re iudicata, vbi statum lata sententia, functus est officio suo, l. si vt pponis, la prima, C. Quomodo, & quando iudex, vbi extenditur etiã si sententia esset nulla, vnde dicit ibi Bal. nulliter consumatum, extinguit mandatum; quod verũ seruata forma Rescripti. Aug. & post eum Imol. in l. iudex, ff. de re iudic. Bal. in l. si arbiter, ff. de arbitr. Salic. in l. si accusatoribus, C. de accus. Imol. in l. si expressim, ff. de appell. Castr. in l. cum quærebatur, ff. de re iudic.

Sed circa rationem superius allegatam, quod
6 functus sit officio suo, nõ videtur † satis sufficiẽs: quia potest dici functus officio suo in sententiando, non in exequẽdo; Preterea, l. si vt proponis, superius allegata, loquitur quando delegatus nulliter sententiauit, vnde nõ poterat ibi de exequẽdo disputari, tunc probaret ille tex. data validitate sententiæ, sed data inualiditate prout ibi, frustra de executione quæritur.

Sed cur in delegatione non venit facultas exequendi, vti accessorium, & consecutiuum, licet dignius, & nobilius? ex his quæ dixi in repetitione Regulę, Cum quid, parte 1. Ampliat. 2. de reg. iur. lib. 6. Responde prout ibi, num. 8.

7 Ampliatur hæc Conclusio, † vt Delegatus, nec multare possit, & hæc de Iure Ciuili est Communis opin. Dec. in c. de causis, n. 89. de offic. delega.

Subãpliatur, siue sit Delegatus à Seculari, siue
8 ab † Ecclesiastico, qui non recipit nisi potestatem censuræ, cap. Quærenti, de verb. signific. cuius nomine non venit multa. Hostiens. in Rubr. Quis possit multare.

9 Declaratur Primo, in Delegato Principis, qui multare potest, c. 1. c. Sanè, il secũdo, c. Pastoralis, in fine, de offic. delegati. Et hæc est magis Communis opinio Alciat. ad l. aliud est fraus, §. inter multam, num. 10. ff. de verb. significat.

10 Declaratur secundo, nisi † Delegatus aliter iurisdictionem defendere non posset, iuxta text. in principio, in l. vnica, ff. si quis ius dicenti, in c. Pastoralis, §. 1. de offic. delegat. Petr. Perticen. q. 432.

11 Declaratur tertio, nisi † à delegante commissa sit facultas multandi, glos. in l. eos, C. de modo mult. Ias. in l. 1. num. 20. ff. si quis ius dicenti, Sicut & arbitri multare possunt ex facultate à partibus attributa, l. non ex omnibus, ff. de arbitr. Alciat. in l. si qua pęna, numero quarto, ff. de verb. significat.

12 Declaratur quarto, in † Delegato ad Vniuersitatem causarum, qui multare potest, cum æquipararetur Ordinario; Aufrer. ad Tolosan. 274. dicens ita pluries practicasse.

13 Tertia sit Conclusio, Iudex † delegatus ab inferiori, non potest mittere in possessionem ex primo Decreto, & ista est magis Cõmunis opinio, de qua Ias. in l, iubere cauere, numero decimooctauo, vbi Dec. numero octauo, ff. de iurisdict. omn. iudic.

14 Quarta sit Conclusio. † Delegatus de iure Canonico, suam sententiam exequi potest. Menoc. multa referens, & in hoc tandem residens, de arbitr. quæst. 74. num. 48.

Except. XXII. Quæstio XXX.

SVMMARIVM.

1 *Iudex in exequendo sententiam iudicis alterius territorij, debet esse cautus, & conscientiatus.*

2 *Exequutor merus, non tenetur exequi sententiam, si de nullitate opponatur, sed eam declarare nullam.*

3 *Iudex secularis ab ecclesiastico requisitus, non tenetur exequi sententiam beneficialem, si de nullitate opponatur*

4 *Iudex alterius territorij, non tenetur exequi sentẽtiam notoriè nullam.*

5 *Iudex alterius territorij in nullitate dubia, debet remittere ad Rescribentem.*

6 *Declara, vt ibi.*

7 *Iudex alterius territorij non exequitur sententiam iuxta statuta loci vbi sententiatum est.*

8 *Iudex in exequendo debet seruare statuta sui loci.*

9 *Index in exequendo attendit statutum loci contractus, si respiciat condemnationem, vel executionem.*

10 *Iudex in exequendo attendit statutum loci contractus si sit conforme cum suo.*

11 *Iudex alterius territorijs exequitur sententiam nullam si sit superior ei, qui sententiam tulit.*

12 *Exequutor merus non cognoscit de nullitate, sed omnino exequi debet.*

13 *Iudex incompetens procedere potest ad requisitionem cõpetentis, & acta valent.*

1 VTilis & quotidie practicabilis est materia literarum subsidialium, vt † iudex vnius territorij requisitus, exequatur sententiam alterius, ne sententia reddatur elusoria, qui iudex per alterius literas requisitus potest exequi, etiam partibus non auditis, nõ tamen sic de facto, & leuato velo facere debet, sed prius habere maturam cõsiderationem, & videre acta, & diligenter conscientiam examinare, an sit exequenda, vel nõ, Ias. in l. a Diuo Pio, §. 1. in 2. intellectu Angeli ibi relato, ff. de re iudic. Calcan. cons. 118. num. 6. vers. nec videtur, & si sibi videtur non exequendas, recijere, & non exequi, etiamsi essent sententiæ ab vrbe Romæ emanatæ, prout in facti contingentia factum attestatur Cagnol. ad l. Cum quędam puella, nu. 33. versic. quarto colligitur, de iurisdict. omn. iudic. &
2 in specie, si mero † exequutori opponatur, quod sententia est nulla ex defectu iurisdictionis, vel citationis, poterit pronunciare nullam, & sic non exequendam. Soc. cons. 83. n. 14. lib. 4. Calcan. cõsil. 118. numero 3. in fine, Balb. decis. 88. diceus, id esse singulariter notandum.

3 Et hoc dictum verũ est, etiam † si iudex seculari requireretur à iudice ecclesiastico super sentẽtia de re beneficiali, vel ecclesiastica, Marc. Decis. 269. Licet quæstionem satis dubiam asserat Grauat. ad Vestr. lib. 8. cap. finali, num. 40.

4 Præsertim † quando hæc nullitas opposita in actis appareat, notoriaq. sit: nam tunc exequi non tenetur, l. si Prætor, §. 1. ff. de re iudic. Felin. in c. de

cætero, numero 4. de re iudic. in cap. Prudẽtiam, §. quia vero, numero decimoseptimo, versic. executor merus, de officio delegati. Bald. in l. ab executore, num. septimo, C. quorum appellation. non recip. Imol. consil. 127. in fine, Roman. cons. 51. Anchar. cons. 382. n. 8. Socin. cons. 83. numero 23. lib. 3. Zuchard. in l. vlt. nu. 242. C. de edicto Diui Adriani tollendo, vbi Menoch. num. 412. Personal. num. 99.

5 Si vero † notoria nõ sit, non dẽt declarare nullam, vel non mereri executionem, sed solum supersedere, & nullitatis causam remittere ad rescribentem, Bal. cons. 341. num. 6. lib. 4. Soc. cons. 59. nu. 4. lib. 1. Zuchard. in citato iam loco.

6 Quod in rescribendo ad iudicem † crederem verum, quando super opposita nullitate iudex cõmittens non cognouisset nec sententiasset; si vero cognouit, & sententiauit, tunc executor nec rescribere nec supersedere debet, sed illam omnino exequi tenetur, Abb. in d. cap. de cętero, num. 5. vers. tertio membro, Felin. in d. cap. Quia vero, n. 17. vers. executor merus, Zuchard. in d. l. finali, nu. 242. Calcan. cons. 118. nu. 4. in fine.

7 Illud est singulariter notandum, † quod iudex alterius territorij non debet exequi sententiam iudicis alterius territorij, si ista executio petitur non de Iure Communi, sed secundum Statuta loci primi iudicis, qui eam tulit, ita Bald. in l. 1. in fine, num. 106. C. de confess. dicens perpetuo notãdũ. Dixit valde singulare Alex. in l. a Diuo Pio, §. 1. sub nu. 6. vbi Ias. nu. 6. ff. de re iudic. ad l. cum quædam puella, nu. 20. ff. de iurisd. omn. iudic. val de singulare dixit, & quotidie in facto euenire Mars. Singulari 138. Tiber. Decian. Tract. Crim. lib. 4. cap. 38. tomo 5.

8 Pro qua opinione confirmanda facit: quia † in executiuis seruãtur statuta loci in quo iudiciũ agitur, Bar. in l. 1. quæst. 5. C. de sum. triuit. & fide Cathol. vbi Ias. num. 20. bona glo. in l. cum clericis, C. de Episcop. & Cleric. in l. 1. C. de emanc. liberorum, §. final. Inst. de satisdand. Roman. consil. 243. num. 2.

Quæ Conclusio vera est, & procedit, si Statu-
9 tum † vbi iudicium agitur, respicit ordinem iudicij, & formam in procedendo, secus si respicit cõdemnationem, vel executionem, quo casu attenditur statutum lóci contractus, Bald. in l. 1. nu. 4. C. ne filius pro patre; & est Communis distinctio Frecc. de pręsentat. instrum. parte 3. nu. 10. fol. 11.

10 Ita est pariter verum, nisi † in loco vbi iudiciũ agitur, sit conforme Statutum. Paris de Puteo, de Reassum. instrum. Rubr. 19. num. 32.

11 Et si ille † qui scribit superior sit ad iudicẽ exequi debentem, ille cui scribitur, debet exequi sententiam, licet videat eam nullam, per textum in cap. Pastoralis, §. quia vero, de offic. delegati, in quo saluo saniori iudicio, etiam in causa mere ciuili ego aliter facerem, & potius renunciarem officio, quam exequi contra propriam conscientiam, prout docet Ias. in l. siue nostrum. num. 7. ff. de in litẽ iurando, clarius Marsil. in practica, §. opportune, num. 11. Canone, quisquis, 11. quæst. 3. & si essem iudex ecclesiasticus, per annum essem ab officio suspensus, & tenerer parti grauatę ad interesse, c. Cum æterni, de re iud. lib. 6. Clement. 1. §. verum, de hæretic.

12 Et prædicta † omnia loquũtur, quando iudex qui requiritur ad exequendum, non habeat veram iurisdictionem: tunc quod nullum est, exequi non potest, secus in mero executore, qui omnino exequi tenetur, nec de nullitati aliqua opponere. Bald. consil. 36. in finalibus verbis, vol. 2. Tiber. Decian. Tract. Criminal. lib. 4. cap. 38. nu. 3. Tomo 1.

13 Et iudex incompetẽs, † procedere potest ad requisitiones competẽtis, & acta valent. Bolognin. consil. 8. colum. 3. saluatur tamen talis defectus ex Clausulis in Commissione appositis, Cum potestate citandi, & similibus. Put. decis. 196. lib. 1. bene dixit Sebastian. Vant. in titulo de nullitate ex defectu iurisdictionis, num. 7. quod iurisdictionis defectus multiplices sunt, vt fere impossibile sit omnes enumerare, prout etiã in simili dicit Iurisconf. in l. cognitionum, ff. de var. & extraord. cognition. Explicaui aliquantulum, & in medium posui regularia quædam vtilia, & quotidiana; in præsenti quæstione agam de nullitate in genere, ponendo Regulam, quæ est ista,

Except. XXII. Quæstio XXXI.

S V M M A R I V M.

1 *Nullitatis exceptio impedit executionem sententiæ.*

2 *Statutum mandans exequi sententias, quocumque statuto non obstante, non tollit exceptionem nullitatis ex alio Statuto.*

Statutum intelligitur saluo iure alterius statuti compatibilis, ibidem.

3 *Statutum mandans bannitum decapitari, recipit limitationem ab alio Statuto dante formam banniendi.*

4 *Dispositio specialis est dignior generali, & ei præualet.*

Clausula non obstante &c. in statuto, posita, non impedit exceptionem nullitatis, si forma alterius statuti non fuerit seruata, ibidem vers. licet igitur.

5 *Statutum mandans sententias exequi quocumque alio Statuto in contrarium non obstante, ei derogat si ex conjecturis appareat.*

6 *Statutum vel Lex dicens non obstante aliquo Statuto, vel Lege generali, vel speciali, aufert praecedens contrarium secundo, si cum eo non compatiatur.*

Declara, & amplia vt ibi.

7 *Debitor potest cogere creditorem ad cancellandum instrumentum, etiamsi quietationem fecerit.*

8 *Clausula derogatoria non se extendit ad actus iuratos.*

9 *Statutum dicens sententias exequendas, quocumque Statuto in contrarium non obstante, &c. stantibus verbis generalibus quid agendum.*

10 *Statutum loquens per verba generalia prægnantia, derogat speciali præcedenti in fauorabilibus, vt hic.*

11 *Lex noua, continens nouam utilitatem publicam derogat priori speciali.*

12 *Statutum loquens per taxatiuam, tantum, vt Tudertinum, concludens omnes alias exceptiones contra instrumentum, numquid alias similes excludat.*

Nul-

13 *Nullitatis exceptio adeo impedit executionem sentẽtiæ, vt de facto ei resisti possit.*
14 *Resistens tali casu, an incurrat pœnam Bullæ Sisti Quinti.*
15 *Resistens exequenti in die feriato, vel probibito, an puniatur.*
16 *Quid in Criminalibus cum agatur de præiudicio irreparabilis.*
17 *Quid si talis exceptio nullitatis requireret altiorem indaginem.*
18 *Declara, & amplia vt ibi, & num. seq.*
20 *Executor merus, sententiam iniustam contra suam conscientiam non cogitur in criminalibus exequi.*
21 *Sententia nulla seu iniqua, an in foro conscientiæ sit exequenda, ibidem, & num. seq.*
22 *Considerantur duo casus.*
23 *Quid de Iure Ciuili in foro iudiciario.*
24 *Quid in executore iniustè exequente.*
25 *Quid in leuioribus.*

1 EXceptio nullitatis impedit executionem sententiæ l. 4. §. condemnatum, vbi Castr. nu. 2. Alex. nu. 6. Ias. num. 4. Ripa, nu. 10. ff. de re iudicata, pono infra latius Except. 48.

2 Ampliatur primò, † vt procedat, etiã si Satutum disponat sententias exequendas quocumque Statuto non obstante: nam adhuc opponi poterit de nullitate ex capite alterius Statuti, cui nõ censetur per illa verba derogatum. Dictum est singulare Io. Andr. in Add. ad Specul. Titulo, de sent. execut. §. postremo, in Additione. Dic, vt dixi in contrario. Dixit valde singulare Castrens. in d. §. condemnatum, colum. 2. versic. Adde, vbi Ripa, num. 13. Ampliatione 2. Felin. in cap. Ex parte, el secondo, de offic. delegati, Ias. in l. sciendum, in princip. num. 4. ff. Qui satisd. cogant. dicens esse admodum notandum pro Statutis, & Reformationibus; & fuit de mente Bartoli in l. sed & posteriores, ff. de legibus. in Extrauaganti Ad reprimendum, in verbo, non obstãte, in l. omnes populi, in 3. quæst. principali, in fine, ff. de iust. & iure, in l. 1. §. & parui, ff. quod vi, aut clam, in l. Prætor, §. Eritq. ff. Vi bonorum rapt. Decius, in l. in toto, num. 7. vbi Cagnol. num. 8. ff. de Regul. iur. Cassanæus consil. 7. num. 24. Gomes. in cap. 1. num. 56. vbi Marc. Antonius, num. 155. versic. retenta tamen, de Constitut. libro sexto. Ripa, in cap. 1. num. 60. de Rescript. Socin. iun. consil. 131. num. 132. libro primo. Butr. in cap. Item cum quis, de Restit. spoliat. Imol. in cap. Ex parte, el secondo, de offic. delegati, in l. finali, ff. à quibus appell. non licet, Alexand. consil. 145. in fine, volum. quinto. Anchar. consil. 222. in fine, num. 323. Aretin. consil. 96. in tertio dubio, pulchrè Bald. in cap. A nobis, in fine, de except. dicens. quod semper in Statuto intelligitur Clausula, Saluo iure alterius Statuti compatibilis. Nellus de Bannit. in secũda parte primi temporis, quæst. secunda.

Hinc dixit Barbac. in capit. primo, colum. penult. de Rescript. in facto Bononiæ obtinuisse;
3 quod si Statutum in vno capitulo dat formam in banniendo, aliud Statutum mandat bannitum captum infra tres dies decapitari, quod non poterit decapitari, si non est seruata forma alterius Statuti, Dixit singulare Marsil. consil. 64. numero 18.

4 Et est ratio: † quia dispositio specialis est dignior generali, vnde de ea vti digniori fieri debet specifica mentio. Bald. in l. 1. ff. de offic. Consul. & licet adsit Clausula generalis: quocumque Statuto in contrarium non obstante, non per hoc præcedentibus specialiter prouidentibus derogatum censètur. Bart. in Extrauag. Ad reprimendum, in verbo, non obstante, numero sexto, vbi rationem reddit: quia hæc Clausula intelligitur, quatenus non posset eum sustinere, in l. sciendũ, numero secũdo, vbi Ias. numero quarto, in Ampliatione, ff. Qui satisd. cogant. Roman. consil. quinquagesimoseptimo, & trecentesimovigesimosecundo, numero secundo. Alexan. consil. centesimovigesimosecundo, numero secundo, libro primo. Ruin. consil. 69. numero tertio, lib. primo. Decius in l. in toto, num. 3. & 7. vbi Cagnol. num. octauo, ff. de regul. iur. Tiraquell. de Retractu Conuention. §. decimoquinto, glos. secunda, in fine, Menoch. de præsumpt. libro sexto, præsumpt. 38. numero vigesimo, qui tamen discurrendo de lege derogante priori legi speciali, non ponit casum superius in ampliatione formatum, nec allegat scribentes ad d. §. condemnatum. Licet igitur Statutum secundum disponat sententias exequendas, quocumque Statuto in contrarium non obstante, adhuc opponi poterit exceptio nullitatis ex nõ obseruantia alterius Statuti. Rimmald. consil. ducentesimoquadragesimoquinto, numero decimooctauo, volum. secundo, consil. sexagesimotertio, num. septimo, volum. primo consil. ducentesimoquadragesimotertio, numero quarto, volum. tertio, consil. centesimodecimooctauo, num. 42. consil. centesimooctuagesimo, num. decimoquarto, volum. primo. Ruin. consil. 97. numero septimo, volum. secundo. Barbac. in cap. Causam quæ, numero centesimotrigesimoquarto, de Rescript. latè Marsil. consil. decimosexto, num. 9. consil. sexagesimoquarto, num. 16. vbi valde commendat. Iacob. Leonard. consil. centesimodecimoseptimo, num. ducentesimosexagesimo, feud. diuers. Practic. Asin. §. trigesimoprimo, capit. vigesimosecundo.

5 Declaratur † tamen hæc prima Ampliatio, nisi ex coniecturis contrarium appareat, quod statuentes recedere voluerint à priori Statuto, nec illi locum esse, Imol. in l. si verò, §. de viro, colum. sexta, ff. soluto matrimon. per cap. Contra Christianos, de hæretic. libro sexto, qui textus bene considerando repugnare videtur Ampliationi superius positæ: nam per illa verba, & sicut contra fautores &c. quæ non sunt admodum prægnantia, derogatur expressè Canoni Iudæi, 14. quæst. prima. Si igitur ibi per simplicia verba correctio inducitur, cur à fortiori non inducetur per illa verba potentiora in Ampliatione posita, scilicet, quocumque Statuto in contrarium nõ obstante.

Eamdem tamen Imolæ declarationem approbat Alexan.in l.sciendum,num.3.vbi Iaſ.num.4. in 3. limitatione, ff. Qui ſatiſdarę cogantur. Decius,in l.ſi cum vel in vetro, numero 6.C. de Teſtamento militari,in l.in toto,numero 8.ff.de Regul.iuris. conſil. 301, colum.finali,verſic. vltimo ex abundanti.

6 Vnde ſi in Lege † vel Statuto diceretur,nō obſtante aliqua lege,vel Statuto generali,vel ſpeciali, tunc præcedens Statutum huic ſecundo contrarium,ſublatum cenſetur,ſi cum eo ſe non cōpatiatur.Bart.in Extrauag. Ad reprimendum, in verbo,non obſtante,ſub num.12.

Exequenda igitur eſſet ſententia, ſi Statutum de quo ſupra in ampliatione, eſſet ita conceptū, quocumque Statuto in contrarium non obſtante,

Mouetur Bart. in citato loco ex Anthentica Caſſa, C.de ſacroſan. Eccleſ. ſed ibi principalis intentio fuit corrigere, immò potius delere, & eradicare Statuta contra libertatem Eccleſiæ, facta, & ob hoc principaliter illa Cōſtitutio emanauit; vnde apponit ibi verba,per quæ non ſolum derogatur, ſed vult de facto euelli de volumine Statutorum; vnde dicit ibi Bart.numero 6. & ſequitur Bald.num.2.colum.finali,quod ſi reperiatur aliquod Statutum contra libertatem Eccleſiæ, & poſtea fiat vltimo loco Statutū, quod quæ ſint facta Statuta contra libertatem Eccleſię,ſint caſſa & irrita ipſo iure, quod hoc non ſufficeret ad euitandam pœnam dictæ Conſtitutionis,quę non contentatur de eradicatione verbali, ſed actuali; & ſic colligitur, quod ibi Imperator non ſolum derogauit, ſed appoſuit verba prægnantia facti.

Et propterea argumento illius Conſtitutionis

7 vidi in facto iudicatum,quod licet † debitor receperit à creditore inſtrumentum quietationis,adhuc poteſt eum cogere ad cancellandum Inſtrumentum:nam quietatio eſt ſeparata, cancellatio eſt incorporata cum Inſtrumento, Et vnum demoſtrat aliud: & hoc ſemper reperio vtilius in hoc auariſſimo viuendi genere, in quo Inſtrumenta non ſufficiunt.

Redeundo igitur ad propoſitum Ampliationis,tunc Statutum fortius operatur,ſi diceret caſſando,& irritando omne aliud Statutum, quod quoque modo obſtaret,contradiceret,vel impediret executionem ſententiarum.

Mouetur ſecundo loco Bart. ex Authen.Nauigia, C. de furt. ſed ibi loquitur in Principe derogante. ad idem Bald.per illum text.in Authentica,Omnes peregrini,numero 6.C.Communia de ſucceſſion. & ſic reſponderi poteſt ad Extrauag. Ad reprimendum, in qua ſe fundat Barto. cum ſuppletione quam ibi facit.

Et ſic nō videtur poſſe inferri, in Principe cōceditur derogatio,non obſtante Lege, vel Conſuetudine generaliter vel ſpecialiter loquente, Ergo,& in inferioribus,cum Principi multa liceant,quæ alijs prohibentur.

8 Et ſic ſi Bart.opinionem ſequi velimus, illud † addendum videtur, quod ea non procedit in Conſtitutione,vel Statuto iurato, ad quam non ſe extendit Clauſula derogatoria, vt late dixi in Repetitione Regulæ, Cum quid, Parte 4.limitatione 8.num.2.de Regul.iur. in 6. Addo Serafin. de Iuramento, priuileg. 22. num.37.& priuileg. 75. Gomeſ. in cap. 1. num.186. de Conſtitution. libro 6.

Altera eſt coniectura, verba admodum prægnantia ex Angel. conſil. 214.num.2. ex quo habetur, verborum prægnantiam conſiſtere vel in verbis generalibus,vel geminatis,vel parum plus importantibus,puta,Baliam, officium, poteſtatem,concedimus.

Vnde ad caſum Ampliationis de qua agimus,

9 † ſi Statutum diceret ſētētias exequendas,quocumque Statuto in contrarium non obſtante,ad ſunt hic verba generalia, quare cogitandum videtur.

Ad idem Decius conſil.301,in fine,vbi notabile appellat cōſilium Angeli ſuperius allegatum,

10 & ab eo habetur Ampliatio, vt Statutum † ſequens,loquens verbis prægnantibus, deroget & tollat ſpeciale præcedens,loquens in materia fauorabili,& priuilegiata,prout in dote, vt ibi à Decio habetur,vbi etiam exponit uerbum,prægnantium,ſi reſpiciant perſonam contrahentis, puta, nulla mulier,vel reſpiciat modum contrahendi, puta, facere poſſit contractum, vel diſtractum, vel modum,ibi:quoquo modo.

11 Tertia Coniectura eſt, † quando Legi nouę, coniuncta eſt vtilitas publica, tunc derogat priori ſpeciali idq. ratione publicæ vtilitatis. Io.Monach.in cap.1.de Conſtitution.lib.6.quem ibi ſequuntur Geminian.Franc.& Mareſcott.nu.156. vnde ad caſum de quo in præſenti Ampliatione, cum publicè interſit ſententias exequi, cur Statutum de quo ſupra,non tollet primum.

Sed pone hic vnum valde vtile in Practica. Di

12 ſponit † Statutum Tudertinum, quod contra Inſtrumentum non poſſit opponi niſi talis, & talis exceptio, per taxatiuam,tantum, numquid aliæ ſimiles cenſentur reiectæ? vtique non.Iaſ. ad l.ſi conſtante,numero 85.ff.ſoluto matrim.ad l.1.numero 82.de offic.eius. Dixi in Repetitione Regulę Cum quid,parte 1.Ampliatione 3.num. 8.de Regul.iur.lib.6.

Ampliatur ſecūdo loco principaliter, vt adeo

13 † exceptio nullitatis impediat executionem ſententiæ, vt de facto reſiſti poſſit.Barbac. in cap.Ex literis, numero 14. de offic. delegati. Franciſc. Marc. quæſt. 72. numero 8.260. parte 1. Aſinius in Practica,§. 31. cap.2. limitatione 14.numero decimoquarto.

14 Et fortaſſe iſto † caſu non erit locus Conſtitutioni Xiſti V. dummodo iniuſtitia ſit notoria, Luc.de Penna,in l.quoties, colum.penult. num. 6.verſiculo ſecundo caſu, C.de exact.tribut. lib. 10.Alberic.in l.additos, numero 1. C.de Epiſcopali audientia.clarius Cagnol.in l.1. §. non videtur,num.28. ff.Ne vis fiat.

15 Senatus † autem Pedemont. in executione facta in die prohibita,puniuit reſiſtentem pœna arbitraria tantum; vt per Teſſaur.Deciſ.95.num.3, ſed fortaſſe ibi ideo fuit aliqualiter punitus,quia illi dies de ſtylo non ſolennizabantur integraliter,

ter,

ter, sed si de stylo executio fieri nō potuisset, nullo modo reus puniretur, iuxta notata in l. prohibitum, C. de iure fisci, lib. 10.

16 Ampliatur tertio, vt procedat † etiam in criminalibus, cum hoc casu agatur de præiudicio irreparabili, Bald. & Salicet. in l. eum qui duos, C. de adulter. Aretin. in l. qui à latronibus, §. 1. de testament. Aretin. alter in tract. malefic. in verbo, qui Dominum, num. 32. vbi profitetur notabiliter loqui Marsil. in practica, §. postquam, nu. 36. & 59. vbi hoc valde commendat, clarius cons. 38. vbi loquitur in iam capto vigore sententiæ nullę: nam debet relaxari de facto, etiam parte non citata, nec debet pati se recognosci vti bannitus, stante nullitate banni, & sententiæ, consil. 64. in fine. Gig. de Crimine læsæ maiest. libro secundo, titulo, per quos, quæstione prima, numero septimo, & octauo, Roland. consil. 94. numero decimotertio, libro tertio, Marsil. consil. 10. numero 10. Grammatic. Decis. 29. Decis. 76. num. 9. Curt. senior, consil. 60. num. 38. Bertaz. consil. 233. num. 4. lib. 1. Fariuac. quæst. 11. numero 34. Iul. Clar. de Communi, 94. versic. scias autem, & ita tenuit Rota in vna Romana Notariatus, corā Orano, 12. Februarij 1580.

17 Subampliatur, etiam † si talis exceptio nullitatis requireret altiorem indaginem, ex Claro in citato loco, quod notandum est.

18 Subampliatur † secundo, vt ampliatio sit vera, quo ad omnes: nam sententia banni facit ius quo ad omnes, Bal. ad l. ingenuum, ff. de statu homin. ex Communi. Seisell. ad l. 3. §. si seruus, num. 2. ff. eodem. nemo igitur offendi poterit,

19 Declaratur † nisi talis exceptio calumniosè opponatur, vt declarant omnes superius citati.

Declaratur secundo, nisi offendens bannitum pendente tali exceptione opposita, ignorasset nullitatis iudicium, per Seisell. in citato loco, in alijs autem casibus exceptio nullitatis ex defectu iurisdictionis, requirens altiorem indaginem, executionem non impedit, nisi constet ex actis. Menoch. de adipiscend. remed. 4. num. 890.

Sed quomodo requirit altiorem indaginem si constat ex actis.

20 Sed † numquid merus exequutor ad propriā conscientiam exequetur? videbatur, quod sic: quia merus exequutor ad propriam Conscientiā attendere non debet, sed exequi, cap. Præterea, c. Pastoralis, §. quia vero, vbi not. de officio delegati.

Contrarium est verius, in Criminalibus, cum agatur de præiudicio irreparabili. Abb. & Felin. cap. De cetero, nu. 5. de re iudicata, Ias. in §. si minus, num. 16. de action. Marsil. dicens singulariter notandum, Sing. 349. Zuchard. valde commendans, in l. finali, C. de edicto Diui Adriani tollen. numero 243. vbi Personal. numero 202. consulens, vt potius renūciet officio, quam sententiam criminalem contra conscientiam exequatur, licet Clar. quæst. 60. colum. 3. versic. solet, consulat obediendum, & fieri posse sine peccato; Et hanc esse Communem sententiam.

21 Et postquam in materia † cōscientiæ sumus in sententijs exequendis, sententia nulla in foro cōscientiæ non est exequenda: valida vero, sed iniusta sic. Nauar. in manuali, c. 25. sub n. 14. Sot. antē de iust. & iure, libro quinto, quæstione septima, articul. nono, in fine negat inforo conscientiæ

22 exequendam † sententiam iniquam, hoc est contra veritatem; & ibi considerat duos casus ad intellectū Canonis, Sententia Pastoris, 10. q. 3. ex

23 Diuo Gregorio Homilia 26. Primus est † de iure Ciuili in foro iudiciario, & tunc est exequenda, quando sit veri iudicis, & sic data incompetētia de qua supra, non est exequenda, & vbi non sit intolerabilis erroris, & hoc secundum eum indicant illa verba Canonis, Sententia Pastoris.

24 In foro autem iudiciario in † executore iniustè exequente considerantur duo casus; Primus in atrocioribus, & tunc executor obediens excusatur à pœna ordinaria, secus extraordinaria.

25 Secundus casus est † in leuioribus, & tunc executor excusatur etiam ab extraordinaria. Clar. d. q. 60. versic solet. Menoch. de arbitr. Casu 354. n. 23. sed certa exempla per eos posita repugnare uidentur, exemplificant in decapitando, quod est homicidium, & sic delictum atrox, nam in leuibus quis non decapitatur, vt ipsi præsupponunt; quare si delictū est atrox, pœna arbitraria remittitur, si pro delicto imponitur pœna arbitraria tantum, & illa remittitur: sed exempla per eos posita confunduntur, vtēdo eodem exemplo in vtroque casu repugnante.

EXCEPTIO XXIII.

Falsitatis.

EXceptio falsitatis an executionem impediat, posui in tractat. Depositi, parte 2. q. 54. & vtique impedit, si non opponatur animo calumniādi, & doceatur incontinenti, l. 2. vbi Bal. C. de fals. Bart. in l. finali, C. si ex falso instrum. Milanes. Decis.... num. 20. & 33. Decis. 2. nu. 141. Decis. 3. nu. 13. parte 2. Crass. de Except. ad Statuta, except. 19. num. 3. Papiens. in forma diffinitiuæ, gl. 1. nu. 7. Menoch. lib. 2. præsump. 48. nu. 40. Asinius in Pract. §. 31. c. 5.

EXCEPTIO XXIV.

Capituli Odoardus, de Solutionibus.

SVMMARIVM.

1 *Res iudicata mutat iura sanguinis per se licet immutabilia, & falsum mutat in verum, num. seq.*

Clerico in sacris constituto magno ære alieno grauato, sequestrantur fructus deducto ne egeat, eod. num. 1. & seqq. & infra, num. 8.

2 *An competat tale beneficium si sint latæ contra Clericum tres sententiæ conformes, vt hic à num. 1. vsque ad 8.*

3 *Quid si habeat bona Patrimonialia, & infra, num. 9.*

4 *Quid in Clericis minoribus ordinibus tantum insignitis, & infra, num. 10.*

Clericus

23 *An idem in legato determinato, & certo, quod in legato relicto ad relationem, vt supra.*

24 *Hæres cum beneficio, an teneatur iuxta redditus, tantũ, firma manente proprietate.*

25 *Quid in eo, qui non confecit inuentarium ibi, vsque ad num. 30.*

31 *Quid in alimentis debitis iure sanguinis, an proprietas vendi debeat.*

32 *Quid in bonis suppositis fideicommisso, an alienentur fructibus non sufficientibus ad alendum.*

33 *An idem in debitis per fideicommittentem, & per grauatum.*

34 *Quid aduersus piam causam.*

35 *Quid in alimentis Filij, Nurus, Vxoris, & familiæ.*

36 *Pater condemnatur deducto ne egeat.*

37 *Quid in compatre, vel ex Baptismo, vel ex Crismate, vel Catechismo.*

38 *Quid in matre.*

39 *Quid in matre, quæ dolosè tutelam administrauit, an perdat istud priuilegium.*

40 *Huic Priuilegio tamquam introducto honestatis tuendæ causa, an possit renunciari, ibi, & num. 41.*

42 *An Auus, Auia, Proauus, & Proauia habeant hoc priuilegium.*

43 *Quid in Socero, & an cum Iuramento huic priuilegio renunciare possit.*

44 *Quid in casu, quo dolus à principio interuenit.*

45 *Quid in Socero viri, si dolum committat etiam constante matrimonio filiæ.*

46 *An idem seruandum in Socero viri, & vxoris, & quando, & quomodo, ibi, vsque ad num. 48.*

49 *Quid in filio, & quomodo, & quando, ibi, & num. seq.*

51 *Quid in filio effecto sui iuris.*

52 *Quid pro cõtractibus celebratis tẽpore patriæ potestatis.*

53 *Quot modis filius efficiatur sui iuris.*

54 *An in bonis castrensibus, vel quasi, siue aduentitijs, gaudeat filius hoc priuilegio.*

55 *An filius emancipatus pro contractibus factis tempore patriæ potestatis, habeat hoc priuilegium, si esset debitor ex delicto, vsque ad num. 58.*

58 *Exceptio, & Priuilegium istud, an sit perpetuum, vel tẽporale, & quibus rationibus, vsque ad num. 63.*

63 *Beneficium istud an competat retinendo, vel petendo.*

64 *Filius conuentus à patre, an gaudeat hoc priuilegio.*

65 *Quid in fratre, conuento à fratre.*

66 *Quid in socio.*

67 *Quid in socio conuento alia actione, quam pro socio.*

68 *Quid in socio omnium bonorum, siue alijs socijs, & quomodo, vsque ad num. 71.*

72 *Quid in pluribus scholaribus simul habitantibus.*

73 *Quid in negante socium, & non pœnitente ante litem cõtestatam, vsque ad num. 75.*

75 *Quid in socio, qui in contractu iurauit.*

76 *An succurratur per absolutionem à iuramento.*

77 *Quid in socio doloso.*

78 *Quid in socio qui renunciauit tali Priuilegio.*

79 *Quid in socio qui promisit soluere totũ integrũ, et similia.*

80 *Conductori non fit remissio propter pestem, promisit soluere integram pensionem, & hac verba quid operentur ibi, vsque ad num. 83.*

84 *Quid in socio qui promisit soluere sine aliqua exceptione, vel omni exceptione vel occasione remota, remissiue.*

85 *Quid si renunciauit omni Legum, & Iuris auxilio.*

86 *Marito an competat tale priuilegium, talisq. exceptio.*

87 *Quid in marito putatiuo.*

88 *Quid si talis exceptio fuit reiecta, & post sententiam maritus non appellauit.*

89 *Quid si fuit delatum Iuramentum decisorium, & vxor iurauit deberi tot.*

90 *Quid si maritus, & vxor ambo sunt inopes, cui magis succurratur.*

91 *Quid in priuilegio competente ad iuris rigorem, non autem miserationis causa, & sic beneficium hoc duplex, & num. seq.*

93 *Quid in marito inope facultatibus, sed artifice, & quando, vsque ad num. 94.*

95 *An alimenta præstanda debeantur ei qui viuere potest ex artificio, industria sua & labore.*

96 *An filius teneatur alere patrem, qui ex suo artificio viuere potest.*

97 *Quid in patre, filio, & marito, ac similibus, quibus indecorum est hac facere. ibi, & num. 98.*

99 *Quid in marito, cui competebat retentio, & dotem per errorem soluit, an competat repetitio, ibi, & num. seq.*

101 *Quid si res data in dotem, data sit immobilis, an marito competat hoc beneficium.*

102 *Quid si in Instrumẽto adest Clausula Constituti, & maritus promisit restituere in omnem casum dotis restituendæ.*

103 *An maritus negans se esse maritum, vel rem possidere, amittat hoc priuilegium.*

104 *Quid in re empta ex pecunia dotali.*

105 *Quid in marito inope & paupere effecto post sñiam latã.*

106 *Quid in marito qui administrãdo propria bona, & suæ vxoris, dolum commisit, an amittat Priuilegium.*

107 *Quid in casu soluti, vel constantis matrimonij.*

108 *Maritus an renunciare possit huic priuilegio etiam cum iuramento.*

109 *Quid quando vxor ultra dilationem legalem marito in dote restituenda concesserit.*

110 *Maritus an tale priuilegium transmittat ad hæredem extraneum.*

111 *Marito an competat tale beneficium vltra dotem, pro omni alio contractu celebrato cum vxore constante matrimonio.*

112 *Mulier an habeat hoc priuilegium.*

113 *An competat mulieri tutrici contra pupillum.*

114 *An alijs mulieribus vltra matrem, & auiam.*

115 *Etiam quod renunciatio sit generalis.*

116 *Tutrix carcerari potest quia subintrat in locum pupilli, licet vti mulier regulariter non possit carcerari.*

117 *Vxor an gaudeat tali priuilegio, & quando.*

118 *Quid in Donatore.*

119 *Donator non debet ex sua liberalitate periclitari.*

120 *Quid in Donatione ob causam.*

121 *Donatori dicenti se non habere nisi prædium vnum ad se alendum, an credatur.*

122 *Donatio quando dicatur facta ob causam.*

123 *Priuilegium hoc an competat re non integra, & in casu facta solutionis.*

124 *Quid si res donata semel peruenisset ad manus donatarij & postea reuersa ad manus donantis.*

125 *Iuramentum in litẽ an detur non solũ pro re ipsa, sed pro fructibus quando in sententia adest condemnatio.*

126 *An in fructibus existentibus, vel iam consumptis.*

127 *Quid si donator negasset.*

128 *Hæredi an competat tale priuilegium.*

129 *Quid in donatione facta ad opus publicũ constituendũ.*

Quid

130 *Quid in materia Ambitus.*
131 *Quid in donatione ad piam causam, vel ad Ecclesiam construendam.*
132 *Quid si donans ab initio constituit se possidere nomine donatarij.*
133 *Clerico an competat tale beneficium.*
134 *Quid in clericis in minoribus tantum constitutis.*
135 *An Colono partiario competat.*
136 *An debitori Ecclesiæ.*
137 *An Aduocato.*
138 *An extraneo dotanti.*
139 *An fideiussori.*
140 *Quomodo subueniatur fideiussori tali casu.*
141 *Quomodo subueniatur principali debitori.*
142 *Quid si principalis tali exceptioni renunciauit.*
143 *Si ante litem contestatam opponatur, an reddat Iudicium nullum.*
144 *Quid si peruenerit ad pinguiorem fortunam an ad soluẽdum cauere teneatur.*
145 *An tales gaudentes huiusmodi priuilegio, possint carcerari, vel cogi ad cedendum bonis, & num. seq.*

1 HAec Exceptio,† ne conueniatur deducto ne egeat, vel in quãtum facere possit, in executione sententiæ opponi potest, l. ex diuerso, §. vltimo, ff. soluto matrimon. l. in condemnatione, ff. de Regul. iur. Padill. ad l. 1. numero 36. C. de iur. & facti ignorant. Luc. Petr. in Practica Capitolina, lib. 3. c. 2. num. 18. Crass. de Except. ad Statuta, Except. 23. Roland. consil. 28. num. 6. lib. 1. Franch. Decis. 164. numero 1. parte 2. Roderic. ad l. post rem iudicatam, Declarat. Legum Regni, numero 48. fol. 626. qui bene loquitur, Pract. Lucæ Petri, lib. 3. cap. 1. num. 18.

2 Et hoc † importat vt in primo loco deducatur æs alienum, l. inter eos, versiculo, & inter eos, ff. de re iudicata. Secundo deducitur, ne egeat, d. l. inter eos, & d. l. in condemnatione, & illa verba,
3 inquantum facere potest, intelliguntur † honestè, & comodè, vt per glos. in d. l. inter eos, & in l. in condemnatione, Bald. in l. si maritus, ff. soluto matrimon. Ias. in l. sunt qui in id, numero 2. ff. de re iudicata. Decius in l. Diuus, num. 9. ff. de regul. iur. Brun. consil. 89. numero 3. Rebuff. ad l. Nepos Proculo, colum. 5. de verb. significat. & iuxta qualitatem personæ, Alexand. in l. si maritus in id, ff. soluto matrimon. quæ non debet exuberanter, & prodigaliter viuere. Tessaur. Decis. 212. numero 23. pulchrè Bald. in l. 2. numero 1. C. Quod
4 eum eo, nec debet vendi proprietas, sed † attenduntur fructus. Decius in l. Diuus, in fine, de regul. iur. Arno. Dialog. 29. & est tex. in l. qui bonis, ff. de cessione bonorũ, vbi Bart. dicit esse casum singularem, & mirabilem, quod debent attendi fructus; singularem quoque dixit Ias. in l. si fundum per fideicommissum, num. 3. ff. de legat. 1. Angel. in l. maritus, in fine, ff. soluto matrim. Imol. in l. apud Iulianum, §. hæres, ff. de legat. 1. Ias. in §. sed & si quis, numero 11. Instit. de action. in l. si constante, numero 150. ff. soluto matrimon. vbi pariter illum textum appellat singularem, & mirabilem Boer. Decisione 19. numero 6. Crauetta consil. 119. num. 9. Simon. de Pret. in Tract. vltimar. volunt. libro 11. numero 62. Tessaur. Pedemont. Decis. 211. num. 17. Pinell. de rescindenda venditione, par. 3. cap. vltimo, numero 28. Surd. de Aliment. titulo 4. quæst. 9. numero 15. & 16. Cui addo, quod hæc est magis Communis opinio, Crass. §. legatum, q. 29. in fine, & eam sequitur Papiens. in forma libelli pro legato rei singularis, numero 98. Roland. consil. 22. numero 21. colum. 1. Amarel. de claris aquis, Singul. 11. Borgnin. de vsufr. mulier. numero 37. propè finem, Menoch. de arbitr. Casu 183. numero 25. & Casu 169. numero 2. Pontan. de Aliment. cap. 7. vbi bene discurrit per circumstantias, & ponit primo loco considerandos redditus. Menoch. consil. 62. num. 6. volum. 1. Vincent. de Anna Singul. 23. Menoch. consil. 378. num. 7. & consil. 251. numero 13.

5 Declaratur hæc † Conclusio, primo in alimentis debitis titulo lucratiuo, secus si debeantur titulo oneroso, quia tunc proprietas vendi potest. Alexand. in l. marito, in fine, in l. si maritus, num. 4. versic. sed ad ista, ff. soluto matrimon. Decius in l. Diuus, in fine, ff. de reg. iur. Sed certè Bart. in l. penult. de aliment. & cibar. legat. loquitur interpretando verba illius legis, quæ in legatario loquitur, non per hoc necessario excluditur titulus onerosus, & Angel. in l. Nesennius, §. finali, ff. de re iudicata, non habet respectum ad titulum lucratiuum, vel onerosum, sed an teneatur alimentare de proprio, vel alieno; & Contrariam opinionem quod etiam pro legato, & titulo lucratiuo vendi debeat proprietas, tenet Pich. in repetitione l. Titia, §. Titia, quæst. 61. ff. de legat. 2. quem sequitur Natta consil. 48. dicens hanc opinionem æquiorem, & sequendam, per textum quem allegat optimum in l. fin. §. sin autem alienum, versiculo, sin autem, C. de bonis quæ liberis.

6 Sed iudicio † meo ad istum textũ videtur posse responderi, quod ibi est casus specialis in legato annuo, quod soluitur ex fructibus; & specialitatis ratio assignatur, ne duplici onere grauetur hæres quolibet anno proprietatem vendere, ita sentire videtur Corn. in d. §. sin autem, Gozadin. consil. 94. numero 22. & 27. Ruin. consil. 206. colum. penult. in princip. volum. 2. Socin. iun. cons. 115. numero 10. volum. 1. latè Roland. consil. 8. numero 28. volum. 2. dicens hanc esse Communem opinionem. Didac. Variar. resol. lib. 2. cap. 2. versiculo, tertio considerandum est. Borgnin. de vsufructu, numero 219. Crass. §. legat. quæst. 36. num. 2. & 3. & dicit Castr. in d. §. sin autem, quod casus illius contextus est singularis & mirabilis.

7 Declaratur secundo, quod si quis † habeat rẽ magni valoris, quæ si venderetur, ex pretio posset satisfieri creditori, & remanere etiam rantũ, vt fructus ipsius sufficeret ad alimenta ipsius debitoris, quod hoc casu proprietas ista vendi debeat, & primo loco satisfieri creditori, & residuũ ponere ad lucrum, pro alendo ipsum debitorem. Alex. post Imol. in l. si maritus, num. 4. ff. soluto matrimon. Aretin. in §. sed si quis, in fine, vbi Ias. num. 11. Instit. de action.

8 Declaratur tertio, nisi † aliter iudici videatur, cuius arbitrium in hoc multum attẽditur, Bald. in l.

in l. finali, numero 6. C. qui bon. cedere, poss. Menoch. de arbitr. Casu 183. numero 25. Surd. de Aliment. titulo quarto, quæstione nona, numero vigesimo.

9 Declaratur quarto loco vtiliter, quod † alimẽta sunt præstanda, secundum fructus secundum decorem, & condecentiam, & pro eis non est vẽdenda proprietas, secus in alimentis ad vitæ sustentationem: quia pro eis proprietas vendi debet. Cordub. ad l. si quis ex liberis, in princip. numero 40.

10 Cuius ea ratio esse videtur: quia † pater potest ex causa necessitatis filij personam vendere, l. 2. C. de parentibus qui filios distraxer. ergo multo magis bona, cum grauior sit alienatio personæ quam bonorum, Canone Præcipimus, 12. q. 1. gl. in cap. Cum olim, de maior. & obed. & illam l. 2. C. de Parent. qui filios distraxer. dixit singularẽ, Gerard. Singulari vltimo, num. 16. Marsil. Singulari 101. limitans in filio Clerico, & in Rubrica, de fideiussor. num. 120. Mantua Singul. 77. vbi limitat e contra, vt non possit filius patrẽ, & Singulari 547. vbi vendere pot. sed nõ, legitima priuare. Cagnol. ad l. non debet, numero quarto, ff. de regul. iur. vbi pariter limitat in filio Clerico, latè Tiraquel. de Retractu, §. 26. gloss. prima, numero decimoseptimo, Didac. ab eo accipiens, var. resol. libro tertio, capit. decimoquarto, numero quarto, Clement. de patria potest. capit. quinto, Effectu primo.

Et hanc declarationem posuit Cordub. ad l. si quis ex liberis, in principio, numero 40. qui in progressu Patris, sub numero quadragesimosecundo, videtur extendere ad alimenta, quæ respiciãt decorem, & gradum patris.

11 Et † hæc iura, & rationes, loquuntur in patre tantum, non indistinctè in alijs, & in patre restringitur, vt si ex alienatione proprietatis filius fame periret, eam alienare non debet, & ex redditibus viuere. Bologn. consil. 8.

12 Declaratur quinto † in materia Primogenituræ; nam secundo genitus, debet habere alimenta, non ex redditibus annuatim. Didac. ad l. quoniam in prioribus, in secunda limitatione, numero duodecimo, in Declaration. Legum Regni, ea ratione, quia hæc alimenta, quæ secundo genito præstantur, sunt loco Legitimæ, quę ad hæredes transmittitur. Idem comprobat Lup. in capit. per vestras, in tertio, Notabili, §. 24. numero septimo, de donation. inter vir. & vxor. Didac. in Epitome de Sponsal. parte secunda, capit. octauo, §. sexto, numero decimoquinto. Ludouic. Molina, de primogen. Hispan. libro secundo, capit. 15. numero 10.

13 Hæc ratio duo includit; Primum est, quod † alimenta loco Legitimæ transmittuntur ad hæredes. Secundum, quod Legitima non soluitur in fructibus. Et circa Primum.

Contrarium tenet Isern. in Constitution. Re-
14 gni, incipient. Comitibus, vbi vult alimenta † loco Legitimæ non transmitti ad hæredes. Afflict. Decisio. 252. numero quinto. Tiraquell. de iure primogen. quæstione 74. numero secundo. Brun. de Statut. exclusiu. Articulo vndecimo, numero 89. & videtur opinio Baldi, in l. prima, §. ius naturale, in fine, ff. de iustit. & iure. Surd. de Aliment. titulo quinto, quæstione 8. numero 33. & titulo quarto, quæstione nona, numero 22. & principale fundamentum cõsistere videtur in regula subrogatorum, cui Surd. in citato loco respondet tribus modis, vt apud eum.

15 Et in proposito videntur † considerandi quattuor termini; Compensatio, Subrogatio, Transfusio, & Nouatio; non enim ista alimenta possunt dici deducta in Compensationem Legitimæ, cum termini compensationis adaptari non
16 possint, iuxta l. 1. ff. de Compensat. Minus † per viam Subrogationis, ex ratione Surdi, de qua per eum, cui repugnat Mantua, consil. 80. col. 2. relatus per Anton. Gabr. lib. 6. de Regul. iur. Conclusione 2. Ampliat. 17. numero 52. Nec transfusio, cum ex Transfusione extinguatur primum, nec secũdum assumat naturam illius, ex notatis in l. singularia, ff. si cert. petat. Nec Nouatio, ex eadem ratione, iuxta notata in l. aliam, ff. de Nouation. Hanc tamen opinionem veriorem puto ex iure Transfusionis; & sic priuilegia Legitimæ per Transfusionem sunt extincta, & alimenta retinebunt propriam naturam, quæ per mortem extinguuntur.

Nec illud omittam loquendo de filiabus: quia
17 † licet priuentur Legitima per Statutum, adhuc eis remanent duo remedia in locum Legitimæ amissæ, scilicet, agere ad dotem, & interim alimẽtari, prout dixi in Tractatu de patre dotante filiãs ex quibus bonis præsumatur. Et ponit Natta post Bald. de Statut. Exclusiu. quæst. 1. num. 5. quam quidem dotem vti proprium patrimonium transmittat ad hæredes, licet alimenta fortasse deficiant.

18 Et istud ius † petendi dotem, in locum Legitimæ, transmitti ad hæredes, etiam non agnitum, vti debitum ex legis dispositione, Alex. & Ias. in l. cum antiquioribus, ambo, numero sexto, C. de iure deliberandi, Ias. in l. si arrogator, numero quinto, ff. de adoption. Roland. de lucro dotis, quæstione 47. Phanuc. in eodem Tractatu, glossa quarta, numero 7. & 8. pulchrè Crauetta, consil. 185. numero tertio, vbi reprehendit Calcaneum consil. octuagesimosecundo, & teneri ad restitutionem lucri in consulendo facti, Pinell. de bonis matern. l. 1. parte 1. numero 36. Surd. decis. 138. numero 15. Et hæc Communis, & verior est opinio, Brun. de Statut. Exclusiu. Articulo 13. quæst. 6. num. 93. Natta, in eodem Tract. quæst. 3. numero 48. Laurent. de Palatios, numero 293. Hier. Gabr. consil. 5. numero vndecimo, volum. 1. Simon de Pret. lib. 3. vltim. volunt. Interpret. 1. Dubitatione 15. Solutione 4. numero 9. Buesat. consil. 61. numero 11. & 12. Franch. Decis. 32. Riminald. sen. consil. 125. Zanch. ad §. cum ita, parte 4. numero 258. verior tamen opinio est, vt nec dos reseruata, nec alimenta sint loco legitimæ, vnde cum vita finiuntur; & ita practicatur. Peregrin. de fideicommiss. Articulo 38. sub numero 21.

19 Declaratur sexto, nisi † alimenta essent præstanda ei qui futurus est dominus, Imol. & ibi Alex.

Alex.num.5.in l.Imperator,ff.ad Trebell. per l.1. §.mulier,ff.de ventre in possession.mittẽdo, Barbac.consil.63.colum.3.versiculo,& si quisquam, volum.2. Simon.de Pret.de interpretatione vltimar.volunt.libro 4.dubitatione 11. num. 73. Trigon.Singul.11.num.3.

20 Declaratur † septimo,in legato alimentorum, quod sit taxatum in certa quantitate vini, olei,leguminum,& similium,quo casu si fructus nõ sufficiunt, venditur proprietas,Bertrand. cons. 268. numero 2.volum.2.ea etiam ratione: quia Doctores in materia loquentes, loquuntur in legato simplici,& indeterminato; secus ergo si sit taxatum,& determinatum, quia, vt voluntas testatoris impleatur, fructibus non sufficientibus, vendenda est proprietas.

21 Et hæc Conclusio venit amplianda,† vt vera sit in legato alimentorum certo, & determinato, per verba expressa, sed etiam si esset taxatum per relationem tantum,puta; relinquo alimenta quæ solitus sum præstare in domo, Natta consil. 387.numero 7. Planuc. de Inuentar.parte septima,numero 57.

Sed cum in hoc casu testator viuens, de fructibus,& redditibus aluerit,nec vnquam proprietatem vendiderit,cur debet facere heres qui defunctum repræsentat, & eadem bona retinet?

22 Et data longitudine † vitæ in persona alimentandi,qui splendide viuebat tempore testatoris,vt ibi.Natta in facto præsupponit, si quolibet anno vendendo diminueretur proprietas,ad exiguũ,redigetur patrimoniũ in præiudicium heredis, etiã qui ex mente eiusdem Nattæ,sibi prius quã alteri prouidere debet.

23 Et non videtur par consideratio à legato † specificato, & determinato, ad illud quod fit per relationem in hac materia alimentorum,cum relatio respiciat non quid expressum, vel præcisum., sed solum si lantè viuebat,vel parcè,& similia. Et dispositio legis loquitur data paritate; volo enim docere Petrum,vel ponam nomen proprium ipsius,vel monstrabo eum digito, vel per signa, & demonstrationes claras,& sic hæc tria semper tẽdunt ad vnum præcisè certum,& idem subiectũ; non sic in casu isto,vbi dicendo, Alimenta, quæ in domo habebat, requirit aliquam declarationem.

24 Subdeclaratur in hærede † qui confecit Inuẽtarium,qui nõ tenetur vltra vires, & sic iuxta redditus,salua, & intacta remanente proprietate, Castrens.consil.406.in 2.dubio,vol.1.

25 In hoc puncto confectionis Inuentarij † Bal. in l.volũtatis,numero 4.& 5. C.de fideicommiss. tenuit hæredem etiam si Inuentarium non confecerit, non teneri vltra fructus,& redditus, & sic vires hæreditarias.Cuman.consil.30.in secundo dubio,ea ratione:quia legatum alimentorum intelligitur arbitrio iudicis,qui non æstimabit vltra fructus, & deducto ære alieno, quæ defalcatio secundum Cuman.fit ab ipso testatore, & non per hæredem,idem Bald.consil.septuagesimo, volumine quarto, inter consil. Alex. Anchar. in Regula, Peccatum, quæstione nona, de regul.iur. libro sexto, Ioan.de Amic.consil.quinquagesimo sexto,Bertrand. consil. decimonono, columna prima, volumine primo, Ioan.de Garron. in Rubrica,de secũd.nupt.numero 95. Planuc.de Inuẽtario, numero quinquagesimoseptimo,quinquagesimooctauo, & quinquagesimonono. Et hæc est magis æqua,& magis Communis opinio. Lancellot.Galliaula,in Consuetudi.in verbo,solidos,numero 55.

26 Sed vna † oritur difficultas, quam mouet Ias. ad l.vltima, §.& si præfatam,colum.secunda,in 4.Limitatione, C.de iure deliberandi, quod testator præsumitur velle se conformare cum dispositione iuris,sic,& hæres, & quilibet alius, l. continuus,§.cum ita,ff.de verb.obliga.l.si Societatem, §.arbitrorum,ff.pro socio. Alex.cons.quinto,volum.2.consil.33.numero 7. volum. 1. Paris. consil.44.numero 18.volum.2. Socin.iunior, consil. 49.numero 16.volum.2. Berous.consil.61. numero 18.volum.2. Sed iura disponunt, quod ex non confecto Inuentario teneatur in solidum, cum præsumatur possidere bona sufficientia; & cum Ias.concurrit Natta,cons.387.numero nono. Roland.à nemine allegatus,de Inuentarijs, parte vltima; versiculo, quid si testator, folio mihi 213.

27 Huic rationi † conatur respondere Surdus de Aliment.titulo octauo, Priuileg. decimotertio, numero 5.

Primo, quod cum hoc legatum intelligatur iuxta arbitrium boni viri, vtique bonus vir arbitrabitur secundum æquitatem, & non secundum rigorem,& sic non vltra vires.

28 Hæc responsio mihi videtur aliquantulum debilis,cum enim bonus vir nullus † alius sit nisi iudex,l.vir bonus,ff.iudicat.solui, Menoch. de arbitrar.in princip.numero decimo, iudex enim legem scriptam sumere debet, ex congestis ibidem à Menoch. quæ lex scripta, vult hæredem conficientem Inuentarium non teneri vltra vires, aliàs secus, merito sibi imputet non conficiendo; nec video cur in legato alimentorum, vel dotis, quæ fauorabilia sunt, iudex debet seruare æquitatem ad fauorem hæredis non conficientis magis,quam in alijs; nec releuat quod subiungit Surdus, de foro conscientiæ; quia de hoc non tractamus, sed sumus in foro exteriori.

29 Respondet secundo † loco Surdus in citato loco,quod id quod soluit hæres vltra vires, non est in bonis testatoris; sed in parte hæredis. Respondeo, quod hoc non releuat: quia hoc venit ex post facto,& per accidens, & sibi imputet hæres, qui conficiendo Inuentarium, talem pœnam euitare poterat.

30 Et qui † sequuntur dictum Baldi, limitant ipsum non procedere in legato alimentorum taxato,& determinato; quia hæres non conficiendo Inuentarium,tenetur vltra vires.Surd.in citato iam loco.

31 Declaratur octauo, in † alimentis debitis iure sanguinis, pro quibus si fructus non sufficiunt, proprietas alienari potest,Surd.sicco tamẽ pede, & paucis contentus, de Aliment.titulo quarto, quæstione nona, numero trigesimooctauo. Et hæc

hæc declaratio est valde vtilis, & magis frequentata, & fere eadem cũ quarta superius posita, n. 9.

32 Extenditur hæc declaratio, vt † nedum proprietas libera alienari possit, fructibus nõ sufficientibus, sed bona fideicommisso, supposita, de magis Communi, Crass. §. fideicommissum, quæst. 57. num. 6. Roman. ad §. Diui, num. 131. Peregrin. de fideicommiss. quæst. 42. num. 86. in fine, Menoch. lib. 4. Præsumpt. 191. d. arbitrar. Casu 182. num. 26.

33 Extenditur secundo, siue ad alimenta † teneatur fideicommittens, siue grauatus, Petra, quæst. 7. num. 480.

34 Extenditur tertio, etiam † aduersus piam causam. Roman. consil. 267.

35 Extenditur quarto † in alimẽtis filij, nurus, vxoris, & familiæ Padill. ad Authenticã Res quæ, nu. 86. Menoch. & Peregrin. in citatis iam locis.

36 Plures autem sunt personæ, † quæ sic cõdemnatæ habent hoc priuilegium, vt non condemnentur, nisi in quãtum facere possunt, & deducto ne egeant.

Primo igitur loco parentes condemnãtur in quantum facere possunt, §. sed si quis, Institut. de action.

36 Primo igitur loco † pater cõdemnatur in quãtum facere potest, deducto ne egeat, §. sed si quis, Inst. de action. cuius a Ias. ibi duplex assignatur ratio; Prima est, reuerentia paterna, secunda quia intrat Regula, Dolo facis, quia petis quod restituturus es, vnde si pater teneretur in solidũ, teneretur filius refundere, cum patrem inopem alere teneatur, l. si quis ex liberis, §. si vel parens, ff. de liberis agnoscendis.

Ampliatur hæc Conclusio, vt vera sit, & procedat, tam in patre naturali, quam etiam spirituali. Vasqu. Controu. illustr. cap. 97. numero 7. Tiraquell. ad l. si vnquã, in verbo, Susceperit liberos, nu. 28. de pęnis, Causa 21. nu. 10. Mascard. Conclus. 332. nu. 11. Surd. de Aliment. tit. 1. q. 11. nu. 11. q. 78. num. 24.

37 Si igitur habes compatrem † vel ex Baptismate, vel ex Crismate, vel Catechismo, (his enim tribus modis tantum compater efficitur) Decius cons. 462. num. octauo, non poteris eum conuenire, nisi in quantum facere potest, & deducto ne egeat.

38 Mater secundo † loco conuenitur in quãtum facere potest, Brun. de Cess. bonor. q. 1. 4. q. principalis, sub num. 2. Ex quo vtiliter infertur, quod mater tutrix, pro debito carcerari non poterit, cũ habeat exceptionem, vt cõdemnetur in quãtum facere potest, Marsil. in Practica, §. attingam, nu. 65. Caccialup. de debitore fugitiuo, quæst. 5. num. 26. Duenn. Regula 312. versiculo, dico tamen, Saraina ad Matthesilan. 108. Borgnin. de tutor, nu. 325. reprobata opinione Bartoli, in l. si quis sub conditione, ff. de testament. tutela, & in Authentica, Matri, & auiæ, C. quando mulier tutelæ offic. in tract. de carcer. q. 4. Angel. in l. quoniam, C. de custod. reorum Roman. consil. centensimodecimooctauo, Socin. regula trecentesimadecimasexta, Materfamilias, in vltima limitatione.

Limitando, nisi dolose tutelam administras-

39 set, nam tũc † ratione doli perdit priuilegium in quantum facere potest, Veronens. cons. 9. num. 4. Brũn. de cessione bonorum, quæst. 24. num. 3. 4. q. principalis.

Et hæc opinio contra Bartol. videtur iudicio

40 meo confirmanda; quia † tale ius est introductũ fauore honestatis, & sic ad bonos mores tuẽdos, ergo ei renunciari nõ potest, l. ius publicum, ff. de pact. cap. Si diligenti, de foro competenti, & non est ius introductum mero fauore renunciantis, sed dignitatis, & sexus, Roman. Sing. 172. Tu audiuisti, per c. 2. de iud. lib. 6. vbi Io. Monach. con-

41 cludit iuri † reuerẽtiali renũciari nõ posse, & persona non est habilis in se ad renunciandum, cum sit mulier, Ias. in l. penult. nu. 14. C. de pact.

Et hæc opinio mihi videtur æquior, licet cum Bart. plures teneant, & vltra supra nominatos, eũ sequitur Ias. in l. plerique, num. 34. de in ius vocãdo. Didac. in l. feminæ, num. 74. de regul. iur. Marsil. Singulari 248.

42 Tertio, † Auus, Auia, Proauus, Proauia, & alij ascendentes in infinitum, iuxta l. appellatione, ff. de verbor. signific. vbi Rebuff. col. 7. versiculo sexto, & vltimo, affirmat etiam ex Communi vsu loquendi esse adeo generale, vt supra, infra, & a latere fere non habeat finem, & sic illud priuilegium in quantum facere potest, totum sanguinẽ sic considerando, comprehendit.

43 Quarto, hoc priuilegio gaudebunt † soceri, ex parte viri, & ex parte vxoris; in quo articulo, licet videantur iura valde pugnantia, vt vix saluari possint, iuxta tamen receptas traditiones Conclusio sit, quod vterque socer habet priuilegium, tam constante matrimonio, quam soluto, ne cõueniatur nisi in quantum facere potest, de Communi Alexand. in l. rei iudicatæ, numero nono, ff. soluto matrimon. in l. non tantum, numero 14. ff. de re iudicata, vbi Ias. in l. sicut autem, numero quarto, Campeg. de Dote, parte tertia, numero 250. Brũn. de Cessione bonorum, quæst. 22. 4. quæstionis principalis, licet non bene figat pedem.

Ampliatur, vt nec tali priuilegio etiam cum iuramento per Socerum possit renũciari, Amat. Decis. March. 16. num. 31.

44 Limitatur ex mente omniũ † supradictorum, nisi dolus à principio interuenerit.

45 Sublimitatur per prædictos, quod † pater mulieris, & sic socer viri, si dolum committat constante matrimonio, tale priuilegium non amittit, si eo constante conueniatur, cum eo enim hoc casu mitius agitur, ratione affinitatis, quæ hoc casu durat, vbi Ias. bene explicat, num. 4. in fine, prope num. 5.

46 Duo autem sunt † casus in quibus isti soceri inuicẽ differũt, Primus est, quia socer primus, id est Pater mariti, siue cõueniat actione de dote, siue alia, semper aduersus nurũ habet hoc beneficiũ ne conueniatur vltra quam facere possit, ita so-

47 nant l. non tantum, cum l. sequenti, † secus est in patre mulieris, & sic altero socero, vt per Castr. in lege ex diuerso, ff. soluto matrimonio, vbi dicunt, illum text. esse ad hoc singularem; & licet Alex. in l. rei iudicatæ, columna vltima, dicat,

non clarè probati ex eo textu, tamen Iaſ. in alle-
gata l. ſicut autem, clarè defendit, vbi num. 3. ra-
tionem diuerſitatis aſſignat, quia nõ debetur nec
conſideratur ea reuerentia ex parte mariti erga
ſocerum eius, ſicut è contra.

48 Secũdus caſus eſt, quod pater † mulieris, quan
do ſcit dotem promiſſam ſoluere non poſſe, de
prehenditur in dolo, quia præſumitur decipere
voluiſſe, l. penult. ff. de iure dot. vbi eſt caſus ſecũ-
dum omnes ſingularis, ſecus in patre mariti, quia
ſciendo ſe eſſe inopem, dotem recepit à nuru, cũ
ex hoc nullus in eo dolus deprehendatur, cum
poſſit dotem conſeruare, & poſſit in futurum di-
tari, ante diem reſtitutionis dotis, quod notabi-
le eſt.

49 Quinto filius in nonnullis caſibus habet hoc
priuilegium, vt non conueniatur vltra quam fa-
cere poſſit, & deducto ne egeat. Pro quo præſcien
dum eſt, quod filius ſub poteſtate conſtitutus, o-
bligatur ex omni contractu de mundo, præter-
quam ex mutuo, & voto, l. tam ex contractibus,
ff. de iudic. l. filiusfamilias, ff de action. & obliga-
tion. l. finali, §. 1. ff. de verb. obligat. Pariſ. conſ. 54.
num. 1. & 2. volum. 1. Et hæc eſt Comm. opin. Iaſ.
in l. 1. num. 2. C. qui admitti, in l. 1. §. huius ſtudij,
nu. 16. ff. de iuſt. & iure. Emanuel. Suarez in ſuo
50 Theſauro, litera F. num. 210. † & contra filium
ſic obligatum relaxatur, & fit exequutio in perſo-
nam, & deuenitur ad capturam. Bart. in l. 3. §. ſed
vtrum, ff. de minor. in l. ſi filio, ff. ſoluto matrim,
in tract. de Carcere, quæſt. 4. Paeiſ. conſ. 94. num.
8. & 39. parte 1. & eſt Communis opinio. Ema-
nuel Suarez. in citato iam loco, Aſcan. Clement.
51 de patria poteſt. Effectu 5. num. 3. qui † filiusfa-
milias ſi efficiatur ſui iuris, acquirit hoc benefi-
cium, ne conueniatur vltra quam facere poſſit;
& hoc pro contractibus celebratis tempore pa-
triæ poteſtatis, ſecus ſi poſt: quia pro illis conueni-
52 tur in ſolidum; & † creditores iſti licet tpore po-
ſteriores, præferuntur illis, qui cõtraxerunt dum
erat ſub poteſtate, & ſic anterioribus, l. 2. ff. quod
cum eo, vbi Caſtrenſ. dicit, eſſe caſuum notabilẽ,
& dicit tria in practica requiri; Primò, quod con-
ueniatur ex contractibus celebratis tempore pa-
trię poteſtatis; Secundò, quod conueniatur poſt-
quam eſt effectus ſui iuris; Tertio, quod non ha-
beat bona materna, vel ſaltem nõ habeat vltra le-
gitimam, ſed à ſe acquiſita.

Et ponit practicam Caſtrenſ. ponendo modos
53 ex † quibus filius efficiatur ſui iuris, Emancipa-
tione, patre adhuc viuente; Secundo, per mortẽ:
quia fuit exhæredatus, vel fuit inſtitutus, & hære-
ditatem repudiauit; vel non repudiauit, ſed in
ſola Legitima fuit inſtitutus; vel fuit inſtitutus
vltra Legitimam, tamen hæc hæreditas fuit va-
cua. Et hi omnes modi ſunt ponderandi in pra-
ctica, ſecundum Alberic. in d. l. 2. in finalibus ver
bis, nec illud in practica tacendum eſt, quod ſi
bona paterna deueniant in filium; quorum con-
templatione contraxerunt cum ipſo filio, filius
non habet hoc priuilegium, ſed bene aliud, quod
ſi dimittat creditoribus omnia bona iſta paterna,
54 liberatur. Si tamen † filius tempore quo erat ſub
poteſtate, habebat peculium caſtrenſe, vel quaſi,
vel etiam aduentitium, in his factus ſui iuris, non
habet hoc priuilegium: quia illorum, contempla
tione videntur contraxiſſe creditores, dicẽs Ca-
ſtrenſis hæc omnia in practica quotidiana & à
Doctoribus male ſecundum eum explicata.

55 Quod autem † de emancipato dictum eſt, vt
habeat hoc priuilegium, ne conueniatur vltra
quam facere poſſit, de cõtractibus factis tempo-
re patrię poteſtatis, limitatur multis modis; & Pri
mo, niſi eſſet debitor ex delicto, l. ſed & ſi ex par-
te, verſiculo, quamquam, ff. quod cum eo, cum
non habeat auxilium legis, qui in legem commit
tit, l. auxilium, in fine, ff. de minor. & ibi Alberi-
56 cus infert ad Practicam † l. quoties, C. de preci-
bus Imperat. offerend. vt moratoria quinquen-
nalis illius legis non faueat, nec opituletur con-
tra fiſcum. Et ſequitur Romanus, dicens eſſe ſin-
gulare verbum, Singulari 182 Quid ſi Titius.
Alexan. ad l. Quamuis, col. 2. ff. ſoluto matrimo-
nio, in l. 1. ff. ſi cert. petat. Iaſ. in Authent. Res quę,
num. 30. C. Commun. de leg. Rebuff. ad Regias
Conſtitution. Tomo 2. Rubrica, de literis dila-
torijs, artic. 1. gloſ. 1. num. 27. Nellus in tit. de
ſaluo conducto, num. 59. Menoch. de Arbitrar.
Caſu 204. num. 16. 337. num. 16. Euerard. in loco
à Fiſco, ad Eccleſiam, numero ſecundo, ver-
ſic. quartum. Boui. de Statut. gloſ. decimanona,
numero ducẽteſimoquadrageſimoprimo, gloſ.
vigeſimaprima, num. ſeptuageſimoprimo. Her-
culan. de Cautiọn, de non offenden. cap. trigeſi-
ſeptimo, num. vigeſimo. Et hæc eſt Communis
opinio. Farinac. quæſt. vigeſimanona, ſub nume-
ro vigeſimotertio.

Licet Cõtrarium teneat Cucch. de motator.
numero 28. Ampliatione 2.

57 Limitatur ſecũdo, † quando poſt multos annos
conueniretur, quo caſu perdit hoc priuilegium;
textus eſt reputatus notabilis, in l. ſed ſi ex parte,
§. penult. ff. quod cum eo,

58 Ex qua colligitur, quod † exceptio, In quantũ
facere poteſt, eſt temporalis, & non perpetua. Et
hanc opinionem tenet gloſ. magna, in fine, in §.
appellantur, Inſtitut. de exception. ex duabus ra-
tionibus mota: quarum Prima eſt, quod tutus
exceptione perpetua, fauorabili, non repetit, l. qui
exceptio, vbi text. ſingularis, ſecundum Bart. &
Iaſ. ibi, ff. de condictione indebiti: Sed iſte qui te-
netur in quantum facere poteſt, ſoluens non re-
petit, l. quod nomine, cum l. ſequenti, ff. de con-
dict. indebiti. Ergo non eſt perpetua, ſed tempo-
ralis, ſed huic Accurſ. & gloſ. rationi videtur
poſſe reſponderi, quod tutus exceptione perpe-
tua, non repetit in exceptione quæ naſcitur cum
ipſo contractu, prout exceptio Velleiani, ſecus in
exceptione quæ aliter non competit, niſi ab ho-
mine opponatur, vt compenſationis, & iſta de
qua agimus, l. qui inuicem, vbi Iaſon, ff. de
condictione indebiti. Bald. & Imol. in l. ſi pa-
ter ignorans, ff. ſoluto matrimonio. Bart. in l.
ſi cum dos, in principipio, ff. rerum amota-
rum.

59 Secunda eſt Accurſij ratio: quia poteſt eſſe
quod in futurum diues efficiatur, ex l. ſi de-
functus, Cod. Arbitria tutelę; quæ Con-

Concluſio

clusio vera est non absolute, & simpliciter, sed concurrēte industria, & labore, & non aliter. Decius cons.6.num.1.& 175.in fine, Corasl.lib.3. Miscellaneor.iuris, capit.5.numero 6. Roman. consil.274.& 346. colum. vltima, Siluan. consil. 86.num.6. Menoch.lib.6. præsumptione 29.numero 11.

Cui plene profitenti addo Alex. ad Bart.in l. 2.C.pro socio, Crauet.consi.131.nu.12. Ripam in l.si ventri, num. 14. de priuileg. credit. Tessaur. decis.211.num.17.Borgnin.de tutore, num.223. Decis.3.num.34.parte 1.

60 Et contra † Accursij, & glo.opinionem moue tur etiam ad l.2. §.sane, numero 6.ff. de except. quod quis non potest præsumi effici diues in futurum; quia diuitiæ sunt accidentia extrinseca, quę non præsumuntur, l.vero, §.qui pro rei qualitate, vbi Ias.numero 14. dicit gloss. illam singularem, ff.qui satisdare coguntur, sed hoc verum simpliciter, & de per se, sed bene præsumuntur data industria, & labore; & licet diuitiæ quandoque a fortuna proueniant, de his Conclusio non loquitur, nec l.si defunctus, sed de diuitiis, quæ mediante labore, & industria acquiruntur.

61 Pro resolutione, an † ista exceptio sit perpetua vel temporalis, sic crederem dici posse, quod regulariter exceptio ista est in sedubia: quia potest esse temporalis, & perpetua, & dubietare pendente, est perpetua, ex l.sufficit, ff. de Condictione indebiti.

62 Est temporalis † præsumptione iuris, cum in futurum præsumatur ditari, & locuples fieri, vt dicit Albericus in l.quod nomine, ff.de condict.indebiti, & cum præsumptione quod sit temporalis, est Communis opinio, attestata per Socin. in l.secunda, §.sanè, numero sexto. ff. de exception. vbi postea subdit suam distinctionem, quod in genere considerata, est perpetua, deducta ad actū, est temporalis. Cucch.vero in pract. de motator. numero 205.eam omnino reputat perpetuā, considerando præsertim statum; & cum hac opinione pertransit, & quia non pōt esse magni præiudicij. Ego autem credo esse temporalem, ex textu ab alijs prout ego viderim non allegato, in l.sed si ex parte, §.penult.ff.quod cum eo; & prædictis ad do pulchrum verbum Baldi in capitulo primo, numero secundo, de notis feud. quod tale beneficium habetur retinendo, non petendo.

63 Limitatur tertio, † nisi filius contraxisset multa debita, & postea se emancipari fecisset, & sic in fraudem contraxit: nam emancipatio sequens non iuuat eum, ex l.prima, §. primo, ff. si quis testamento liber esse iuss.fuer. vide quæ posui de de posit.parte secunda, quæstione 131. versiculo, vnde, & in decisionibus Casuum frequent. Decis. prima, numero decimoquinto, & ponit Veronensis cautel.14.in fine.

64 Et quando filius † conuenitur a Patre, gaudet hoc priuilegio, Faber, Ioan.de Platea, Angel. & Iason §.sunt Prræterea, Instit. de action. Surd.de Aliment. titulo primo, quæstione sexagesimaoctaua, numero quinto, & sexto, hoc priuilegio

65 † gaudebit frater, conuentus à fratre. Faber, in §. sed si quis, vbi Aretin.numero tertio, Ias.numero quarto. Institut. de Action. & restringunt ad fratrem vtrimque coniunctum. Idem Ias. in l.sunt qui, ff.de re iudic. Surd.de Aliment. titulo primo quæstion. 168.numero sexto, Tessaur.Decisione 119.dicens hoc quæsitum esse pulcherimum, & peregrinum. Amat. Decis. Marchiæ decimasexta, numero 6.

Contraria opinio est Communis, Alberic.in l. verum, ff.pro socio.

66 Septimo loco habet hoc † beneficium socius, vt non conueniatur vltra quam facere possit, l.verum, ff.pro soc. §.sed si quis, de action. l. sunt qui, ff.de re iudicata.

67 Ampliatur hæc Conclusio † ex mente supradictorum Aretin. & Ias.etiam si socius cōueniatur alia actione, quàm pro socio, dummodo societas fuerit causa immediata, non remota, vel occasio, ex l.socium, §. socius, & ibi Bart. & alij, ff.pro socio.

Et cum iste casus sit vtilis, frequens, & delectabilis,

68 † si loquimur in societate omnium bonorū, nulla addibetur distinctio, sed omnia lucra communicātur, omnia damna, & infortunia, non culposa imputantur, l.cum duobus, §. per contrariū, ff.pro socio. Mozzius, in titulo de societ. colum.

69 8. verficulo, sed quæro, quid si loquimur † in societate particulari, tunc adhibetur distinctio, con siderando duos casus; & primus sit, si societas fuit causa remota, vel occasio, tunc societati damnū non imputatur, nec lucrum communicatur, exemplum: propter societatem accessi ad Principem, qui mihi aliquid donauit, certe erit commodo meo, licet nō habuissem si causa societatis ad Principem non accessissem. Eodem modo in damnis, putà fui absens ex causa societatis, & consanguineus meus fecit testamentum, & instituit hæredem extraneum, quem non instituisset, si præsens fuissem. Idem si legatum perdidi, quod non perdidissem si præsens fuissem, & non me absentassem causa societatis.

70 Idem † si absuturus causa societatis cōmendaui administrationem patrimonij me alicui, qui negligentius se gessit, nam hoc mihi soli damno erit, nō socijs in communi, quod durum est, & se pe incurrit in facto. Et ita cōcludunt Bar. Bal. Alberic. & Fulgos.in d.§.socius, & Petrus de Vbald. in citato iam loco, & est casus satis frequens, ac etiam delectabilis.

71 Ampliatur etiam Conclusio, † nedum in socio omnium bonorum, sed particulari, & vnius tantum negociationis, l.verum, in principio, ff. pro socio; sed in hoc differunt, quod socius vnius negociationis, conuenitur ex illo facto tantum, sed omnium bonorum, ex omni contractu. Ias. conciliando iura ad l.sunt qui, num. 6.ff.de re iudicata. Brun.de Cessione bonorum, q.24.4.q. principali, nu.4. qui solum transit cum ampliatione tantum.

72 Ampliatur tertio, † in pluribus scholaribus simul habitantibus: quia si vnus ratione societatis efficiatur debitor alterius, conuenitur in quantū facere potest, Ias.in §.sed & si quis, num.7. Instit. de actione.

F 2 Limi-

73 Limitantur prædicta, nisi socius † negauerit se socium, quo casu per negationem perdit hoc priuilegium; dixi in tractatu de excussione bonorum, parte secunda, quæst. 69. num. 12. vbi pluribus modis declaraui, & limitaui, ibi videre placeat,

Addo Ioan. Lup. in cap. Per vestras, §. 12. num. 12. in 7. Notabili, col. 184. Brun. de Cessione bonorum, quæst. vigesimaquarta, quartæ quęst. principalis, num. 4. Surd. de Aliment. Titulo primo, priuileg. 78. num. 28.

74 Limitatur † secundo, vt possit socius ante litē contestatam pœnitere, & confiteri, Bartol. & cæteri, in d. l. finali, ff. de rei vendicatione, ex l. electio, §. neque, ff. de noxal. glos. in l. inde Neratius, §. hæc actio, in verbo, in duplum, ff. ad leg. Aquil. Felin. in c. Cæterū, col. penult. ad fin. de Iud. Ias. in §. omnium, colum. 14. & 15. Instit. de action. Roman. consil. 59. colum. finali, in fine, cons. 70. colum. 2. Alexan. in l. hæreditatum, §. finali, ff. ad leg Falcid. Angel. in l. si dubitatur, §. 1. ff. de fideiussor. Marsil. in Rubrica de fideiuss. num. 77. Ant. Gabr. de acquir. possessione, Conclus. 5. num. 27. Cucch. de acquir. possess. num. 280. qui ampliant etiam post litem contestatam, dummodo conuictus non sit.

75 Limitatur tertio, † vt socius, nec alij quibus competit, gaudeant tali beneficio, si in contractu interuenit iuramentum, quod habet vim specialis renunciationis. Alexand. consil. centesimotrigesimotertio, volum. 5. Sequitur Serafin. de Iuramento, priuileg. 56. extendens etiam ad Clericos. Brun. in socero loquens, consil. 89. num. 4. versic. Plus dico, Corneus consil. centesimovigesimooctauo, colum. secunda, in fine, colum. 3. in princip. volum. tertio. Gozad. consil. 88. num. decimonono. Rolan. consil. decimotertio, numero decimo, volum. primo, de lucro dot. quæst. 42. num. 13.

76 Vltra quem adde quod † huic facilè succurritur, petendo absolutionem à iuramento, ad effectum excipiendi, quæ facillimè obtinetur, in terminis Capell. Tolosana 258.

Dicitur etiam quod in casu Alexand. id prouenit non præcisè ex vi sola iuramenti, si simpliciter socius soluere iurasset, sed ex Clausulis prægnantibus iuramento postea vallatis, sed quod simplex iuramētum solum sufficiat, ponit Ioan. Lup. ad cap. Per vestras, in fine operis, numero 26. fol. 185.

77 Limitatur quarto, nisi † conuentus socius fuisset in dolo, quo casu ratione doli perdit hoc beneficium cessionis bonorum, Corneus consil. cētesimovigesimooctauo, volum. tertio. Cępol. consil. 9. num. quarto, qui bene loquitur. Brun. de Cessione bonorum, quæst. 24. quartæ quæst. principal. num. 2.

78 Limitatur quinto, nisi † socius renunciauerit tali priuilegio, vel ante, vel post, quod potest, si conuenerit, vbi not. ff. de re iudicata, in l. tale pactum, §. qui prouocauit, ff. de pact. in l. si quis crediderit, ff. eod. de pact. vbi Glos. sublimitat, aut tale priuilegium competit ratione personæ, vt marito, socero, & similibus; aut ratione contractus, vt socio, primo casu, renunciari non potest, vbi Alberic. restringit ad maritum solum, sed alij renunciare possunt; Secundo casu potest, vbi Alberic. excipit donatorem, qui licet conueniatur ex contractu, tamen renunciare non potest, ne inops fiat ex liberalitate sua.

79 Potest etiam † socius renunciare tacitè, & sub inuolucro verborum, vt si promittat soluere totum integrum, & similia, Ias. post Alexand. in l. sunt qui, numero quinto, ff. de re iudicata, Ioan. Lup. in c. Per vestras, §. 12. n. 16. Ruin. cons. cētesimoquinquagesimosecundo, colum. tertia, volum. tertio. Roland. de lucro dot. quæst. quadragesimaoctaua, num. 6. Afflict. Decis. ducentesimaquinquagesimaoctaua, num. tertio, vbi con-
80 ductori † non fit remissio propter pestem, si promisit soluere integram pensionem, & sic superat casum fortuitum. Roland. in citato loco, dicens
81 excludi per † hæc verba, lucrum dotis debitum ex forma Statuti, dicens hanc esse Communem opinionem. Addo Hippolyt. Singul. 687. dicentem se in facto habuisse. Latè Ruin. consil. quadragesimoseptimo, numero 18. volum. secundo. Socin. Regula 331. Fallent. 3. Boer. Decis. 44. nu-
82 mero trigesimotertio, quod per † hæc verba censetur per testatorem prohibita Trebellianica, & ita in socio in terminis concludit Peregrin. de fideicommiss. articulo tertio, numero 89. in fine, Ruin. consil. centesimoquinquagesimosecundo, colum. tertia, volum. 3. Roland. de lucro dot. quęst. trigesimaoctaua, num. quinto. Franc. Decis. centesimasexagesimaquarta, parte prima, vbi
83 idem † si se obligauit post sententiam, vel aliàs se in solidum obligauit. Secus si simpliciter soluere promisit, quia ex hoc non præiudicat. Ruin. consil. centesimoquinquagesimonono, colum. tertia, in fine, volum. tertio. Surd. Decisione centesimatrigesimasecunda, numero vigesimotertio.

84 Idem si socius † promisit, soluere sine aliqua exceptione, vel occasione remota; quia tali priuilegio renunciasse videtur, si eo tempore competebat. Ioan. Lup. in cap. Per vestras, §. 12. num. vigesimoprimo, fol. mihi 184. posui post Roman. in Tractatu de Excuss. bonorum, parte secunda, quæst. decimaquarta, numero decimo, vbi videre placeat.

85 Quid si renunciauit † omni legum, & Iuris auxilio, posui in Tractatu de Excuss. bonorum, parte 2. quæst. 17. num. 31.

86 Octauo, hoc priuilegium † habet maritus ne conueniatur vltra quam facere possit, & deducto ne egeat, l. maritum, ff. soluto matrimon. vbi tex. ponit Regulam affirmatiuam, & limitat non transire ad hęredem extraneum. Vnde transit ad suum hęredem, ad idem l. patronus, ff. de re iudicata, & natum ex eodem matrimonio. Campeg. de dote, par. 3. quæst. 258. vnde nec ad filios filiorum? Campeg. quæst. 261. Natta, consil. 109. num. 15.

Hæc Conclusio habet plures declarationes, quas ponit Alex. ad l. maritum, & ponit etiam Socin. Regula, Maritus, ponam solum aliquas quæ reputantur notabiles.

Limita-

Limitatur igitur primo loco notabiliter, ex
87 mente Doctorum † vt tale priuilegium non cõpetat marito putatiuo, secundum verum, & Cõmunem intellectum Io. Andr. capitulo 1. de donation. inter virum, & vxorem, quem commendat Alex. in d. l. maritum, in principio, versiculo, septimo limitat. vbi appellat hanc declarationẽ notabilem. Campeg. de Dote, quæst. 237. parte 3. dicentem, ab opinione Io. Andr. non esse recedẽdum. Bald. Castrens. & Imol. in l. diuortio, §. impendia, ff. soluto matrimon. Brun. attestans de Communi, in tractatu de Cessione bonorum, q. 20. numero 9. quartæ quæstion. principalis. Surd. de aliment. tit. 1. q. 77. num. 47.

88 Limitatur secundo notabiliter, † si maritus opposuit talem exceptionem ante sententiam, quæ per iudicem fuit reiecta, & maritus ab reiectione non appellauit: nam post sententiam, & in executione amplius opponere non poterit, gloss. reputata notabilis, in l. Nesennius, §. finali, in verbo, non debetur, ff. de re iudicata, & ibi sequitur Bar. Alex. in l. maritũ, limit. decimaseptima, ff. soluto matrimon. Brun. de Cessione bonorum, q. vigesima, 4. quæst. principal. numero vigesimosexto, & hæc limitatio est vera nedum in marito, sed in alijs, cum text. in d. §. finali, loquatur vere in marito, & tamen extenditur ad donatorem, Campeg. de dot. quæst. ducentesimatrigesimaoctaua, limitatione decimaseptima, parte tertia, qui quæstione ducentesimaquinquagesimaquinta, Contrarium tenet.

89 Limitatur tertio notabiliter, † nisi per iuramentum litis decisorium, a marito vxori delatum ipsa iurasset deberi tot de præsenti causa dotis, quo casu hanc exceptionem opponere non poterit, gloss. reputata notabilis, in l. eum qui, §. si mulier, ff. de iureiurando, quam ibi reprobant Alexand. & Ias. ea potissimam ratione: quia iuramentum, & sententia æquiparantur, vt dixi in tract. de iuramento decisorio, quæst. quadragesimaseptima, & sic opponitur contra sententiam. Et hæc opinio mihi verior videtur, & posui in tractatu de iuramento litis decisorio, quæst. quarta, nonę quęst. principal. numero decimoquinto, fol. 2.

Limitatum quarto notabiliter, ex mente Al-
90 berici, in l. si quis crediderit, ff. de pact. quando † ambo, maritus & vxor essent inopes: nam hoc casu præfertur mulier, licet agat, ex quo tractat de damno vitando, vbi Alberic. dicit, hanc quæstionem esse pulcherimam. Bald. in l. Præses, C. de seruitut. & aqua. Aretin. in §. item si de dote, colum. secunda, vbi Ias. colum. prima, de action. Marsil. dicens valde quotidianum, Singul. 99. & est Cõmunis opinio, Alex. in d. l. maritum, colum. tertia, in principio. Surd. de aliment. titulo primo, quæst. 78. num. 36.

91 Et hæc vera sunt † in priuilegio competente miserationis causa, prout verè in marito contingit, secus si tale priuilegium competeret ad iuris rigorem moderandum, prout in l. secunda, vbi Bald. numero quinto, C. quod cum eo, quem sequitur Campeg. de dote, parte tertia, quæst. ducentesimaquadrasimaprima, Alexan. in Rubr, ff. eod. titulo. Pari s. consil. 94. colum. septima, versiculo, & ista, volum. primo, Firmian. in Repertor. in verbo, debitor pauper, numero vigesimotertio, in verbo, filius conuenitur, numero vigesimosexto, Brun. de Cessione bonorum, quæst. 4. principali, numero octauo, versiculo, & hoc, quæst. 13. in fine 4. quæst. principalis, & quæst. 20. numero trigesimo, Vrsill. ad Afflict. 122. numero tertio.

92 Et sic colligitur ex hoc dicto Baldi, † quod duplex est hoc beneficium, miserationis causa, & ad Iuris rigorem moderandum, primo casu mitius agitur quam in secundo.

93 Limitatur quinto, † si maritus sit inops facultatibus, sed artificium habeat ex quo viuere possit, secundum gloss. in l. si maritus in id, ff. soluto matrimonio, vbi Bartol. Alberic. Bald. & Castrens. notant, Alexand. ad l. maritum, limitatione decimaquinta, ff. eodem, vbi Castren. numero octauo, dicit illam gloss. singularem, & eam notabilem commendat Amanel. de claris aquis, Singulari centesimooctuagesimooctauo, Ias. in §. Item si de dote, columna prima, numero septimo, Institut. de action. Campeg. de dote, parte tertia, quæstione ducentesimatrigesimaoctaua, limitatione decimaquinta, Brun. de Cessione bonorum, quæstione vigesima, 4. quæst. principalis, numero vigesimoquinto, qui omnes sequuntur, siue maritus siue eius liberi artifices sint. Surdus de Aliment. titulo primo, quæstione septuagesimaoctaua, numero trigesimoprimo.

Et hanc gloss. restringit Crauetta, consilio centesimononagesimonono, numero nono,
94 † vt procedat in materia exorbitanti, in qua agitur de amissione iuris quęsiti, vnde subuenitur ex hoc solo, quod artificium habeat, secus in alijs casibus.

Sed si consideremus textum per Gloss. allegatum, videbitur fortasse aliter dicendum, stante Consuetudine Neapolitana, de qua per Afflict. & Vrsill. 122. Vincent. de Anna, Singul. 24. præ-
95 dicta locum † non habent & in materia alimentorum & victus, Regula est in vniuersum vera, quod obligatus ad alimenta, non tenetur præstare ei qui ex suo artificio viuere potest industria & labore, & in filio opifice est text. & ibi notat Bart. in l. si quis ex liberis, §. sed si filius, ff. de liber. agnosc. Veronens. ad l. Nepos Proculo, numero quinto, ff. de verbor. significat. Barbac. de præstant. Cardinal. quæst. 6. Barilic. 1. parte numero quarto, Bart. Socin. consil. 121. numero quadragesimoseptimo, libro quarto, Lambertin. de iure patron. libro tertio, quęst. 3. principali, Articulo 6. numero duodecimo, Zasius in l. maritum, numero septimo, Caccialup. ad l. frater à fratre, numero 106. ff. de condict. indebiti. Burgarin. in l. prima, numero 27. ff. soluto matrim. Lariott. de Regul. iur. Axiomate 38. Alciat. consil. 209. numero quarto, Natta consil. quadragesimooctauo, numero octauo, Ludouic. Molina, de primogenit. Hispan. libro 2. cap. decimoquinto, numero quadragesimosexto Dec. consil. 570. numero tertio. Cordub. ad d. §. sed si filius, nu-

mero centesimo vigesimotertio, Surd. de Aliment. titulo septimo, quæst. sexta. Roland. consil. quinquagesimoquarto, volum. secundo, Socin. iun. consil. octauo, numero decimotertio, volumine tertio. Tiraquellus, de Nobilitate, capit. vigesimo, numero centesimoquarto. Natta consil. ducentesimoprimo, numero duodecimo. Cittadin, de Iurepatron. parte sexta, articulo quarto, numero quinto. Roland. consil, quinto, numero trigesimo, volum. tertio, Clement. de patria potestate, Effectu 17. n. 31. in fine, Benincas. de paupert. quæst. 7. in 2. speciali Iudic. num, 24. Surd. Decis. 244. num. 3, Borgnin. de vsufr. num. 189, Magon. Rota Lucana, 73, num. 13. Hieron. Gabr. consil. 25. num. 15. libro 1. Est Communis opinio, Gabr. de Aliment. Conclus. 1. num. vigesimoseptimo, in fine, Bursat. consil. 88. numero secundo.

96 Nec etiam tenetur filius alere patrem, qui ex suo artificio viuere potest, vt deducit Cordub. in d. §. si filius, num. 124. Surd. de Aliment. titulo 7. quæst. 14. num. 8.

97 Declarando semper, † tam in patre, quam in filio, dummodo ei non sit indecorum, & saluo honore facere possit, & in marito de quo agimus, & similibus, Bart. in Tractatu de Aliment. num. 8. in l. 1, num. 11. C. de mendicant. valid. lib. 11. Aretin. in l. alimenta, num. 3. C. de negoc. gest. Abb. in cap. 2. num. 5. De conuers. infidel. Barbac. de præstãt. Cardinal. quæst. 69. Basilic. 1. parte, num. 4. Caccialup. in l. si qua illustris, nu. 93. C. ad Orfician. Bald. Nouell. de Dote, parte 6. priuileg. 4. num. 1. Neuiz. in Silua, lib. 3. in verbo, stuprator, Crauetta cons. 199. Didac. in Epitome, de Sponsal. parte 2, cap. 8. § 6, num. 9. Duenn. Regula 367. Limitat. 1. Rauenn. Sing. 27. Crot. ad l. si constante, num. 15. ff. soluto matrimon. Roland. cons. 54. num. 78. lib. 1. Ludouic. Molina, lib. 2. de primogen. cap. 15. num. 48. Corduba ad §. si filius, num. 131, Surd. de Aliment. Titulo 7. quæst. 6. num. 12, & 13. Viuius, in Silua, Opinion. 45.

Nec omitto, quod Menoch. consil. 81. nume-
98 ro quadragesimooctauo, videtur tenere † etiam artificem alendum, si non habet in bonis.

99 Limitatur sexto, si maritus † cui competebat retentio, eam per errorem soluisset: nam repetere non poterit, l. quod nomine, & ibi Bart. Castr. & Ias. ff. de cõdictionine deb. & sic tale beneficiũ competit retinendo, non agendo, vt dixi supra, ex Baldo, num. 63. Campeg. parte tertia, quæst. 256.

100 Et si dicatur, † quod ista decisio videtur dura, quia iste remanet nudus per errorem. Respondet I. C. quod sibi imputet ex quo solutum erat debitum, & sic repetendo, indebitè faceret.

101 Quid si res † in dotem data sit immobilis, vt fundus, domus, & similia, considerandi sunt duo casus principales. Primus est, quando vxor soluto matrimonio, agit ad dotem in immobilibus consistentem, & tunc maritus habet hoc beneficium quia conuenitur ratione matrimonij. Secundus casus est, cum maritus semel constante matrimonio bona dotalia restituit, quæ postea iterum ad eius manus peruenerunt, & hoc casu in solidum tenetur, quia vti maritus iam restituit, hodie est vti possessor, merito nõ habet hoc priuilegium; ita conciliando tenet Ias. in l. si constante, numero centesimodecimooctauo, ff. soluto matrimon. Brun. de Cessione bonorum, quæst. vigesima, quartæ quæstionis principal. in primo Casu, Riminald. in Titulo Institut. quibus alienare licet, vel non, numero 578.

102 Declarantur prædicta, † nisi in dotali Instrumento esset appositum Constitutum, puta, quod maritus promiserit restituere in omnem casum dotis restituendæ, constituens &c. quia sic incontinenti soluto matrimonio est translatum in mulierem dominium, & possessio, & tenetur maritus in solidum, & non gaudet amplius tali priuilegio. Bald. Angel. & Roman. in l. si filiofamilias, ff. soluto matrimon. Alexand. ad l. Nesennius, §. fundum, numero tertio, ff. de re iudicata, Tiraquell. de Constitut. parte prima, numero vigesimooctauo, vbi infert in donante, & donatario pari ratione dicendum esse.

103 Similiter † si maritus negaret se maritum, vel negaret se rem possidere, ratione negationis dicitur esse in dolo, & tale beneficium perderet, immò, & cessionis miserabile beneficium Alexand. ad l. maritum, in decima Fallent. ff. soluto matrimon. Campeg. de Dote, parte tertia, quæst. 138. limitatione 11. Marsil. de fideiuss. numero trecentesimovigesimoseptimo. Ant. Gabr. libro quinto, de acquir. possessione, Conclusione quinta, numero septimo. Cucc. de mentient. numero nonagesimonono. Surd. de Aliment. Titulo primo, quæst. septuagesimaseptima, numero vigesimooctauo, secus si culpam tantum in administrando comiserit. Campeg. quæst. ducentesimasexagesimatertia, & hoc verum est in bonis proprijs, secus in dotalibus, Campeg. quæst. ducentesimasexagesima quarta.

104 Quid in re † empta ex pecunia dotali? vtique, & dotalis est, & l. vxor marito, & ibi Bald. declarat hoc verum in subsidium, ff. de donation. inter virum, & vxor. l. si cum dotem, §. finali, vbi Alexand. numero quarto declarat effici dotalem, accedente consensu vxoris; vel absolutè dicamus, ideo effici dotalem, quia in vniuersalibus prout dos, pretium succedit loco rei, & è contra; quam etiam sequitur Ias. in §. Item si dot. in tertia limitatione, & ibi Aretin limit. 6. Instit. de action. Brun. de Cessione bonorum, quæst. 20. 4. quæst. principal. sub numero tertio.

105 Limitatur septimo, † vbi esset effectus inops, & pauper post sentẽtiam, etiã absque eius culpa, quia isto casu non excusatur, sed in solidum tenetur, l. rei iudicatæ, in principio, & ibi not. Alexand. ff. soluto matrim. quod per Doctores reputatur valde notabile.

106 Limitatur octauo, si in † administrando bona propria, & suæ vxoris, dolum commisit, quo casu perdit beneficium, & in solidum conuenitur, vt per Bart. & alios, in l. etiam, §. licet, ff. soluto matrimon. & ibi quærentes circa culpam, post multa tandem distinguunt; Aut loquimur in bonis proprijs ipsius mariti, vel in bonis dotalibus, Primo casu culpa toleratur, & tale beneficium

ficium non perdit, vt per Alexan. in d.l.etiam, §. licet, colum. 1. numero 6. Campeg. de Dote, parte 3. quæst. 263. secundo casu, si culpa est lata, non toleratur, & tale beneficium perdit. Angel. & Doct. in l. si constante, §. si maritus, ff. soluto matrimon. Bald. Nouell. de Dote, parte 7. priuileg. 14. Cacialup. de priuileg. dotal. priuileg. 241. numero 41. Campeg. de Dote parte 3. quæst. 264. Brun. de Cessione bonorũ, parte 4. quæst. 20. numero 6. & latius num. 31.

Limitatur nono, ex opinione multorum, vt
107 Regula vera † sit, & procedat soluto matrimonio, secus eo constante. Glos. & Cin. in l. vbi adhuc, C. de iure dot. Aretin. in §. Item si de dote, colum. 2. in 2. Fallent. Instit. de Action. In contrarium est Communis opinio, de qua per Ias. in l. si constante, numero 111. ff. soluto matrimon. vbi Bald. Nouell. num. 37. Crot. numero 187. & hoc verum constante matrimonio, secus eo soluto, Surdus de Aliment. titulo 1. quæst. 178. numero 48.

108 Nec tali priuilegio, † per maritum renunciari potest, etiam cum iuramento, ex quo continet ius reuerentiale, vt dixi superius num. 78. Campeg. de Dote, parte 3. quæst. 244. & 247. Brun. de Cessione bonorum, quæst. 20. principali.

109 Limitatur decimo, vbi † vxor vltra dilationẽ legalem, marito in dote restituenda concesserit, quam de iure Communi consequi debet, iuxta l. licet, cum ibi notatis per glos. ff. de pact. dotal. in verbo, iusta causa. Elapso igitur termino, non gaudebit amplius tali beneficio, ne conueniatur vltra quam facere possit, ex l. sed si ex parte, §. sed an etiam, secundum vltimam lecturam gloſ. ibi positam, ff. quod cum eo,

Contrarium tenet Bart. ibi, Bald, Alberic. & Salicet. Alexand. ad l. maritum, limitatione 14. ff. soluto matrimon. Campeg. de Dote, parte 3, quæst. 38. in 14. limitatione, Brun. de Cessione bonorũ, quæst. 20. 4. quæst. principal. numero vigesimo.

110 Nec tale priuilegium † maritus transmittit ad hæredem extraneum, sed ad filium, vt dixi supra, numero 86. & ad filium tantum, non autem nepotes, vel pronepotes. Et hæc est Communis opinio, Brun. de Cessione bonorum, quæst. 26. 4. quæstionis principalis, prope finem. Campeg. de Dote, parte 3. quæst. 246. Crassus §. Transmissio, quæst. 29. numero 5. & 6. vbi de Communi, ad omnes filios, etiam ex alio matrimonio, non autem nepotes.

111 Et tale beneficium † competit marito, nedum ratione dotis, sed pro omni alio contractu cum vxore celebrato constante matrimonio, Ias. ad l. non tantum, ff. de re iudicata. Benincas. de paupert. quæst. 8. in 2. speciali contractu, numero 14. Surd. de Aliment. titulo primo, quæst. 78. numero 13.

112 Nono Mulier † habet hoc Priuilegium, vt nõ conueniatur nisi in quantum facere potest, sentit Bart. in l. rei iudicatæ, §. socero, in summario, ff. soluto matrimon.

113 Ampliaturq. hæc Conclusio in † muliere tutrice, contra pupillum etiam si in Instrumento tutelæ renunciasset omni legum, & iuris auxilio, Bart. in l. si quis sub conditione, numero 20. ff. de testament. tutela. Didac. in 2. Variarum resolution. cap. 1. numero 3. inferens vtiliter ad vnũ, quod cum mulier etiam præsupposita renunciatione habeat hoc priuilegium ne conueniatur vltra quam facere possit, ergo carcerari nõ poterit pro debito ciuili; aut enim habet bona, & illa capiuntur, aut non habet bona, & semper ad est Clypeus ne conueniatur vltra quam facere possit, & hoc modo argumentandi ante Couartu. in milite vsus est Bald. in l. 1. colum. vltima, C. qui bon. cedere poss. quem sequitur Alexan. in l. Centurio, numero 25. ff. de vulgari, & pupillari, Gomes. in cap. mulieres, numero 22. de iudic. libro 6. Placa in Epitome Delictor. libro 1. cap. 34. numero 13. qui vtitur eadem formalitate verborũ, quibus vtitur Couarru. in citato iam loco, nec vnum aut alterũ allegat Sarain. ad Matthesilan. Singulari 108. Et hæc opinio verior, & æquior videtur.

114 Declarando † eam in Auia vel Matre tutricibus, quæ vti sub nomine parentum habent hoc priuilegium, sed non alijs mulieribus, ita limitat Duenn. Regula 312. col. 1. 4. quæst. princip. versiculo, Dico tamen; & sic saluari posset Contraria opinio, & Communis, & eam etiam tenet Brun. quæst. 1. 4. quæst. princip.

115 Cui addo, quod non est facienda vis, † siue renũciatio sit generalis, siue specialis, semper enim priuilegium durat, & stat in robore suo. Didac. ad cap. Quamuis, in initio 2. part. numero 7. fol. mihi 70.

Borgnin. de tutor. sub numero 325. subdit
116 num aliud, † quod licet mulier pro debito ciuili carcerari non possit, tamen effecta tutrix, subintrat in locum pupilli, & perdit tale priuilegiũ, ex cap. 1. §. finali, de priuileg. lib. 6. & Capic. decis. 19. num. 2.

Ponunt materiam Surd. de Aliment. titulo 1. quæst. 78. Amat. Decis. March. 11. numero 13. sed prædicta non ponunt, prout apud eos videri potest.

117 Vxor † quoque inter mulieres fruitur tali beneficio, l. non tantum, ff. de re iudicata, exceptis duobus casibus; quorum primus est, nisi in dolo fuisset, vel cum sciret se dotem promissam soluere non posse. Brun. de Cessione bonorum, quæst. 12. 4. quæst. principalis, qui pro vno tantum casu ponit, & melius.

118 Decimo, † donator gaudet hoc priuilegio, ne conueniatur vltra quam facere possit, l. inter eos, §. is quoque, l. exhæredatum, l. *ne liberalitate*, ff. de re iudicata, l. in condemnatione, l. Diuus Pius, ff. de regul. iuris, quæ iura propriè loquuntur in donatione, & si alicui conuenit tale priuilegium, maxime competere debet donatario, qui ex mera liberalitate conuenitur omni penitus antecedenti commodo postposito, prout in Marito, Socio, & similibus considerari potest.

119 Et hoc iusta † ratione statutum fuit, ne quis ex sua liberalitate periclitetur, & inops fiat, l. ne liberalitate, ff. de re iudicata, per quæ inferiebat singulariter Socinus post Ioan. de Platea, quod donator

tor bonorum cum reseruatio ne vsusfructus, nõ
tenetur cauere, prout debẽ ... vsufructuarij, iux
ta l. 1. ff. vsufr. quemad. caue. t. & hoc, ne ex libera
litate sua damnum patiatur, ita Socin. in l. omnes
ff. de exception. dicens singulariter notandum,
ad limitationem d. l. 1. per text. singularem, in l. fi-
lio, ff. vt legati nomine caueatur, latè Corneus, cõ
sil. 267. col. 3. lib. 4. Decius, & Cagnol. in l. Diuus
de regul. iur. ille numero secundo, iste in fine cõ-
ment. idem Decius, consil. 265. num. 5. Roland.
consil. 38. volum. 4. Anton. Gabr. lib. 5. de vsufru.
Conclus. 1. num. 45.

Addo Roland. in citato iam loco, & in tracta-
tu de Inuentar. fol. 209. nu. 5. Decium in Authen
tica. Ex testamento, num. 1. in fine, C. de Colla-
tion. Borgn. de vsufr. nu. 153. Ioan. de Arno, Soli
loqu. 2. Et hæc opinio est æquior, & magis Com-
munis, Pinell. ad l. 1. parte 2. numero 80. C. de bo
nis maternis, vbi omnes concludunt, sufficere pro
mistionem sub hypotheca bonorum; & ita iudi-
cauit Senatus Pedemont. apud Osasch. Decis.
152. & dicit Corneus in allegato consil. Ego iam
sum sexagenarius, & numquam vidi donatarium
satisdedisse, ex vsufructu in donatione retento.

Declaratur primo loco, vt Conclusio vera sit,
120 † & procedat, in donatione pura, & simplici, se-
cus in donatione ob causam, quæ non prouenit
ex mera liberalitate, & sic cessat priuilegiũ istud.
Angel. in paucis verbis, in l. sed hoc ita, ff. de re iu
dicata, Alex. in l. sunt qui, col. 2. in principio, sub
num. 3. ff. eod. titulo, & in l. non tantum, col. vlt.
Roman. consil. 26. colum. 4. Barbac. consil. 28. co
lum. 2. consil. 41. colum. 5. vol. 3. in tract. De præ-
stant. Cardinal. parte 1. quæst. 3. sub num. 17. Ias. in
l. ex hoc iure. col. antepenult. versiculo, septimus
effectus, & ibi Claud. Aquens. col. penult. ff. de
iust. & iure, in l si non sortem, §. libertus, effectu
16. ff. de condict. indebiti. Viuius in Commun.
Opinion. in verbo, Donator habet, iuxta primã
editionem. Riminald. in principio, num. 198. infe
121 rentes ex hoc, † quod si donatarius ad exclu-
dendam donationem dicat, ego non habeo nisi
istud prædium ex quo viuo, & me alimẽto, quod
audiatur, & donatario incumbit onus probandi
adesse alia bona, ex gloss. celebri, in l. cum de lege,
ff. de probation. ex quo donator sustinet partes
Rei, & agitur ad defensam, & non ad actionem
consequendam.
122 Et donatio † dicitur facta ob causam, quando
fit ad commodum donantis, licet in ea dicatur,
purè, merè, & simpliciter, secus si ad commodũ
donatarij, quo casu dicitur pura, & non ob cau-
sam. Oldrad. consil. quinto, Titius dedit, Alexan.
consil. 39. in 3. dubio, libro 4. Decius, in l. si dona-
tione, numero 24. C. de Collation. in l. Diuus, nu
mero 4. ff. de regul. iur. Crauetta, consil. 301. &
consil. 85. numero secundo. Tiraquell. ad l. si vm-
quam, in verbo, donatione, num. 124.
123 Declaratur secundo, vt † tale priuilegium cõ-
petat re integra, & retinendo, secus si soluisset;
quia repetere non poterit, vt dixi supra, numero
63. & 99. & in donatario expressè Decius in l. Di-
uus, num. 5. de regul. iur.
124 Limitatur † tertio, nisi res donata semel peruc
nisset ad manus donatarij, & postea reuersa sit ad
manus donantis, qui conuentus rei vendicatio-
ne, non habet amplius tale beneficium, per l. Ne
sennius, §. fundum, vbi Alex & Ias. ff. de re iudica
125 ta, vbi etiam † datur iuramentum in litem, non
solum pro re ipsa principali, sed etiam pro fructi-
bus datur iuramentum in litem, si iudex in sen-
tentia ad eos condemnauit, & in illorum quali-
tate, quantitate, & pretio.
126 Et hoc verum respectu † fructuum extãtium,
sed respectu consumptorum bona fide, vel sunt
corrupti ex se ipsis, vel quia videbat eos corrum-
pi, & non poterant conseruari, & sic consumpsit,
etiam post litem contestatam, tunc non iuratur
in litem, ex quo donatio est stricti iuris, Plot. de
in litem iurando, §. 24. in fine.
127 Limitatur quarto, si † donator negasset, de qua
dixi superius, numero 103.
128 Limitatur quinto, vt tale priuilegium † non
competat hæredi, l. verum, §. 1. ff. pro socio, l. sciẽ-
dum, ff. de re iudic. de hęrede mariti dixi supra,
numero 110.
129 Limitatur sexto, † in donatione ad opus pu-
blicum constituendum, Alex. in l. qui ex donatio
ne, ff. de donation.
130 Quę lex loquitur † secundum iura antiqua in
materia ambitus: de iure vero Codicis de digni-
tate sine iurisdictione, vt per Albetic. in l. 1. C. ad
leg. Iul. de ambitu, Tiber. Deciã. sicco pede, trac.
Criminal. libro 8. cap. 26. tomo 2.
131 Et cum procedat † argumentum, à fisco ad
piam causam, ex notatis per Euerard. in suo loco,
à Fisco ad Ecclesiam, idem, & multo magis dicẽ
dum est pro Ecclesia, vel pia causa, & sic ad Ec-
clesiam construendam.
132 Limitatur † septimo notabiliter, nisi ab initio
donans constituisset se possidere nomine dona-
tarij, quo casu perdit hoc beneficium, Tiraquell.
post relatos, dicens singulare, de Constitut. parte
1. numero 29.
133 Vndecimo, † Clericus habet hoc beneficium
ne conueniatur vltra quam facere possit, glos. or
dinaria Communiter approbata, in l. miles, vbi
Bart. Alex. & Ias. in l. miles, ff. de re iudicata. Ge-
min. & Perus. in cap. Si propter, in principio, in
2. notabili, de rescript. libro 6. Staffile. de literis
gratię, & iustit. fol. 154. versic. Pręterea, in paruis
primò impressis. Euerard. in loco à milite arma-
tę militię, numero 3. & hęc est vera, & Commu-
nis opinio. Aufrer. ad Tolos. 213. & 245. Couarr.
variar. resolut. libro secundo, capit. 1. numero 9.
vbi pariter de Communi. Neuiz. consil. 59. num.
secundo. Farinae. parte 1. quæstione 6. numero
11. Ioan. Guller. de Contract. cap. decimosepti-
mo, numero septimo, Brun. de Cessione bonorũ,
quæstio. 3. principali, numero vndecimo. Amat.
Decisio. Marchiæ 16. numero vndecimo, Boer.
Decis. 226. circa finem. Benintas. de paupert. quæ
stione octaua, in quarto, speciali numero decimo
quinto. Surd. De Aliment. titulo primo, quęstio-
ne sexagesimaoctaua, numero vigesimo. Re-
probata opinione Matthesilani, notabili sexagesi
mo primo, vbi etiam in Additio. Ampliatur, vt
Clericus huic priuilegio renunciare non possit,

Felin.

Felin. dicens valde notandum, consil. nono, in fine.

134 Quæ procedit † in Clericis in sacris constitutis, secus in minoribus ordinibus tantum, vt per Couarru. in citato iam loco, & posui materiam supra, de exceptione Capituli, Odoardus.

135 Duodecimo, colonus, † partiarius gaudet hoc priuilegio, tetigi in tract. Locati, & Conducti parte quinta, titulo, de Cessione bonorum, in fine, declarando, vt ibi.

136 Decimotertio, † tale priuilegium competit debitori Ecclesiæ, quæ vti pia mater, non exigit, nisi in quantum debitor facere potest, Canone, Quicumque, 16. quæstione 7.

Declarando, dummodo ecclesia non indigeat pro se, vel alij debitores non sint in maiori necessitate, Decius in capit. Episcopus, numero quarto, de præbend.

137 Decimoquarto, † tale priuilegium competit Aduocato, de Communi Ias. in l. miles, numero nono, de re iudicata. Iudici, qui per imperitiam, male iudicauit. Bossius, de offic. corrupt. numero 23.

138 Decimoquinto cõpetit † extraneo dotanti mulierem, quam dotare non tenetur, l. si extraneus, l. penult. ff. de iure dot. Ias. in l. inter eos, num. 4. ff. de re iudicata.

139 Tale autem beneficium † non extenditur ad fideiussorem qui in solidum conuenitur, l. & si fideiussor, ff. de re iudicata. Alex. in l. non tantum, §. quod autem, numero octauo, ff. eodem. Ias. in l. si cum procuratore, numero 4. ff. eod. vbi dant

140 Cautelam, † vt statim fideiussor denunciet principali qui ex sua persona liberet fideiussorem ab obligatione solidi, ex l. idemq. §. generaliter, & l. fideiussor, §. quædam, ff. mandati. Addo Marsil.

141 de fideiussor. numero 273. vel † Principalis constituat procuratorem fideiussorem ipsum, qui faciat acta nomine principalis, Aretin. in §. finali, num. 6. Institut. de replication. dans hoc pro bona Cautela, & in l. in omnibus, colum. 2. in princip. Institut. de fideiussor. Brun. de Cessione bonorum, quæstio. 25. 43. quæstione principali, Franc. Marc. Decis. 213. parte 1.

142 Nisi principalis † tali exceptioni renunciasset, Alexand. consil. 133. columna finali, volumine quinto.

Declaratur autem, quod extendatur ad fideiussorem si aliàs remaneret inutile, aliàs non extenditur, Alex. in l. cum filiusfamilias, in fine, §. 1. ff. de verb. obligat. post Batt. in l. Stichum. §. quod vulgo, sub nu. 2. versic. ad propositum, ff. de solution. Bonif. de statutar. gloss. 21. numero 69. pulchrè Angel. Aretin. de except. in princip. sub numero 16.

Et dilatio concessa principali, extenditur ad fideiussorem, vel sequestratarium, si principalis compareat, & petat non molestari. Surd. Decis. 301. Vel esset concessa motu proprio superioris, Cucch. de morator. num. 137. Marchesan. Commissione 4. cap. 1. num. 24. Rebuff. de literis dilat. articulo 1. gl. 1. numero 42. Crass. ad statutum, exception. 32. num. 42.

143 Et talis exceptio opposita ante litem † contestatam, reddit iudicium nullum, secus si post. Aretin. in §. sed si quis, in fine, de action.

144 Et cauere tenetur, † si ad pinguiorem fortunam deuenerit, de soluendo integrum. Bald. in l. secunda, in fine, C. quod cum eo, saltem iuratoriam præstet, vt ibi bene per eum.

145 Qui igitur † vt supra hoc priuilegio digni sunt, carcerari nullo modo possunt, nec detineri, nec cogi bonis cedere, Tessaur. Decis. 153. numero 4. Gaspar. Bec. de inope. debit. cap. 17. numero 34. Brun. de Cessione bonorum, quæstione 22. 4. quæstion. principalis, Marsil. in practica, §. Attingam, num. 65. Amat. Decis. Marchiç 16. num. 24. & 26.

Et è contra vltra alios dicitur facere quo minus facere possit, qui erogat bona in fraudem futuræ actionis, Pet. de Vbald. de duobus fratr. in fine, numero 2. cartha mihi penult. Et hæc exceptio, ne conueniatur vltra quam facere possit, potest per executorem, etiam admitti Bartol. in l. à Diuo Pio, num. octauo, de re iudicata, in l. penult. de confess. Felin. in cap. Pastoralis. §. quia vero, numero 16. de except. Menoch. de arbitrar. quæst. 38. num. 10.

EXCEPTIO. XXVI.

Expensarum vel melioramentorum.

De hac materia posui late in tractatu Locati, parte 4. titulo, de expẽsis, nu. 14. cum seq. Addo Padill. ad l. 1. num. 137. C. de iuris & facti ignorant. Magon. Rota Lucana, decis. 81. num. 6. qui bene loquitur. Gratian. Decis. Marchiæ 225. num. 16. infra, in verbo, Exceptio retentionis, in fine, in terminis Hier. Gabr. consil. 52. num. 12. lib. 1. si retardetur occasione melioramentorum, Cautela est vt detur terminus ad ea liquidanda, quo elapso, sententia mandatur executioni, Amat. decis. Marchiç 23.

EXCEPTIO XXVII.

Compensationis.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio compensationis, opponi potest post sententiam in executione.*

2 *compensationis exceptio opponitur contra rem iudicatam.*

3 *Compensatio habet locum etiam si prima sententia esset absolutoria.*

4 *Compensationis exceptio an possit opponi in causa appellationis.*

5 *In causa appellationis debent produci actus impugnatiui, sed sententia non impugnantur, vt hic.*

6 *Declara vt hic, & num. seq.*

8 *Compensatio opponitur, si debitum est liquidum, vel de*

proximo

proximo liquidandum.
9 *Iudicis arbitrium in liquidando, circa compensationem admittendam, quale sit, & quousque extendat.*
10 *Spoliato admitti an possit exceptio alterius spolij.*
11 *Compensatio opponitur publicato processu.*
12 *Compensatio opponitur post conclusum in causa.*
13 *Compensatio opponitur post rem euictam.*
14 *Compensatio opponitur siue causa sit ordinaria siue summaria, vel executiua.*
15 *Compensandi practica quæ sit.*
16 *Fructuum etiam practica, & quando præsumantur consumpti.*

1 Exceptio † compensationis opponi potest post sententiam, & in executione ipsius. Abb. in c. Suborta, & ibi Felin. numero 2. de re iudicata Roland. cõsil. 28. num. 4. volum. 1. Afflict. Decis. 121. Paris. consil. 21. n. 18. volum. 1. De Communi Serafin. de Iuramen. priuileg. 74. num. 101. latè Surd. Decis. 191. numero 7. Magon. Rota Florentina, Decis. 42. num. 8. Medic. de compens. parte 1. quæst. 25. & 31. num. 9.

2 Ampliatur, † etiam si sententia transitum fecisset in iudicatum, l. 2. & ibi not. Barr. C. de compensat. glos. finali, vbi Bologn. in l. 2. ff. Quæ sentent. sine appellatione. Capic. Decis. 167.

3 Ampliatur secundo, etiam † si sententia esset primo loco absolutoria, quæ infringi non potest, si est lata super meritis causæ, secus si ex defectu probationum, iuxta glos. ad l. quicumque, ff. de compensat. quam bene explicat Cin. ad d. l. 2. C. de compensat. & post eum Castrens. in fine. Aretin. in §. in bonæ fidei, num. 16. de Action.

4 Ampliatur tertio, vt † multo magis in causa appellationis talis exceptio opponi possit, gloss. finali, in l. 1. in fine, ff. Quæ sentent. sine appellatione rescind. Magon. Rota Florent. Decis. 42. numero 8. Capell. Tolosan. 262. Sebast. Medic. de compensatione, parte 2. quæst. 25. numero 3. Vrsill. ad Afflict. Decis. 121. nu. 6. Decis. Pedem. 92. in fine.

Verum Bald. ad l. per hanc, colum. 4. in princip. sub numero 13. de temp. appellation. Contrarium sentit, cum † in causa appellationis debeant produci actus impugnatiui, sed sententia
5 non impugnat, & comparitur se cum sententia. Sequitur Felin. in cap. Suborta, colum. 2. versiculo primo, quod licet, de re iudicata.

Sed Angel. ad l. quoniam Alexandrum, prope finem, C. de Adulter. dicit stare vim in verbis, & forma excipiendi. Tandem concludit in vltimis verbis admitti in causa appellationis exceptionẽ compensationis.

6 Declara † Conclusionem principalem, quando Index appellationis remisit causam ad Iudicem Ad quem, coram quo postea petuntur expensæ, contra quas compensatio non admittitur. Capell. Tolosan. 93.

7 Declaratur † secundo, in exceptione compensationis, quæ venit post sententiam, secus si ante, & agatur actione primeua iuxta distinctionem Aufrer. ad Tolosan. 263.

8 Declaratur, † dummodo debitum sit liquidũ, vel de proximo liquidandum; quod proximum, quale, quantumq. sit, Iudicis arbitrio relinquitur. Cin. in l. vltima, C. de compensat. Bald. in l. in eo, eodem titulo. Ias. in §. in bonæ fidei, numero 81. Institut. de action. Felin. in cap. Suborta, colum. 2. in fine, de re iudicata. Menoch. de arbitr. Casu 14. numero 5. Rota diuersorum 253. num. 3. 257. numero 5. libro 2. parte 3. 708. eadem parte tertia.

9 Et licet Doctores contendant † quousque se extendat tale arbitrium, alij extendentes ad duos menses, alij extendunt alio modo: tamen verior est opinio, vt stet in pectore Iudicis, ita si videbis tenẽt allegati à Menoch. vel iuxta Statuta loci ad soluendum, ex Tiraquello à dicto Menoch. allegato. Vbi vero nullum tempus daretur Iudicatis, compensatio non admittitur. Capic. Decis. 167. numero 1. Sebast. Medic. de Compensatione, parte 2. quæst. 25. numero 2. in fine; quod verum crederẽ, si verba Statuti essent talia, vt ipso facto, omnibus reiectis executionem omnino vellent, quo casu cessaret etiam Iudicis arbitriũ, & ita intelligerem Capicium, & alios supradictos.

Et prædictis addo Surd. Decis. 191. numero 7. Vrsill. ad Afflict. decis. 121. numero 5. Angel. autem Aretin. in §. in bonæ fidei, numero 7. de action. dicit, tempus debere esse coarctatum quo cognoscitur an executio sit facienda, vel non.

Declaratur secundo in sentẽtia lata in interdicto recuperandæ in quo reijcitur exceptio compensationis, nisi descendat ex causa pariter priuilegiata, & sic de quantitate ad quantitatem. Felin. in cap. Suborta, colum. 3. in principio, de re iudicat, vbi limitat posse opponi circa expensas & damna, per l. si ambo, de compensatione. Sebast. Medic. de compensat. parte 2. quæst. 28. vbi nec
10 etiam † alterius spolij, & sic spolium cum spolio compensatur, declarando vt latè per Menoch. de recuper. remed. 1. num. 336.

11 In super † compensationis exceptio opponi potest publicato processu, Castr. in l. finali, nu. 3. C. de compensationibus.

12 Item post † conclusum in causa, Vrsill. ad Afflict. Decis. 121. in fine, dicens ita fuisse iudicatum.

13 Item post † rem euictam, Bartol. in l. eleganter, numero secundo, ff. de pignorat. actione.

14 Et † talis exceptio opponi potest siue causa sit ordinaria, siue summaria, & executiua, Aretin. in §. in bonæ fidei, num. 6. de actionibus.

15 Practica † igitur est duplex in excipiendo compensationem; Prima est, quod non debet fieri executio contra me pro viginti à Titio petitis, quia ipse in alia manu est mihi debitor in tot, quę offero excomputari, & probare infra breue tempus Iudicis arbitrio. Aretin. in §. in bonæ fidei, n. 7. de Actionibus.

16 Secunda practica † est in materia fructuum, extenuandam sortem, allegando eos esse consumptos, vel lapsum esse triennium, quo præsumuntur consumpti. Aretin. in §. appellantur, numero 45. de exception.

Declaratur vlterius, vt admitti debeat tãdiu, quam-

quamdiu soluendi dilatio data est, & non vltra. Bart. in l. aufertur, §. qui compensationem, in fine, ff. de iure fisci, in l. finali, num. 7. C. de Compensation. Ias. in §. in bonæ fidei, numero 73. de action. dicit Communem Alex. consil. 94. lib. 4.

Etiam si probatio incontinenti offeratur, Capic. Decis. 167. Cald. ad l. si curatorem habens, in verbo, per quod, num. 21.

Declaratur etiam, dummodo sit liquida, Roman. consil. 76. num. 3. Capic. Decis. 167. Sebast. Medic. de Compensation. parte 1. quæst. 25. & q. 31. num. 9. Surd. Decis. 191. num. 7.

EXCEPTIO XXVIII.

Collationis.

Exceptio Collationis faciendæ, in executione sententiæ opponi potest, Bald. in l. peremptorias, colum. 1. C. sentent. rescindi non posse, Roland. consil. 28. num. 6. volum. primo.

EXCEPTIO XXIX.

Sequestri.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio sequestri impedit executionem.*
2 *Sequestratio an fieri possit pendente causa nullitatis.*

1 Exceptio sequestri † opponi potest in executione sententiæ, Marantha in Speculo, in verbo, exceptio, num. 16. Asinius in Practica, §. 31. cap. 14. numero 2. dixi in Tractatu de Sequestro, parte 4. q. 23. in Additionibus.

2 Et pendente† causa nullitatis, non impeditur sequestratio, Bald. in l. ab executore, in fine, C. Quorum appellat. non recip. Practica Vestrij lib. 8. cap. 1. numero 8. Lancelot. de Attentat. parte 2. cap. 17. numero 147. posui in Tractatu Sequestr. par. 2. quæst. 5. 2. quæst. principalis.

EXCEPTIO XXX.

Non implementi.

Haec potest opponi in executione sententię, posui latè in Tract. Locati & Conducti, parte 4. de euictione. num. 42. Ampliatione 8.

Addo Marc. Anguissol. consil. 77. num. 4. consil. 142. num. 1. 144. num. 8. 152. num. 2. Mascard. Conclus. 1387. num. 4. Crass. de Except. ad statutum, Excep. 13. num. 55. vide in verbo, exceptio pretij non soluti, Cranetta consil. 151. num. 10. Roman. consil. 440. num. 5. Decian. consil. 60. numero 45. lib. 2. Amat. Decisione March. 50. numero 16.

EXCEPTIO XXXI.

Inimicitiæ.

Sententia lata à notorie inimico, est ipso iure nulla, nec meretur executionem. Marsil. de Bannit. in verbo, Sententia, §. 5. num 51. Crass. de Exception. ad Statutum, exceptione 24. numero trigesimotertio.

EXCEPTIO XXXII.

In causa propria.

Sententia in causa propria, est ipso iure nulla, nec executionem meretur. Hostiens. in Sũma, in titulo de Iudic. §. quę sint, versiculo, in causa propria, Butrius in cap. Dilecti, de appellation. Vant. de Nullit. ex defectu Iurisdiction. num. 94. Surd. consil. 50. numero 10. Crass. de Exception. ad Statutum, Exceptione 24. num. 69.

EXCEPTOI. XXXIII.

Retentionis.

SVMMARIVM.

1 *Retentionis exceptio impedit executionem sententiæ.*
2 *Datur etiam in alia re retenta.*
3 *Retentionis exceptio competit ratione melioramentorũ, & expensarum.*
4 *Impedit Cameralem obligationem.*
5 *An transeat in singularem successorem.*
6 *An competat in foro conscientiæ.*
7 *An competat possessori qui soluit anteriori creditori.*

1 Exceptio retentionis competit contra executionem sententiæ ad eam impediendam, Crauetta consil. 148. numero secundo, Cephal. consil. 289. numero 5. & consil. 299. numero 34. libro secundo, Gratian. Decisione 179. numero sexto, ff. de iureiurando. Magon. Rota Lucana, Decis. 81. numero 6. Surdus Decis. 277. numero 14. Decius dicens Communem contra Bart. consil. 119. colum. secunda, in principio, pulchre in materia Capic. eius Decis. 119. Ad quam litem, dixi Decisione vigesimaprima Casuum frequentium.

Et ex hac Decisione Capicij colligitur vna
2 Ampliatio, † quod etiam in alia re detur retentio. Crauetta consil. ducentesimoquadragesimooctauo, numero secundo, vbi limitat, dummodo non oppugnet sententiam. Roland. cons. vigesimooctauo, numero tertio, lib. primo, vbi Ampliat, etiam si in sententia non sit reseruatũ, Menoch. de recuper. Remed. vndecimo, numero no-

ro nono, vbi notabilem appellat. Magonius Rota Lucana, Decis. octuagesima prima, numero sexto. Surd. Decisione ducentesima septuagesima septima, numero decimoquarto. Padill. ad l. primam numero trigesimoseptimo, C. de iuris, & facti ignorant. dixi in tractatu Locati, & Conducti, titulo de Expens. numero decimotertio, Ponill. de Spolio, libro quarto, sub numero sexagesimo tertio, vbi hoc ampliat, etiam contra sententiam, spolij. Magon. Rota Florentina, quadragesima nona, numero vigesimotertio, Surd. de Aliment. titulo octauo, priuileg. sexagesimosecundo, numero decimo. Decis. ducentesimoseptuagesimaseptima, numero decimoquarto, Gratian. Decisione Marchiæ ducentesimauigesimaquinta, numero 16.

Et hæc retentio competit multis modis, quos sparsim ponunt Interpretes, & plures enumerat Sebastian. Medic. de Compensation. parte secunda, quæstione decimasexta, Menoch. de recuperand. remed. vndecimo. & remed. decimoquinto, nume-
3 ro 500. cum multis sequentibus; ratione † meliorementorum, & expensarum, quæ principalis est; Posui in tract. Locati, & Conducti, de quo supra, in verbo, Exceptio expensarum, ibi videre placeat. Est Decisio Perusina vigesimaquarta, numero vigesimosexto, parte secunda, Petra, de fideicommiss. quæstione decimaquinta, numero trecentesimooctauo, Peregrin. Articulo quinquagesimo, parte tertia, de impensis. Capic. Decisione 17. numero 7.

4 Ampliatur secundo, † ne impediat Cameralem obligationem, Galles. quarta quæstione secunda, numero 13.

5 Ampliatur tertio, ne transeat † etiam in singularem successiorem sine cessione, Galles. vt supra, in fine, Negusan. parte quinta, membro quarto, numero vigesimotertio, dixi in tract. Locati, parte quinta, de Expens. quæstione prima, numero 13.

6 Ampliatur quarto, † ne cõpetat etiam in foro conscientiæ, si debitor iniuste condemnatus, non solum non peccat. Ias. in l. Iulianus, numero secundo, ff. de condict. indebiti, in §. sed ill. numero 133. de action.

7 Ampliatur † quinto, ne competat possessori, qui soluit anteriori creditori, siue habuerit cessionem, siue non, contra secundum, Rota Bononien. 50. Vincent. Franch. Decis. 154. parte prima.

EXCEPTIO XXXIV.

Incertitudinis sententiæ.

SVMMARIVM.

1 *Sententia incerta non meretur executionem.*
2 *Quid si lata sit per verbum, forte, vel credo.*
3 *Quid si Iudex condemnet Titium ad id quod debet.*
4 *Quid si sententia referat se ad Instrumentum in Actis non productum.*
5 *Quid si Iudex dicat condemno, si est probatum, aliàs absoluo.*
6 *Quid si pars non opponit de incertitudine.*
7 *Quid si Iudex absoluit detractis melioramentis.*
8 *Quid si dicat: condemno, si est probatum, & quomodo id intelligatur.*
9 *Quid si Iudex dicat: condemno si probaueris.*
10 *Quid si hoc casu laberetur tempus instantiæ.*
11 *Quid in sententia super fructibus, & accessorijs, an incerta valeat.*
12 *Quid si de proximo veniret liquidanda, & ibi limitatur.*

1 CVrare debet † iudex, vt certam ferat sententiam, aliàs vti incerta, executioni mandari non debet, §. curare, Inst. de action. Alex. consil. 109. Viso, col. 1. vol. 5. Socin. senior, consil. 96. num. 17. volum. 4. post Bald. ad Specul. in titulo, de sententia, col. 3. versiculo sententia non liquid. Vant. de nullitate, ex defectu process. num. 101. Asinius in Practica, §. 31. cap. 1. limitatione 7. fol. 78. Gratian. De-
2 cis. March. 212. num. 17. vnde sententia † lata per verbum, forte, est nulla. Bald. in l. si quis filio exhæredato, §. ittitum, in verbo, credo, ff. de iniusto testamento, Ias. in l. 1. numero 22. ff. de iustit. & iure, dicens secus per verbum credo, quæ valet.

Limitatur, primo loco hæc Conclusio, in casu
3 † quo Iudex condemnat aliquem in id, quod debet simpliciter: nam si ex Actis probatorijs constat de debito, sententia sustinetur ex eis, secus si ex Actis assertorijs tantum, Ias. dicens ita Communiter practicari, in §. curare, numero 26. de action. Vant. de Nullit. ex defectu process. numero 165.

4 Bene verum est, quod si sententia refert se ad Acta, vel Instrumentum in Actis non producta, valet, si tamen est mentionatum. Felin. dicens notabile, in cap. Cum venerabilis, numero 42. versiculo, bene verum, de except. declarando vt per Didac. Variar. resolut. libro primo, capit. primo, numero 5.

Declaratur secundo, vt non procedat in alio
5 casu, scilicet, condemno † Petrum ad soluẽdum si est probatum, aliàs absoluo: nam talis sententia valet. Bald. in l. 1. C. si aduers. rem iudicat. in l. 3. C. de sentent. quæ sine certa quantit. Et hanc dicit Communem Ant. Gabr. de Sentent. Conclusione 1. num. 2. libro 2.

6 Declaratur tertio, parte † opponente non valet; aliàs sic. Socin. consil. quadragesimoquinto, num. 19. volum. 1.

7 Datur etiam † alia incertitudo, cum sententia profertur detractis melioramentis, de qua per Afflict. Decisione 17. Posui latè in Tract. Locati, & Conducti, parte quarta, titulo, de Expensis, & ibi an sufficiat cautio, & similia.

8 Et notandum est, † quod condemnatus si est probatum, intelligitur de probatione vera, & nõ præsumpta, per text. singularem, in l. Lucius Titius, ff. de condit. & demonstratione, vbi Albericus, & Bart. dicunt, illum textum ad hoc esse singularem, & notabilem. Bald. in l. penult. col. vlt. versiculo,

verficulo,quæro qua probatione, C.de fent. quæ fine certa quantit. Singularem quoque dixit Felin.in Rubr.de probation. nu.315.verficulo, fed aduerte Roman. in Rubr. de arbitr.q. 14. Alex. conf.59.col.vltima, verficulo fecundo refpondeo,libro 2.Decius conf.11.num.9.Iaf.in repetitione l.admonendi,nu.183.de iureiurando,Cotta,in verbo fentētia,fub conditione. Perfonal.de adipifcend.num.495. Mafcard.q.4.num.12.Menoch.de arbitr.Cafu 89.num.7.

9 Quid fi eft dictum † condemno fi probaueris, refpiciendo futurum tempus, vtique fentētia eft nulla,cum probatio incontinenti fequi non poffit;Et hanc dicit veriorem, & magis Communē Ruin. confil.38.colum.1.volum.1. confil.133. num.11.& 13.volum.5.Ant.Gabriel.de Sentent. Conclu.1.num.18.Et hæc opinio in Practica eft amplectenda. Vant. de nullit.ex defectu proceff. num.112.in fine.

10 Ampliatur etiam † fi tempus inftantiæ laberetur,adhuc enim iudex fic pronunciando non excufatur. Ant.Gabr. de Sent.nu.19.verfic. Cōtrarium;fed fi videātur authoritates per eum allegatæ,id non dicunt;& licet faluet quando probationes expectantur a remotis , tamen hoc quoque cafu, iurisordo peruertitur, & militant rationes in Contrarium allegatæ.

11 In fructibus † autem, & alijs acceflorijs, non odiofis,ptout funt vfuræ, quæ, & fimiles de facili fpecificari nō poffunt, fententia lata ad futuras probationes,valet, & fieri poteft. Felin.in cap. 2.col.8.de libelli oblatione. Bald.in Rubr.extra de iudic.col.4. Caftrenf.ad l. in fumma iudicat. Imol.in l.fi homo,de re iudic. Angel.in l.fi marito,§.1.ff. foluto matrimon. Bald. in l.terminato, in notabilibus,C.de fruct. & litium expenf. & ita tenuit Rota,in decif.4.de reftitutione fpoliat. Et ita paffim practicatur. Iaf.in §.curare, num.54. de action.

12 Limitatur,† fi fententia de proximo veniat liquidanda.Bald.in cap.Paftoralis, §.quia vero, de offic.delegati. Serafin. de iurament.priuileg. 77. num.46. & fufficit liquidari in executione. Camer.conf.156.col.2.vol.1. Vide infra, Exceptio. Quia appellatum,num.73.

EXCEPTIO XXXV.

Banni

SVMMARIVM.

1 *Banni exceptio executionem fententiæ impedit.*
2 *Quid in Bannitis a Principe, vel territorio bannientium.*

1 Xceptio Banni, an † in executione fententię opponi poffit,examinat Alex.in l.1.§.1.ff. ad Trebellian.in l. Vranius, ff.de fideiuff. tamen Communis opinio eft,quod opponi poffit, maxime fi ftatutum refpiciat perfonæ inhabilitatem , & hanc dicit Communem Iafon, ad l. eleganter , §. fi quis poft,ff.de condict.indebiti. Padill.ad l.1.n. 48.de iur.& facti ignorant. Et hæc Conclufio vera eft in primo bānitis, qui poffunt impunè offendi, & hoc cafu refpectu territorij bannientium, Parif.conf.157.num.19.lib.4.

2 Vel fi effet bannitus † à Principe.Contard. ad l.diffamari,in limitatione,num.85.

Et prædictis addo Bald. confil. 293. num. 7.& confil.299.lib.3. Marfil.in l.fi quis ne quæftio, numero 8. de quæft. Afinius, in Practica, §.31.c.23.

EXCEPTIO XXXVI.

Excuffionis, in verbo, Exceptio pretij non foluti,in fine.

T pofui latè in Tractatu excuffionis parte 3.quæft.4. fol.441. quid fi executio, quæ debebat opponi ante litē conteftatam,opponatur poft, impediat executionem fententiæ, eft Decifio Putei 188.par. 1.vbi difcutit ad partes, & dicit nihil refolutum. Credo refolui poffe ex his quę pofui in Tractatu Excuffion. parte 2. quæft. 31.num.14.& 15.quid,fi non opponatur, nec à fideiuffore, nec à tertio poffeffore, conuentis, an ifta fententia fit nulla,nec exequenda: certe non. Lanfranc. in Practica, Titulo, de interlocut. & appellation.fub num.20.

EXCEPTIO XXXVII.

Noctis tempore.

SVMMARIVM.

1 *Sententia non poteft ferri de nocte.*
2 *Quid in Iudice multis negocijs impedito, vel cuius Iurifdictio eo tempore erat exfpirata.*
3 *Quid fi Confuetudo fit in Contrarium , vel accedat confenfus partium. vel res fuper qua fertur fententia effet tempore peritura.*
4 *Quid in fententia arbitri.*
5 *Quid in eo iudice qui procedere poteft de iure, & de facto.*
6 *Quid obferuetur de ftylo.*

1 Ententia † non poteft ferri de nocte, §. fedebunt, Authent. de Iudic.cap. Cōfuluit, vbi Glof. & Doctor. de offic. Delegati,eft Communis opinio, Tobias in §.omnis,num.22. Inftit. de verbor. oblig. Iaf.in l.non minorem,nu. 3. de tranfactionibus.

Etiam fi effemus in prima hora noctis, Signor confil.52. in materia. Rebuff. ad l. quod iuffit, in 2.notabili,n.297.vbi limitat in interlocutoria,de Communi Villalob.in verbo,Sententia,32.

2 Fallit in Iudice impedito, multitudine negociorum.Bald.in Proœmio Digeft.§. Itaque, dixit belliffimū.Barbac.in Rubr. de fide inftrum.fol. 45.Alex.ad l.minorem, in fine, C.de tranfact.Iaf. in l.more, col. vlt.in 4.limitatione, C. de ferijs. Cotta,in verbo, Sententia regulariter.

Quod verum eft fi eo die Iurifdictio effet petitura, aliàs poffet prorogare in diem fequentem, vt per Felin.in d.cap. Confuluit, & Barbac. in eitato loco,num.88.

Noctis tempore.

3 HAec tamen Conclusio † non habet locum, si Consuetudo sit in contrarium, vel profeратur de consensu partium; vel die sequenti esset exspiratura Iurisdictio; vel res super qua fertur sẽtentia esset tempore peritura, ita tradunt Doctores in cap. Consuluit, de offic. delegati, in l. nõ minorem. C. de transact. in l. more, vbi Ias. num. 12. ff. de ferijs, dicit sufficere tacitum consensum, esse præsentem, nec contradicentem. Socin. Regula 445. Sententia. Nicell. Cõcordant. 21. Lancelot, de offic. prætor. titulo de sentent. nu. 41. Nouell. Regula 188. Viuius Opinione 703. Vigill. in methodo, lib. 2. Reg. 6. excepit. 53. fol. 287. Sebast. Medic. de Casibus, parte prima, quæst. 16. nu. 53. Felin. in Repertor. in verbo, Iudex an possit, in §. omnis, nu. 22. de verbor. oblig. vbi Aretin. Port. & Tobias dant pro Cautelã, vt in omnibus prædictis casibus accendantur tria luminaria, & valebit sententia. Vant. de Nullitate ex defectu Iurisdiction. num. 132. Et in † sententia Arbitri, quod
4 de nocte fieri non possit, ponit Duenn. Regula 58. vbi limitat, non habere locum in Arbitro voluntariè electo, & non ex forma Statutorum.
5 Nec † in eo Iudice qui potest procedere de Iure, & de facto.
6 De stylo tamen seruatur Contrarium, vt † sententia de nocte ferri possit. Vant. de Nullitate ex defectu Iurisdict. ordinar. nu. 132. Socin. Regula 359. Fallent. 2. Menoch, de Arbitr. quęst. 2. Vide infra Soliloquio 297. & tria accẽduntur luminaria. Franc. Marc. Decis. 391. parte 2.

EXCEPTIO XXXVIII.

Lata per iracundiam.

SUMMARIUM.

1 *Sententia lata per iracundiam est nulla, nec executionem meretur.*
2 *Quid in sententia Excommunicationis.*

1 SEntentia † lata per iracundiam non est executioni demandanda, sed per triginta dies differenda, etiam si esset Principis sententia, cap. Cum apud Thessalonicam, 11. quæst. 3. l. Vendicari, C. de pęnis. Glos. in cap. Vergentium, num. 5. de re iudic. Corsett. in Repertor. Abb. in verbo, Calore iracundiæ. Anan. in cap. 3. nu. 2. de accusation. Laudens. de Consiliar. Principum, quæst. 6. Paris de Syndicatu, Titulo de Excessib. Consil. num. 11. & eodem Tractatu in fine, incipiente, Mandauit Rex. num. 2. Ias. in l. puniri, in vltimo verbo, C. si contra ius, vbi hoc intelligit, nisi secunda iussio interuenerit, in l. debitoribus, nu. 15. de re iudic. Abb. in cap. Cum olim, nu. 15. de re iudic. Marsil. in l. 1. §. Si quis vltra, num. 52. de quæstion. Neuiz. in Silua. lib. 1. num. 91. Duenn. Regula 292. Ampliatione 7. Felin. in cap. Quærenti, num. 5. de offic. delegati. Carauita, Ritu 259. fol. 3. Alinius, in Practica, cap. 31. Limitatione 11. Vant. de Nullit. ex defectu processl. sub num. 84.
2 Fallit in sententia † Excommunicationis, quę lata per iracundiam, valet, Decius in l. quidquid calore, numero 5. versiculo, nota tamen, ff. de regul. iur. per textum in Canonæ. Si Episcopus, 11. quæst. 2. vbi iuncta glos. erat ex animo, sine causa, nec seruato iuris ordine.

EXCEPTIO. XXXIX.

Ex falsis probationibus lata.

SUMMARIUM.

1 *Sententia lata ex falsis probationibus, est ipso iure nulla, nec aliquam meretur executionem, sed rescinditur per restitutionem in integrum.*
2 *Quid in Decreto ex falsa causa interposito an sit nullum.*
3 *Quid si in Decreto adsit causa vera, & falsa.*
4 *An Decretum sustineatur ex causa vera, licet sit expressa falsa.*
5 *Quid si appareat Iudicem fuisse motum ex falsa causa.*
6 *Quid si causa vera est implicita, & falsa explicita an sustineatur ex vera.*
7 *Quid si causa vera, sed implicita, non potest iustificari ex actis,*
8 *Quid si adsit Clausula, Et alijs iustis de causis animum suum mouentibus.*
9 *Quid si Decretum sit ex causa partim vera, & partim falsa an corruat in totum.*
10 *Quid si causa falsa non sit expressa, sed colligatur, an Decretum sit nullum.*
11 *Quid si causa non sit falsa ipso iure sed elidibilis per exceptionem, an Decretum corruat in totum.*
12 *Quid si de veritate causæ est plene cognitum, an hoc casu sustineatur.*
13 *An sententia ex falsis probationibus contra absentem lata sit nulla, & quando.*
14 *Quid in laudo arbitri dato contra absentem.*
15 *An sententia excommunicationis lata ex falsis probationibus sit nulla.*
16 *An sententia ex falsis allegationibus in iure factis lata sit nulla.*
17 *Et sententia ex falsis probationibus lata contra absentẽ de qua absentia intelligatur, & qualis esse debeat hic, & num. 9. vsque ad 20.*
18 *Instrumentum ex falsis allegationibus an exequendum.*
19 *Sententia lata contra præsentem ex falsis allegationibus executionem non meretur, sed quæ exceptiones, & remedia competant contra eam, & quibus concurrentibus, vt hic, & num. 20. & 21. Declara vt num. 22.*
23 *Sententia lata contra minorem ex falsis instrumentis seu probationibus, an sit nulla.*
24 *Quid contra Ecclesiam.*
25 *Quid si contra Ciuitatem vel Vniuersitatem.*
26 *Quid si per sordes, vel gratiam lata esset.*
27 *Quid si falsitas sit circa acta iudicialia.*
28 *An tali casu falsificãs perdat causam, & cadat iure suo*
29 *Quid in beneficialibus, & quid in profanis causis.*
30 *Quid si instrumenta essent valida, & quid si inania.*
31 *Quid si exceptio ista contra sententiam ex falsis probationibus latam requirat altiorem indaginem.*

Remedia

32 *Remedia quot, & quæ competant Reo aduersus sententiam contra eum latam ex falsis probationibus, & an ei restitutio in integrum, competat ad quadriennium, & reliqua ibi enumerata.*

33 *An coram executore vel iudice exequente alterius sententiam, talis exceptio proponi possit.*

34 *Falsi exceptio non impedit executionem, sed reseruatur post.*

35 ***Aduersus sententiam latam ex falsis probationibus possunt induci noui testes, etiam post publicationem, & didicita testificata.***

1 DVbitant Doctores, An † sententia lata ex falsis pbationibus sic ipso iure nulla, & sic ex capite nullitatis eius executio veniat impedienda; vel ipso iure valeat, sed postea rescindatur ope restitutionis in integrum; & hęc est verior, & magis Communis opinio, gloss. in l. qui agnitis, in verbo, pręsumptionem, ff. de exception. vbi Soem. num. 9. Communem, & æquiorem dicit; & Zasius num. 6. dicit, non habere contradictorē. Sfort. de restitutione in integrum, quæst. 77. articulo 5. dicens Cōmunem, de arbitr. Casu 15. nu. 1. Marantha, in Speculo, in verbo, sententiæ, num. 118. & 145. vbi idem, si ex falso iuramento necessario.

Ampliatur in sentētia capitali in contumaciā lata, contra eū qui vigore Bullæ habeatur pro cōfesso. Farinacc. dicens Communem, q. 11. nu. 11.

2 Limitatur primo loco † in decreto ex falsa causa interposito, quod est ipso iure nullū, nec requiritur aliqua restitutio in integrum, l. magis puto, §. si æs alienum, ff. de rebus eorum, l. Seię, ff. de tutor. & curator. dat. ab his, l. cum vero, §. subuentum, ff. de fideicom. libert. l. & si præses, vbi glos. Bar. Bal. Salicet. & alij, C. de præd. minorum, Bar. in l. iuste possidet. ff. de acq posses. in l. si is, apud quem, ff. de acq. hæred. Castr. in l. cum hi, §. si prętor, ff. de trāsact. Aret. in l. certi cōdictio, §. si nummos, nu. 2. ff. si cert. petat. Iacob. de Sācto Georg. in l. hoc edicto, in 1. lectura, num. 10. ff. ꝙ quisque iur. Alex. in l. qui Romę, §. duo fratres, ff. de verb. oblig. Ias. in d. l. si is, ad quem, nu. 15. Marsil. in l. 2. nu. 6. C. si ex fals. instr. Mauer. in l. nō est nouum, §. quoties, de reg. iur. Dec. in cap. Causam, num. 166. de probation. Aldobrand. in §. si quis autem, numero 9. Institut. de excus. tutor. vbi hanc dicit Communem opinionem. Alex. consil. 59. num. 9. volum. 6. consil. 147. num. 1. 202. num. 7. vol. 7. Cuman. consil. 155. num. 6. Corneus consil. 132. num. 2. vol. 2. Decius cons. 351. num. 6. Guido Papæ, consil. 61. num. 1. Paris. consil. 12. num. 63. consil. 89. num. 59. volum. 1. Ruin. consil. 160. numero 24. volum. 2. consil. 46. num. 3. volum. 5. Natta, consil. 631. num. 31. libro 3. Roland. consil. 77. nu. 85. volum. 3. vbi hanc dicit Communem opinionem, & indubitatam. Cephal. consil. 272. nu. 82. libro 2. Hipolyt. Riminald. consil. 5. n. 209. & 214. libro primo. Nicell. Concord. 71. nu. 295. Duenn. Regula, 85. Guido Papæ Singul. 792. Benintend. Decis. 2. nu. 2. Boer. Decis. 141. in princip. Sforz. de Restitut. quæstion. 77. Articulo 9. vbi limitat in Decreto modici præiudicij. Decius cons. 351. num. 7. Anchar. quæst. familiar. sub num. 14. sic declarando l. cum putarem. ff. famil. ercisciundæ.

3 Ampliatur hæc limitatio, † etiam si subesset causa vera, ex & qua Decretum sustineri potuisset, tamen non fuit allegata: sed falsa, & super ea fundatum Decretum: nam adhuc non valet, l. tutor si petitus, l. Seię egressę, ff. de tutor. & curator. dat. ab his. Duenn. Regula 285. num. 2.

4 Et sic quando † specifice fertur sententia ex duplici causa, vna vera, altera falsa, sustinetur ex vera, vt actus valeat, & non pereat. Dictum est singulare Innoc. in cap. In præsentia, circa finem, de renunciation. Quod dictum pro singulari commendat Alexan. in l. si donatione, col. 3. circa medium, C. de Collation. in l. qui Romæ, §. duo fratres, num. 50. ff. de verbor. obligat. in l. si plagij, sub num. 4. ff. eodem tit. Ias. in Authentica, Non licet, in fine, C. de liber. pręterit. in l. finali, limitat. 3. ff. de iustit. & iure. Curt. senior consil. 8. col. 2. ad finem, Cotta, in verbo, Actus, in fine, qui prætendit Fulgos. contrarium tenentem consil. 219. Menoch. lib. 6. præsumpt. 4. num. 28.

Addo pulchre loquentem Marsil. Singul. 617. & est Communis opinio, Ias. in l. si is, ad quem, num. 27. ff. de acquir. hæredit. dicens hoc dictum Innoc. Communiter approbari. Alciat. Regula 3. præsumpt. 35. num. 9. Contard. de momentan. quæst. 2. num. 9. latè Tiraquell. de Causa cessante, limit. 22. num. 6. Ias. in repetione l. Admonēdi, n. 49. de iureiur. Viuius in Silua Opinionum, Opin. 399. num. 6. Serafin. de Iuramentis, priuileg. 107. num. 7. Contardus de momentan. quæst. 2. num. 9. Magon. Rota Florentina, Decis. 67. num. 31.

Quod dictum Innocent. Ampliatur esse verū

5 † etiam si appareret Iudicem fuisse motum potius ex causa falsa, quam vera: nam adhuc sustinetur sententia, cap. Per tuas, vbi Butr. notab. qui filij sint legitimi.

Ampliatur secundo hoc celebre dictum Inno-

6 cent. † etiam si causa vera esset implicita, & falsa explicita, adhuc enim sustinetur ab implicita, puta, si apponatur dictio, Maximè. Butrig. in l. 2. §. Ignominiæ, ff. de his, qui notant infamia.

7 Declaratur † hæc Ampliatio, quandoque causa implicita potuit iustificari ex Actis, aliàs non. Butrius in cap. Ab Excommunicato, de Rescriptis. Sequitur Ripa, ad l. qui Romæ, §. duo fratres, num. 35. ff. de verb. oblig. licet ibi Alex. num. 50. latius contrarium teneat. Ioffred. Decis. 300. de Communi Viu. Opin. 399. num. 7. Et hoc est

8 vtile in practica † ad Clausulam illam qua quotidie vtuntur Iudices Criminales, & alijs iustis de causis animum suum mouētibus, nam nihil operatur nisi motus animi ex processu colligatur.

9 Et sic falsa causa † sola vitiat Decretum, vnita eum vera, nō vitiat, sed vitiatur. Si verò causa esset partim vera, & partim falsa, Decretum est nullum in totum, vti indiuiduum. Bald. in l. certi cōdictio, §. quoniam, col. 3. in fine, ff. si cert. petat. Ruin. consil. 160. num. 27. volum. 2. Roland. consil. 8. num. 87. vol. 3. de Communi Curt. consil. 170. colum. 2. Duenn. Regula 185. num. 4. Ancharan. quæst. 14. part. 2. Afflict. Decisione 218. Berous, consil. 182. num. 9. parte 1. Milanens. Decisione 14. num. 39. libro 1. est Communis opinio.

Socin.in l.Iuste possidet,col.pen.de acquir.posses. Rimin.ild.in principio,Quibus alienare licet,vel non,num.46.

10 Redeundo igitur ad principale † institutum, ampliatur, secundo,vt Decretum,& falsa causa interpositum sit nullum, etiam si causa non sit expressa,sed colligatur ex actis, glos.in l.2.in verbo,palam,in fine, C.quando prouoc. non est necesse. Et hanc dicit Communem Alex. consi.107. vol.7.Duenn.Regula 185.num.3. Ias.in l.Diuus, num.3.de re iudicata.

Quæ ampliatio, videtur satis notabilis, cum agatur ad impuguationem actus, & sic sufficiat causa præsumpta.

11 Ampliatur tertio, etiam † si causa non esset falsa ipso iure,sed elidibilis per exceptionem, Innoc.in cap.Præterea,nu.4. de Dilation. Roman, consil.454.num.9.

12 Declaratur vno notabili modo,† vt non procedat, qñ de veritate causæ esset plene cognitum. Angel.in l.vltima, ff.de iureiurando, in l.ius pluribus,ff.de iustit.& iure,Alex.in l. si cui', num.15. ff.de verb.obligat. Aretin.in l.si putas, ff.de petit. hæred.in l.certi condictio, §.quoniam, ff.si cert. petat.Felin.in cap. Licet, col.2. Fallent.2. de probation.Duen.Regula 185.in 2.limitatione, a quo alias vide limitationes.

Limitatur secundo loco principaliter conclu
13 sio superius firmata, vt † sententia lata ex falsis probationibus, sit eo casu nulla, si lata sit contra absentem, concurrente dolo aduersarij, l. cum prætor,§. Marcellus,ff.de iudic.vbi Bald.de Communi,vbi Angel.inquit, hunc esse verum, intellectum illius textus. Idem vult Bart.In l.Diuus, num.1.& Angel.ibi,num.5.Paul.nnm.2.Alex.numero 7.Ias.num.4.ff.de re iudicata. Bart.in l.si is, ad quem, ff.de acquir.hæred. & in l.2.C.si ex fals. instrument.& ibi Bald.in l.finali,num.5.Fulgos. num.2.& sequen.Salicet.in fine, Paul.in l.1.2.& 4.C.eod.Angel.in l.seruo inuito, §.nam Prætor, num.2.& 3.ff.ad Trebellian. & ibi Castr. num.5, & 8.& idem Castr.in d.l.si is, ad quem, num. 8. vbi Ias.num.16. Socin.in l.qui agnitis, num.1.& 12.ff.de exception.vbi pluries de Communi, & in Regula 454.sentētia prætextu, Fallent.prima, & Canonistæ,Bald.in cap.Cum Bertholdus, nu. 3.de re iudic. vbi somniauerunt multi Contrarium tenentes, & ibi Abbas,nu.31. Anan,in cap. Super eo, col.penult.de crimine falsi. Socin. in cap.Qualiter,& quando, num.24.de accusation. in cap.2.num.16.& 21.de crimine falsi,num. 16.licet ibidem num.32.Contrarium conetur defendere. Angel.consil.89.Felin.in cap. Licet causam, num.32.de probation. Alex.multa cumulans ad intellectum,§.Marcellus, ad l.qui Romæ §.duo fratres.num.41.vbi Ripa,nu,31. ff.de verb. obligation.Aufrer.ad Tolosan.283. Paris de Puteo,de Syndic.§.iudex male iudicans, numero 2, Sforz. de magis Communi, de restitut. in integrum, q.77.artic.7. Turzan.opinio 79.Rota decis.2.de except. in nouis. Vide Exceptione 224. num.45.

14 Ampliatur idem † in laudo Arbitri contra absentem lato, Bald..consil.282.lib.2.& talis nullitas opposita impedit executionem Lancelott. de Attentat.parte secunda,cap. decimoseptimo, numero 78.

15 Limitatur † in sentētia Excommunicationis, quæ lata ex falsis probationibus sustinetur. Abb. & cęteri,in cap.ex parte,de offic. Ordinar. Alex. ad §.duo fratres, sub numero 41. versic. quintus intellectus.

16 Limitatur † secundo, in falsis allegationibus, in iure,quæ non reddunt sententiam nullam, Angel.& Imol.in d.§.duo fratres,per l.cū prolatis,ff. de re iudic.Doleat igitur de seipso tantum, imperitus,vel parum cautus iudex,si astutus Aduocatur eum decepit in falsis allegationibus Iuris,nec per hoc victus rescindet sententiam, quæ ex hoc non redditur nulla; prout desiderant Iudices, patefacta deceptione,ad cooperiendū eorum ignauiam,scilicet crassam dapocagginem.

17 Limitatur tertio,in † absentia necessaria,secus in voluntaria, Angel.in d.§. Marcellus, numero 3.Bald.in cap.Cum venerabilis, numero 19.de exception.

Et pro resolutione cōsiderandum puto in Practica; Aut absentia est necessaria,& probabilis,& concurrit dolus aduersarij, & sentia hoc casu est ipso iure nulla; aut absentia est voluntaria,& concurrente dolo aduersarij, est in se valida, sed rescinditur ope restitutionis; & ita sentiunt omnes supra citati, maximè Fulgos.in d.§.Marcellus,numero 4.licet D.Sforz.quæst.77.in Articulo 7. & 8.confundere videatur.

18 Et hæc omnia vtilia sunt † ad executionem instrumentorum:nam si apparebit emanasse ex falsis allegationibus,non erunt exequenda, Alex.in d.§.duo fratres,numero 41.in fine,dicens in Practica notandum.

Limitatur quarto, si pars aduersa non produxit falsum,sed tacuit verum contra absentē, quo casu sententia non est ipso iure nulla. Mathesil. Notabili 18. etiam si dolosè aduersarius tacuit. Decius in capit.Si duobus, numero 22. de appellation.

Limitatur quinto, in absente solemniter citato, qui comparere tenebatur, quia talis habetur pro præsente, Bald.in cap.Cum venerabilis,de except.vbi Paris.numero 74.Felin.in cap.Sicut,numero 23.de re iudicata.

19 Si vero † talis sententia lata sit cōtra præsentē, valet mero iure,cū victor sit in dolo,petēdo illius executionē,repelletur doli exceptione; & de hoc est textus notabilis in l. si à te, in l. si legatarius,ff. de dolo,per quæ iura,quæ in hoc notabilia appellat,ita tenuit Alex.ad §.duo fratres, numero 47. dicens in Practica,valde notanda.

20 Et notādū est,† in dictis iurib. circa modū agēdi,nā in l.si legatarius,datur Actio,de dolo,cōtra falso persuadentē,in l.cū te,agitur primęua actione contra dolosum absolutum, & sic eo casu per sententiam non est sublata actio primęua.

21 Et condictio † indebiti nō datur stāte sentētia sed bene cōdictio ob causā,gl.in l.si fideiussor, §. in omnibus,in verbo,Cessat,ff.de cōdic.indeb.in l.si vxor,§.si sponsus,il secondo,ff.de donat. inter virum,& vxorem.

Declarando

22 Declarando, † aut concurrit error, vel dolus; Primo casu datur repetitio, secundo casu datur condictio ob causam, explicat Alberic.in l. cum putarem, ff. famil.herciscundæ.

23 Limitatur tertio loco principaliter, vt † sententia lata ex falsis instrumentis seu probationibus, sit nulla, si lata sit contra minorem, gloss.in l.2.C. si ex fals.Instrument.& Barr. Angel& Salicet.ibi, colum.2.versiculo, sed quæro modo, gloss.in l.Diuus, in verbo, restituens, ff.de re iudicata, vbi Bar. num.1. Angel. num. 2. Paul.de Castro, & Alex. num.2. Iason.num.5. Bart.in l.fi is, ad quem, num.2. & ibi Alex.num.6. Aret.num.3.ff. de acquit.hæred. Bened. de Plumbino, in l.qui agnitis, nu.26. versic.nono opponunt Doct.C.si tutor ex fals.allegatio. Bart. Alberic. Paul.& Angel. in l.seruo inuito. §.cum Prætor, ff.ad Tertullian.De Communi Iason.in d.l.si is, ad quem, num. 14. licet in se aliter teneat. Zasius, in l.qui Romæ, §.duo fratres, num.34.ff.de verb.oblig. Io. Faber in l.si ex falsis, in princip.C.de transactión. Butr.in c.Cum ex literis, num.13.de testit. in integrum. Abb. in cap. Licet causam, num.23. vbi Felin.num.33.de probat. Boich.in cap.1.num.3.de purgat.Canonica, Marantha, in 6.parte, in primo Actu, nu. 152. Vant.in titulo de nullit.ex defectu procur. num. 131.vbi de Communi, Socin. Regula 454.in 2. Fallent.consil. 18. numero 8. libro primo. Menoch.de Arbitr. libro secundo, Centur. prima, Casu 15.numero 11. vbi de Communi. Socin. iunior, consil.40.num.vigesimo, libro secundo. Ruin.consil.89.num. decimoquarto, libro 1. Io. de Deo, libro primo, cap.vigesimo, nu.30. Anan. in cap. Super eo, colum. penult. de crim. falsi, & ibi Socin.num.14.& vterque ex Communi. Villalob.in verbo, restitutio num.33. per l.1.C.si tutor ex fals.allegation. de Communi Sfort.de Restit.in integrum, quæst.77. Articulo 6. Matthesilan.ad l.2.num.3.C.si ex fals. instrument. dicens in minore esse rem claram. Viuius in Silua, Opinione 718.num.3. Marantha in Speculo, in verbo, sententia, num.152.

Extenditur hæc limitatio, vt idem sit si lata sit

24 † contra Ecclesiam, quia pariter est ipso iure nulla, Alexand.in d.l.Diuus, num.2.vbi Iason.num. 6.Benedict.de Plumbino, in d.l.qui agnitis, n.26. in fine, Zasius in d.§.duo fratres, num. 35. Socin. in d.cap.2.num.14. de crimine falsi. Aufrer. ad Tololan.288.

25 Extenditur † secundo, idem si lata sit contra Ciuitatem, vel aliquam Vniuersitatem. Socin.in d.cap.2.num.15.de crimine falsi. Vant.de Nullit. ex defectu process.sub num. 132. versic. & quod dicitur.

26 Ampliatur † idem, si per sordes, vel gratiam lata fuisset, Aufrer.in citato iam loco.

27 Limitatur quarto loco principaliter, vt † sententia sit nullitatis vitio affecta, si falsitas sit circa Acta Iudicialia, quo casu nedum sententia est nulla, sed falsificans cadit à causa, l.in fraudem, §. quoties, & ibi Bart.notat, ff.de iure fisci, Felin. late in cap.Licet causam, in 4. Fallentia, sub num.34.de probation.vbi Felin. appellat notabilem text. in d.§.quoties.

28 Ampliatur, vt falsificans Acta Iudicialia, perdat causam, & cadat à iure suo. Sfort. de Restit. in integrum, quæst.77.articulo 10.num.54.

Sed hoc non est sic absolutè verum, nisi alter

29 doceat de sua causa; vnde † in beneficialibus clarum est, cum non possint haberi sine canonica institutione; in profanis autem reus absoluitur; ita melius declarat Imol. in cap. Olim, num. 13. de Rescript.& ibi subdit Imola, quod talis falsitas est adeo potens, vt per eam imponatur perpetuū silentium.

Et dictum gloss.in d.§.quoties, magis Communiter approbatur, vt attestatur Iason.ad l.Diuus, nu. 16.ff.de re iudicata.

Et illam gloss.& similes, limitat Bald. in cap.1. num.17. Vt lite non contestata, vt materia proce

30 dat, † quando Instrumenta essent valida, secus si inania: quia debitum sit solutum, vel præscriptum; quia tunc iuuantur primordio veritatis, dicens hoc singulatiter notandum in hac materia.

31 Limitatur quinto, † vt exceptio nullitatis ex falsis probationibus executionem impediat, etiā si requirat altiorem indaginem, si ab alio coadiuuetur nullitas, Ripa in §. condemnatum, nu. 91. Lancelot. de Attent. cap.decimoseptimo, parte 2.num.82.

32 Et licet contra sententiā † latam ex falsis probationibus, competant plura remedia, scilicet quattuor; Restitutio in integrum ad quadriennium; Actio in factum ad annos 30. Criminaliter ad annos 20. & per appellationem Ma..... de, & cap.contra sententias ad propositum præsentis tractatus, est exceptio falsi, quæ non datur nisi præuia restitutione, & sic infra quadriennium, de Communi in titulo, si ex fals. instrument. nu. 8.de Magis Communi Iason.ad l. Diuus, sub num. 31.de re iudicata.

Mihi tamen magis placet illa opinio, quod nō requiratur restitutio in integrum, & talis exceptio competat perpetuo, cum non detur ad consequendum, quo casu esset necessaria præuia restitutio, sed ad repellendum tantum; ita bene iudicio meo Felin. in cap. Licet causam, num.39. de probation. Matthesilan.in l.3.C. si ex fals. dixit singulare Boer. in Singul.... in verbo, executio, numero secundo, dicens hanc exceptionem perpetuam.

Consideret igitur Reus, quid sibi proponat agendum: si enim vult repellere tantum, & simpliciter excipiat, si vult se liberare penitus à molestijs, tunc excipiat, præuia restitutione, primo enim casu admittitur ad probandum per legitimos testes de nouo, & auditur; secundo casu nō, ex Felino in citato loco.

De iure autem Canonico non est necessaria restitutio, sed quandocumque apparebit lata ex falsis instrumentis, semper debet declarari retro nulla, gloss.in cap.Cum venerabilis, de exception. Papiens. in forma libelli Sententię ex falsis instrument.in verbo, Fore in integrum; & ad tollendas dubitationes, mihi placet Conclusio libelli ipsius, cumulare nullitatem, & restitutionem quatenus opus petere.

33 Sed quid cotam † executore, vel Iudice exequente alterius sententiam, ista exceptio opponi poterit? vtique sic, & videndo eas impugnare sententiam, non iudicabit super eis, sed remittet ad Iudicem, qui tulit sententiam. Bart. in l. à Diuo Pio, nu. 9. de re iudic. Menoch. de Arbitr. quæst. 38. num. 17. vbi Ampliat, siue sit lata ex falsis probationibus contra absentem, ex causa probabili, necessaria, vel voluntaria, Roland. consil. 37. num. 15. libro 1. Et celebre dictum Innocent. in cap. De cetero, num. 2. de re iud. Lancel. de attent. parte 2. cap. 17. num. 82. Contard. de Momentan. limitat. 7. num. 37.

34 Et falsi exceptio † non impedit executionem, sed reseruatur post, l. 2. C. de fals. quam singularē dicit Greg. Singul. 91.

35 Et sicut competit † restitutio aduersus sententiam ex falsis probationibus vt dictum est, sic & conuenit inducere nouos testes, eosq. examinare non obstante publicatione, & didicitis testificatis. Decius in cap. Licet causam, colum. 12. de probation. Ant. Gabr. de Testibus, Conclusione 21, num. 56.

EXCEPTIO XL.

Restitutionem aduersus sententiam ex falsis probationibus latam.

SVMMARIVM.

1 *Restitutio in integrum competit aduersum sententiā, & rem iudicatam ex falsis probationibus latam.*
2 *Etiam si victus consensisset sententiæ.*
3 *Etiam si victor solum celasset veritatem.*
4 *Etiam si testes non essent falsi, sed malæ conditionis,*
5 *Etiam si victus potuisset appellare, & non appellauit.*
6 *Etiam si non corrupti falsum deposuerint.*
7 *Etiam si victus astrinxit se ad probandum corruptelam, & falsitatem copulatiuè, & vnam tātum qualitatem probauit.*
8 *Dummodo corruptela testium deducta sit per modum qualitatis.*
9 *Etiam si testes fuerint solum corrupti, & falsum non deposuerint.*
10 *Etiam si victor non fuerit conscius de falsitate.*
11 *Restitutio non datur si ante sententiam fuit cognitum de falsitate.*
12 *Nec nocet fideiussoribus victoris semel absolutis restitutio.*
13 *Nec competit si Iudex falsas probationes non fuerat secutus, sed alias veras.*
14 *Quid si victus vellet probare falsitatem per alios testes.*
15 *Nec si victor vellet iustificare sententiam ex probationibus veris, quibus casibus non competit.*

Vidimus superius ex magis Communi, exceptionem cōpetere aduersus sententiam latam ex falsis probationibus, sed mediante restitutione, vt perfectius hoc intelligatur tangam de hoc articulo restitutionis; & quoniam plurima continet capita, vtiliora tantum attingam.

1 Conclusio igitur est, quod † restitutio in integrum, competit aduersus sententiam, & rem iudicatam latam ex falsis probationibus; Et hęc est Communis opinio. Abb. in cap. Cum venerabilis, num. 41. de exception. Felin. in cap. Licet causam, nu. 31. de probation. Ias. in l. Diuus, num. 8. de re iudic. vbi Zasi. inquit, quod hæc opinio non habet contradictorem.

2 Ampliatur notabiliter, † etiam si victus consensisset sententiæ, adhuc enim restituitur, Angel. in d. l. Diuus, num. 4. Socin. in cap. 2. num. 46. de crimine falsi.

Et iudicio meo est bonus textus in l. cum te, ff. de dolo, ibi. consentiente me absolueris.

3 Ampliatur † secundo, etiam si victor nihil falsi commisisset agendo, sed omittendo, celando veritatem ad fauorem suum, quæ si apparuisset, victor non obtinuisset; ita singulariter Bald. in l. sub specie, C. de re iudic. Socin. in cap. 2. num. 48. de crimine falsi. Casus est multum frequens, cum negentur articuli, & similia, pro victoria obtinenda.

4 Ampliatur tertio notabiliter, etiam † si testes falsum non deposuerint, sed erāt tales, vt si iudex ab initio eorum conditionem sciuisset, eis non credidisset, vnde si postea detegatur eorum conditio, competit restitutio aduersus sententiam ex eorum depositionibus latam; ita egregie dixit Innocent. in cap. Ex parte, in verbo, abſente, extra de testibus, qui casus est multum frequens, vtilis, & rationabilis.

5 Ampliatur quarto, † etiam si victus sciuit falsitatem probationum, & potuit appellare, & non appellauit Bald. in l. 1. C. de condict. indeb. in l. 1. C. Quomodo, & quando iudex, Castr. in l. Diuus, nu. 2. ea ratione: quia delictum aduersarij debet præponderare negligentiæ ipsius victi.

6 Ampliatur quinto, † etiam si testes nō fuerint a victore corrupti, sed spōte falsum deposuerint, glos. in d. l. Diuus, vbi Bart. num. 6. Cuman. num. 2. Angel. in princip. vbi de Communi. Salicet. in l. 3. quæstion. secunda, C. si ex fals. instrument. qui etiam de Communi attestatur. Paul. in l. 1. num. 5. eodem titulo. Specul. de testam. §. 4. num. 49. de Communi Felin. in cap. Licet, num. 48. de probation. Villalob. in verbo, restitutio, num. 50.

7 Ampliatur sexto, † etiam si victus astrinxit se ad probandum corruptelam, & falsitatem copulatiue, & tamen probauit solum falsitatem, Bart. in l. Diuus, num. 4. vbi Angel. num. 9. idem Ang. num. 2. Ias. num. 18. & 20. vbi de Communi. Zasius idem attestatur. Bart. Angel. & Castr. in l. falsam, C. si ex fals. Felin. late in d. cap. licet, num. 28. Villalob. in verbo, restitutio, num. 51. de magis Communi. Sfort. de restitut. in integr. quæst. 78. articulo 6.

8 Dummodo † corruptela testium sit solum deducta per modum qualitatis, secus si copulatiue principaliter, vt per Alexand. in d. l. Diuus, num. vndecimo, vbi Ias. num. vigesimosecundo. qui de Communi attestatur. in terminis Bald. in l. si ex falsis, quæst. 4. C. de transact. de Communi Viuius, Opinione 938. num. 3.

Amplia-

9 Ampliatur septimo, † etiam si testes falsum non deposuerint, corrupti tamen fuerunt, Bart. in d. l. Diuus, numero 7. vbi Castr. numero 3. Alexan. numero 9. Ias. num. 27. & hæc opinio magnam habet æquitatem, Abb. in d. cap. Licet causam.

10 Ampliatur octauo, † etiam si victor conscius non fuerit de tali falsitate, Bart. in l. falsam, C. si ex fals. instrumen. & ibi Bald. Alexan. in l. Diuus, numero 10. vbi Ias. numero 18. Et hæc est Communis opinio, vt per Cuman. in d. l. Diuus, in principio.

11 Limitatur primo loco, vt † non procedat, quando de falsitate fuit cognitum ante sententiam. Bart. in d. l. Diuus, in fine, vbi Castr. num. 2. Alex. num. 4. Ias. num. 11. Alberic. in d. l. qui agnitis, numero 3. glos. in l. 1. in gloss. vltima, & ibi Doct. Communiter, C. si ex fals. Instrument. vbi Bart. in princip. Fulgos. Castr. Salicet. & alij, de Communi. Boer. Decisione 207.

12 Limitatur secundo notabiliter, quo ad † fideiussores ipsius victoris, qui cum semel fuerunt absoluti, & sententia transiuerit in iudicatum, restitutio eis non nocebit, Tollar. inter Consilia criminalia diuersorum consil. 75, volum. 2.

13 Limitatur tertio, † nisi Iudex illas probationes non fuerit secutus, sed alias veras. Innocent. in cap. Cum primum, de re Iudic. & in dicto cap. Licet causam, vbi Bald. num. 23. Abb. num. 22. Felin. numero 28. Decius numero 155. Alberic. in l. si ex falsis, numero 2. Alexand. numero 2. Ias. numero 1. Cuman. numero 7. C. de transact. Castr. in l. 2. C. si ex fals. & ibi Salicet. Grat. consil. 42. numero 27. lib. 1.

14 Limitatur quarto loco, nisi † victus vellet probare falsitatem testium per alios testes, Bald. in d. cap. Licet causam, num. 20. & 21. Felin. num. 24. Castrens. in d. l. Diuus, numero secundo, Alexan. numero 4. & 5. de Communi Bossius in titulo, C. si ex fals. instrument. num. 12.

15 Limitatur quinto, nisi † victor vellet iustificare sententiam ex probationibus veris, nam tunc restitutio impeditur, Doctores in l. si is, ad quem, vbi Castrens. numero 7. Alexand. numero 16. Ias. numero 29. ff. de acquir. hæred. Stort. de Communi, quæst. 78. Articulo 11. de Restitut. in integrum.

EXCEPTIO XLI.

Exceptio quod sit nulla continens expressum Iuris errorem.

SVMMARIVM.

1 *Sententia continens expressum Iuris errorem, est ipso iure nulla.*

2 *Quid si sententia contineat errorem calculi.*

3 *Quid si contineat errorem mixtũ, Iuris, scilicet & facti.*

4 *Quid in laudo Arbitratoris.*

5 *An sententia lata contra Statutum insertum volumini Statutorum valeat, & quando.*

6 *Quid in Iudice qui non iurauit, nec tenetur seruare Statuta.*

7 *An sententia lata contra Regulam Iuris, habens plures limitationis valeat.*

8 *Iudex debet in citatione apponere causam quando præcipit aliquid insolitum.*

9 *Citatio ad personaliter comparendum, debet continere causam.*

10 *Iudex in sententia debet exprimere causam cur testibus fidem non adhibeat.*

11 *Iudex absoluendo Reum ab expensis, tenetur exprimere causam.*

12 *Iudex sententiando contra fundatam partis intentionem, debet exprimere causam.*

13 *Causa regulariter non debet exprimi in sententia, seu fallit in casibus prædictis, sed quomodo sufficiat exprimere, vt ibi.*

14 *Sententia contra primam sententiam lata est nulla.*

15 *Ampliatur etiam si sententia sit lata ex nouo fabricato processu.*

16 *Quid in laudo siue sententia Arbitri.*

17 *An sententia seu laudum latum de consensu partium, valeat, & quando, & quibus cõcurrentibus, vt ibi, vsque ad numerum 23.*

24 *Sententia lata contra stylum Curiæ, vel Consuetudinem notoriam, an valeat.*

25 *Quid in sententia lata contra ius dubium.*

26 *Quid in sententia lata contra Communem.*

27 *Quid si error non legatur in sententia, nec sit expressus, sed tantum intellectualiter colligatur, an valeat.*

28 *Quid in sententia lata contra rationem legis.*

29 *Quid si error est in iure tantum, vel in iure, & facto simul, & quomodo succuratur.*

30 *Quid si prima sententia non est fundata in probationibus proprijs, & veris, sed priuilegiatis.*

1 Recepta est scribentium opinio, † quod sententia continens iuris errorem in ea expressum, est ipso iure nulla, l. 2. C. quando prouoc. non est necesse, & ibi glos. Bald. Salic. attestans Doctores ita Communiter tenere. Ant. Gabr. de sent. Conclusione 7. lib. 2. Decius consil. 8. col. 1. vbi dixi. Contard. de momentan. quæst. 1. num. 15. Vantius de nullit. ex defectu proces. num. 118. fol. 245. Turzan. de Communi, Opinion. 86. & falsa causa reddit sententiam nullam. Borgnin. Decis. 45, num. 47. Decis. 46. num. 34. Cephal. inter consil. vltim. volun. 136. vol. 2. Rimin. iunior consil. 355. num. 24. vol. 4. vbi videtur procedere, quando falsitas est causa sententiæ.

2 Ampliatur, etiã † si sententia iudicis contineat errorem calculi, vt notant scribentes ad l. 1. C. de errore calculi, vbi Bart. Bald. Alexan. Ias. Decius, & alij.

3 Ampliatur secundo, etiam † si sententia contineat mixtum errorem, scilicet facti, & iuris, Ias. in l. si is, ad quem, sub numero 18. ff. de acquiren. hæredit.

4 Ampliatur tertio, † idẽ in laudo Arbitri, quod continens expressum iuris errorem est nullum, glos. in l. Diem proferre, §. stari, in verbo, iniqua, ff. de arbitr. Felin. in c. 1, nu. 10. Fallent. de Constit. Socin. consil. 283. colum. 2. in fine, versiculo, Praeterea

terea dictum laudum.latè; Parif.confil.24.numero 144.volum. secundo, Anton.Gabr.in citato loco. Addo Felin.in cap.1.num.6. de re iudicata. Butrium in cap. Quintauallis, nu. 42.de iureiurando, Duenn. Regula 57.numero 3. Alex.conf. 22. numero 2.lib.1. Corneum confil. 148. num. 20. lib.2.Siluan.confil. 71. numero 1. Celf.Hug. confil. 94. num. 10. Blanch. de Compromiff. q. 6.num.10.

5 Ampliatur quarto, in † sententia lata contra Statutum insertum volumini Statutorum, pro quo fuit iudicatum. Bart.in l. cum prolatis, verf. & tenementi; ff.de re iudic.& ibi Angel.versic. sententia lata. Angel.Aret.in l.1.in princip.ff.de appellation. Abb.in cap.1. numero 16. vbi Felin. colum.1. Ampliat.2.de re iudic. Abb.in cap.Pastoralis, colum.2.in fine, de fide Instrum. Alexan. confil.81. colum.1.verfic.moueor quia, volum. 2.confil.82.colum.1.verficulo, præterea, volum. 3.Iaf.in l.finali, numero 5.ff.de iustit. & iure, & ita tenuit Rota in vna Romana Dotis coram Decano Caputaq.Decif.265.parte 2. Bero.quęst.62. Tobias confil.13.num.9.Magon. Rota Lucana, Decif.62.num.16.

6 Quod verum † in Iudice Ordinario, qui iurat feruare Statuta, secus in alio. Alberic. in l.2. verf. quid si contra, C.quand.prouoc.non est necesse, vnde Delegatus non includitur.

Et in materia Alex. in l. Præses, ff.de re iudic. Bald.in l. error, C. de vfur. & fruct. Declaratur hoc verum, si tempore sententiæ vigebat Lex vel Statutum, secus si post factum fuerit, Iaf.in l. finali, in 2.limit.ff.de iustit.& iure.

Declaratur secundo, nisi Statutum licet non insertum volumini Statutorum, sit publicè notum, vel vfu approbatum: quia hoc casu sententia erit nulla, sicut contra Statutum insertum, Rota apud Caffador.Decif.8.numero 8.de Conceff.præbend.Decif.12.de Regul.Cancellar.Ant. Gabr.lib.2.de sentent. Conclus.7. numero 17. & 18. Felin. in cap.1.colum. secunda, de re iudic. Iaf.in l. cum prolatis, colum.2. de Iudic. Socin. Regula 254.

7 Ampliatur quinto, vt † non valeat sententia lata contra Regulam iuris, quæ habeat plures limitationes, & in vna saluari possit, si causa non exprimatur iuxta limitationem in qua saluari potest, glos.in l.2.in glossa finali, verfic.Item si contra, ff.de appellation. Alexand. in l.ex diuerso, §.si in Iudicio, verfic.sed quæri potest, ff.soluto matrimon.in l.4.§.si quis condemnatus, colum.2. verficulo, pro hoc etiam, ff. de re iudic. Decius confil. 8. iuxta principum, vbi dixi. Matthefilan. Singul.19. Grat.confil. 116. numero 10. verfic. Adeo quod, volum.2. Ruin. confil.41. colum.6. verfic.pro hoc etiam, volum.1.

Dubitauit de hac Conclusione Decius, in cap. Confuluit, in vltimis verbis, de Appellation.quē sequi videtur Ant. Gabr. de sentent. Conclus.7. sub num.7.verfic.Contrarium, lib.2.

Sed cum Ampliatione, & prima opinione tenet Felin.in cap.1. colum.3. de re iudic. & latè defendit Tiraquell. de pœnis, in præfatione, numero 56. & Saraiua ad Matthefilan. 19. Didac. Practicab.quæstion.15.numero 1.cap.23. num.5. Prosper. Farinacc. quæst.21.numero 121. Tiraquell.de Pœnis, in præfatione, numero 69. Gratian. Decisione Marchiæ 188.numero quinto.

Et vltra Ant. Gabr. & alios superius nominatos.

Hinc dixit notabiliter Innocent. in cap. Præte
8 tea, in fine, de dilation quod † si Iudex qui citationem, vel aliud prima facie illicitum decernit, quod tamen ex aliqua causa iustificati possit, debet causam exprimere, aliàs citatus non tenetur obedire, & sentētia desuper lata erit nulla; quod dictum singulare appellauit Roman. confil.483. colum. penult. verfic. secundo respondetur Iaf-tius, confil.499.colum.1. Notabile quoque dicit Panorm.in cap.1.colum.secunda, in fine, de Cleric.non resident. Singulare dixit Butr. in cap. vltimo, colum.vltima, de libelli oblatione. Commendat pro notabili Bart.in l.2.col.1.ff.si quis in ius vocat.& Bald.in l.1.§.vfus, in fine, ff. de pro-
9 cur. vbi per hoc dicit, † quod in citatione, vt quis personaliter veniat, debet exprimi causa, per l.vltimā, C.de procurat. Notabile reputauit Decius in cap.Personas, colum.5. verfic. Tertius casus, de appellation. Commendat Cuman. confil. 60. Aretin.ad l.in illa, colum.5.verfic.tertio adde, de verbor.obligat.in cap.Significauerunt, colum. penult.de testibus.

Hinc etiam dixit Bart.in l.Lucius, in fine, ff.de
10 his qui notant.infam. vbi consulit † Iudicibus, vt si fidem testibus non adhibeant, causam in sententia scribant, ne teneantur postea in Syndicatu. Sequitur Barbac. in Rubr. C. qui admitti, verfic.& memor.

11 Pariter si iudex † absoluit ab expensis Reum, tenetur exprimere causam. Ioan. Andr.ad Specul.titulo de sentent.§.sequitur, verfic. verum. Feder.de Senis, conf.139.columna vltima Ioan. Faberic, in §.hoc autem, colum.2.verfic.igitur Iudex, de pœna temere litigant. Bald.in Authen. Generaliter, col.4.verfic.quia ergo, C.de Episc. & Cleric.& in Authent. Nouo iure, per illum text. C.de Iudic. Natta in Clement. Sæpè, §.& quia, in verbo; in scriptis, verfic.fallit secundo, de verbor.signif. Alexand.ad l.properandum, §.illo proculdubio, C.de iudic.confil.183.col.1.lib.6.

12 Similiter, † si Iudex profert sententiam contra fundatam partis intentionem, debet exprimere causam, Angel.in l.vtique, in fine, ff.de rei vendicat.

13 Licet igitur † regulariter causa in sententia nō sit exprimenda, cap.Sicut, & c.cum Bertoldus, de re iudicata, Fallit tamen ex prædictis, quando Iudex sententiaret contra prohibitum à Iure, quod in aliquo casu saluari potest; quia exprimi debet. Amplia, vt sufficiat exprimere causam in genere, dicendo, iustis de causis animum suum mouentibus; & hæc est Communis opinio. Vasquez Controuerf.illustr.cap.decimoquarto, numeroquinto, Iul.Clar. quæst.85. verfic.vlterius. Menoch.de Arbitr.quæst. 96. numero decimoseptimo, Andr.Gail.libro secundo, cap.9. numero decimoseptimo.

Declara hoc verum, ad excusandum iudicem in Syn-

in Syndicatu, non quod ſententia ſit nulla. Tiraquel. de pœnis, in princip. numero 70. Ghirland. de relaxat. carcerat. titulo, de ſent. quæſt. 6. Farinac. quæſt. 17. numero 64. dicens Communem. Contrarium tenet Scaccia in Practica, capit. 12. numero 96. bene verum eſt, quod ſufficit apparere ex Actis, vt per eum, & bene.

14 Ampliatur quinto, † in ſententia lata contra primam ſententiam, quia tunc eſt nulla, l. 1. C. Quando prouocare non eſt neceſſe, l. poſt ſententiam, C. de ſentent. l. 1. ff. quæ ſentent. ſine appell. reſcindant. & hæc eſt Communis opinio. De Communi Alex. conſil. 54. num. 4. vol. 5. Franc. in cap. Dilecto, numero 50. quæſt. 41. de Appellation. gloſ. ordinaria in Clementina, Si appellationem, de appellat. Gratian. Deciſ. March. 50. nu. 5. & Deciſ. 197. num. 13.

15 Ampliatur hæc Communis opinio, vt † ſit indiſtinctè vera, ſiue ſecunda ſentētia ſit lata ex nouo fabricato proceſſu, ſiue non; ita reiecta opinione Bart. in l. nam, & poſtea, §. ſi damnetur, ff. de iureiurādo, tenet ibi Alex. dicens contra Bartoli diſtinctionem eſſe Communem opinionē, de qua etiam atteſtatur Decius conſil. 195. num. 4. Iaſ. in d. §. ſi damnetur, numero 7. dicens opinionem Bart. in vtroque membro eſſe falſam. Gratian. Deciſione March. 197. num. 5. Pariſ. cōſil. 108. num. 34. lib. 4.

Benè verum eſt, quod Rebuff. ad l. quod iuſſit, in 2. Notabili, numero 150. eam ſequi, & defendere videtur.

16 Ampliatur etiam † in ſententia Arbitri, vt prima contra ſecundam non valeat. Anchar. conſil. 221. Diſcurrendum. Ioan. de Anania, conſil. 50. In quæſtione, infra, ſub numero vigeſimo, & vigeſimoprimo.

17 Subampliatur † hæc quinta Ampliatio, vt nō poſſit de conſenſu partium ferri ſecunda ſententia contra primam, gloſſ. ſingularis in l. ſi diuerſa, in gloſſa finali, verſ. item quaro. C. de tranſaction. vbi Bald. num. 3. Iaſ. num. 5: dicunt eſſe notabilē, & ſingularem, & non eſſe alibi. Eam quoque dixit ſingularem Bald. in cap. præſentata, colum. 3. de teſtibus, in capit. Inter Monaſterium col. 2. de re iudic. Fulgoſ. conſil. 166. colum. 3. in princip. Aret. conſil. 73. col. 2. Alex. conſil. 95. vol. 2. Roman. conſil. 124. in 2. quæſt. Franch. in cap. Si à iudice, colum. 2. de appellation. Iaſ. in l. nam & poſtea, §. ſi damnetur, numero 7. verſiculo, immo fortius, l. duobus, ff. de iureiurando, Franc. Marc. quæſt. 466. parte 1.

Subampliatur ſecundo, etiam ſi duæ ſecundæ eſſent conformes. Deciſ. Peruſina, 22. nu. 30. inferens ad Statutum Tudertinum, & ſimilia, de duabus conformibus, quod non habeat locum ſi eas præcedat contraria ſententia, quæ tranſiuerit in iudicatum: quia duæ ſequentes licet geminatæ, & conformes ſunt nullæ.

18 Declaratur † hæc notabilis Ampliatio, vt procedat, quando partes volunt recedere ſimplici conſenſu, ſecus ſi ſententiam primam deducerent in Nouationem, iuxta l. quartam, §. ſi ex conuentione, ff. de re iudicata. Sic declarat Bar. in l. Acta, ff. de re iudicata, ſi tamen ſententia feciſſet, tranſitum in iudicatum, tum poteſt recedi pacto, ſed non tranſactione. Felin. dicens ſingulare, in cap. Quoniam cōtra, numero vigeſimonono, de probation.

Declaratur vlterius, ſi ſtent in ſimplici conſenſu, & deueniatur ad aliquam executionem facti, tunc ſecunda ſententia valebit. Dixi latè Singulari 144. poſt tractat. de Reuelatione cōfeſſionis.

19 Declaratur † ſecūdo, & clarius, quādo quis vellet proferre ſecundam ſententiam contra primā in eademmet inſtantia, & tunc non valet, etiam de conſenſu partium, niſi renunciaſſent primæ ſententiæ ex aliqua iuſta cauſa, & conſenſiſſent, vt ſeruato iuris ordine, iterum ſententiaretur. Bar. in l. prima, C. Quando prouocare non eſt neceſſe. Roman. conſ. 174. in fine, & 410. Rebuf. ad l. quod, iuſſit in ſecundo notab. nu. 150. Felin. in cap. Inter Monaſterium, numero decimoſexto, de re iudic. bonus locus apud Angel. incognitus, in l. denunciaſſe, §. finali, ff. de adult.

20 Et † dicit Bald. in dicta l. ſi diuerſa, columna ſecunda, in principio, quod aliud eſt renunciare primæ ſententiæ, quod poteſt, aliud conſentire ſecundæ, & non poteſt, quia ſicut prima ſententia eſt nulla, ita conſenſus ei acceſſorius.

Ampliatur quoque, vt ſicut non valet diffinitiua contra diffinitiuam, ita nec interlocutoria, per quam deueniri poſſit ad diffinitiuam. Crauetta, conſil. 103, num. 4.

Ampliatur ſexto, Idem in Laudo, vt contra Laudum non valeat. Caſtrenſ. in l. cauſas, numero 4. C. de tranſact. Bald. in l. poſt rem, in prima lectura, C. de tranſact. in l. item ſi vnus, numero ſecundo, ff. de arbitr. Alex. conſil. vigeſimoſecundo, numero ſecundo, libro ſecundo. Corneus, cōſil. 148. numero vigeſimo, libro ſecundo. Siluan. conſil. 71. numero primo, Celſ. Hugo, conſil. 94. numero decimo, Blanc. de Compromiſ. quæſtione 6. numero 10.

21 Limitatur † hæc quinta Ampliatio, dummodo iudici conſtiterit de prima ſententia iam lata, Aretin. conſil. 73. ſubdeclarando; Aut ſententia fuit producta, & ea non obſtante Cōtrarium ſententiatum, & non retractatur ex noua productione; ſi verò non fuit producta, ſi ſciuit, retractatur, aliàs non. Sforz. de reſtit. quæſt. 73. Articulo ſecundo, numero 18. licet ipſe in ſe in aliquibus contradicat Pedemont. Deciſio. 1. num. 48. Magon. Deciſ. Florent. 67. num. 31. Felin. in cap. Inter Monaſterium, num. 15. de re iudicata. Lanfr. in repetitione l. admonendi; col. 3. Oſaſch. Pedemont. Deciſ. 142. num. 22. Deciſ. prima, numero quadrageſimooctauo.

22 Limitatur † ſecundo in cauſa ſummaria, & in quo poſſit procedi iuris ordine non ſeruato, Angel. in d. l. prima. Socin. Regula 438. Fallent. ſecunda.

23 Limitatur † tertio, quando non fuit appellatum à prima ſententia. Bald. in d. l. 1. omiſſis aliis poſitis per Felin. in d. cap. Inter Monaſterium, & Socin. in citato loco. Contrarium, etiam ſi ſit appellatum, tenet Capic. Deciſ. prima, numero vigeſimoſeptimo.

Plures etiam ſunt caſus, in quibus ſecunda cō-

tra primam

tra primam valet; Primò, quando opponitur ante litem contestatam; Secundo, quando sunt diuersi libelli; Tertio, quando secunda est absolutoria; Quarto, quando prima est nulla; Quinto, quando est cum diuersa persona; Sexto, quando secunda est in plenario, prima in summario; Septimo, quando post primam essent lapsi 30. anni; Octauo, quando Pontifex committeret causam, sciens primam, & rem iudicatam; hoc in Compendio tenet Felin. in d. cap. Cum inter, ne illum transcribere videar. Nono, quãdo constat de notoria iniquitate primæ. Felin. in cap. Quoniam contra, numero 29. de probation. Decimo, quando sumus in Interlocutoria, & cõstat secundam latam animo reuocandi primam. Gratian. Decis. March. 129. num. 2.

24 Ampliatur sexto in sententia † lata contra stylum Curiæ, vel Consuetudinem notoriam, Bal. in l. 2. colum. prima, in fine, C. Quando prouocare non est necesse Abb. in cap. 1. colum. 4. versic. sed quæro, de re iudic. Alexand. in l. cum prolatis, colum. 3. versic. quid autem si sententia, ff. de re iudicata. Roman. in l. si is, ad quem, colum. 2. ff. de acquir. hæredit. Roch. in cap. finali quæst. 8. in fine, de Consuetud. Felin. in cap. Nonnulli, quæst. 3. col. 25. de Rescript. Guido Papæ quæst. 292. Cassaneus. consil. 68. numero 14. Duenn. Regula 57. sub num. 3. Surd. Decisione 175. numero 30.

25 Limitatur principaliter in sententia † lata contra ius dubium, quo casu non est nulla, l. cum prolatis, de re iudic. Alberic. in l. 2. C. Quando prouocare non est necesse, vbi Angel. in primis verbis, & ibi etiam Fulgos. Bart. in procem. C. colum. 4. versic. item oppono, in l. qui Romæ, §. duo fratres, in 6. opposit. ff. de verbor. obligat. vbi Castrens. in fine, Alexan. colum. 24. versic. in eadem gloss. Idem Bart. in l. 4. §. hoc autem iudicium, in fine, ff. de damno infecto. Butr. in cap. 1. columna 6. vbi Imola colum. 7. de Constitution. Ias. cons. 80. colum. finali, volum. 1. Purpurat. ad l. petens, colum. 2. versiculo & ideo, C. de pact. Felin. in c. Cum, & officij, colum. 15. versic. quinta conclusio, de Præscription. in cap. 1. colum. septima, de re iudicata. Barbac. in cap. Quoniam contra, numero 46. de probation. Curt. cons. 6. numero 23. Vant. de Nullit. ex defectu process. sub numero 118.

Si verò sententia lata sit contra ius litigatoris, est aliqua, sed venit rescindenda, nisi sit lata contra ius litigatoris, & pro illo, qui habet speciale priuilegium contra ius Commune, glos. singularis secundum Eleaz. ibi in Clementina 1. in verbo, finem, de restitut. in integrum. Roman. Singulari 215.

26 Et sententia † lata contra Communem, non est ipso iure nulla, sed iniqua, & retractãda, Butr. in cap. 1. colum. 6. de Constitution. vbi Imol. colum. 7. sub num. 16. Felin. colum. finali, numero 56. Bart. in d. l. cum prolatis, vbi Alexand. numero 4. 5. 10. & 11. Ias. numero 12. Herculan. numero 8. Zasius in 7. Declaratione, Castrens. in l. qui Romæ, §. duo fratres, numero 9. de verbor. obligat. vbi Imol. numero 25. Ripa, numero 33. Socin. iunior numero 74. Bolognet. numero 94. Capra Reg. 18. Grat. consil. 77. numero 14. libro secundo, Vant. de Nullit. ex defectu process. numero 120. Laucell. de Pretor. §. 2. titulo de sentent. numero 25. limit. 12. Cagnol. ad l. 1. numero 157. ff. si cert. petat. & hæc est magis Communis opinio. Coras. in tract. de commun. lib. 2. titulo 12. numero 13. in fine. Vinius dicens veriorem & Communem, in Silua Opinio 398. numero 59. Et sententia lata secũdum Communem quam, non tenuit Rota, non est iniusta, Rota nouiss. 206. parte 1.

27 Limitatur secundo vt hæc materia † procedat, quando error esset expressus in sententia vt legi possit, secus si tantum intellectualiter colligatur, quo casu valet. Decius in cap. Quoniam contra, numero 35. de probation. Socin. iun. ad §. duo fratres, numero 73. Anton. Gabr. de senten. Conclus. 7. numero 34. Marantha in Speculo, in verbo, sententia, numero 50. vbi subdit, quod quando error non est expressus, dicitur sententia contra ius litigatoris, & victor sic obtinens, debet denunciari Ecclesiæ vt exeat de peccato. idem numero 1017. Gabr. Tolosan. in Tract. de appellat. libro primo, cap. 5. num. 4. Milanes. Decisione Sicil. 5. num. 47. lib. 1.

28 Et sententia lata contra † rationem Legis, est nulla, Decius in cap. Cum speciali, colum. 2. de appell. Felin. in cap. ... versic. extenditur ista Conclusio.

Limitatur tertio hæc materia vltra Gabr. latè
29 profitentẽ, & alios, quod † si error expressus, est in iure, & in facto simul, vel in iure tantũ tunc est nulla, si in facto tantũ, datur appellatio, & si appellare omisit, restitutio non competit, nisi ex iusto errore omissa sit appellatio. Sforz. de Restitut. in integrum, quæst. 39. Articulo primo.

Limitatur etiam vltra Gabr. & alios, vt procedat l. 1. C. Quando prouocare non est necesse,
30 quando prima † sententia est fundata in probationibus proprijs, & veris, secus in priuilegiatis. Ias. dicens esse suum nouum dictum, in repetit. l. admonendi, numero trigesimoquarto, in fine, de iureiurando.

Limitatur quinto, si error non est expressus in sententia, nec est appellatum, & noua causa allegetur, tunc idem si non comprehendatur sub veteri. Din. Singul. 225.

EXCEPTIO XLII.

Lata contra mortuum:

S V M M A R I V M.

1 *Sententia contra mortuum lata est ipso iure nulla.*

2 *Sententia lata contra viuum in principio litis, & mortuũ tempore sententiæ, est nulla.*

3 *Hæres mortui conuenti citandus est, & contra eum ferenda est sententia.*

4 *Iudici super causa iam contra mortuum, sunt recensenda omnia acta.*

Quid

5 *Quid si causa defendatur adhuc per viuum.*
6 *Sententia lata contra mortuum, rescindi poest vti nulla.*
7 *Sententia pro mortuo nec etiam valet,*
8 *Quid in beneficialibus.*
9 *Quid in lata ad fauorem Ecclesiæ, vel piæ causæ pro mortuo, à Iudice ignorante mortem.*
10 *Executio in cadauere hominis mortui fieri nequit, remissiuè.*
11 *Solutio facta pro mortuo condemnato, si profuit hæredi, ab eo repetitur.*
12 *Quid si defuncto domino procurator sit effectus dominus litis.*
13 *Quid si defunctus decesserit absque hærede.*

EXCEPTIO XLII.

Lata ccontra mortuum.

1 SEntentia † lata contra mortuum, est ipso iure nulla, l. in summa, §. finali, ff. de re iudic. Bart. in l. defuncto, ff. de public. iudic. Angel. consil. 68. Curt. senior, consil. 60. in l. imperium, numero 4. ff. de iurisd. omn. iudic. Bald. consil. 162. num. 5. vol. 2. Sebast. Medic. de morte, Conclus. 101.

2 Ampliatur, etiam † si iudicium fuerit inchoatum cum defuncto, sed postea tempore sententiæ erat mortuus, l. 2. vbi bona glos. C. Quæ sentent. sine appellatione rescindantur.

3 Cautela igitur est, vt † mortuo Reo conuento, citatur hæres, & contra eum ferenda est sententia; ita Castrens. notat per illum text. in d. l. 2. ff. Quæ sentent. sine appellatione rescind. vbi cõcludit, sententiam contra defunctum latam, non præiudicare etiam hæredi. idem in l. De qua re, §. cum absentem, sub num. 1. ff. de iudic. vbi dicit esse singulare.

4 Et coram Iudice cui causa † cõmittitur, sunt recẽsenda omnia acta ad sanandum processum contra mortuum sententiatum, Bart. in l. si ut proponis, num. 5. C. Quomodo, & quando Iudex.

5 Ampliatur tertio, etiam † si causa defendatur adhuc per viuum Marantha, in Speculo, Distinctione 16. num. 48.

6 Ampliatur † quarto, vt sententia lata contra mortuum rescindi possit vti nulla. Capic. Decisione 1. num. 26.

Et sic limitatur l. Iudex posteaqnam, ff. de re iudicata, l. post sententiam, C. de sentent. l. 1. C. sentent. rescindi non posse.

7 Ampliatur septimo, vt † nec etiam sententia valeat ad fauorem mortui, Alexand. in l. si decessit, numero 5. ff. Qui satisdare cogantur Vant. de Nullitate ex defectu iurisd. numero 106. Marantha, in verbo, sententia, numero 107. Cels. Hugo, consil. 73. num. 41. & hæc est Communis opinio Iaffred. Decis. 27. Centur. prima. Minsynger. Cẽtur. 1. Obseruatione 85. dicens magis Communem.

8 Ampliatur octauo, vt etiam in beneficialibus, sententia pro mortuo, non valeat, Rota apud Puteum, 186. parte 2.

9 Bene verum est, quod fauore † Ecclesiæ, vel piæ causæ, sententia lata ad fauorem mortui à iudice ignorãte mortem, prodest subrogato, Bald. singulariter in l. vnica, §. in primo, numero 7. C. de caduc. tollend. dicens ita iudicatum in Consistorio Papæ. Dicit valde singulare Alexand. ad l. eius qui in prouincia, colum. 7. circa medium, ff. si cert. petat. Euerard. valde commendans à libertate ad piam causa, numero 29. dicens singulariter notandum. Viuius in Silua Opinion. 716. num. 4.

10 Ampliatur nono, vt nec † executio fieri possit in cadauere hominis mortui, vt latè dixi in Tractatu de Sequestro, parte 1. quæst. 3. cum additis, in vltimo impressis.

Et addo Farinace. quæst. 10. num. 77. Vasqu. Controuers. illustr. cap. 96. num. 8. Amat. Decis. 86. num. 7.

Ex causa tamen Iudex exequitur in mortuũ, de qua Menoch. de Arbitr. Casu 385.

11 Limitatur singulariter, & vtiliter, vt † solutũ pro mortuo condemnato, si hæredi profuit, repetitur ab eo per actionem negociorum gestorem, ex quadam æquitate. Castr. dicẽs valde quotidianum, in l. de qua re, §. qui absentem, ff. qui satisd. cogantur.

12 Si verò quis litigaret † per procuratorem, qui sit effectus dominus litis, si postea dominus moriatur, sententia ferenda est contra procuratorẽ quondam Titij defuncti, procuratorio nomine hæredum, vel aliorum, quorum interest. Alex. de magis Communi, in l. nulla, C. de procurat. Marantha, dicens hanc esset meram veritatem, in verbo, sententia, num. 108. Rota apud Cassador. Decis. 2. num. 2. de appellat. Vant. de Nullitate ex defectu iurisd. ordin. num. 106.

13 Limitatur hoc non † habere locum si defunctus sine hærede decesserit: quia in personã procuratoris ferri hoc casu non poterit. Ias. consil. 9. lib. 1. & consil. 138. lib. 4. Vant. cap. 9. numero 106. Lanfranc. Conclus. 27. Marantha, in verbo, sententia, num. 108. vbi etiam limitat in procuratore prælati. Tremol. ad Practicam Bonacurs. titulo de impediment. execution. num. 14. litera D.

EXCEPTIO XXXI.

Cessionis Iurium.

ET hæc in executione opponi potest post sententiam latam, posui latè in tractatu Depositi, titulo de oblatione, parte 2. quæst. 13. numero secundo.

Addo Neguf. de Pignor. in tertio membro, quintæ partis, sub num. 15.

EXCE-

EXCEPTIO XLIV.

Quia Appellatum.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio interposita executionem impedit.*
2 *Appellatio est Theriaca contra iniustæ sententiæ venenum.*
3 *Appellatio est defensio contra iudicis iniuriam oppressis data.*
Appellatione pendente sententia regulariter non est exequenda, sub eod. num. 3.
4 *Appellatione pendente debitor potest iurari suspectus de fuga, & capi.*
5 *Appellatione pendente sequestrum fieri potest in causa beneficiali, & infra num. 171.*
6 *Condemnatus appellans, si non reportet fidem præsentationis, exequi potest sententia etiam nõ citato appellante, & executio non retractatur.*
7 *Declara, vt ibi num. seq.*
8 *Appellatio non datur in causa alimentorũ, in quibus nõ retardatur executio illa pendente.*
9 *Ab alimentis præteritis datur appellatio, non autem in futuris.*
10 *Alimentorum causa committitur cum Clausula, Sine retardatione.*
11 *Alimenta futura dicuntur à die motæ litis.*
12 *Appellatio suspendit executionem in alimentis debitis ex contractu, vel testamento, & iure actionis, secus officio iudicis.*
13 *Limita, data inopia alimentandi, quia tunc nullo casu retardatur executio.*
14 *Appellatio an suspendat executionem in causa dotis, & quando.*
15 *Declara in dote promissa puellæ nubendæ secus iã nuptæ.*
Quid in vxore agente contra virum pro repetitione dotis data inopia siue vir agat siue, vxor, ibid. sub eod. nu. 15.
16 *Executio dotis in appellatione an transmittatur ad hæredes.*
17 *Quid si mulier decedat post sententiam pendente appellatione, vel termino ad appellandum.*
18 *Quid si fuit appellatum ipsa viuente, qua non obstante obtenuit executionem, dotem recuperauit, & postea decessit.*
19 *Quid si ipsa viuente pronuncietur exequendum, & interim decedat ante executionem, an transmittat.*
20 *Quid si post sententiam fauorabilem, & executionem obtenta, nubat secundo viro, & infirmetur prima sententia, quomodo succurratur.*
21 *Opinio Milanesii supra relata sub num. 15. dicitur periculosa.*
22 *Quid in causa pĩa, an detur appellatio.*
23 *Quid in legato dotis pro virginibus maritandis.*
24 *Quid in causa mercedis, & salarij.*
25 *Idem in quolibet operario, & artifice inope.*
Præscriptia, & præsumptio solutionis factæ in similibus, an, & quomodo inducutur, ibidem num. seq.
27 *Dominis an, & quando credatur asserentibus soluisse famulis, & similibus.*
28 *Quid in pensionibus domorum, & fictibus.*
29 *Quid in sententia extractionis, & expulsionis, an detur appellatio.*
Quid in possessorijs, ibidem, sub eod. num. 29.
30 *Quid in causis quæ celeritatem desiderant.*
Quid in causis mixti imperij, damni infecti, & similium, ibidem sub eod. num. 30.
31 *Quid à sententia fortis.*
32 *Declara in casu enormis læsionis.*
33 *Quid in sponte confesso, & legitimè conuicto, qui non appellat ad executionem impediendam.*
34 *Appellatio friuola, & frustatoria, executionem non impedit.*
35 *Appellatio friuola dicitur vana, & inanis.*
36 *Exceptiones friuolæ sunt leues, & nullius momenti.*
37 *Excusationes friuolæ sunt vanæ, & inutiles.*
38 *Ampliatur hoc procedere, etiam quando appellatio præsumitur friuola.*
39 *Quid si iudex ad quem, inhibuit: nam tunc licet iniusta, timenda est, & infra, num. 169.*
40 *Quid si iudex à quo, appellationi friuolæ detulit.*
41 *Admissio appellationis producit multos effectus, de quibus infra, vsque ad num. 45.*
Appellatio sine causa simpliciter admissa quid operetur, ibid. sub eod. num. 41.
42 *Quid si appellatio sit interposita sine scriptis.*
43 *Quid si non fuerint petiti Apostoli.*
44 *In appellatione simpliciter admissa, re adhuc integra, iudex à quo, an possit reuocare grauamen de contentu partium; & quando, & quibus concurrentibus, ibi, vsque ad num. 46.*
46 *Iudex quomodo, & quando dicatur deferre appellationi.*
Declara, vt ibi num. seq.
48 *Quid si admissa, sit cum Clausula, Si, & in quantum &c.*
49 *Quid si cum dicta Clausula admissa, fuisset per Principẽ vel superiorẽ commissa, & alteri delegata cum Decreto irritante, vt ibi.*
Declara vt ibi num. seq.
51 *Appellatio admissa cum dicta Clausula; Qualiter interpretanda, spectat ad iudicem ad quem.*
52 *Quid si sint plures iudices delegati, & vnus tantum deferat appellationi.*
53 *Quid in appellatione à diffinitiua, & ex causa probabili.*
54 *Quid stante Clausula, Appellatione remota.*
55 *Quid à sententia lata de consensu partium in ipso die contractus.*
56 *Pacto an renunciari possit appellationi interponendæ.*
57 *Quid in causis criminalibus capitalibus.*
58 *Quid si pactum fiat à domino, vel procuratore habente, speciale mandatum, & quid in procuratore non habente ad id speciale mandatum.*
59 *Quid in pacto condito ex necessitate.*
60 *Quid in promissione de stando sententiæ Titij tali quali, &c.*
61 *Quid quando promittitur stari sententiæ, & laudo Arbitri ex nunc emologando, &c.*
62 *Reductio à laudo, nulla vrborum cautela tolli potest.*
Quid si statutum disponit, vt non obstante renunciatione, appellari possit, ibidem sub eod. num. 62.
Quid si fuerit excessum, ibidem.
63 *Quid quãdo appellãti ius cõmunẽ resisteret, sub eo. n. 63.*

A sententia

64 A sententiam Visitationis Episcopi, & in concernentib. correctionem morum, appellatio non datur, nisi modus excedatur, & vide inferius num. 173.

65 Episcopus potest visitare plurios Confraternitates laico rum, & cogero administratores ad reddendū cōputa.

66 Appellatio non impedit executionem in causis præcedentiæ in processionibus, & similibus.

Confraternitates an possint cogi se vestire, & accedere ad processiones, ibid. sub eod. num. 66.

67 Cessio bonorum, an fieri possit appellatione pendente.

68 Vsurarius manifestus appellans, non auditur, sed restitue re vsuras perceptas cogitur.

69 In executiuis appellatio non retardat executionem, limita, vt infra num. 102.

70 A pronuncia seu Decreto de exequendo, non datur appellatio, tribus concurrentibus, vt ibi & num. 74. & seq.

Quid in Decreto pro Reo cōtra Actorē, ibid. sub eod. n. 70.

71 Appellatio non retardat executionem ab instrumento guarentigiato, Camerali obligatione vallato, & ad formam ritus ibi eod. num. 71. 72. & 73.

Instrumentum liquidum meretur executionem, & quomodo procedat ibi declaratur sub eod. num. 73. vers. declaratur 2. & in seq.

Decretum de exequendo an sit mere interlocutorium, vel habeat vim diffinitiuę, ibid. sub eod. num. 73. & 75. versic. dicit enim, & num. seq.

Decretum de exequendo vt non recipiat appellationē tria debent cōcurrere, vt hic, versic. hac autem ampliatio, & seq. sub eod. num. 73.

74 An, & quando ab eo detur appellatio, vsque ad nu. 79.

80 Cautela Imolæ ad tollendū disputationē, & appellationē quid petēdū per Procuratores, et Aduocatos, & n. seq.

81 Quid si executor modum excesserit.

82 Excessus est ita odiosus, vt illius ratione in qualibet causa detur appellatio.

83 Executor excedens modum, facit litem suam.

84 Quid in Collectoribus Principis decimarum, datiorum, & similium, Declara vt infra, num. 196.

85 Executor seu Collector dicitur excedere, quoties non seruat Consuetudinem, & Statuta loci.

86 Quid in executore Apostolico.

87 Excessus non præsumitur, nisi probetur.

88 Appellatio ab excessu, debet continere causam excessus in specie, & in indiuiduo.

89 Appellatio ab excessu non potest fieri nisi semel.

90 Excessus consideratur altero de tribus modis, & qui nam illi, vt ibi.

91 Iudex competens quis sit in cognoscendo causam, & eius excessum.

92 Appellatione pendente ab excessu executionis, possessio potest per Iudicem auocari, & fructus sequestrari.

93 Procurator an, & quando possit appellare ab excessu, ibidem eodem num. seq.

95 Appellatio datur si quid iniuriose fuit factum in executione.

96 Iudex litigantē iniurians verbo vel facto, recusari potest.

97 Dolus etiam datur in exequendo nedum in Iudice, sed etiam in baiulis, & executoribus facti.

98 Quid agēdum si dolum prædicti cāmiserint in exequēdo.

99 Appellare licet à mandato de exequendo concesso parte non citata.

100 Quid in exceptionibus reiectis à iudice.

101 Causa inferenda in appellatione ab excessu, debet esse iusta, alias redditur nulla.

102 In executiuis datur appellatio, si appellans allegat post sentētiā Transactionē, Nouationē, vel Renūciationē.

103 Quid si executor malè, & grosse interpretatus fuisset sententiam.

104 Quid quando sententia cuius executio petitur, fuit lata contra absentem.

105 Sententia lata contra famosum vel celebrem virum in aliquo exercitio, suspēditur, & Princeps cōsulitur, ibi. & num. seq. sed non est confidendum in Practica.

106 Appellatio an admittatur, & retardet executionem, si Actor qui obtinuit, caueat de restituendo in casu succumbentia.

107 Grauamen in exequendo quando est successiuum, potest ab eo appellari etiam post decem dies, vt ibi.

Appellatio non retardat executionem præstita cautione per actorem de restituēdo ibid. sub eod. nu. 107. vers. declaratur 14.

Quid in appellatione admissa per Iudicem à quo, & recepta per Iudicem ad quem, ibi eod. num. 107.

108 Quid in factis notorijs an appellatio retardet executionem, ibid. num. 107.

109 Quid quando in appellatione exprimitur causa per quā notorium offuscatur, & declara vt ibi, & num. seq.

111 Quid si Iudex ad quem Iudici a quo inhibuisset.

112 Quid de iure vel de Stylo seruetur in practica.

113 Quid si Iudex in pœna imponenda modum excessit.

114 Quid in confesso, non autem conuicto, & in sententia quæ fecit transitum in iudicatum.

115 Quid in notorio p euidētiā facti, famæ, vel iuris, vt ibi.

116 Appellatio datur à declaratione notorij, licet non detur in notorio.

117 Quid in causis arbitrarijs, an detur appellatio.

118 Quid in sententia Iudicis qui habet à Lege, Statuto, vel ab Homine liberum, & absolutum arbitrium.

119 Quid in ciuilibus, vel criminalibus causis magni ponderis, & momenti.

120 Iudex dicitur excessisse, si iudicauit non seruata Consuetudine loci, & supra num. 85. & 90.

Quid si esset alternatiue imposita sed cōsueta, ibidem sub eod. num. 120.

121 Iudex in pœnis imponendis sequi debet Consuetudinem contra Statutum aliter disponens.

122 Iudex remittendo, vel minuendo pœnam vsitatam, facit se conscium criminis.

123 Iudex remittendo vel minuendo pœnas consuetas, efficitur infamis.

124 Item punitur amissione bonorum tali casu vt supra.

125 Iudex non potest excedere pœnas à Lege vel Consuetudine definitas.

126 Iudex tamen potest ex causa excedere, augere, minuere, & remittere.

Iudex si excedat in sententiādo vt pęnas infligendo vltra morem consuetū ab eo datur appellatio, & peti pōt sentētiam reduci ad arbitriū boni viri. ibid. sub eod. n. 126.

127 Consuetudo, præualet Iuri Communi præsertim si pęnæ consueta sint mitiores.

128 Consuetudini notoriæ derogari non potest, nec sententia contra eam lata valet.

129 Consuetudinem tollere Princeps potest, sed in dubio non censetur ei derogasse.

130 Excessus probatur si læsio sit in sexta parte.

131 Item si sit in tertia parte.

132 Læsio tamen prædicta reducitur, & declaratur ex magis Communi arbitrio Iudicantis.

133 Enormissimus excessus, seu enormissima læsio, multum partem dimidiam excedit.
134 Sed qualis, & in quota dicatur enormissima læsio, vide ibi plures opiniones relatas vsque ad num. 139.
139 In arbitrarijs, licet non detur appellatio, datur tamen recursus ad superiorem.
140 Casus quinque in quibus Iudex etiam quod arbitrando pronunciet, non appellatur, vt à nu. 40. vsque ad n. 45.
145 Limitationes aliquot ad l. non quidquid, ff. de iudic. ibi, & num. seq.
147 Dictio, libere, Iudice directam potestatem tribuit faciendi actum sua sponte alterius voluntate non requisita.
148 Item importat facultatẽ non suppositam Iuri, nec æquitati, nec rationi.
149 Declara vt hic, & num. 151.
150 Iudex appellatur à iure vir bonus.
151 Liberè, verbum, derogat Iuris dispositioni in extraiudicialibus, non autem in Iudicialibus. Declara procedere in criminalibus, non autem in ciuilib. vt infra nu. 154.
152 Testari impedito si concedatur testandi facultas, intelligitur Iuris forma obseruata, si vero testandi facultatem habenti, intelligitur absolutè Iuris forma non seruata; ratio datur vt hic.
153 Rescriptum Principis vt aliquid operetur, venit etiam præiudicium Tertij.
154 Potestas habens liberum arbitrium à Principe, non potest aliquẽ torquere sine legitimis præcedentib. indicijs.
155 Dispositio l. non quidquid, non habet locum parte petente & instante, quia tunc si Iudex deneget, datur appellatio.
156 Limita etiam d. l. non quidquid, pluribus modis, vsque ad num. 161.
157 Iudex potest in genere in se cogi ad firmandum sententiam, sed non certo modo, & vide num. 159.
158 Quid quando est præsumptio malitiæ cõtra appellantẽ.
160 Iudex grauans partem tenetur ad interesse.
161 Quid si Iudex esset aditus vti bonus vir per viam recursus a laudo Arbitratoris.
162 Appellatio non impedit executionem sententiæ, si fuit lata per Iudicem, qui secundum conscientiam iudicare poterat.
163 Conscientia debet esse non solum pura, sed cum iudicio discretionis.
164 Iudex non debet sequi conscientiam propriam, sed lege munitam.
165 Iudex dicendo in sententia: Ita iudico, secundum meam conscientiam, sententia saluatur, quia in dubio intelligitur de conscientia legibus munita.
Declara, vt ibi, verbum istud, Conscientia, quomodo intelligatur, sub eod. num. 165.
166 Iudex non debet iudicare secundum propriam conscientiã, sed ex deductis, & probatis in Iudicio.
167 Amplia si sibi esset commissa causa per verba importantiam Iustitiam.
168 Appellatio à Commissario secundum conscientiam si esset admissa.
169 Appellatio admittitur si iam est inhibitum, quia inhibitio temenda est vt supra limit. 7. num. 39.
170 Appellatio etiam admittitur si in causa esset non modici præiuditij, ad effectum deuolutiuum, vt ibi.
171 Sequestratio permittitur appellatione pendente in beneficialibus dilapidationis, & similibus.
172 Sequestrationis sententia est executoria, nec per appellationem suspenditur, & quid in causa damni infecti, & similibus, ibid. sub eod. num. 172.
173 Episcopus etiam appellatione pendente à Decreto Visitationis potest Cappellanum seu Vicarium ponere de fructibus Ecclesiæ nutriendum.
174 Amplia nedum in actibus visitationis, sed in illis quæ fiunt post occasione illius.
175 Declaratio Concil. Trid. ad cap. 10. Sess. 24.
176 Sententia Syndicatus non retardatur per appellationẽ.
177 Declara vt ibi ex mente Angeli, & limita procedere si officialis Syndicatur à suo superiore, à quo pendet, secus si ab alio.
178 Declara etiam dum syndicatur de gestis in officio, secus si de alijs, quia in ijs datur appellatio.
179 Declara procedere in sententia diffinitiua Syndicatus, secus in interlocutoria, quia ab ea datur appellatio.
180 Appellatione pendente à sententia Excommunicationis, denũciatio excõmunicati fieri potest ab Ordinario aut Delegato, vt infr. nu. 183. vers. Ampliatur secũdo.
181 Quid in sententia Censura.
182 Quid si censura esset ad pœnam, an daretur appellatio, & suspendatur executio.
183 Quid in denunciatione Delegati.
184 Quid si excommunicatus in plus grauaretur.
185 Sententia excõmun. principalis, an citationem requirat.
186 Quid in ignoranter excõicato, si à die notitiæ appellet.
187 A sententia excõicationis licet non detur appellatio, datur tamẽ à declaratoria incidisse in excõmunicationẽ.
188 Declara non procedere in tribus relatis, vt ibi.
189 Delegatus qui detulit appellationi, denunciare nõ potest.
190 A sententia conditionali datur appellatio ante euentũ conditionis.
191 An retrotrahatur si cõditio euenerit in sẽtẽtia cẽsurarũ.
192 Excommunicatus appellatione pendente denunciari potest, ac fructib. & distributionib. quotidianis priuari.
193 Excommunicatus non facit fructus suos.
194 Excommunicatus absolutionem obtinẽs, & faciens pronunciari sententiam iniustam, fructus interim perceptos non recuperat nisi de illis porrigat querelam immo vti iniustus tunc possessor ad illos tenetur.
195 Excõicato tamen legitime impedito succurritur vt ibi.
196 Collectarum, Tributorum, & Datiorum solutio, ac executio non retardatur appellatione pendente si condemnatus est descriptus in Catasto, secus si dubium esset, an debitor existeret.
197 Tertius petendo, vel exequi faciendo pendente appellatione per vnũ ex litigantib. interposita, non attentat.
Quare ille tertius non attentet, ibid. num. seq.
199 Correus pendente appellatione, an conueniri possit.
200 Quid si Tertio sit inhibitum, an afficiat ipsum.
201 Quid si ille Tertius haberet interesse tantum secundario, non principaliter.
202 Citandus est ille, quem negotium principaliter, non quẽ in consequentiam tangit.
203 Quid si tertius per antea habuisset ius, postea cessisset, & tempore innouationis esset merus Tertius.
204 Quid si Tertius haberet causam à Iudice, vel à parte.
205 Fiscus reuocans alienata, an teneatur refundere pretiũ.
206 In quibus casibus teneatur.
207 Quid si Fiscus vendicat male alienata, an teneatur refundere pretium.
208 Delinquens, an sit tutus in foro conscientiæ, decipiendo tertium bona fide ementem.
209 Quid si retineat, & occupet dicta bona in præiudicium Fisci.

Quid

210 *Quid si delinquens alimet ex causa alimentorum.*

211 *Quid si pretium esset versum in utilitatem bonorum per fiscum recuperatorum, an esset emptori restituendum.*

Attentata facta à tertio appell. pendente, habente causam à iudice, vel à parte, reuocantur, ibid. eod. nu. 211.

212 *Tertio an tali casu competat beneficium excussionis.*

213 *Quid si Tertius esset possessor cum titulo, et bona fide.*

214 *Possessor cum titulo, & bona fide, an molestetur pro vitio sui authoris.*

215 *Remedium spolij an detur contra possidentem titulo, & bona fide, qui causam habuit à vitiosa possessore.*

216 *Quid si nõ probetur de scientia istius Tertij de tali vitio.*

217 *Brachium seculare mandatur executioni contra Tertium, qui emit lite pendente rem litigiosam.*

218 *Quid in fructibus.*

219 *Quid in alienatione facta ante pendentiam litis.*

220 *Quid si res esset affecta vitio reali, an transeat in singularem successorem, etiam quod alienatio non peruenisset, nec à parte, nec à Iudice.*

221 *Tertius non habens causam, nec à parte, nec à Iudice, an principaliter dicatur innouare, an attentare.*

222 *Quid si fuit data appellatio extraiudicialis, & generalis contra quoscumque, à quacumque turbatione.*

223 *Quid si Tertius attentet vna cum parte.*

224 *Quid si Tertius impediret Iurisdictionem Iudicis per actum quem fecit lite pendente.*

225 *Quid si Tertius præsumptione Iuris esset eadem persona cum principali, vt pater, & filius.*

226 *Declara, & distingue procedere in Iure acquirendo, vel conseruando; vel ad pœnam euitandam; & sic in fauorabilibus; non autem ad pœnam incurrendam, & sic odiosis: quia tunc censentur diuersa, ut ibi. & num. seq.*

227 *Pater & filius in odiosis, & pœnis euitandis, an dicantur diuersæ personæ ibi, & seq.*

229 *Quid si Tertius fundauit se in Iure causæ principalis à qua fuit appellatum, an dicatur attentasse.*

230 *Quid si Tertius adhæsit appellationi interpositæ per principalem.*

231 *Iudex, vel pars, non dicitur attentasse contra Tertium appellatione pendente, ibi.*

232 *Inhibitio emanata ad fauorem principalis, non prodest fideiussori.*

233 *Quid si inhibitio esset supremi Principis.*

234 *Quid si esset facta mentio fideiussorum indefinitè, vel in genere, & esset geminata.*

235 *Declara, & distingue de fideiussore Iudicij, & contractus, quia est diuersitas inter eos, vt ibi.*

236 *Quid quando est facta mentio de fideiussoribus, & causa habet connexitatem cum principali.*

237 *Quid si Stylus Curiæ, vel Consuetudo loci, aut conuentio partium aliter suaderet.*

238 *Quid si exceptio, vel dilatio respiciat merita causæ aut est simpliciter dilatoria, distinguendum est vt ibi.*

239 *Quid quando sententia fuit lata contra principalem, & appellauit, non autem contra fideiussorem; declara vt ibi.*

240 *Tertius non potest dare de attentatis de lite inter alios pendente.*

Quid si Tertius rem litigiosam alteri cessisset, an cessio operetur vitium attentatorum, ibidem. sub eodem numero 240.

241 *Continuatio possessionis non inducit attentatum.*

242 *Desipere dicitur, qui timore litis à possessione desistit.*

243 *Amplia procedere, etiam quod fuerit appellatum, & inhibitum.*

244 *Quid si possessio esset contra ius, & competeret, ratione priuilegij.*

245 *Quid pendente appellatione per possessorem interposita, an prosequi possit suam possessionem.*

246 *Appellatus an manuteneri debeat in sua possessione, nõ obstante appellatione ex aduerso interposita.*

247 *Quid in casu inappellabili, puta in Saluiano, an tertius condemnatus, qui appellauit, possit continuare possessionem captam per Actorem.*

248 *Quid si ante litem motam possidebam sine causa, vel indebitè, & postea emam ab eo qui habuit contra tres conformes, & prosequar possidere, an dicar attentare, vel continuare.*

249 *Quid si possidebam ciuiliter tantum, & lite vel appellatione pendente cepi naturalem.*

250 *Quid in locatore capiente possessionem rei locatæ, post commissionem factam per conductorem, causa iactationis, considerata priori possessione quam habebat ante litem motam.*

251 *Statutum quod pro noua possessione soluatur Gabella, non comprehendit eum qui prius habebat ciuilem, & lite pendente cepit naturalem.*

252 *Statutum de turbata possessione, similiter non habet locum in isto, vel simili casu.*

253 *Quid in habente simplex Constitutum; Declara vt ibi.*

254 *Bannitus an possit offendi pendente disputatione super validitate banni.*

255 *Exceptio nullitatis contractus, an impediat executionem, & vsum Instrumenti.*

256 *Continuatio possessionis competit hæredi defuncti.*

257 *Hæres an possit apprehendere possessionem bonorum defuncti propria authoritate.*

258 *Instantia non soluitur morte defuncti, sed transit ad hæredem.*

259 *Quid in Clerico.*

Fallit in fisco ibidem sub eod. num. 259.

260 *Quid si talis cõtinuatio fieret per modũ recuperationis.*

261 *Quid si ante recuperationem curauerit causam committi.*

262 *Recuperatio quando dicatur facta incontinenti.*

263 *Recuperatio vt dicatur facta incontinenti, quid requiratur.*

264 *Recuperatio ad dicatur facta incontinenti, post decem annos, in re difficilis recuperationis.*

265 *Declara vt ibi, dummodo colligi possit animus continuatus recuperandæ possessionis naturalis, & ciuilis.*

266 *Declara, dummodo fiant aliqua præparamenta, & prouisiones pro recuperatione.*

267 *Quid si possessio esset ex omni parte vacans, & recuperare volens perdidisset etiam ciuilem.*

268 *Continuans possessionem, an possit expellere ingredi volentem, ita vt non dicatur spoliare.*

269 *Quid in rebus mobilibus, an illa liceat leuare de manu alterius lite pendente.*

270 *An reficiendo dicatur attentare post præceptum sibi iniunctum.*

271 *Locando an dicatur continuare, & per Instrumentum locationis probetur possessio.*

272 *Quid si locatio fuerit facta in aliquem potentiorem*

273 *Quid si de dolo locatoris non constet.*

274 *Continuatio possessionis vt procedat, multa concurrere debent.*

Declara, & limita vt ibi.

338 *A pœna legis non datur appellatio, sed à declaratione pœnæ datur.*

339 *Appellatione interposita, & admissa, sed non intimata, si fiat executio, nō reuocatur per viā attentatorū.*

340 *Quid in futuris grauaminibus.*

341 *Quid in debito confessato.*

1 Appellatio † interposita executionem impedit, l. appellatione, C. de appellation. l. 1. in principio, ff. nihil nouar. cap. Non solum, de appellation. lib. 6. cap. venientes, de iureiurando, ibi: sententias appellatione suspensas, cap. 1. de re iudic. ibi: sententia appellatione suspensa. March. decis. 43. num. 4. parte 2.

2 Est n. † appellatio Theriaca contra iniustę sniç venenum. Curt. cons. 163. num. 8. Purpurat. in l. 1. num. 87. C. de pact. Serafin. de iurament. priuileg. 132. num. 33. Surd. de Aliment. titulo 8. quęst. 60. num. 4.

3 Estq. defensio † quę aduersus Iudicis iniuriam, oppressis datur. l. 1. ff. de appellation. Cap. Ad Romanam, 2. quæst. 6. Menoch. de Arbitr. Casu 368. & quod pendente appellatione, sententia regulariter non sit exequēda, tenet Lap. Allegatione, 2. sub num. 5. vers. ad hæc. Milis in verbo, appellatio legitima, Alex. cons. 35. Viso, numero 2. lib. 4. consil. 99. num. 3. libro 5. Decius consil. 97. nu. 1. Lancelott. de Attent. appellatione pendente, in præfatione, num. 78. Gratian. Decisione March. 110. num. 5. Corsett. in Singular. in verbo, Appellatio, 2. Grat. cons. 50. nu. 36. lib. 1. Bertrand. cons. 202. num. 5. lib. 1. Paris. cons. 28. num. 22. lib. 4. Osasch. Decis. Pedemont. 5. Bursat. cons. 21. num. 13. lib. 1. Afflict. Decisione 341. nu. 4. Afinius in Practica, §. 31. limitat. 2. Lancel. de Attentat. appellatione pendente, parte 2. cap. 12. in præfatione nu. 108. fol. 203. prout e contra, vbi prohibetur appellatio, frustra differtur executio sententiæ, Lancelott. de Attentat. pendente termino ad appellandum, num. 27. & 39.

Et adeo appellatio suspendit executionem, vt retractetur per viam attentati, etiam si postea appellatio declaretur iniusta, Castr. in l. ex causa, ff. de appellation. Magon, Rota Lucana Decis. 92. num. 5.

Hæc Conclusio, varias, & prope infinitas recipit limitationes, eas tantum proponam, quæ vtiliores sunt, & executionem sententiæ respiciunt.

4 Limitatur igitur primo loco vtiliter, † vt pendēte appellatione possit debitor iurari suspectus, & capi. Spec. de appellation. §. nouissime, Angel. in repetitione l. nemo carcerem, versic. item quę ro, C. de exact. tribut. lib. 10. Ias. in l. si arbitro, nu. 6. ff. qui satisd. cogantur. Alex. cons. 105. num. 31. vol. 3. Franc. in cap. Cum teneamur, num. 13. de appellation. Marantha in Speculo, in verbo, Appellatio, num. 166. Firm. in Repertor. versiculo, Appellatione pendente, Fallent. 5. Dueu. regula 42. nu. 9. Lancelott. de Attētatis appellatione pēdente, parte 2. c. 12. limit. 31. fol. 288. Manfred. Cōclus. 62. Herculan. de Attentatis, cap. 31. num. 29. Saram ad Matthesilan. 28. num. 6. Gabr. de Iudic. Conclus. 4. num. 30. libro 2. Ripa, in cap. 1. de Iudic. num. 88. Ampliat. 7. Grauat. ad Vestr. libro 8. cap. 4. num. 33, Bauer. de Mora, parte 3. §. condescendo, num. 33.

5 Limitatur secundo, vt etiam † sequestrum fieri possit appellatione pendente, in causa beneficiali, iuxta ea quæ latè posui in tract. de Sequestro, parte 2. q. 1. Lancelott. de Attentat. appellatione pendente, par. 2. cap. 12. limitat. 12.

6 Limitatur tertio loco † vno singulari modo, secundum Roman. de quo infra, quando † Iudex à quo, statuisset terminum tot præcisè dierum ad comparendum coram Iudice ad quem, & tot aliorum ad reportādum fidem de præsentatione: nam si obseruet primum terminum, & in secundo non impleat, poterit Iudex à quo, exequi sententiam, stante defectu secundi termini, nec amplius executio reuocabitur, nisi lata sententia in causa appellationis ad fauorem ipsius appellātis. Dictum est singulare Federici de Senis, cons. 28. Punctus quæstionis, Speculat. in titulo, de appellat. §. nouissimè, num. 15. & 16. Cardin. in Clementina 1. quæst. 22. de appellation. Marantha, in Speculo, in verbo, Appellatio, limitatione 21. num. 194. Decius post relatos, in cap. Personas, num. 30. de appellat. Lanfranch. Decisione 30. Minsynger. Centur. 4. Obseruat. 85. Dixit perpetuo notandum Veronens. Cautela 45. Si vis, in quinta Cautela, & dixit literis aureis scribēdum, & Legistis incognitum. Roman. Singul. 163. Hoc nesciunt. Et in hoc est Communis opinio. Alex. de Neuo, cons. 39. inter consilia matrimon. diuersorum. Afinius, in Practica, §. 31. Limitatione 2. sub num. 4. Paris. cons. 108. num. 52. volum. 4. Dueni, Regula 42. num. 22. limitatione 22. & ita tenuit Rota, 94. in nouis. aliàs, 13. de appellation. in nouis. & Decis. 451. in antiquis, aliàs 40. de appellat. in antiquis, & talis executio fieri pōt & appellante nō citato. Rota in supradictis locis.

Nec retardatur executio, & iam facta, non retractatur, stante legitimo impedimento in persona appellantis, ad certificandum. Lancelott. dicens singulare, par. 2. cap. 12. de Attent. appellat. pendente, limit. 14. num. 6.

Nec parter auditur appellans, si aduersarius in pari casu obtinuit, ex Regula, Quod quisque iuris, & ita pluries tenuit Rota. Lancelott. vt supra, num. 9. vbi etiam subdit, contradictionem fieri posse incontinēti post, sed non post terminū.

7 Declaratur † tamē id quod dictum est de executione, duobus concurrentibus fieri posse, scilicet citata parte, & quod præfixioni termini non contradixerit, vt per Decium in citato iam loco.

8 Limitatur quarto, in causis alimentorum, in quibus pendente appellatione non retardatur executio, Bald. in l. si de instituta, §. si de inofficio so, num. 2. ff. de inoffic. testam. Aretin. consil. 97. num. 3. Angel. in l. penultima, in fine, ff. de his qui sunt sui, vel alieni iur. Afflict. Decis. 152. num. 3. Bald. Nouell. de dote, parte 9. priuileg. 7. colum. prima. Monleonius in sua Praxi Arbitrar. parte prima, quæst. 6. colum. sexta prinipali, dubio decimotertio, num. 13. Foller. in Practica Cens.

in verbo huiusmodi, num. 86. sed Ias. per eum allegatus, mihi non dicit. Contard. ad l. diffamari, in 3. limitatione, numero 34. & facit opinio Bart. in l. mella, in fine, ff. de aliment. & cibar. legat. in Tract. Alimentor. numero 47. in l. solent, in fine, ff. de aliment. & cibar. legat. Papiens. in forma libelli, pro re singul. num. 85. Vital. in Clausula. An possit alimentis renunciari, colum. 12. circa finem, Euerard. Loco 24. in fine. Tiraquell. de pia causa, priuileg. 153. Crot. consil. 178. in fine, Gramatic. consil. ciuili, 146. num. 14. Natta cons. 108. numero 1. & consil. 410. num. 15. Gigas, de pension. q. 95. num. 3. Cephal. cons. 485. nu. 86. Marc. Mantua, Singulari 22. nu. 4. Triuisan. Decisione 16. num. 7. Grammatic. consil. ciuili 146. nu. 14.

Immo appellans non auditur, nisi solutis alimentis; & ita tenuit Rota. Contard. de momentanea, limit. 3. nu. 57. Surd. de Aliment. tit. 8. priuileg. 96. latè Peregrin. de fideicommiss. Articulo 46. num. 43.

Et ita tenuit Rota in vna Romana status & alimentorum, coram D. Prospero de Sāctà Cruce, 6. Maij, 1552. & repetita fuit Decisio corā D. Capisucco, in eadem causa, die Veneris 4. Nouemb. 1552. vt apud Puteum 48. parte 1. Lancelot. de Attent. appellat. pendente, parte 2. cap. 12. Limit. 24. fol. 281.

9 Declaratur ista † limitatio, vt appellatio non detur à futuris alimentis, secus à præteritis: quia ab eis datur appellatio. Bernard. in cap. Qua fronte, de appellation. Specul. de appellation. §. in quibus, num. 11. Bar. in l. mella, de Aliment. & cibar. legat. in l. finali, de appellat. recip. & ibi Cuman. num. 4. Forcatul. in libello qui inscribitur Penus Iuris, cap. finali, Bald. in l. 2. C. Quando prouocare non est necesse. Ias. in l. de alimentis, numero 5. C. de transaction. & ibi Alciat. pag. 4. Nicell. de Concord. glos. num. 35. Aretin. consil. 97. numero 3. in fine, Cumia, super Ritibus Siciliæ, cap. 38. num. 69. Francis. Schaglic. super Ritu 260. nu. 15. Secia cap. 97. num. 52. Natta, consil. 108. num. 1. consil. 409. num. 5. Tiraquell. de pia causa, priuileg. 157. Bald. in l. 1. num. 9. C. de fideicommiss. Aretin. consil. 97. num. 3. Decius in l. de alimentis, num. 10. C. de transaction. & ibi Curt. iunior, num. 13. Alciat. pagina 4. Felin. in cap. Cum dilecto, num. 16. de Rescript. Duenn. Regula 365. numero 7. Cordub. ad §. si vel parens, num. 25. & 32. Vrsill. ad Afflict. Decis. 152. num. 1. & hæc est magis Communis opinio. Contard. de momentanea possessione, limit. 3. num. 54. Milanes. Decisione Regni Sicil. 5. nu. 33. lib. 1. vbi subdit, quod propterea pro alimētis futuris proceditur summariè, pro preteritis ordinariè, de magis Communi etiā Viuius in Silua Opinion. 57. n. 6. & 7. Menoch. de præsumpt. lib. 1. præsumpt. 35. numero 19. Didac. Practic. quæstion. capit. 6. num. 5.

Et ita pluries tenuit Rota, coram Capisucco, 17. Octobris 1552. & iterum 5. Maij 1553. in Recollec. Caputaquens. Rota diuersorū, Decis. 764. n. 1. par. prima. Osasch. Pedemon. Decis. 25. n. 20.

10 Et ideo † in Cōmissionibus solet apponi Clausula, Sine retardatione, constito de bono iure, Pōtan. de Aliment. cap. 19. numero quarto, dicens ita esse de Stylo Palatij.

11 Futura † autem alimenta dicuntur à die motę litis, & ita pluries tenuit Rota, prout apud Caputaquens. Decis. 22. parte 1. Rota nouissima Decis. 764. num. 5. parte 1. Contard. de Momentan. limit. 3. num. 58. Surd. de Alimen. titu. 8. priuileg. 60. num. 16. Lancelot. de Attentat. appellatione pendente parte 2. c. 12. limit. 24. n. 8. Gratian. Decisione Marchiæ 53. num. 11.

12 Declaratur secundo † in alimentis debitis ex contractu, vel testamento, & iure actionis, secus ex officio iudicis, in his enim cadit Priuilegium, & non suspenditur executio per appellationem. Bart. in l. de alimentis, num. 2. vbi Decius nu. 12. C. de transaction. vbi Curt. num. 8. idem Decius in l. si certis annis, nu. 7. de pact. Marantha, in Speculo, parte 4. distinct. 9. num. 52. Contard. de moment. limit. 3. num. 55. Cordub. ad §. si vel parens, num. 24. & 28. Pontan. de Aliment. cap. 19. Surd. de Aliment. titulo 8. priuileg. 60. num. 22. Lancelott. de Attent. parte 3. cap. 38. nu. 67. & ita tenuit Rota in vna Romana alimentorum, vt apud Caputaquens. Decis. 98. parte 1.

13 Qui omnes † limitant, data inopia alimentandi, quo casu nulla est differentia an iure actionis, vel officio iudicis debeantur, nec retardatur executio per appellationem, Aretin. cons. 97. in fine. Lancelot. in Consuetud. Alex. in verbo, solidos, q. 6. nu. 27. Ripa, in l. 2. nu. 4. de re iudic. Felin. in c. Si quis testium, col. 3. de testibus, Castr. in l. diuortio, in princip. ff. soluto matrimon. Herculan. de Attentat. c. vlt. num. 129. dicens se in facto vidisse pro filio spurio contra patrem.

14 Sed quid † in causa dotis, an appellatio suspendat executionem. Bal. Nouell. de Dote, parte 9. speciali 7. in fine, tenuit quod non. Afflict. Decisione 271. num. 1. & ibi Vrsill. num. 3. Io. Lup. in c. Per vestras, §. 15. num. 5. de donat. inter virum, & vxor. Viuius Opinione 57. nu. 2. attestans ita iudicatum. Osasch. Pedemont. Decis. 25. num. 2. vbi executio nō retardatur. Amat. Decis. March. 43. Scaccia cap. 97. sub num. 52. Menoch. de Adipiscenda, Remed. 4. num. 878.

15 Limitatur hęc opinio, vt pcedat in † dote promissa puellæ nubendæ, secus si iam nuptæ, cū nec hoc casu procedatur ad executionem, ita limitat Milanes. Decisione Siciliæ, 5. num. 35. lib. 1. Ioan. Lup. in c. Per vestras, §. 16. col. finali, fol. 102. tenet intrepide, & dicit notatu dignum, quod in causa dotis non datur appellatio, siue maritus, siue vxor agat, data inopia. Et in muliere agente contra virum ad dotis repetitionem, vt in secunda instantia alimenta debeantur, tenuit pluries Rota, attestata per Mamfred. libro 2. Conclus. 57. & 157. Lancelott. de Attentat. appellatione pendente, parte 2. cap. 12. limit. 24.

Et si à sententia lata pro vxore, appellatum est, & iudex decernat alimenta vxori, non dicitur attentatum. Afflict. Decisione 152. nu. 6. Cordub. ad §. si vel parēs, num. 64. de liber. agnoscend. Menoch. de præsumpt. lib. 1. quæst. 35. num. 19.

16 Sed numquid † tale priuilegium trāsmittatur ad hæredes, vt sententia possit executioni mandari, appellatione nō obstāte, Bal. Nouel. de Dote

parte

parte 12. num. 68. tangit hunc passum, & in confuso, more antiquorum, considerat plures casus.

17 Primus est casus, si mulier decedat, † post sententiam pendente appellatione, vel termino ad appellandum; & hoc casu, appellatio operatur effectum suum, & suspenditur executio.

18 Secundus est casus, † si est appellatum ipsa adhuc viuente, qua non obstante, obtinuit executionem, & dotem recuperauit, & postea decessit, si talis appellatio non impedit executionem, & solutionem iam factam.

19 Tertius † est casus, si viuente muliere petatur executio, & pronuncietur exequendum, & interim mulier decedat ante factam executionem, certè secundum eam hoc casu non transmittit.

20 Quartus est casus, † si mulier obtineat sententiam fauorabilem, & successiuè executionem, & nubat secundo viro, & postea pendente secundo matrimonio infirmetur, prima sententia lata ad fauorem mulieris quomodo succurretur? vtique si mulier egit rei vendicatione, ad bona stabilia in dotem data, illamet reuocantur, & auferuntur ab ea, & eius secundo viro, & sic fortasse secundus vir, habebit vxorem non virginem, & sine dote; si verò consistebat in pecunia, & non in stabilibus, & lata sententia, fuit facta executio adiudicando bona, iuxta l. A Diuo Pio, §. si super rebus, ff. de re iudic. & bona sic adiudicata in dotem dedit, tunc appellāti qui obtinuit, succurritur contra mulierem solum per viam attentatorum, & in subsidium contra virum, & alios habentes causam ab ea Sequitur Lancelott. de Attentat. parte 3. cap. 24. numero 60. quæst. 1. Gratian. Decisione Marchiæ, 220. num. 4.

Sunt casus vtiles, & practicabiles, & propterea apposui. Surd. tamen titulo 8. priuileg. 60. num. 7. Contrarium tenet, dicens in causa dotis dari appellationem; sed prima opinio verior est, & à pluribus amplexa.

21 Et sic ex hoc discursu † redditur periculosa, opinio Milanesij, in Decisione Siciliæ, quod dos in hoc casu sit priuilegiata in promissa nubendæ tantum, secus iam nuptæ, cuius contrarium hic apparet; & credo verius. Amat. Decisione March. 43. loquens in restitutione.

22 Quid in causa † pia, an in ea detur appellatio? verior opinio videtur, quod sic. Roman. in Authentica, Similiter, in sexto speciali ad iudicia, C. ad leg. Falc. Alexand. ad Bart. in l. mella, de Aliment. & cibar. legat. Euerard. loco 24. Tiraquell. id affirmans in causa Decimarum, de qua vide infra limit. 45. de pia causa, 153. Surd. de Alimēt. titulo 9. quæst. 3. num. 4.

Fallit in administratore alicuius loci pij, qui si condemnetur ad reddendum rationem, si appellat, executio non suspenditur. Angel. in §. Oeconomus, in fine, de sanctissimis, Episcop. Marantha, in verbo, Appellatio, limit. 18. Duenn. Regula 42. numero 21. Lancelott. limitatione 19. Herculan. cap. vltimo, numero 120. Immò, nec compromissum peti potest. Marsil. Singulari 467. Borgnin de tutor. num. 221.

23 Sed quid dicendum † in legato dotis pro virginibus maritandis, nam hic concurrit dos, & factum pium? quid præualebit in appellatione? vtique crederem contra appellationem, vt celerius nubant.

24 Quid in † causa mercedis, & salarij? vtique Appellatio non retardat executionem, Angel. in l. quisquis, C. quorum appellation. non recip. Rebuff. de sentent. prouisionali, Articulo 3. gloss. 7. numero primo, pulchrè Vincent. de Anna, Singulari 42.

25 Et prædicta † sunt vera, & procedunt, locumq. habent, nedum in famulis domi seruientibus, sed in quolibet operario, & artifice, qui tamen inops sit, & non sit elapsum trienniū, tanto enim spatio præscribitur salario, cum non sit præsumēdum, pauperem tam diu distulisse. Duenn. Regula 306. qui re vera non loquitur hoc esse generale, sed vbi adest Pragmatica. Posui latè in tract. Locati & Conducti, in verbo, Statutum, num. 5. parte 5.

26 Accedat prædictis, † quod fabris murarijs, famulis, & similibus, quibus de operibus eorum solet satisfieri, præsumitur satisfactum, prout etiam colonos respondisse de fructibus suo debito tempore, cum ita sit solitum fieri: ita arguendo à cōmuni obseruantia tener Ioseph. de Ludouic. Cōclusione 38. numero 144. Vidi ego in facto casum, quod quidam colonus steterit in laboritio cuiusdam ciuis, per quamplures & plures annos, & tandem discessit, dominus ęgrefferēs discessum, conuenit eum ad fructus tot annorum, quot stetit in laboritio, fuit reiectus, ex ista communi obseruantia.

27 Pariter † considerandum est, quod vt plurimum famuli, & similes, pecunijs egentes, recipiunt à dominis in camera soli, aliquid ad computum salarij, nec domini in hoc habent testes, vtique dato verisimili, creditur eorum assertioni, vt latè dixi in Decisionibus Casuum frequentium, & habes bonum, & vtilem locum apud Riminald. in titulo de donation. §. 1. num. 1361. cū multis sequentibus.

Nec illud prætermittam, quod prædicta nedū
vera sunt in fauorabili materia salarij, & merce-
28 dis, sed etiam in † pensionibus domorum, & fi-
ctibus, qui habent executionem paratam, nec
præcepta inde emanata reuocantur. Ita in facti
contingentia decisum, & iudicatum attestatur
Viuius in Silua, Opinione 678. numero vigesi-
mo sexto.

Quando igitur fiunt præcepta super pensionibus, & fictibus, non debent sic de facto reuocari, sed executioni mandari, cum grano salis, dato fumo locationis.

29 Quid † à sententia exfractionis, & expulsionis? vtique non datur appellatio ad impediendā executionem. Dixi in Tractatu Locati & Conducti, parte 5. titulo, de professor. num. 38. & parte 6. titulo de Appellatione.

Addo bene loquentes Mantuam Singul. 22. Contard. de Momentanea, quæst. 20. post limitationes.

Quid in possessorijs, posui latè ad Decium, cōsil. 28. Addo Viuium in Silua, Opinione 57. pulchrè negatiuè ad vtrumque effectum. Hieron.

Gabr.

Gabr.consil.31.lib.1. dicens hoc receptissimum esse.

Et hæc Conclusio Ampliatur singulariter, etiam, si Statutum permitteret ab eis semel appellari, quia restringitur ad effectum deuolutiuum tantum, Menoch.contra Grat. & Bero. Remed. 4.num.835.

Dubitat Lanceloтт.de Atten.appellat.pendente,parte secunda,cap.12.limit.53.numero 52.Et vltra Hier.Gabr.pro negatiua de Iure Ciuili, pro affirmatiua de Iure Canonico, de magis Communi Peregr.de fideicomm.Articulo 46.numero 37. & 44. Et vigore Aegidianæ non suspenditur executio, etiam si reus haberet primam absolutoriam, & fauorabilem. Rota apud Puteum Decis.480.lib.2.

Addo vlterius Socin.in Pract.cap.97.numero 54.vbi ex magis Communi, etiam attenta Aegidiana,datur appellatio ad deuolutiuum tantum.

30 Et licet in causis † quæ celeritatem desiderant non detur appellatio, ad effectum retardandæ executionis.

Limitatur singulariter, in causis mixti imperij,vt damni infecti, & similium.Alex.in l.1.col. 2.ff.de damno infecto.Roman.Singul.782. An à sententia.

Contrarium tenet Bart.in l.si finita, §.si forte, in fine,ff.de damno infecto, Alberic. & Castr. in d.l.1.Marsil.in l.1.colum.25.de raptu virgin.

Ripa in d.l.1.numero 5.distinguit,si fuit petita cautio principaliter,appellatio datur, vti à definitiua, sed ab immissione non datur ante,à primo Decreto.

31 Limitatur quinto loco principaliter, † vt à sententia sortis non detur appellatio, nec minus retardatur executio.Bald.in l.si duobus, in fine,vbi Ias.numero 9. C. Commun. de legat. in l.huiusmodi,§.finali,vbi Ias.numero 16.de legat.1.Surd. de Aliment.titulo 9.quæst. 43.numero 32.Opizon.ad l.filiusfamil.§. Diui, delegat.Marsil.in l. vnica, numero 140. C. de raptu virgin. Stracha de Mercatur. in Tractatu,versiculo, quæro igitur,numero 3.fol.118.Magon Rota Florent. Decis.144. numero 5. Et huius responsio cessionis. Multas rationes allegat Gregor.Tolosan.in Tractatu de Appellation.libro 2.ca.19.à numero 20. vsque ad finem, & inter alias refert vltimo loco vnam: quia Iudicium sortis videtur Iudicium Dei,Vnde à sententia Dei non datur appellatio.

32 Declaratur † hęc Conclusio, nisi daretur enormis læsio,quo casu datur restitutio,nisi etiam interuenisset Iudicis Decretum: quia debebat appellare.Bal.in l.3.numero 3.C.Commun.vtriusque iudic.Petr.de Vbald. de duobus fratrib.parte 11. numero 19.quæst. 12. columna secunda, Franch. in Rubr. de appellat. num. 5. Cardinal. Alban.ad Bart.in Rubr.de minor.num. 3.Sforz. de Restitutione, quæst.66.Articulo 4.in fine. Rauenn.Singul.573.Cotta,in verbo,sortis, Vrsill. ad Afflict. Decis. 261. numero 6. Posui inferius Soliloquio 260.

33 Limitatur † sexto loco in spontè confesso, & legitimè conuicto, qui non appellat ad executionem impediendam, l.obseruare, C.quorum appellation.non recip.cap.Cum speciali, §.porro, vbi Abb. & alij, de Appellation.Duenn. Regula 156.Iul.Clar.quæst.94.Cartar.de cap. Bannit.c.1. numero 67.Masner. ad Papiens. in forma a diffinitiua,glos.1.Roland.consil.73.num.26.lib.3.Latè Socin.multos cumulando, cap.97. num. 126. versic.sed iure,dicens ex magis Communi ,hoc receptum in omnibus delictis. Cui addo Viuiũ Opinione 50.& 51. vbi limitat, nisi subsit iusta causa,vel notoria nullitas.Guido Papę Decis.74. 74.Herculan.de Attent.cap.31.numero 21.Lanfranch. Decis. 462. vbi auditur allegans errorem confessionis. Grauat.ad Vestr.lib.7. cap.3. num. 48.vbi confessus tantum auditur ad effectum suspensiuum,secus conuictus,etiam inferius num. 104.Et hãc dicit magis Communem Bonacoss. in verbo,Appellationi, in criminalibus, vel nisi crimen sit notorium.Soarez,in Thesauro,litera A.num.193.vbi de Communi. Didac.Practicabil.Quæst.cap.23.sub numero 5.versiculo,secunda Conclusio,vbi confessus tantum, non appellat,licet non conuictus nisi causam exprimat, dicens Communem Cornaz. Decisione 193. numero 4.

34 Limitatur septimo,† quando appellatio interposita esset friuola & frustatoria, quæ executionem non impedit,cap. Cum appellationibus friuolis,de appellation.libro 6. Speculat. de Appellat.§.nunc dicamus;numero 8.versiculo, Item appellatione pendente, Franch.in cap.Vt debitus, numero 47. de appellation. Barbac.ad Bald. in cap.1.§.sancimus,quo temp.miles.Marantha, in Speculo,parte 6.in uerbo, Appellatio,numero 171.Guido Papę Decis.213.numero 6.in tract.de Appellation.quæst.12. Aufrer. ad Tolosan.500. Corsett.in Singul.suis, in verbo, Appellatio,limit.2.Vantius de Nullit.ex defectu iurisdiction. num. 141. & in titulo, Quoties, & infra quę tẽpora,numero 48.Paris.consil.49.numero 21.lib. 4.Lancelott.de Attentat appellatione pendente parte 2.cap.12.limit.6.

Addo Bart.in l.1.§.interdum, ff.a quibus appell.non licet.Felin.in cap.De cætero, numero 11.de re iudicata, in capitulo,Licet causam, numero 5. de probation. Carrer. in Practica in primo tract.de Appellation. in principio, numero 7.& 8.Contard.de momentan. limitat 7. numero 41.Bertazol. consil.404. numero 1. volum. 4. Prosper Farinacc.quæst.38. numero 23. Hercul. de Attent.cap.31.numero 60. Et ita tenet Rota, prout apud Bellameram, Decis. 239.In causa D. Guglielmi, & Decis. 356. aliàs 75. de Appellat. in Antiquis, per verbum Canonicè, positum in cap. Non solum,de Appellation.

35 Appellatio † friuola dicitur vana, & inanis. Archid. in cap. Cum appellationibus, de appellat. lib.6.per l.quisquis C.de rescind.vendit.in dubio autem appellatio non præsumitur friuola. Decius in cap.Ad hæc, numero vigesimotertio, de appellation.

36 Exceptiones † friuolæ sunt leues, & nullius momenti.

37 Excusationes † friuolæ sunt vanæ & inutiles, Rebuff. in Concord. in titulo de Appellationibus

bus friuolis. Iacob. autem Menoch. de Arbitr. Casu 197. num. 5. hoc remittit Iudicis arbitrio, post Marsil. & Barbac. ab eo allegatos; & sequuntur Lancelott. & Farinac. in citatis locis.

Mihi placet Iudicis arbitrio multa remittere, sed magis placet pro posse diffinire negocium, & non statim recurrere ad Iudicis arbitrium, quod sæpissimè reperitur fallacissimum; & ponit idem Rebuff. in l. mouentium, colum. 2. in l. inter stuprum, §. diuortium, colum. prima, de verb. significatione.

Nec illud crederem prætermittendum, quod Farinac. in citato iam loco, num. 28. confundere videtur calumniosam & friuolam, quod non credo verum, & exemplum in materia torturæ per eum positum crederem potius calumniosam, quam friuolam.

38 Ampliatur hæc † septima limitatio, vt non solum procedat quando euidenter constat appellationem esse friuolam. Franc. in cap. Peruenit, el secondo, in verbo, Assignes, in fine, numero 8. de appellation. vbi si Canonicus appellat à præcepto de residendo, potest Episcopus deputare Vicarium, cum competenti portione, & talis deputatio non dicitur quid attentatum: quia dicta appellatio præsumitur frustratoria.

39 Declaratur hæc septima Limitatio, † nisi per Iudicem ad quem, esset inhibitum: nam inhibitio siue iusta, siue iniusta, timenda est; Franch. in cap. Vt debitus, num. 47. de Appellation. Aufrer. ad Tolosan. 500. ad medium. Additionator ad Guid. Pap. 113. in verbo, Dic quod non; & ita tenuit Rota, in vna Legionensi, coram Marcantonio, prout in Recollect. Acorombonì, 53. refert Mannos, de inhibitor. quæst. 20. Lancelot. de Attentat. appellatione pendente, parte 2. cap. 12. limit. 6. num. 19. & de Attent. post inhibitionem parte 2. cap. 20. Ampliatione 11. dicens bene, hoc verum potius de Stylo, quam de Iure.

40 Declaratur secundo, † nisi Iudex à quo, appellationi licet friuolæ detulisset, Marantha, in Speculo, in verbo, Appellatio, nu. 171. Barbac. consil. 18. num. 11. versiculo, Sed adduco vlterius, libro primo. Lancelott. de Attentatis, appellatione pendente, parte 2. cap. 12. limit. 6. num. 20. & 80. Petr. Angussol. consil. quadragesimoseptimo, num. 3. lib. 3.

Addo bene loquentem Bald. in l. post sententiam, num. 4. versiculo, Pone ergo, C. de sentent. & interlocut. omnium iudic. illum secuti sunt Alex. consil. 2. in fine, lib. 3. Ias. in l. 1. col. 2. de bonorum possess. secundum tabul. consil. 189. col. 2. versiculo, quinto facit, col. ante penult. vers. sexto facit, lib. 2. Socin. iunior cons. 8. num. 8. libro primo. Menoch. de Adipiscenda, Remed. 4. n. 868. Cui addo Angel. in l. per hanc; num. 3. in fine, C. de tempor. appellation. Lanfranch. in cap. Quoniam contra, in verbo, interlocutoria, & appellationes, num. 130. Personal. de Adipiscend. num. 358. Cotta, in verbo, Appellare non licet. Nicell. Concord. 6. in 6. limit. Roland. consil. 77. num. 1. lib. 2. Contard. de Momentan. limit. 13.

Quæ Conclusio, licet à tot Patribus recepta sit, dubitationem tamen non leuem facit: quia Iudex minister Legis, est executor Legis, quæ in suo casu appellationem reijcit, nec videtur, quod minister Legis, per suam simplicem admissionē impedire debeat cursum Legis, cuius minister est; & postea reperi hoc sensisse Hieron. Gabr. consil. 31. colum. 4. in principio, versic. secundo quia, lib. 1.

41 Verumtamen est, † quod simplex admissio Iudicis circa appellationem interpositam, producit multos, & notabiles effectus.

Primus effectus est in appellatione sine causa, quæ per Iudicem simpliciter admissa operatur, Paris. consil. 16. num. 6. & 25. lib. 4. Roland. consil. 77. sub num. 2. lib. 2.

42 Secundus effectus, † etiam si appellatio sit interposita sine scriptis, Paris. & Roland. in citatis locis, & ita tenuit Rota, prout in Recollectis Achillis, Decis. 2. de appellat.

43 Tertius effectus, † etiam si non essent petiti Apostoli, vt per Paris. & Roland. in supradictis locis.

44 Quartus notabilis effectus † est, quod postquam est appellationi simpliciter delatum, & res adhuc sit integra, tamen Iudex à quo, non potest reuocare grauamen, etiam de cōsensu partium, Rota Decis. 70. in nouis. aliàs 8. de Appellation. & Decis. 363. & hoc in nouis. aliàs 49. de Appellation. Milis, in verbo, Iudex deferendo, Rebuff. ad l. quod iussit, num. 82. in tertia Ampliatione, de re iudicata.

Contrarium defendit, & dicit esse æquius Iacob. Henric. consil. 34. colum secunda, libro tertio, & fuit etiam opinio Præpositi, in cap. Vt debitus, colum. quinta, de Appellation. Dominic. & Franch. in cap. Cum appellationibus, de appellat. lib. 6. Socin. cons. vigesimo. Abundè, in 4. volum. per cap. Interposita, §. illa denique, de appellation.

45 Quare Rota d. Decisione 363. aliàs 49. de Appellation. in nouis. conciliano opiniones, in fine distinguebat, vt coram Ordinario de consensu partium remissio teneat, secus in Delegato. Lancelot. de Attentatis, appellat. pendente, parte 2. cap. duodecimo, limit. prima, numero 82. Verū Decius, in cap. Cum cessante, num. quinquagesimosecundo, de appellation. post Franch. reprobat hāc distinctionem inter Ordinarium, & Delegatum, & concludit indifferenter, tam in Ordinario, quam in Delegato, de partium consensu, & re integra reuocari posse, ex quo ambo habitu retinent Iurisdictionem, sed tantum priuantur exercitio; Idem reperit Franch. in cap. Appellationibus, §. si verò, colum. secunda, de Appellation. lib. 6. vbi Anchar. quæst. 2. per glos. in eo contextu, in verbo, refutari, quæ mouetur ex cap. Quamuis, de offic. Delegati, libro sexto, arguendo à Delegato Principis, substituente ex priuilegio sibi concesso, ad casum nostrum. Quod mihi non videtur adaptari posse contra Rotam in legitima consequētia, in casu enim c. Quamuis, de offic. Delegati, sumus in casu speciali Delegati à Principe, qui de facili, respectu inferioris à se, qui est Subdelegatus, potest retinere habitu Iurisdictionem in casibus ibi expressis; sed casus appellationis

lationis longè diuersus est, cum deuoluatur ad superiorem, qui potentior est, & fortior in Iudice à quo in Iurisdictione; vnde nescio videre quomodo inferior, respectu sui superioris hoc facere possit: Iurisdictio enim facilius ascendit quam descendit, & ascendendo de facili incorporatur cũ Iurisdictione illa quæ potentior est, non autem econtra. Et hæc fortasse est verior ratio pro defensione Rotæ.

46 Et deferre dicitur † Iudex appellationi duobus modis: expressè sicut iam dictum est, & tacitè dando Apostolos Reuerentiales, siue Demissorios, Archidiac. in cap. 1. §. in quibus, de Appellation. lib. 6. Card. in cap. Super, eodem titulo, Rebuff. ad l. quod iussit, num. 82. in 2. Ampliatione, de re iudicata, & ita tenuit Rota, Decisione septuagesima, aliàs 8. de appellation. in nouis.

47 Et in † hac materia addo Capic. Decisione prima, num. 27. qui loquendo de interlocutoria, & illius reuocatione per Iudicem à quo, post appellationem interpositam, & concludit posse, etiam si haberet vim Diffinitiuæ; immo, & Diffinitiuã ipsam, si constet esse notoriè nullam.

48 Et hæc dicta vera † sunt, quando per Iudicem à quo, appellatio facta est simpliciter, & absolutè admissa, secus si cum Clausula, Si, & in quãtum, prout passim practicatur, quo casu, quando ius non defert, non abdicat à se Iurisdictionem. Bart. in l. ambitiosa, colum. penult. ff. de Decret. ab ordin. faciend. Felin. in cap. Cum cõtingat, colum. penult. de offic. Delegati. Marantha in Speculo, in verbo, Appellatio. num. 200. Socin. iunior consil. decimoctauo, numero decimoquarto, libro primo. Alciat. Responso 406. num. 3. Gratus consil. 206. num. 21. libro secundo. Menoch. de Recuper. Remed. 9. numero 331. & de Adipiscenda, Remedio quarto, numero 868. vbi Personal. num. 358. Idem Menoch. consil. centesimotertio, numero quinquagesimonono, libro secũdo, Osasch. Pedem. Decis. 131. numero secundo, & ita tenuit Rota apud Capntaquensem, Decis. 49. libro primo, & in vna Aretina Capellaniç, coram Oradino, vt refert Lancelott. de Attentatis appellatione pendente, parte secũda, cap. duodecimo, limit. prima, numero octuagesimotertio. Natta, consil. 566. num. 3. libro 3. Vital. in Clausula, Si, & in quantum. Socin. consil. quadragesimoseptimo, numero quadragesimoprimo, libro quarto. Benintend. Decisione prima. Contard. de momentan. possessione, limit. decimatertia, numero decimosexto, & vigesimoquarto. Petra, de Fideicom. quæst. 8. num. 24. & 25. Amat. Decisione March. 65. numero tertio. Viuius in Silua, Opinione 410. vbi subdit, quod ex hoc Iurisdictio abdicatur, & sententia postea lata sit nulla.

49 Ampliatur † notabiliter etiam si appellatio, per Iudicem admissa, cum dicta Clausula, Si, & in quantum, fuisset per Principem, vel superiorem commissa, & alteri delegata cum Decreto irritanti, quod quidquid secus factus fuerit, sit irritum, & inane: nam si illa appellatio tamquam friuola de iure, non erat admittenda, quia illa non censetur admissa, nec etiam Decretum censetur actus factos post appellationem irritare: quia Decretum irritans adiectum dispositioni conditionali, efficitur ipsum quoque conditionale, & regulatur à principali dispositione, ita egregiè Osasch. Decis. Pedemontana, quinta, numero quinto.

50 Declaratur † tamen id quod dictum est de Iudice simpliciter deferente, vt hoc solum non sufficiat, sed requiritur quod pars non cõtradixerit, & si contradictio non admittatur, eo casu appellandum est. Afflict. in Constitution. Regni, titulo de defens. imponen. Rubrica decimaquinta, numero duodecimo. Et in libro feud. titulo, quæ sint Regalia, in verbo, & bona committent. crimen, numero contesimovigesimoquinto. Decius in l. prima, numero sexto, versiculo quarto, si non opponatur, C. de bonorum possessione secundum tabul. Crauetta, consil. ducentesimoseptuagesimotertio, in fine, latè explicat Contard. ad Aegidian. limit. decimatertia, qui licet num. vigesimoquinto, cum sequenti discurrat, an sufficiat sola contradictio, vel requiratur appellatio, tamen ad abundantiorem Cautelam, semper appellationem facerem, ad tollendas multas disputationes. Addo prædictis Hieron. Gabr. consil. 35. num. 7. lib. 1.

51 Nec illud omittendum † est circa appellationem admissam cum Clausula, Si, & in quantum, quod non spectat ad Iudicem à quo, interpretari, si sumus in casu admittendi, vel non: quia eius manus sunt omnino ligatæ: sed spectat ad Iudicem ad quem, Bart. in l. sciendum, ff. de appellat. recipiend. Roman. consil. 501. colum. secunda. Plot. de in litem iurando, §. 4. numero quadragesimoquarto. Contard. ad Aegidian. limit. decimatertia, numero decimonono. Vide inferiùs numero nonagesimoprimo, in l. chirographis, §. primo, vbi clarius Alberic. ff. de administrat. tutor.

Et hinc postea est, quod iudex a quo, qui iam detulit vel simpliciter, vel cõditionaliter, si re integra reuocet grauamen, non per hoc reassumit Iurisdictionem iam à se abdicatam, de Communi Paris. consil. centesimosexto, numero 23. lib. 4. Iaffred. Decisione 480. Viuius in Silua, Opinione 411.

52 Quę limitatur vno notabili modo, † si sunt plures Iudices Delegati, & vnus tantum deferat, quo casu Iurisdictio non deuoluitur ad Iudicem ad quem, per dilationem vnius tantum. Bald. in Authentica, Hodie, C. de Appellation. Sequitur Card. in Clement. prima, quęst. vigesimasexta, de Appellation. vbi Imola, col. penult. Angelus in l. si cum dotem, §. & aũt tempore, ff. soluto matrim. Petr. in c. finali, quæst. septima, de Constitution. Et hæc est Communis opinio. Decius in capit. Cum omnes, numero trigesimoquinto, de Constitution. Et sic iste Delegatus licet deferens, adhuc remanet Iudex simul cum alijs. Hieronym. Gabr. consil. trigesimoquinto, numero quinto, libro primo.

53 Et prædicta sunt vera in appellatione ab Interlocutoria, secus si à Diffinitiua, & ex causa probabili, vt per Benintend. Decisione prima,

Quid

. Quid si iudex per admissionem, si, & in quantum, det simpliciter Reuerentiales, an videatur recessisse à prima admissione; vtique non, sed datio Reuerentialium regulatur à prima admissione conditionali. Hier. Gabr. consil. 35. colum. vltima, libro 1.

54 Limitatur septimo, † stante Clausula, Appellatione remota, dixi latè ad Decium, consil. quadragesimonono, Minsyng. Centuria prima, Obseruat. 3.

Limitatur octauo, notabiliter vltra plenè prositentes in locis ordinarijs, vt executio † non impediatur per appellationem à sententia lata de cōsensu partium, in ipso die contractus, Bald. notabiliter in cap. P. & G. colum. 3. sub numero 7. versiculo, pone, de offic. Delegati, vbi ex hoc infert post Ioan. Andream quod si mercator cui mutuaui pecuniam, subijciat se iurisdictioni Episcopi, & propterea Episcopus, immediatè eidem mercatori præsenti, & acceptāti mandauit, quod sub pœna excommunicationis, solueret ad certum terminum quem ex nunc, prout ex tunc protulit in scriptis, omnino parere cogitur, nec poterit à tali sententia appellare, dicens ibi Bald. hoc dictum esse valde singulare, & alibi non reperiri; quod dictum commendauit pro valde notabili Iason in l. si conuenerit, in 3. colum. numero 22. in 3. limitatione, ff. de iurisd. omnium iudic. Valde singulare vocat dictum Cotta in suis Memorabil. in verbo, Appellare non licet; & ita secūdum hoc dictum Baldi, fuit pluries practicatum, vt testatur Additionator ad Bald. in citato iam loco, Addo prædictis Magon. Rota Lucana Decis. 61. numero sexto, in progressu negocij, vsque in finem.

56 Sed hic non impertinenter quæritur, † An per pactum renunciari possit appellationi interponēdæ, videndæ ad materiam l. finalis, §. finali, C. de tēpor. appellation. & l. prima, §. si quis ante, ffā qui bus appellare non licet.

Et vtique ex prædictis legibus Conclusio firmatur, quod tale pactum valeat, & teneat. Guido Papæ Singul. 359. Petr. Iacob.

57 Declaratur primo loco, † vt Conclusio vera sit, & procedat in causis ciuilibus, secus in causis criminalibus capitalibus; quia tale pactum non valet. gloss. in l. pactum inter hæredes, in casu 16. ff. de pact. per l. non tantum, ff. de appellation. & sic in criminalibus non potest per pactum renūciari defensionibus, Et illam glos. dixit singularem, & famosam Bal. in cap. Cum ab homine, de iudic. in c. Cum venissent, ad finem, de testamen, in cap. Quoniam contra, colum. 2. de probation. in cap. Pastoralis, in tertia colum. de exception. in l. vnica, colum. decimaquinta, C. de confes. numero sexagesimoprimo, Ias. in l. penult. numero decimooctauo, C. de pact. Paris de Puteo, in tractatu Syndicat. in verbo, Condemnatio, cap. quarto, incipiente, An Potestas, qui misit ad supplicium, numero sexto, & nono. Marsil. in Practica, §. examinata, numero primo, & vndecimo, & in l. vnius, §. cogniturum, numero 88. de quæstion. Angel. de malefic. in verbo, qui iudex dictis inquisitis, numero quinto. Afflict. Decisione 391. post numerū 9. vbi Vrsill. numero secundo, Brun. de indicijs, & tortura, parte secunda, quæstione quinta, post numerum 51. Foller. in verbo, & si confitebuntur, in tertia parte 3. partis principal. numero 57. Duenn. Regula 190. in quarta limitatione, vbi attestatur gloss. illam Communiter ab omnibus approbari. Placa in Epitome Delict. libro 1. cap. 19. numero 17. Ant. Gomes. Variar. Resolution. tomo 3. cap. 13. Rubr. de Tortura reorū, sub numero 33. vbi pariter de Communi. Iul. Clarus quæstione quadragesimanona, versiculo, quæro nunc. Emanuel in suo Thesauro, in verbo, Defensio, numero decimoseptimo, Bonacoss. in verbo, defensioni, Menoch. de Arbitr. libro primo, quæstione 7. numero nono. Prosper Farinac. de magis Communi, quæstione 39. numero 53. extendens post relatos, etiam si renunciatio esset iurata.

58 Declaratur secūdo, si pactum † fiat à domino, vel à procuratore habente ad id speciale mandatum, nec sufficit mandatum cum libera, secundum Bald. in d. §. finali, & Angel. in d. l. 1. §. finali. Ripa, ad l. nemo potest, num. 87. in secunda declaratione.

Et ratio est: quia remittere defensiones, inter quas est appellatio, est species donationis, l. si quis delegauerit, vbi Bart. ff. de nouation. quam procurator, etiam cum libera, facere non potest. Bar. in l. finali, ff. de his quæ in fraud. creditor. Bart. in l. filiusfamilias, in fine principij, ff. de donation. quam notabilem dixit Franch. in capit. Qui ad agendum, de procurat. libro 6. vtilem, & fructuosam appellauit Anchar. in cap. Procurator, de electión. lib. 6. Auream vocauit Ias. in l. Iusiurandū, quod ex conuentione, §. 1. col. 1. & col. 2. in fine, de iureiurando; Singularem dixit Boer. in verbo, procurator, numero 14. Secutus est Alex. in l. rescripti, in fine, ff. de pact. in l. præses, C. de Transaction. Ang. Aretin. in §. Præterea, col. 33. de exception. Alciat. Regula 3. Præsumpt. 12. num. 3. Castrens. consil. 75. Dubitatio, par. prima, est Cōmunis opinio, prout latius dixi in repetitione Regulæ, Cum quid, parte 1. limitatione 2. nu. 10. de regul. iur. lib. 6.

Quibus sibi adductis, addo Didac. in rubr. de testament. parte 2. numero 14. var. resolution. libro 1. cap. 6. numero 3. Riminald. ad §. 1. numero 178. Instit. quibus alien. licet. Menoch. de Arbitr. lib. 1. quæstione 7. numer. 62. est famosum consilium Decij 402. num. 9.

Declaratur tertio, vltra Ripam, Crot. & alios ad dicta l. nemo potest, vt Conclusio proce-
59 dat † in pacto voluntario, secus si ex necessitate, Ias. in l. tale pacrum, §. qui prouocauit, numero septimo, ff. de pact. latè Decius, in capit. Ad hæc, il secundo, in fine, extra, de appellationibus.

60 Et ibi infert Decius, quod si promitto stare sententiæ Titij, qualis qualis illa erit, non datur appellatio: quia per illa verba est sublata iniquitas, & consequenter appellatio. Limita, nisi constet de dolo. Matthesilan. in l. quinta, §. fin autem, numero quinto, C. de tempor. appellationum.

Declaratur

61 Declaratur quarto, † quando promitto stare sententiæ, & laudo arbitri ferendo, ex nunc illud emologando: quia hæc promissio non valet, Bald. in l. cum antea, C. de arbitr. Panor. in capit. Cum dilectus, de arbitr. in cap. Quintavallis, de iureiurand. Alex. consil. 32. colum. 2. libro 2.

62 Reductio enim † à laudo nulla verborum cautela tolli potest; vt latè post infinitos relatos, Ant. Gabr. de arbitr. Conclusione tertia, libro secundo, Menoch. de Arbitrar. Casu 73. Serafin. de iurament. Priuileg. 136.

Et sic difficilius tollitur reductio, quæ pendet à persona priuata, quam appellatio, quæ pendet à sententia orta à persona publica, & iurisdictionem habente.

Et ad intellectum d. l. finalis, C. de tempor. appellation. scribit Roman. Singulari 770. concludens, quod in secunda instantia largius proceditur, quam in prima, nec offertur libellus, nec contestatur lis, & similia.

Declaratur quinto, vltra alios, nisi Statutum aliter disponat, vt non obstante renunciatione, appellari possit. Anchar. quæstione quarta, parte secunda, vbi etiam limitat alio modo, vt de nullitate dici possit pacto non obstante. Contrarium in nullitate sentit Matthesilan. in l. 5. §. sin autem, in fine, C. de temp. appellation.

63 Declaratur sexto, nisi † sit excessum, quo casu etiam stante pacto iurato, licet appellare. Contard. de Moment. limit. decimanona, num. 3.

Limitatur nono, vltra ordinariè tractantes, quando appellanti Ius Commune resisteret, tunc per appellationem executio nō impeditur, & ita tenuit Rota Decisione 234 aliàs 35. de Appellation. in nouiss. ita etiam tenuit Rota, apud Caputaquensem, Decis. 52. parte 5.

Limitatur decimo, etiam vltra ordinariè pro-
64 fitentes, † vt à sententia visitationis Episcopi, & in concernentibus correctionem morum, non datur appellatio, nisi modus excedatur, capit. Ad nostram, tertio, & ibi Felin. in fine, de Appellation. Franch. in cap. Reprehēsibilis, colum. secunda, numero nono, & 13. & cap. De priore, numero secundo, de Appellat. Concil. Trident. Sessione 22. de Reform. cap. primo, & Sessione 24. de Reform. cap. 10.

65 Et hic casus est satis frequens, & vtilis. Nam fere in omnibus Ciuitatibus, & locis adsunt Confratriæ laicorum, & reperiuntur intus Ecclesias, & Conuentus Regularium, & similium; tamen Episcopus ad sui libitum, & pluries in anno visitare potest, & visitando cogere administratores ad reddendum computa, & solutionem reliquorū, & ita fuit resolutum per Sacram Congregationem, super Concilio, ex his quæ cōgerit Gratian. Decisione March. 188.

Limitatur vndecimo, etiā vltra ordinariè ma-
66 teriam tractantes, vt † appellatio non impediat executionem in causis præcedentiæ in processionibus, & similibus, iuxta Constitutionem Gregorij XIII. super precedentia, late Gratian. Decisione March. 232. vbi nu. 6. refert id quod vidi in facto contigisse. An confraternitates possint cogi se vestire, & accedere ad processiones, & refert Sacram Cōgregationē super Concilio, determinasse, quod non, sed solum inuitari. Benè verum est, quod postquam accesserunt, si oriatur aliqua discordia in precedendo, hoc decidere spectat ad Episcopum, ex quo est actus spiritualis.

Et vltra allegatos per eos in supra citatis locis, addo Nattam consil. 62.

67 Limitatur duodecimo, † quia pendente appellatione potest fieri cessio bonorum. Guido Papæ consil. 124. nu. 3. Brun. de Cessione bonorum, q. 32. Lancelott. de attent. lite pendente, limit. 11. num. 3. & de attentat. appellat. pend. limitat. 15. num. 6. vide infra, num. 284.

68 Limitatur tertiodecimo in vsurario † manifesto, qui appellans, non auditur, sed restituere vsuras perceptas cogitur, cap. quamquam, de vsur. libro 6. Boccac. de Interdicto, Vti possidet. & c. 18. numero 144.

69 Limitatur † quartodecimo in executiuis, in quibus per appellationem executio non retardatur; l. ab executore, C. quorum appellation. non recip. l. ab executore, ff. de appellation. est Communis opinio. Alciat. in l. 1. §. si quis ita, de verb. obligat. Villalob. in verbo, Appellatio, 113. Soarez, 199. latè Felin. in c. Quo ad consulationem, numero 18. de re iudicata.

70 Ampliatur primo loco vtiliter, vt † non detur appellatio etiam à pronuncia, seu Decreto de exequendo; & hæc est hodie verior, & magis Cōmunis opinio. Ant. Gabr. de Appellation. Conclusione 4. post multos hinc inde relatos. Mynsyngerus, consil. 47. num. 18. Alex. cons. 95. vol. 2. quod celebre est in hac materia. Cannar. de Executione instru. q. 46. Diaz, Regula 43. vbi de magis Communi, Alba, cons. 14. Decius in c. Nouit, nu. 4. de Appellation. Cannar. de executione instrum. q. 46. Petr. Calefat. inter cōsilia Matrimonialia, cons. 76. nu. 16. lib. 1. pulchrè Bero. cons. 32. n. 5. lib. 3. dicens, imperitos esse qui aliter sentiūt. Grauat. ad Vestr. lib. 7. c. vltimo, nu. 43. Lancelot. de Attent. appel. pēdente, par. 2. c. 12. limitatione, vltima, nu. 15. & 16. in c. Nouit, nu. 6. de Appellat. Grauat. ad Vestr. lib. 7. c. 3. n. 43. & paria sunt, relaxare mandatum, pronuciare exequendum, concedere familiam. Contard. limit. 9. numero 31. dicens verissimam, & magis Communem.

Subāpliatur hæc Ampliatio, vt sicut non datur appellatio, si Decretum de exequendo sit contra reū, ita si sit pro reo, & debitore, contra actorē, & creditorem, vt æqualitas seruetur. Magon. Rota Lucana 62. numero 7.

Et multo magis appellatio prohibetur si cōcessa sit expulsio manu militari, vigore sententię, Cornaz. Decisione. Lucana 131. Asinius in Pract. §. 31. c. 15. limit. 5. dicens hanc esse vtilem Practicam.

71 Et in † materia instrumenti guarētigiati, quod appellatio non retardet executionē, Barz. de guarentig. parte 2. quæst. 14.

72 Et in materia instrumenti Cameralis, † quod non retardetur executio, Galles. ad formam Cameral. in quæst. post process. nu. 7. pulchre Vestr. in pract. lib. 7. c. 3. num. 17. vbi tollitur etiam heredi appellatio, vbi iudiciū esset inchoatū cū defuncto, vel pcurator esset cōstitutus ad cōfitēdū et

post mor-

post mortem ipsius debitoris, Amat. Decisio. March.29.num.48.

73 Et in materia instrumenti † ad formam Ritus quod per appellationem, non retardetur executio, Marin.Freccia, de præsentatione instrumenti, parte 16. quæstione 6. dicens ità practicatum, & observatum, fol. 199. Idem attestatur Francisc. Anton. de Iudice Robertio, in tract. de præsentatione Instrumen. ad formam Ritus, Considerat. 4.num.79.fol.mihi 413.vbi bene dicit, quod Magna Vicaria Regni nunquam consueuit facere Decretum, de exequendo ad tollendũ disputationem Appellationis, sed si est præsens, facta liquidatione mãdat in facto carcerari. & dicit Angel.consil.112.quod cautis aduocati, & procuratores numquam petunt pronunciari Instrumentum exequendum, sed petunt realiter exequi; & subdit, quod si appelletur de facto, non conceduntur inhibitiones, nec ligantur manus iudicis à quo, sed iudex ad quem, mandat simpliciter, vt transmittatur copia Actorum, & si appellans est carceratus, remanet interim in carcere, declarando prædicta, dummodo instrumentum sit liquidum Bart.in l.proinde,§.notandum, ff.ad leg. Aquil. Alex.consil.188.num.2.lib.2.Bald.in l.2.nu. 9.C.de execut.rei iudic. Decius consil.323.num. 682.Iasin l.1.in princip.num.32. ff.de edendo. Et hæc est magis Communis opinio. Menoch. de Adipiscenda, Remed.5.num.59.Serafin.de Iurament.priuileg.77.num.34.Cras.de exception. ad Statutum, except.36. Osasch. Pedemont. Decis. 129.numero 5.

Declaratur secũdo, circa executionem instrumentalem, quod non datur appellatio, si affirmatiuè mandetur exequi, secus si negatiuè non esse exequendam. Angel.in l.quisquis, C.quorum appellat. non recip. Iacobin.in l. finali, num. 54.C. de edicto Diui Adriani tollen. Duen. Regula 44.limit.prima. Tiraquell. *le mort. saisit.* parte sexta. Declarat.6.numero tertio, Menoch. de Adipiscenda, Remed.4.numero 876. Amat. Decis. March.75.num.22.&23.

Declaratur tertio, vt à sententia liquidationis detur appellatio. Galles. ad formam Cameral. de liquid. numero 3.& 18. Gratian. Decision. March.136.num.2.

Hoc idem tenet Bernard. Pand. de Præsentatione Instrumenti, parte 4. Declaratione 17. fol. 509.

Hęc autem Ampliatio quod à Decreto de exequendo non datur appellatio, ex magis Communi superius relata, procedit, & locum habet tribus concurrentibus.

74 Primo, quod † pronuncia de exequendo habeat ante se, & eã pręcedat aliqua sententia, quam postea ipsum decretum mandet exequi, tunc data ista conformitate sententiæ pręcedentis, & Decreti subsequentis, non datur appellatio, nec impeditur executio, Salicet. in d. l. ab executione, Felin.in cap.Quo ad consultationem, nu.15.de re iudic.vbi subdit, quod cum in publicis instrumẽtis nulla pręcedat sententia, quod à pronuncia de illis exequẽdis datur appellatio. Et sequitur Ant. Gabr.de Appellation. Conclus.4.in fine.

Sed hoc repugnat iam dictis, quod in causis instrumentalibus appellatio non retardat executionem, & si bene consideramus, singula rectè procedunt.

Declaratio enim ista fundata est in bona ratione; cum enim præcedat sententia ante Decretũ, videtur factum mutare, & causâ cognita, & sic exequendum. Ex aduerso si Instrumentum ex abrupto, nullo præcedente, recipit executionem, hoc est de speciali priuilegio, cum de iure Communi non habeant executionem paratam, l. minor, ff.de minor. & sic Ritus, forma Cameralis, & guarentigia, obtinuerunt hæc, & multa alia priuilegia: sed, inspecta eorum primordiali natura, recipiunt appellationem.

Secundo, dummo Decretum de exequendo sit infra tempora appellandi primæ sententiæ, præcedentis. Felin.in citato iam loco, numero decimoseptimo.

In hoc casu videtur dicendum Contrarium, si enim sumus infra tempora appellandi, adhuc omia sunt in suspenso, nec prima sententia præcedens potest insufflare Decreto subsequenti, secus esset, si post tempus appellandi à prima, quia cum transiuerit in iudicatum, potest infundere virtutem Decreto subsequenti.

75 Tertio † quando decretum de exequendo nõ infunderet nouum grauamen, si vero inferret nouum grauamen, datur appellatio à die noui grauaminis. Angel.in l. finali, §. hæc autem actio, in fine, ff. quod metus causa, dicens ita in facto iudicatum ipso consulente. Ruin. consil. septuagesimooctauo, volum.5. Sed quæritur, an hoc casu dabitur appellatio ratione totius, vel ratione grauaminis noui tantum, & an sit hoc casu recurrendum ad distinctionem Doctorum in materia possessionis, & fructuum? Et Ruin. in allegato consil. septuagesimooctauo, facit hanc rationem, ex quo videtur colligi, quod detur appellatio absolutè à toto. Dicit enim, quod pronuncia de exequendo, non est simpliciter diffinitiua, sed pura, & mera interlocutoria, si ei adijciatur nouũ grauamen, ista adiectio nouæ qualitatis transfundit in aliam speciem ab Interlocutoria ad diffinitiuam, & sic, vti à noua sententia, appellatur in totum. Et hęc est ratio Ruini. Sed Ruinus iudicio

76 meo † præsupponit, Decretum de exequendo esse meram interlocutoriam, quod verum nõ videtur. Bart.& Bald.in hac l. ab executione, colum.1. in l. Actori, colum.2. C. de rebus credit. Alex.in l. quinta, colum. secunda, de verb.obligation. Iacobin.in l.1.in fine, in secunda lectura, ff. de iurisdict.omnium iudic. Barbac.in Rubr. de re iudicata, col.11. Angel.consil.115. Inquiramus, Card. consil.72. Tinus, colum.2.num.11. Roman.consil.41. In præsenti. Alexand.cons.50. Visis, colum. penult. volum.2.consil.71. In causa, volum. septimo. Socin.consil.63. In causa, col.finali, volum.4. Guido Papæ, cons.47.69.83.117.178.& 197. licet Decision.574. teneat esse meram interlocutoriã. Et hęc est verior opinio, quod habeat vim Diffinitiuę Rebuff. ad l. quod iussit, numero quinquagesimosexto, versiculo decimotertio, de re iudicata.

I Doctores

Doctores tamen superius adducti, absolutè lo qui videntur, quod appellatio operetur respectu totius. Contard. tamen de Momentan. limit. 19, num. 19. cõtrarium sentit, & melius iudicio meo, & latius ibi, num. 32.

77 Declarare † tamen videtur Capic. Decisione prima, num. 13. quod si à prima sententia esset prohibita appellatio, pariter nec ab hac secunda, quæ tendit ad executionẽ primæ; Sequitur Lancelot. parte secunda, cap. 12. Limit. 53. num. 35, & 36.

78 Sed hæc consideratio † mihi non satisfacit; quia Conclusio procederet data paritate, & in simplici pronuncia de exequendo: sed cum in pronuncia de exequendo ad datur aliquid nouũ, facit mutare speciem, & ab ea datur appellatio. Et accedat exemplum simile Angeli relatum à Felino in d. cap. Q. 10 ad consultationem, numero 17. quod si feratur prima sententia, deinde secunda cõformis primæ, postea feratur tertia quæ inducat nouum grauamen, licet in reliquis tẽdat in executionem duarum primarum, tamen quia inducit nouum grauamen, competit appellatio, nec est locus dispositioni Clementinæ primæ, de re iudicata.

79 Et vltra † Ant. Gabr. Lancelott. & alios, ista Conclusio de pronuncia de exequendo, declaratur alio modo, vt sit vera inter easdem personas, secus respectu Tertij, qui à tali pronuncia appellat, & auditur in iuribus suis; & ita tenuit Rota, in vna Romana Discussionis, de Carbognano, coram Oradino, vt per Caputaquens. Decisione 40. parte prima, vbi etiam præsupponit tria: pronunciam de exequendo, inter easdem personas: & datum mandatum; & sic factum executionis inchoatum, Contard. de Moment. Limit. decimanona, num. 15.

80 Ad tollendum † igitur omnem disputationẽ, capienda est Cautela Imolæ, in hac l. ab Executore, quam sequitur Felin. in d. cap. Q. 10 ad consultationem, sub num. 14. & Bero. consil. 32. nu. 9. libro 3. quod Aduocati, & Procuratores, non poterant pronunciare sententiam, vel instrumẽtorum exequendum, sed simpliciter exequi, & Iudices committant executionem; & dixi latius supra numero 71. & in omnem euenrum, si placet, vt detur appellatio, à Decreto de exequendo decem dies computantur à die primæ sententiæ, & non Decreti de exequendo. Ita egregiè Barbac. consil. 7. colum. secunda, in principio, lib. 3. de quo dubitanit Lancelott. de Attentat. parte secunda, cap. duodecimo, limit. quinquagesima, num. 120.

81 Limitatur primo † loco principaliter, nisi executor modum excesserit, quo casu datur appellatio, & impeditur executio, cap. Nouit, de Appellation. vbi ponitur hæc limitatio, glos. in cap. Ad nostram, de Appellation. in cap. Super quæstionum, in glos. finali, de re iudicata, in cap. Super quæstionum, §. 1. de offic. Delegati, & in l. ab executore, Duenn. Regula 41. limit. prima, Lanfranch. dicens Communem, Decisione 34. Executor. Franc. Marc, quæst. 100. Quæritur, parte prima. Berous quæst. 131. num. 3. Afinius, in Practica, §. 31. capit. 18. limit. 6. & ita tenuit Rota Decis. 346. aliàs 45. de Appellation. in Nouis.

82 Ampliatur hæc Limitatio, vt † excessus sit adeo odiosus, vt in qualibet causa mundi detur appellatio, ratione excessus. Bald. in cap. Licet super, glos. appellare, de offic. Ordinar. consil. 360. lib. 3. Decius in cap. Nouit, num. 9. de Appellat. Paris. consil. 28. num. 12. libro 4. Vnde si multa sit excessiua, datur appellatio, & impeditur executio. Bonacoss. in verbo, multari; Farinac. quæst. 18. num. 29. & 58.

83 Ampliatur † secundo, vt executor excedens modum, faciat litem suam, Bald. in l. tertia, de negoc. gest.

84 Et nomine † executoris etiam Collector Principis continetur, dicit Bald. in præallegato loco, allegat l. missi opinatores, C. de exact. tribut. libro decimo, inferens quod à Collectoribus Decimarum, Datiorum, Tributorum, & similium, si

85 modum exceedunt, datur appellatio, † & dicitur excedere, si non seruat Consuetudinem, & Statuta loci. Mascard. Conclus. 696. nu. 6. Menoch. de Arbitr. quæst. 71. num. vndecimo, & quæst. 7. num. 28.

86 Ampliatur tertio, vt etiam † si executor Apostolicus in exequendo modum excesserit, datur appellatio. Et ita tenuit Rota in vna Vercellensi Canonicatus, coram Reumano, prout eum refert Lancelot. de Attent. appellatione pendente, parte secunda, cap. duodecimo, limit. 53. numero vigesimoquarto.

87 Declara primo, vt † excessus non præsumatur nisi probetur. Rota Decisione 346. aliàs 45. De Appellationibus in nouis. Gigas de Pension. quæst. 9. numero 9. Mascard. Conellus, 696. in fine.

88 Declaratur † secundo, quod in tali appellatione debeat exprimi causa excessus in specie, & in indiuiduo, de magis Communi Seifeli. in l. stipulationes non diuiduntur, num. octauo, de verbor. obligat. Magonus Rotę Florẽtinę Decis. septuagesimaoctaua, numero 5. & 6. Roland. consil. quadragesimotertio, numero quinto, libro primo. Crauetta, consil. ducentesimoseptuagesimo tertio, numero decimoquarto. Benedic. Vad. ad Felin. in verbo, Appellans, numero tertio, dicẽs requiri expressionem causæ in specie & in indiuiduo, in quo scilicet fuerit exceptum. Felin. in cap. Cęterum, colum. secunda, de Rescript. latius in cap. Q. 10 ad consultationem, à num. 18. vsque ad 21. vbi respondet omnibus contrarijs. Decius in cap. Sępè, col. 15. de Appellat. Bero. consil. 32. num. 8. vol. 3. & tradit Rota in citato loco, nisi ex facie sententiæ constet de causa. Capic. Decis. 1. nu. 22. vel aliquam expresserit, in alijs referentẽ, do sc ad acta; & licet tales causæ notoriæ sint, tamen exprimi debent, saltem infra decennium. Granat. ad Vestrium, lib. 7. cap. 3. num. 45. vbi bene loquitur, vbi etiam subdit causam frequẽ Apello ex hac causa, & ali s, suo tẽpore deducendis, vt valeat, sed non auditur, nisi in expressis. Roman. cons. 7. & causa debet esse rationabilis, aliàs non retardabitur executio. Contard. limit. 19. nu. 30. Gregor. Tolosan. de Appellat. lib. 2. c. 11. nu. 8.

Decla-

89 Declaratur † tertio, quod talis appellatio ab excessu nõ potest fieri nisi semel. Berous quæst. 131. Felin. Rota, & alij, in supra citatis locis, quibus addo Decium in capit. nouit. numero 15. de appellation.

90 Declaratur quarto, † & hoc vtiliter in Practica, quod excessus consideratur altero de tribus modis, vel ratione rei, vel temporis, vel propter exceptiones executioni oppositas, quæ de iure opponi poterant, sed per iudicem fuerunt, neglectæ, & non admissę. Bero. dicens in hoc omnes conuenire, in d. consil. 32. num. 15. quam sequitur Lancelott. de Attentatis, parte 2. cap. 12. limit. 53. nu. 28. Contardus de moment. possessione, limit. 19. Vel excessus consideratur illis modis in quibus dicitur plus Grat. consil. 109. volum. 2. pulchre, & melius ab eis non allegatis Vestr. lib. 7. cap. 3. nu. 6. & vide etiam inferius, num. 120. vel in declaratione qualitatis monetæ, Papiens. de execut. sent. in verbo, nūcio, n. 10. Vel excedit executor volēs interpretari sentētiam a se non latam, vel veniendo contra eā, & eius tenorem, Greg. Tolosan. de Appellation. lib. 2. cap. 11. num. 7.

91 Quis autem, † sit iudex competens in cognoscēdo causam, & eius excessum, vel iudex a quo vel iudex ad quem, Alexand. consil. 95. Visis, lib. secundo, quod consilium est admodum celebre, & in hac materia allegatur a Doctoribus tenere, quod spectat ad iudicem a quo; idem tenere videtur clarius, & per multas rationes Berous consil. trigesimosecundo, numero decimooctauo, lib. tertio, & Lancelott. in citato loco, num. vigesimonono, in 4. Declaratione, dicens hoc esse valde vtile scire.

Quæ opinio mihi parum satisfacit, ex his quæ supra in hac materia latius dixi, numero 51. vbi ex sententia multorum conclusimus, spectare ad iudicem ad quem, cognoscere, an casus sit appellabilis, vel non; & vltra ibi adducta hoc sentit Rota, de qua supra decis. 346. vel 45. de Appellation. in nouis. vbi erat appellatum ab excessu, executionis, & petebatur inhibito a iudice a quo, respondet ibi Rota, quod donec iudex non habeat aliquem fumum de excessu, & causa, quod non est concedenda inhibitio, nec vnquam iudex a quo, iudicabit legitime in proprio excessu declarando fuisse per eum excessum, detegendo quodam modo proprium errorem, & in proposito considerantur duo casus.

Primus est, au sit deferendum, vel non appellationi, & hoc spectat ad iudicem a quo.

Secundos casus est, an appellatio sit legitima, vel non, & hoc spectat ad iudicem ad quem, Contard. de Momentan. quæst. prima, numero decimosexto, quęst. decimanona, numero nono, Farinacc. quæst. 38. numero vigesimonono, vbi de Communi.

92 Declaratur quinto, † vt pendente appellatione ab excessu executionis, possessio possit per iudicem auocari, & fructus sequestrari; posui late in tract. de Sequestrat. parte secunda, quæstione quinta, secundæ q. principal. vbi videre placeat.

93 Declaratur sexto, vt procurator † nõ possit appellare isto casu, nisi habeat specificum mandatum, nec sufficit simpliciter ad appellandum sed ab executione, vel eius excessu, ita pulchre Decius post Angel. ab eo relatum, in cap. Nouit, numero 15. de Appellation. dicens in Practica admodum notandum. Angel. Aretin. in l. si expressim, colum. 9. de Appellation. Et hoc dictum perpetuo notandum dixit Felin. in cap. Quo ad consultationem, num. 21. de re iudic. & secundum eum dixit ita in facto fuisse iudicatum Angel. Aretin. in d. l. ab executore; secutus est Ias. in l. inuitus, col. 1. num. 5. C. de procur. Vant. de nullitate ex defectu mandati, num. 95. Roland. cons. 26. num. 6. lib. 2. dicens quotidie in palatijs occurrere, & melius consil. 73. num. 11. eod. lib. vbi dicit perpetuo notandum. Posui late in repetitione Regulæ, Cum quid, parte 1. limit. 2. num. 4. de regur. iur. lib. sexto, in sexto, volum. Repetent. Iuris Canonici.

Declaratur septimo, vt non sufficiat sententiam continere aliquid de nouo, sed debet etiam continere grauamen, ita vt si contineret aliquid tendens ad faciliorem exitum, non esset grauamen. Rota apud Caputaquens. Decis. 425. libro primo, relata per Contard. limit. decimoanona, num. 21.

Declaratur octauo, etiam si excessus esset talis, vt sententia esset nulla, adhuc bonum est appellare, ad impediendam executionem. Abb. in cap. Quo ad consultationem, num. decimosexto, de re iudicata.

Declaratur vlterius, quod a decreto de appellãdo datur appellatio, ad effectum deuolutiuum. Franc. Marc q. 392. nu. 4.

94 Sed quid dicemus † in Cõstituto, in facto; Est constitutus procurator ad lites, & causas, & ad appellandum simpliciter, in contradictorio iudicio committitur executio præsente dicto procuratore, & appellante, vtique ex prædictis, non auditur, cum non habeat sufficiens mandatum ad appellandum ab executione, iuxta superius adducta, & tamen passim videmus seruari cõtrarium.

95 Est similis ex † superius adductis, quod datur appellatio, si in executione fit aliquid iniuriosè factum, puta, lecti, vel dolia capta, sint fracta, ad l. si quis prouocatione, C. de appellation. l. lectos, ff. de pericul. & commod. rei venditæ. Canone, Quia suspecti, tertia, quæstione quinta, Duenn. Regula quadragesimaprima, limit. 7. num. 7.

Et dicit Castrens. in dicta l. si quis prouocatione, † quod illa lex est valde notabilis, ꝙ si iudex
96 prorumpat contra litigantem, ad aliquam iniuriam, in verbis, vel in facto, quod hoc casu est licita appellatio, non ad retractandum iniuriam iam consumatam, sed ad penitus recusandum iudicem, & sic limitatur l. apertissimi, C. de iudicijs.

97 Datur etiam dolus † in exequendo, nedum in iudice, sed etiam in baiulis, & executoribus facti, & l. 3. §. si executor, vbi Castrens. exemplificat in similibus, ff. de negoc. gest. vbi tenentur sic exequentes de dolo, & culpa, & exequentes in bobus aratorijs, quando extant alia bona, iudicis arbitrio puniuntur. Menoch. de Arbitrar. Casu trecentesimoseptuagesimooctauo.

98 Et licet textus, † ille velit competere Actionē de dolo, contra talem executorē; tamen Duenn. Regula 41. limitatione 2. num. 2. tutius esse dicit, si appelletur. Magon. Rota Florent. Decis. 66. nu. 26. quæ opinio mihi admodum non satisfacit, cū melius sit contra istos Baiulos & similes in facto exequentes, exurgere, & eos conuenire Actione doli, vel simili, quam honorare eos Remedio Appellationis.

99 Declaratur septimo, † vt liceat appellare à mādato de exequendo concesso parte non citata. Henric. Boich. in cap. De cætero, de re iudicata. Butrius, in cap. finali, de præsumpt. Guido Papæ Decis. 436. num. 95.

100 Declaratur octauo, † quando appellaretur ab exceptionibus à Iudice reiectis, hoc modo, videlicet, petebatur executio contra me, contra quam opposui aliquas legitimas exceptiones, quibus non obstantibus Iudex mandauit exequi, vtique hoc casu licita est appellatio: quia non tantum oritur ratione pronunciæ, qua ratione exceptionum reiectarum. Berous consil. 32. num. 16. & 17. lib. 3. Est casus in facto satis frequens. Bene verū est, quod sæpè astuti procuratores, ad extorquendum appellationem, opponūt exceptiones leues, & friuolas, ob id bonus Iudex, diligēter animaduertere debet. Declara, dummodo offerat incontinenti se probaturum. Cōtard. limit. 19. num. 24. Nec requiritur habere testes, vel Instrumenta in sacculo. Milis, in verbo, Appellans à grauamine exceptionis. Et Declarat Rota, Decisione 81. in antiq. si opponens obtulit se probaturum, appellatio admittitur, aliàs cognoscendum est de veritate exceptionis.

Et generaliter in hac materia appellationis
101 ab executione, notandum est, quod † in ea inferenda est causa, & iusta, aliàs appellatio esset nulla, & reijcienda, iuxta ea, quæ superius diximus, num. 88. ex Felino inter alios, in cap. Quo ad consultationem, à num. 18. vsque ad 21. Et de Communi attestatur. Berous, consil. 116. num. 11. lib. 3. & specificè fieri debet, nec sufficit recurrere ad Acta. Capicius Decisione 1. num. 20. nisi ex facie, vel lectura sententiæ appareat, vt ibi per eum. Sic & bene limitantem videatis Riminald. iun. consil. 358. num. 6. libro 4. Turrett. consil. 68. num. 5. Amat. Decisione March. 75. num. 18.

102 Declaratur nono, † quod in executiuis datur appellatio, si appellans vel appellare volēs, allegaret post sententiam cuius executio petitur, Transactionem, Nouationem, vel Renunciationem, vt per Duenn. Regula 41. num. 3. Asinius, in Practica, §. 31. cap. 18. limit. 18. Posui superius in verbo, Exceptio Transactionis, & in verbo, Exceptio Nouationis.

103 Declaratur decimo, quando † executor malè, & per grossitiem interpretatus fuisset sententiam. Papiens. in forma executionis sententiæ, in verbo, publico nuncio, num. 10. dicens hoc casu excedi modum in exequendo.

104 Declaratur vndecimo quando † sententia cuius executio petitur, sit lata contra absentem ex iusta causa, cui non potest imputari, cur antea non appellauerit, & ob id ab executione iuste appellat, l. si Prætor, §. finali, ff. de iudic. c. Cum Bertoldus, de re iudicata. Specul. in titulo de Appellation. §. in quibus, num. 5. Dixi superius in Rubr. de Sentent. ex falsis probation. num. 12. De Iure tamen Canonico ab executione datur appellatio sine pœna. Zuchard. in l. finali, num. 2. & 49. C. de Edicto Diui Adriani tollendo.

105 Declaratur duodecimo, quando sententia esset lata contra famosum, & celebrem in aliquo exercitio virum: nam propter eius excellentiam, suspenditur executio, & Princeps consulitur, pro pęna remittenda, vel condonanda, casus reputatus singularis, in l. ad bestias, ff. de pęnis.

Et hanc opinionem per illum textum tenuit Cosme Gumer. in Pragmatic. Sanctione Gallicana, in capi.. §. sint viri, Bonus de Curtili, in Tractatu de Nobilit. pag. 3. num. 60. & 68. Cępoll. in l. mercis, numero 15. de verb. signific. consil. 2. in fine, in l. contra, C. de vsucap. pro empt. num. 18. ex l. qui cedem, versic. facilius, de sicar. Marsil. in l. vnius, §. cogniturum, num. 79. de Sicar. Cassanęus in Cathalogo Glorię mundi, parte 10. Considerat. 30. Dionys. Rubin. in Repetitione l. filius. famil. §. Diui, col. 4. de leg. 1. Iacob. Baulem, in Repetitione l. Capitalium, §. famosos, num. 35. de pœnis. Roman. Singul. 717. & ante hos Dinus in d. l. ad bestias, profitetur se liberasse quēdam reū à pena mortis. Paris de Puteo, in Tract. Syndicat. in verbo, Pęna, in principio, asserens in facti contingentia practicasse & obtinuisse. Roman. iterū, Singul. 11. & 461. Afflict. in Proęm. Cōstitution. Siciliæ, Notabili 6. & 9. Felin. in cap. Conquerenti, col. 3. de offic. Delegati. Ias. in l. Lex est, ff. de legibus. Ioan. de Arno. Epitome 53. Carrer. in §. homicidium, num. 72. Didac. Variar. resolution. lib. 2. cap. 9. num. 6. Tiraquell. de Pęnis, Causa 50. Duenn. Regula 41. in fine. Iul. Clar. quęst. 60. versiculo, pariter, dicens ita Communiter teneri. Asinius in Practica, §. trigesimoprimo, cap. decimooctauo, limitatione decimatertia. Alciat. de verbor. signific. libro primo, numero quinquagesimoprimo, latè Placa in Epitome Delict. libro primo, cap. trigesimotertio, extendens admodū se circa intellectum dictæ legis, Ad bestias; sed satis est, quod hodie Doctores sic Communiter tenent.

Et dubito ne esset difficile sic in Practica obtinere; & Scholares, & Doctores habent à iure tot est tanta Priuilegia, nihilominus vt plurimū seruiunt de vento, multo minus in criminalibus, quare non confidant viri, & artifices insignes, de eorum singularitate, quia de facili decipiuntur, & loco spei subintrabit pęna.

106 Nec admittatur † & multo minus appellatio, si Actor ad cuius fauorem sententia lata est, cautionem pręstiterit de restituendo petita per Reū, in causa succumbentiæ. Alex. in l. 4. §. condemnatum, num. 23. de re iudic. Rota Lucana, Decis. 27. num. 45. & 46. parte 1. Borgnin. Decisione 10. num. 17. parte prima.

107 Et quando grauamen † in exequendo est successiuum, prout in carcerato, licet lapsi sint decem dies à die carcerationis, cum grauamen sit indies successiuum, in quolibet die inci-

incipiunt decem dies, vt dixi in Tractatu de Sequestro, parte 2. quæst. 5. secundæ part. principalis, num. 3.

Addo Bart. in l. Prætor, §. finali, de noui oper. nunciatione. Bald. in l. 2. in fine, C. de Episcopali audientia, Paris, de Syndicatu, in verbo, Appellatio, num. 7. Decisio Auenionens. 60. propè finem.

Declaratur quartodecimo, vt ab executione per appellationem non retardetur executio præstita cautione per actorem de restituendo in casu succumbentiæ, Borgn. Decisione 10. num. 17. parte prima.

Declaratur quintodecimo in appellatione admissa per Iudicem à quo, & acceptata per Iudicẽ ad quem, maximè supremum Principem, Decius consil. 97. in principio. Hercul. de Attentatis cap. 30. num. 194.

108 Limitatur † decimo modo principaliter, in factis notorijs, in quibus appellatio non impedit executionem, cap. Cum sit Romana, §. finali, & ibi Doctor. de Appellation. ibi: nisi fornicator manifestus, vel raptor existat. glos. in cap. Romana, §. sin autem, versiculo, casibus, de appellation. lib. 6. cap. Peruenit, cap. Consuluit, el primo, de Appellation. cap. Cum speciali, §. Porro, eodem titulo, gl. in Canone, Manifesta. 2. quæst. 1. Innoc. in cap. Tuę nos, col. 2. de cohab. cleric. & mulierum. Specul. de Notor. §. finali, nu. 15. & §. 1. nu. 7. & in titulo de Appellation. §. nouissimè, num. 2. & 12. Roland. in l. Addictos, C. de Episcopali audient. Marsil. in l. vnica, num. 93. C. de raptu virgin. Angel. de Malefic. in glos. Præsente Caio, & appellante, num. 4. Salicet. in l. ea quidem, num. 78. C. de accusation. Oldrad. consil. 16. col. 2. Roman. consil. 324. Marantha, in Speculo, in verbo, Appellatio, num. 175. Mãfred. de Attentatis, lib. 2. Conclusione 71. Guido Papæ, quæst. 120. col. 4. versiculo, sed aduertas. Duen. Regula 42. limit. 12. num. 12. Aufrer. ad Tolosan. Decis. vltima, Crot. consil. 101. num. 9. Capra, de Notor. in 4. mẽbro, num. 95. Milis, in verbo, Notorium an impediat appellationem, Grammatic. Decisione 36. num. 51. & 34. Corrad. in Practica, titulo de Notorio crimine, nu. 17. in fine. Foller. in Practica, in verbo, Item quod est notorius delinquens, num. 21. in fine. Nouell. in Practica, §. inditia, quæ praecedere debent, num. 13. Gomes. de delict. cap. 1. nu. 47. Et hæc est Communis opinio. Clar. quæst. 94. versic. solet etiam dici, Prosper Farinac. quæst. 21. numero 117.

Cui addo, quod hæc est notissima Iuris Regula, Roman. consil. 324. num. 2. Flamin. Cartar. de execut. sentent. capti banniti, cap. 1. num. 263. Sigismond. Scaccia in Practica, cap. 97. num. 119. Herculan. in cap. 31. num. 64. de Attent. & ita tenet Rota Decis. 762. aliàs 68. de Appell. in antiq.

109 Declaratur hæc limitatio, † quando in appellatione exprimeretur causa, per quam notorium offuscaretur, puta, in confesso, qui in appellatione dicit, confessionem erroneam, vel metu tormentorum extortam, isto casu datur appellatio, & impeditur executio sententiæ. Glos. in c. Romana, §. si autem, in verbo, mandetur, vbi Ioan. Monach. num. 13. de appellation. lib. 6. Franch. in cap. Cum speciali, §. porro, nu. 7. de Appellation. Milis, in verbo, Notorium licet regulariter, Aufrer. ad Tolosan. 500. Imola, in d. §. Porro, num. 7. Bald. in cap. Cum speciali, num. 19. de Appellation. vbi dat modum appellandi; videlicet: Appello à Iudicis sententia, non obstante confessione mea: quia fui confessus per errorem vel metum, quem intendo deducere, & probare coram Iudice appelationis. Sequitur Contard. de Momentanea possessione, limit. 3. num. 39. Lancelot. de Attent. appellat. pendente, parte secunda, cap. 12. limit. 9. num. 4.

110 Et licet contra notorium † in Actis, & progressu causæ sit oppositum aliquid ipsum offuscans, hoc non sufficit sed debet iterum in libello appellationis allegari, aliàs Iudex à quo, non tenetur deferre, nec Iudex ad quem, recipere, post relatos, Tiraquell. de pœnis, in præfatione, num. 69. Contard. in citato loco, num. 42. Doctor. in d. cap. Romana, §. si autem, Ioan. Andreas, num. 7. Archidiac. nu. 10. Ioan. Monach. nu. 13. Franch. num. 5. Abb. in cap. Vt debitus, in princip. num. 2. vbi Franch. num. 3. de Appellation. Felin. in cap. Super literis, num. 17. de Rescript. in cap. Quo ad consultationem, num. 18. cum seq. de re iudicata, Imola, in l. creditor missus, col. antepenultima, versic. si vero quęritur. de Appellation. Decius, in cap. ad nostram, num. 10. de Appellation. Didac. Practicab. quæstionum, cap. 15. sub num. 1. cap. 23. num. 5. vers. secunda Conclusio.

111 Limitatur secundo loco, † nisi Iudex ad quẽ, Iudici à quo, inhibuisset, tunc Iudex à quo, etiam in notorijs suam sententiam exequi non posset: Inhibitio enim siue iusta, siue iniusta, timenda est, cap. Romana, §. sin autem, vbi Doctor. de Appellation. lib. 6. Lancelot. de Attent. appellatione pendente, parte 2. cap. 12. limit. 9. num. 9. Prosper Farinac. quęst. 21. num. 122. & 123. Vltra quos addo Mannos, de Inhibit. quæst. 20.

112 Verum hæc opinio † non est vera de Iure, sed solum de Stylo Rotę, qui non seruatur in partib. Cotta in Recollect. Decisione 204. & de Communi attestatur Ferrett. consil. 52. num. 5. lib. 1. latè cõgerit & approbat Lancelott. de Attentat. post inhibition. Ampliat. 11. & iterum limit. prima, & Mannos, in allegata quæst. 20. dicit hanc opinionem esse veram de iure, & satis æquã. Hodie tamen de Communi Practica seruatur, quod inhibitio afficiat, siue iusta, siue iniusta, & executionem impediat. Mannos, de Inhibitor. quęst. 18. Borgn. Decis. 9. num. 37. parte 1. Asinius, in Practica, §. 7. c. 5. Casu 72. in fine. Minsyngėr. Centur. 5. Obseruat. 87. Scacca in Pract. c. 97. nu. 53. vers. & licet. Lancelott. par. 2. c. 17. nu. 64. cap. 20. Ampliat. 11. Rota nouiss. Decis. 201. col. 2. in princip. par. 2. maximè data commissione cum potestate citandi, & inhibendi. Bero. quæst. 124. nu. 2. Rota Decis. 11. de Appellation. in nouis.

113 Limitatur tertio, nisi Iudex † in pœna imponenda modum excesserit, nam hoc casu ratione talis excessus, datur appellatio ad vtrumque effectum. Lancelott. in citato loco, in tertia declaratione, dicens eam notabilem.

114 Limitatur quarto † in confesso, non autem conuicto, qui de Iure Canonico non appellat, dũ modo sit confessio non excusata, Vestr. in pract. lib. 7. cap. 3. num. 16. vbi etiam subdit, idem, si per testes quibus non fuit oppositum, vel per sententiam, quæ transitum fecit in iudicatum. Tutius tamen videtur, vt in hoc casu admmittatur appellatio ad vtrumque effectum, vt sentit Lancelott. in d. limitatione 9. num. 10. Grauarius tamen ad Vestr. in citato loco, num. 98. tenet operari effectum vt iudex appellationem recipiat, & inhibeat. Posui superius limit. sexta, numero trigesimotertio.

115 Limitatur quinto, † vt in notorio, non datur appellatio, si sit per euidentiã facti, secus in notorio famæ, vel iuris, quod recipit probationem in contrarium. Vestr. bene declarans, libro 7. cap. 3. num. 14.

116 Limitatur sexto, † quod licet super notorio in se non detur appellatio, datur tamen a declaratione notorij. Spec. de recusatione, §. finali, vers. hoc etiam nota, Abb. consil. 100. col. penultima, versiculo, & si etiam, vol. 1. Felin. in cap. Rodulphus, vers. & appellari potest, de Rescript. & in c. Cum non ab homine, col. penult. versic. & not. quod licet, de iudic. Ant. Gabr. lib. 6. de regul. iur. Conclus. 3. num. 60.

117 Limitatur septimo † principaliter, quod in causis arbitrarijs non datur appellatio. Innocent. in cap. præsenti, de testibus. Bart. in l. 1. in fine, ff. de legat. 2. & in disputatione prima, num. 2. Bald. in l. 2. C. Quomodo & quando iudex, Salicet. in l. societatem, §. arbitrorum, num. 26. ff. pro socio, in l. cum antea, C. de arbitr. Calcan. cons. 38. num. 8. Ias. in l. si sic legatum, num. 5. ff. de legat. 1. in l. de pupillo. §. qui opus, nu. 4. de noui oper. nunciatione. Amad. de Castillo, in tractatu Syndicat. num. 147 Paris de Puteo, in eod. tract. in titulo de potestate iudic. num. 1. Curt. iunior, in l. 1. num. 30. ff. de iurisd. omn. iudic. Boer. quæst. 284. nu. 17. vbi quãplures alios refert hanc eamdem opinionẽ tenentes. Crauetta cons. 78. nu. 8. post Castrens. cõs. 296. col. vltima, lib. 2. dum inquit, iudicem in arbitrarijs redargui non posse. Didac. Variar. resolution. lib. 2. cap. 12. num. 3. Caccialup. in repetitione l. admonendi, nu. 263. de iureiurãdo. Menoch, de Arbitr. q. 70. num. 7. cum seq.

Ripa in l. secũda, numero vigesimonono, ff. de re iudic. Roman. consil. vigesimoseptimo, cons. 261. & 364. Alexan. consil. 106. numero decimo, volum. tertio, Fab. a Monteleon. in Practica arbitrar. pagina 385. numero trigesimoprimo, Magon. Decisione Lucensi quadragesimosecundo, numeto vigesimoprimo, parte 1. & Decisione 43. num. 30. Diaz regula 40.

118 Ampliatur † hæc opinio, vt multo magis vera sit, & procedat in eo iudice, qui a Lege, Statuto, vel homine habet liberum, & absolutum arbitrium, tunc multo minus ab eius sententia dabitur appellatio. Hostiens. in cap. finali, de Ferijs, Caccialup. ad l. admonendi, num. 265. versic. & primo, de iureiurando. Felin. in capit. exceptionem, numero secundo, de exception. in cap. de his, num. 8. de Accusation. Ruin. consil. 149. numero 9. libro 4. Ias. in l. 1. in principio, num. 6. ff. si quis ius dicenti nõ obtemper. Decius in cap. Ad hæc, col. 3. de Appellation. Abb. in cap. Prudentiam, §. sexta, de offic. Delegati, Couarru. Variarum resolution. lib. 2. cap. 12. numero 5. Menoch. d. quæst. 70. num. 13. Magon. d. Decisione 42. numero 21. parte 1. versic. quia quod non detur. Gomes. in Epitome Delict. cap. 1. nu. 63. vbi de Communi.

Sic eum refert Bonacoss. Commun. opinion. & verè hoc asserit Gomes. in citato loco, versic. confirmatur. Simoncell. de Decret. lib. 1. tit. 1. num. 8. de magis Communi. Menoch. cons. 345. num. 25. licet contrarium teneat Tiraquell. ad l. si vnquam, in verbo, Omnia, num. 31.

119 Declaratur, ne Conclusio vera sit † & procedat in his quæ sunt parui præiudicij, secus in criminalibus, vel ciuilibus magni ponderis: nam dato excessu, datur appellatio, Bald. in l. prima, num. 3. colum. 2. versic. sed pone quod per statutum, C. de rebus, l. vnica, C. de his quæ pœnæ nom. Marsil. in l. Quæstionis, numero 64. §. de quæstione, Anan. consil. 34. numero septimo, versiculo, facit etiam, vbi Bolognin. numero 19. Alex. consil. 166. num. 14. lib. 3 Felin. in cap. exceptionem, numero 2. in fine, de exception. in cap. de his, numero 13. de Accusation. Boer. Decisione 289. numero 28 Tiraquell. de Retractu consang. §. 4. gloss. 1. numero 11. Corneus consil. 188. nu. 5. vol. 3. Barbac. consil. 36. numero 5. volum. 2. Clarius hanc distinctionem ponit Anchar. q. 5. puncto 2. Hieron. Magon. Rota Lucana 42. nu. 21. & 43. num. 31. Prosper Faninac. quæst. 18. num. 31. Granut. Theommate 3. in fine.

120 Excessus † autem de quo superius dixi, numero 90. dicitur in iudice si iudicauerit non seruata Consuetudine loci, Bal. in l. 2. col. 2. versiculo, sed qualiter, ff. de iureiurando, vnde pœna imposita maior quam sit solita, & cõsueta, infamat, vbi gl. in verbo, onerasset, dicit quod in pœna sit excessus si sit vltra cõsuetum, & sequitur ibi Castr. sub nu. 14. Alberic. sub nu. 20. pulchrè Bart. in l. serui quoque, §. publice, nu. 2. ff. de procurat. dicens, in arbitrarijs illud est certum quod est vsitatum, & loquitur ibi Bar. in pęnis imponẽdis augendis, vel minuendis. Menoch. de Arbitrar. q. 71. num. 2.

Addo bene loquentes Butr. in cap. 1. col. finali, de Constitution. Bald. in l. quicumque, col. 5. C. de seru. fugit. Abb. in cap. Licet, col. finali, versiculo, vltimo aduerte, de pœnis, allegando gl. in l. hodie, de pęnis Decius latè in cap. Ex literis, nu. 67. versic. sexto gl. de Constit. idem Decius latè in c. Inter cęteras, col. finali, n. 46. de Rescript. vbi hoc ampliat, etiam si pęna esset alternatiue imposita, tamen consueta, & ea quidem vsitata attẽditur, & ibi Felin. nu. 11. multis exornat glos. illam, quod Consuetudo in pęnis sit attendenda, Gabr. de Consuetud. Conclus. 1. num. 45.

121 Ampliatur secũdo, † vt adeo iudex in pęnis imponendis sequi debeat Consuetudinem, quod si Statutũ imponat vnã pęnã. & minorẽ & Consuetudo atrociorẽ, si iudex sequatur Consuetudinẽ, nõ dicitur hoc casu excedere. Bal. dicẽs hoc notabile, in d. §. pęna grauior, col. 14. versiculo, & nota.

Amplia-

122 Ampliatur † tertio notabiliter, vt Iudex, si minuat vel omnino remittat pœnam vsitatam & consuetam, facit se conscium illius criminis, textus est notabilis secundum Bald. ibi, in l. 2. C. de Commerc. & Mercator. in fine, & ibi Bald. reputat illum textum valde notabilem, & sic idem crimen incurrit, l. 1. C. de priuat. carcer. & est pulcher textus, & l. nulli, in fine, Ne Sanctum baptisma iteretur. quem textum ponderauit Io. Faber ibi, & clarius Luc. de Penna, in l. 1. colum. 8. in verbo, distuleris, C. de desertor. libro 12. Notabilem dixit Isernia in cap. 1. quæ sint regalia; & singularem dixit Roman. Singul. 78. in fine.

123 Ampliatur quarto, vt † Iudex efficiatur infamis ex hoc, l. seruos, in fine, C. de vi publica, vbi textus parificat differre, minuere, vel remittere, quem textum dixit vnicum in mundo, & esse magnum vituperium quod Canonistis cognitus sit, & Legistis qui magis scire debebant sit incognitus.

124 Ampliatur quinto, † vt talis Iudex puniatur etiam in amissione bonorum, l. 1. C. de desertor. lib. 12. per quem ita tenet Roman. in l. si verò, §. de viro, in 26. Fallentia, ff. soluto matrimon. Tiraquell. de pœnis in præfatione, num. 13.

125 Et quod † Iudex non possit excedere pœnas à Lege vel Consuetudine definitas vltra iam adducta, est text. in l. Lex Iulia, §. vltimo, ff. ad leg. Iul. repetund, vbi eam pœnam pati debet, quam alijs iniuste irrogauit; quem textum dixit admirabilem Bald. in l. 1. colum. 4. versiculo, & aduerte, C. Ne ex delicto defunct. Felin. in cap. Accusasti, in princip. de Accusation.

126 Ex causa tamen † Iudex potest excedere, augere, minuere, & remittere, vt late deducit Tiraquell. de pœnis, in præfatione, num. 16. cum multis sequentibus.

Si igitur Iudex excesserit, datur appellatio, & etiam peti potest sentētiam reduci ad arbitrium boni viri. Imola, in l. penult. §. ad crimen, colum. 11. versic. quid autem si pœna sit arbitraria, ff. de public. iudic. Quod dictum ait esse singulare Angel. Aretin. in Tract. Malefic. in verbo, præsente Caio & appellante, colum. 11. in paruis, versic. sin autem ex aliquo delicto, licet ipse Imola simpliciter dicat, appellari posse.

127 Et ad prædicta addo Crauettam consil. 137. numero 6. vbi Consuetudo præualet Iuri Communi, si Ius Commune, & Consuetudo per quā imponuntur diuersæ pœnæ ex præualeant præsertim si eorum pœnæ sint mitiores.

Et sic datur excessus in iudicando etiam in arbitrarijs, quando seruatur Consuetudo, in pęnis imponendis.

128 Declarantur prædicta † in Consuetudine notoria, cui derogari non potest, nec sententia contra eam lata valet. Bald. in l. 2. colum. 1. in fine, versiculo, Item valet, & ibi Io. Faber, C. quando prouocare non est necesse. Abb. in cap. 1. colum. 4. versiculo, quid si, & versiculo, itē secus, ff. de Acquir. hæredit. Alexand. l. cum prolatis, numero 18. de re iudicata. Roch. in cap. finali, quæst. 8. in fine, de Consuetud. vbi etiam subdit, quod talis Consuetudo sic notoria nō est probanda. Felin. in cap. Nonnulli, colum 25. versiculo, pro quibus adduci potest, de Rescript. Socin. Regula 254. in 3. limitatione, Guido Papę, Decisione 292. Ant. Gabr. lib. 2. de Sentent. Conclus. 7. numero vigesimo.

129 Et licet † Princeps sit supra Consuetudinem, & eam tollere possit, Crauetta de antiq. tempor. in 4. parte principali, in principio, numero 40. & 41. si causam alicui committat, non censetur in dubio eam tollere voluisse, & velle derogare Iuri Communi, cap. Innotuit, de election. Castrens. in l. si testamentum, C. de testament. late Menoch. de Arbitrar. Quæst. 71. numero 10. & 11. libro 2. Præsumpt. 12. Mascard. qui à Menoch. omnia transcripsit Conclus. 696. num. 5.

130 Secundo loco probatur † excessus, si læsio sit in sexta parte, ex sententia Bartoli, in l. si societatem, §. arbitrorum, numero 25. ff. pro Socio. sequitur Ruin. consil. 81. numero 3. lib. 1. Socin. iunior, consil. 48. numero 22. consil. 144. numero 14. consil. 84. numero 43. lib. 2. Decius consil. 39. numero 7. consil. 60. numero 2. consil. 89. numero 47. ad quē latius dixi, ibi videre placeat. Crot. consil. 198. numero 15. Paris. consil. 89. numero 53. lib. 1. Siluan. consil. 38. columna penult. versiculo, nam ea omnes liberi; & hanc attestatur Communem Decius consil. 39. sub numero 7. Socin. iunior d. consil. 144. numero 14. Laurent. Chirchon. Commun. Opinion. Centur. 3. Conclusione 7. Hieron. Gabr. consil. 200. numero 12. volum. 1.

131 Tertio loco † consideratur excessus, si læsio sit in tertia tantum parte; & hanc tenet Abb. in cap. Quintauallis, numero 33. de iureiurando, Cœpoll. de simulatione contract. numero 111. Ias. ad Pott. in titulo de hæred. quæ ab intestato defer in fine. Bero. consil. 33. numero 10. libro 1. clarius in cap. In præsentia, numero 139. de probation. in cap. 1. numero 85. de restitutione in integrum; & hanc opinionem dicit veriorem Caldas, ad l. si curatorem, in verbo, legis, colum. 2. versiculo alij læsionem.

Et hæ duæ opiniones mihi videntur satis rationabiles, & amplectendæ, cum determinatè loquantur, quam remittere in Iudicis arbitrium, præsertim temporibus nostris, qui sæpius sententias primas in peius reformant, prout exorditur Decius in consilio primo.

132 Nihilominus † altera fuit opinio, id omne positum in iudicantis arbitrio. Bald. in l. cum antea, C. de arbitr. consil. 378. lib. 1. Alexand. consil. 131. numero 15. lib. 2. Decius in Authentica, Præterea, numero 15. C. Vnde vir, & vxor. consil. 29. in fine, Salicet. in l. finali colum. 1. in fine, C. de contrahen. emptione. Alexand. in l. si quis arbitratu, in fine, ff. de verbor. obligation. Ripa, in l. vltima, numero 90. de reuocandis donationib. qui alios citat. Paris. consil. 12. numero 85. consil. 89. numero 53. libro 1. Gratus consil. 24. numero 2. libro 2. Communem testatur Socin. iunior consil. 48. numero 22. 144. numero 14 libro 1. consil. 84. numero 43. lib. 2. Ferrat. Cautela 8. numero 2. Neuiz. consil. 22. pagina ante penult. Alciat. responso 367. numero 3. Tiraquell. ad l. si vnquam, in

verbo,

verbo, omnia vel partem, num.31.C.de reuocan. donation. Didac. Variarum resolution.cap.3.numero 11. Menoch.de Arbitrar. Casu.73. in fine.

Cui plenè profitenti addo bona loca Angel. Aretin.in §.pretium, numero 4. Inst.de emptione & venditione. qui bene loquitur Ant. Burgos, in cap.Cum dilecti, numero 44. de emptione, & venditione. Marsil.in l.quæstionis modum, num. 9.de quæstion. Corneum consil.179. colum.penult.lib.4. Redoan.de rebus Eccles. quæst. de restitutione in integrum, §.3.numero 10.vbi plenissimè hoc comprobat. Ant. Gabr. de empt.& venditione, Conclus.1.num.10.

Et hæc est magis Communis opinio, à qua in iudicando non est recedendum. Roland. consil. 7.numero 54. volum. 3. Michael Crass. libro 1. Commun. Opinion.cap.15.quæst.8.Bursat. consil.75.numero 5.consil.99.numero 13. Chirchou. Commun. Opinion. Centur. 3.Conclus.7. Stor. de restitutione in integrum quæst. 4. sub numero 121. Caldas, ad l.si curatorem habens, in verbo, læsis, colum.3.in principio, Mascard. Conclusione 1058.numero 10.& Conclusione 1250.num. 7.Menoch.consil.1.num.494. Serafin. de Iuram. Priuileg.83.num.87.

133 Enormissimus tamen excessus † siue enormissima læsio, fiunt quando multum pars dimidià exceditur, ita post Anchar.in cap.1. de Cõstitution. docuit Ias. in Authentica, Sacramentã puberum, numero 42.C.si aduers.vendition.& clarè Didac.in cap. Quamuis, in 3.parte, §.4.numero 5.de pact. in 6.qui multos citat, præsertim Crauettam consil.192.num.6.

134 Sed clarè † magis læsionem esse enormissimam respondit Corneus consil. 133. numero 8. in fine, libro 1. quando tantum non datur, quantum valet quarta pars rei, vt quia quadraginta danda erant, & solum decem data fuerunt.

Hinc respondit Corneus consil. 214. numero

135 4.lib. 1. † filiam dici enormissimè læsam, quæ mille ex bonis paternis consequi debebat, si solũ consequuta sit ducentum quinquaginta tãtum; idem Corneus consil.288.num. 16.lib. 3.

136 Et eum † qui decem tantum est consecutus cum quadraginta consequi deberet, consuluit idem Corneus consil.27. num. 7. lib. 4. latè Menoch. consil.1.num.494.vol.1.

137 Paul. Castrens.consil.255.læsionem † enormissimam appellat, quando in triplo vel quadruplo dimidium excedit, & vltra, Grat.lib. primo, respons. 109. num. 19. Aufrer. ad Tolosan.366. Crauetta consil.7.Alba, consil.31.num 48.Pedemont. Decisio Olaschi 33.

Ruinus consil. 109. colum. 4. volum.1.consil.

138 11. colum.finali, volum. 4. † enormissimam læsionem dixit si læsio sit in tota summa. Sequitur Ant. Gabr.de Arbitr. Conclus.3.num.45. Menoch.de Arbitr.quæst.71.numero 17.satis obscurè, & sicco pede, prout videbis apud Mascard.Cõclus.696.sub num.9.

Et cum Paulo Castrense in citato loco cõcurrit Bursat.consil.75.num.4.volum.1. qui attestatur de Communi. & posuit ad Decium consil. 89.

Et si daretur excessus in dimidia, Iudex in arbitrarijs dicitur grauare, & datur appellatio. Menoch.de Arbitr.quæst.70.num.17.Magon. Rota Lucana, Decis.43.num.31.

139 Limitatur secundo loco principaliter, vt † licet in arbitrarijs non detur appellatio vt dictum est, datur tamen recursus ad superiorem; glos.in cap.Statutum, §.Assessorem, de Rescript.libro 6.quam ad hoc ponderauit Curt.senior, in repetitione l. admonendi, numero 379.glos.in Clement.1.de iure patronat.vbi Gemin. & Imola, Bart.in l.2.colum.vltima, versic.sclas tamen, de sentent.ex breuiculo recitanda Roman consil.27. colum.secunda, Menoch.de Arbitr.quæst.10.numero 18.Boer.decis.284. numero 20. Bossius in titulo de multis, numero 5.Contard.de Momentanea possess.quæst.8. Lancelott.de attentat cap. 19.numero 23. Prosper Farinacc. quæst.17.numero 32.& ponam suo loco, an executionem impediat.

Sunt tamen nonnulli casus, in quibus non appellatur, etiam si arbitrando, Iudex pronunciauerit.

140 Primus est, si actus † nemini esset præiudicialis, Innocent.in cap. Pastoralis, in verbo, Neutri, de Rescript. Bald.in cap.1.colum.6. quo tempore miles, & in cap.1.de milite vasallo.

141 Secundus est, † si pronunciet super his quæ spectant ad executionem sui officij, prout in visitatione prouinciæ, glos.in cap.1. in verbo, definitione, de Censibus, lib.6.

142 Tertius est, † si aliquid committatur conscientiæ Iudicis, de quo dicam latius inferius suo loco.

143 Quartus est, † si Iudex habet facultatem dispensandi, si non dispensat, non datur appellatio, Bald.in l.quicumque, C.de seru. fugit. Vnde si Statutum imponat pœnam manus, & Iudex videns periculum mortis, si non dispensat, non appellatur.

144 Quintus casus est, † ad l.non quidquid, ff.de Iudic. scilicet quod non omne quod Iudex potest, necesse habet facere. Sic Bart. in summario, & post eum Castrens.& alij. Ad cuius legis practicam, & ornatum ponam aliqua vtilia, & fructuosa.

145 Limitatur Primo loco † dispositio d.l.nõ quidquid, vt procedat prout loquitur, secus si præcipiatur Iudici, vt aliquid faciat. Bald.in l.nec quidquam, §.vbi decretum, colum.6.versiculo, exemplum de secundo, ff.de offic. Proconf.& Legati. Vnde admonet Paul. Castrens.in d.l.non quidquid; in finalibus verbis, vt diligenter inspiciantur verba Legis, an ponat in potestate Iudicis, vel eum cogat. Felin.cap.exceptionem, colum.2.in quinto Casu, de exception.

146 Limitatur † secundo loco principaliter dispositio d.l.non quidquid, vt procedat, & locum habeat, si fiat remissio per verba importantia, bonũ arbitrium, secus, si arbitrium simpliciter; quia tunc si iniquè arbitretur, appellari potest. Alex.in d.l.2. numero 13. ff. de legat.2. Decius in cap. Ad hæc, num.6.de Appellatio. Contard, ad l.diffamari quæst..., num.104...

Est enim maxima vis dictionis Libere, cum potesta-

po testatem tribuat faciendi actum sua sponte, alterius voluntate non requisita, quod multis probant Aretin. consil. 76. numero 3. Socin. senior, consil. 13. in fine, libro primo, Barbac. consil. 59. in fine, libro 3. Decius consil. 36. numero 5. Curt. iunior, consil. 2. numero 3. Gozad. consil. 59. nu. 2. & consil. 92. & consil. 200. num. 11.

148 Immo, magis ad propositum † importat facultatem non suppositam nec iuri, nec æquitati nec rationi. Socin. senior, consil. 170. colum. 5. in princip. libro secundo. Ruin. consil. 219. numero 3. libro primo, Decius consil. 355. numero 4. versiculo 2. ad hoc, & loquitur Socin. in casu, quod fructus veniebant computandi in sortem, & tamen vigore conuentionis per talia verba non computantur. Addo prædictis Menoch. in præludijs Recuper. numero 35. de Arbitrar. quæst. 7. numero 35. quæst. 8. numero 35. posui late quam videre placeat in tract. de iuramento litis decisorio, quæstion. 5. nonæ quæst. principal. numero 29. cum sequent. & in tract. de execussione bonorum, parte 2. quæst. 14. num. 24.

Si igitur iudex ex libero sibi concesso arbitrio facultatem habet nedum Legi, sed nec æquitati, nec rationi suppositam, ergo iudicet quomodo vult, non dabitur appellatio ad confirmationem huius secundæ limitationis.

Sed circa præsentem secundam limitationem

149 oriuntur aliquæ difficultates: si enim † verba importantia Arbitrium regulatum, conferantur, si illum qui alias habet, important liberam voluntatem, & absolutam, vt verba aliquid operentur, ita tradit Imola in l. filiusfamilias, ff. de donat. inst. post relatos in l. si sic, numero 10. ff. de degat. 1. Decius in l. in personam, §. generaliter, versic. secundo ista, ff. de regul. iur. Menoch. dicens Communem de Arbitr. quæstio. 8. numero 35. sed in hoc

150 casu † sumus in iudice, qui aliàs à iure vir bonus appellatur, l. continuus, §. cū ita, ff. de verb. obligation. l. vir bonus, ff. iudicatum solui. Signor. cons. 245. num. 16. Alex. consil. 3. num. 8. libro 1. Ruin. cons. 63. num. 1. libro 4. Paris. consil. 168. numero 8. libro 4. Socin. iunior consil. 7. numero 23. cons. 121. num. 33. libro 2. qui omnes vno ore scribunt, iudicem virum bonum dici. Menoch. de Arbitr. in proœm. numero 10. col. vltima, posui nonnulla pro responsione, in Tract. de Iuramento decisorio, quæst. 5. nonę quæstion. principalis, numero 27. contra aliud membrum præsentis limitationis. facit quod scribit Barbac. consil. 59. colum. finali, lib. 3. & latius consil. 47. colum. 5. in fine, libro

151 primo, dum † concludit in extraiudicialibus, verbum, liberè, Legis, ac iuris dispositioni derogare, secus in iudicialibus, in quibus non præsumitur velle iuris dispositioni derogare, ex cap. Irrefragabili, vbi Butr. de offic. Ordinarij.

Huic Responso Barbac. conatur respondere Menoch. de Arbitrar. quæstione 7. numero 38. vt verba Rescripti aliquid operentur, censeri consensum liberum, & absolutum; & hoc compro-

152 bar per similia, † quod si testari impedito conceditur testandi facultas, intelligitur iuris forma obseruata, iuxta l. si quando, C. de inoffic. testamento, tamen si concedatur hæc facultas illi, qui aliàs testari poterat, intelligitur absolutè, & iuris forma non seruata. Bart. in Repetitione l. 1. numero 54. C. de Sacros. Eccles. Ias. in dicta l. si quando, in principio, num. 3. in l. Præses, numero 6. C. de Transaction. Ruin. consil. 83. numero 9. libro 3. Decius consil. 12. in fine, vbi quādoque dixi. Curtius iunior consil. 205. numero tertio, & cōs. 178. numero 20. Clarius explicat Ruin. consil. 100. numero 2. libro 1.

Sed ni fallor, hæc Menochij responsio, confirmat non destruit dictum Barbac. ex quo sumus in extraiudicialibus, cum detur facultas homini priuato testandi; nos autem sumus in iudice, persona publica, quę tertio prçiudicare facile potest, & cum quo mitius est procedendum.

Et idem Menoch. libro secundo, præsumpt. 9. numero 23. concludit, vt Rescriptum Principis

153 † aliquid operetur, veniat etiam præiudicium tertij, post Alciat. Regula tertia, prçsumptione vndecima, numero sexto. Idem libro sexto, prçsumpt. 4. numero 4.

Secundo itaque loco respondet Menoch. in allegata, quęst. 7. numero 40. quod Barbac. respōsa procedant in criminalibus, in quibus liberum, & amplum arbitrium, semper intelligitur regulatum ex arbitrio boni viri, vnde Potestas habens li

154 berum † arbitrium a Principe, non potest aliquem torquere sine legitimis prçcedentibus inditijs, ex Ias. in l. si sic legatum, numero 25. ff. de legat. primo, post Alex. consil. 65. numero quarto, volum. 1. Idem Menoch. hoc reassumit, quęst. 9. numero quarto, post Marsil. & Nattā per eum allegatos.

Addo Grammatic. consil. 64. numero 2. Voto 30. numero 21. Cepoll. consil. criminal. 14. numero 20. Marsil. in l. Quæstionis modum, numero 29. de quæstion. Singul. 55. versic. Amplia. Foller. in Practica, in verbo, quod suffocauit, numero 58. & in verbo, si confitebuntur, in 3. parte, numero 3. Carrer. in 2. Tractatu de inditijs, §. circa quartum, num. 11. Sarain. ad Matthesil. 55. Roland. cōsil. 32. numero 12. libro 3. Iul. Clar. quæst. 64. versic. dixi etiam Monticell. Regul. Crim. in 6. numero 10. Regul. 18. numero 5. Brunor. à Sole, in suo consilio Criminali, numero 133. Serafin. de Iuramento, priuileg. 132. numero 86. Bursat. consil. 66. num. 34. 201. numero 42. volum. 2. Mascard. lib. 3. Conclusione 1385. numero 5. Riminald. consil. 361. num. 51. volum. 4. Beccius. consil. 67. numero 14. Bertaz. consil. 145. numero 8. 341. num. 20. libro 2. Prosper Farinac. quæst. 37. num. 72. dicens Communem.

155 Limitatur tertio † loco principaliter dispositio l. non quidquid, vt non habeat locum, neque procedat, parte petente, & instante, quo casu si iudex deneget, datur appellatio. Castrens. in l. vbi pactum, numero septimo, vbi Ias. numero decimonono, licet in se contrarium teneat, C. de transaction.

Quod dictum absolutè non approbat Decius, in cap. Ad hæc, col. 2. in principio, de appellation. restringēdo eum ad casum repellendi illum, qui sine actione experitur.

Sed Felin. in cap. Exceptionem, colum. 2. nu 4. in secun-

in secundo casu, tenet indistinctè, & sequitur Cotard. ad l. diffamari, in quaestionibus, nu. 104. dummodo non sit de his quae sint posita in libero iudicis arbitrio. Hoc idem clarius firmat Decius in l. 1. num. 14. ff. de iurisd. omnium iudic.

156 Limitatur † quarto loco dispositio l. non quidquid, vt si absolutè aliquid iudici remittitur, vt possit facere, vel nō; si vero remittitur, vt aliquid secundum iuris dispositionem, & modus remittitur arbitrio iudicis, tunc si non faciat, appellari potest. Aretin. in capit. Super his, colum. finali, de accusation.

157 Et adde quod iudex † in genere, in se potest cogi formare sententiam, sed non certo modo, ita hanc legem declarat Menoch. de arbitrar. q. 41.

Limitatur quinto loco dispositio l. non quid-
158 quid, † quādo est praesumptio malitiae contra appellantem. Decius post Abb. in cap. Ad haec, numero 8. de Appellation.

159 Limitatur sexto, † vt Conclusio procedat affirmatiuè, iudex potuit facere, & fecit, datur appellatio, secus si negatiuè, Felin. in cap. Super his, sub num. 13. versiculo primo, & de accusation.

160 Limitatur † septimo, quod si iudex grauat partem, tenetur ad interesse. Bart. in l. 1. col. 1. C. quo modo, & quando iud. in l. quod iussit, col. 3. de re iudic. Imol. in l. 4. §. hoc autē, ff. de dam. infecto.

161 Limitatur octauo, † nisi iudex esset aditus, vti bonus vir, per viam recursus, à laudo arbitratoris, Innoc. in cap. Praesenti, in gloss. insignis, de Rescript. in 6. Bart. in l. 1. in fine, ff. de legat. 2. late Felin. cap. Super his, sub numero 13. in septima limitatione.

162 Limitatur decimoseptimo principaliter, † vt per appellationem executio sententiae non impediatur si fuit lata per iudicem qui secundum conscientiam iudicare poterat. Rota apud Bellamer. decis. 18. Lancelot. de Attentatis appellatione pēdente, parte 2. cap. 12. limitatione 10. num. 10. versiculo, Regula, & est de mente Rotae, 443. nu. 3. aliàs 18. de Concess. praebend.

Addo Ias. in §. sed iste, num. 136. Institut. de action. Tiraquell. de retractu lignager, §. 4. gloss. 1. num. 11. est glos. reputata singularis, in cap. Statutum, §. Assessorem, in verbo, relinquatur, de rescript. lib. 6. quam singularem dixit Castr. in l. de pupillo, §. qui opus, de noui oper. nunciatione. Alex. consil. 170. vol. 3. cons. 2. vol. 2. Io. ad Amic. cons. 34. Corneus consil. 113. col. 2. vol. 2. Marsil. Singulari 214. & 402. Curt. ad l. admonendi, nu. 383. Ant. de retract. in repetit. l. 1. n. 365. de iureiuran. Tiraq. de praescript. gl. 1. nu. 8. Serafin. de iurament. priuileg. 3. n. 4. vide infra except. 226. n. 133.

163 Declaratur, quod ista † conscientia debet esse, non pura solum, sed cum iudicio discretionis, c. 2. ibi: quia tamen decet, & expedit, vt conscientiae puritati non desit; iudicium discretionis, & ibi gl. in verbo, discretionis, dicit, quod discretio est mater omium virtutum, & ibi Io. Monach. subdit, quod fulgere debet in iudicibus, & arbitris; & ponit Barbac. consil. 36. num. 7. lib. 1.

164 Declaratur secundo, † vt iudex non debeat sequi conscientiam propriam, sed conscientiam lege munitam, ita egregiè Bal. in c. Nisi cum pridē, num. 2. versic. quid si testis, de renunciation. vbi vult notabiliter, quod si testis vera esse asserat à se deposita secundum suam cōscientiam, vel iudex ita dicat, neutrum valet. Idem Bald. in sua disputatione, incipiēte, Statuto cauetur, col. vlt. cōprobat Alex. cons. 218. col. 3. vol. 2. Dixit singulare, & mente tenendum Ias. in §. sed iste, nu. 134. & 137. dicens numquam obliuiscaris toto tempore vitae tuae. consil. 191. Placet mihi, libro 2. Marsilius in l. quaestionis, num. 70. versiculo, & facit, ff. de quaestion. consil. 15. nu. 17. cons. 10. nu. 15. cons. 63. nu. 17. Corasius ad l. admonendi, in prima parte, nu. 97. de iureiurando, Exea, in cap.... numero 147. de Constitution. Menoch. de Arbitrar. q. 8. nu. 44.

Addo bene loquentes Io. Monach. in c. 1. n. 7. de re iudicata, lib. 6. in l. si post diuisionem, nu. 10. C. de iur. & facti ignorant. Ripa, in l. 1. nu. 10. ff. de
165 re iudicata, † vbi bene saluat sententiam iudicis dicentis: ego iudico sic secundum meam consciē tiam: quia intelligitur in dubio de conscientia legibus munita, vt sentētia sustineatur, cōtra Ias. superius allegatū, Serafin. de iuram. priuileg. 3. n. 8.

Declaratur tertio; Aut verbum, cōscientia, refertur ad personam iudicare debentis, & arbitriū regulatum importat, & datur appellatio; Aut refertur ad personam concordare debentis, & non datur appellatio in re modici prȩiudicij, secus magni. Natta, in Clement. Saepè, §. non sic, in verbo, secundum conscientiam, num. 25. in fine.

Declaratur quarto, vt detur appellatio si ei addatur verbum importans arbitriū boni viri. Natta, vt supra, num. 27.

166 Nec debet † iudex iudicare secundum propriā conscientiam, sed ex deductis in iudicio, & probatis, gloss. Alberic. & Bart. in l. illicitas, §. veritas, de offic. Praesid. in l. 1. C. Vt quae desunt aduocat. Ias. in §. si minus, num. 15. de Action. Felin. in cap. Pastoralis, §. quia vero, vbi Barbac. num. 36. de offic. Delegati. Idem in cap. 1. num. 14. de re iudic. Et haec est magis Communis opinio Legistarum, Canonistarum, & Theologorum. Didac. Variar. Resolution. libro 1. cap. 1. sub num. 6.

167 Et multo † magis superius allegata sunt vera, si causa committitur secundum conscientiam, per verba importantia Iustitiam, quo casu talis Commissarius debet iustè iudicare, aliàs potest appellari, & eius sententia corrigi. Franch. in cap. Statutum, §. Assessorem, sub numero 5. versic. potest etiam, de Rescript. lib. 6.

168 Pariter, datur † appellatio à Commissario secūdum conscientiam, si esset admissa. Cardin. in Clementina 1. quaest. 16. de iure patron. posui latè superius limitatione 7. principali, numero 40. ditractaui, quando iudex simpliciter defert appellationi etiam friuolȩ.

169 Similiter † appellatio admittitur si iam est inhibitum: quia inhibitio timenda est, vt late dixi superius limit. 7. num. 39.

170 Vel esset causa non modici praeiudicij, Franch. in d. cap. Assessorem, sub num. 5. Natta in Clement. Saepè, §. non sic, in verbo, secundum propriae, numero 25. de verbor. signific. potest etiam adiri superior, vt reuideat Ias. in §. sed iste, num. 133. de Action. est gloss. in Clement. 1. de baptismate, Bald.

mate, Bal. in l. 1. C. Quomodo, & quãdo iudic. Innocent. in cap. Præsertim, de test. Decius Tract. Criminalium, lib. 2, cap. 16. num. 6. in fine, tomo 2. Lancellot. d. limit. 10. num. 13. & in prædictis casibus in quibus datur appellatio, non fit per viam attentatorum, sed per viam simplicis iniustitiæ. Bellamera, Decisione 18. Oneratio. Mamfred. consilio 132. Felin. in cap. Super his, colum. 5. Corneus consil. 388. lib. 3. Hercul. de Attentat. colum. vltima, numero 56. & datur appellatio ad effectum deuolutiuum. Milis in verbo, appellari non potest, & in verbo, Iudex cui est commissum. Imola, in Clementina 1. de iure patron. Natta in Clementina 1. in §. non sic, in verbo, secundum conscientiam, numero 25. de verbor. significat.

171 Limitatur † decimooctauo principaliter, vt pendente appellatione sequestratio permissa sit in beneficialibus, in casu dilapidationis, & similibus, vt latè posui in Tractatu de Sequestro, parte secunda, per multas quæstiones.

Addo Lancelott. de Attent. appellatione pendente parte 2. cap. 12. limitatione 12. Caballin. in

172 Milleloquijs 931. † vbi sententia sequestrationis est executoria, nec per appellationem suspenditur.

Limitatur decimonono principaliter, in causa damni infecti, & similibus Mamfred. conclus. 135. Herculan. cap. vltimo, numero 121. Roman. Singulari 772. concludit in causa damni infecti, appellari posse, vti mixti imperij. Sequitur Alex. in l. 1. colum. 1. ff. de damno infecto.

Contrarium tenet ibi Castrens. Marsil. in l. vnica, colum. 35. de raptu virgin. Ripa, in l. 1. colum. 2. de damno infecto, vbi distinguit.

173 Limitatur † vigesimo loco principaliter, in sententia visitationes, à qua, si appellatur, potest interim Ordinarius ponere Capellanũ, seu Vicarium, qui exerceat, & nutriatur de fructibus Ecclesiæ, iuxta cap. Peruenit, il 2. de appellat. vbi appellatur persona grauis Vicarius ponendus per Ordinarium, per modum prouisionis, appellatione pendente; & sic eligetur pro Iudicis, & ipsius Ordinarij arbitrio. Menoch. de Arbitr. Casu 69. in fine, & super hac limitatione est decisio Sacri Concil. Trident. Sess. 24. cap. 10. vbi penitus appellatio, & inhibitio reijcitur. Et hanc limitationem ponit Marantha, in verbo, Appellatio, num. 184. Duen. Regula 42. numero 19. Mamfred. Conclusione, 194. Herculan. de Attentat. cap. 31. num. 122.

174 Ampliatur hęc limitato, † vt vera sit nedum in his quæ fiunt in ipso actu visitationis, sed post, occasione ipsius, & ita tenuit Rota, in vna Concordiensi, coram Oradino, prout refert Lancelott. limit. 18. in fine; nec auditur Clericus allegando exemptionem, nisi eam legitimè doceat, & interim in exequutione non supersedetur, ex quo Ius repugnat; & ita tenuit Rota Decis. 234. aliàs 35. Si Rector, de Appellation. in nouis.

Per quam decisionem, posset ni fallor declara

175 ri † capitulum Concilij Tridentini superius allegatum, Sessione 24. cap. 10. Aut enim exemptio simpliciter allegatur, & in exequutione nõ supersedetur; aut exhibetur, & in exequutione supersedetur. Ant. Gab. lib. 5. de acquir. possessione, Conclus. 6. numero 5. qui dictam Rotæ decisionem non allegat; & illam decisionem sequitur etiam Caputaquens. Decis. 52. par. 1. dans pro Regula, quod quando ius resistit, executio per appellationem non suspenditur, & exemptio probatur, vel de alio prælato, vel allegando esse immediatè subiectum Sedi Apostolicæ. Rota apud Caputquens. Decis. 44. parte 1.

176 Limitatur vigesimoprimo † in sententia Syndicatus, in qua fit exequutio, nec retardatur p appellationem. Marantha, in Speculo, in verbo, Appellatio, numero 193. Duen. Regula 42. num. 20. qui ambo non fundant se in dispositione Iuris Communis, sed in quibusdam prærogatiuis de Iure Communi competentibus Ponit Angel. in l. nulli, C. quorum appellation. non recipiunt. Ias. in l. qui Iurisdictioni, colum. secunda, in octaua Fallentia, ff. de Iurisdict. omnium iudic. Specul. de Appellation. §. in quibus, versic. tertio. Paris de Puteo, in Tract. Syndicat. in verbo, Appellatio, & in verbo, Sententia, & in verbo, Syndicatus. Mamfred. Conclusione 128. & 173. Hercul. de Attent. cap. vltimo, numero 76. Lancelott. limitatione 20. quibus adde, quod hæc est Communis opinio. Viuium Opinione 181. Soarez. in Thesauro, litera A num. 210.

177 Declaratur ex † mente Angeli in citato iam loco, si officialis syndicaretur à suo superiore, à quo pendet, secus si ab alio; in multis enim locis syndicatus fiunt per Syndicatores deputatos, & in Ciuitatibus adsunt Gubernatores qui nullum ibi recognoscunt superiorem; Vnde ex publico Syndicatores eliguntur. Et in multis locis officialis successor Syndicat suum antecessorem.

178 Declaratur secundo, ex † mente eiusdem, dum Syndicatur, de gestis in officio, secus si de alijs: quia bene potest, sed datur Appellatio.

179 Declaratur † tertio ex mente Lancelotti, vt supra, vt procedat in sententia diffinitiua Syndicatus, secus in interloquutoria, quia ab ea datur Appellatio. Et in hoc valde aduertẽdum est, quia malitiosi officiales quærunt nodum in scirpo, in expiscando studiosam occasionem, & appellabunt à simplici interloquutoria, committendo alteri postea causam cum toto negotio principali, & sic leuata causa, numquam videbitur finis.

180 Limitatur vigesimosecundo † in sententia Excommunicationis, quia pendente appellatione, fieri potest denunciatio excommunicati, c. Pastoralis, §. verum, & ibi Franc. numero tertio, de appellation. Ioan. Andr. in c. Venerabilibus, §. attamen, de sentent. excommun. lib. 6. Marãtha, in verbo, Appellatio, numero 167. Duen. Regula 42. numero 8. Specul. de Appellation. §. nouissime. Lancelott. Corrad. de Prætor. §. 2. de offic. Prætor. in caus. ciuili. in cap. de Appellation. sub numero vigesimoprimo, versic. quinto quando excommunicatus, Menoch. de Adipiscenda, Remed. 4. num. 832. Peregrin. de fideicommiss. Articulo 46. numero 42. & ita tenuit Rota Decis. 426. Si Decanus, §. ex codẽ facto, de procur. in nouis.

Et

Et rationem reddit Decius in d.§.verum, colum.secunda, versiculo, vnde postremo, ex mente eiusdem text. videlicet, quod sententia excommunicationis trahit secum executionem. Secũdo, quia talis sententia est medicinalis, & fit principaliter ad correctionem, cap.1. de sentent.excommunic.lib.6. Tertio, quia excommunicatus potest de facili à tali correctione releuari, præstando cautionem de stando Iuri, & de parendo mandatis Ecclesiæ.

181 Ampliatur idem in sententia † Censuræ, cap. Is, qui, de sentent.excomm.lib.6.

182 Quod limitatur, † nisi sententia Censuræ sit ad pœnam, quia tunc datur Appellatio, & suspenditur executio. Abb.in cap. Sæpè, in glos.versiculo, Rota, circa finem, de Appellat. dicens sic limitandum cap. Is qui, de sentent.excomm. quod videtur satis notandum.

183 Ampliatur secundo, vt non † solum Ordinarius possit denunciare, sed etiam Delegatus, nisi detulerit appellationi, vel superior appellationem admisisset, vt post Innocent. tradit Franc. ibi.

Ampliatur tertio, si Prælatus dicat excommunico te si appellaueris, Summa Angelica, in verbo, Appellatio.

184 Limitatur, nisi † per denunciationem excõmunicatus, in plus grauaretur, nam tunc talis denunciatio appellatione pendente fieri nõ posset, vt deducit Lancelott. limitatione 21. numero 15. per cap. Tua, de sentent.excommun.

Simplex enim denunciatio non est actus Iurisdictionis. Bellamera, Decisione 411. Vnde in ea citatio non requiritur, Asinius in Practica, §. 7.cap.5.limit.136.

185 Sed ista ratio mihi non videtur concludens, cum nec sententia excommunicationis principalis, citationem requirat: immo nec monitionem. Ant.Gabr.de Citatione, Conclus.1. numero 167.& 459.

186 Limitatur secundo loco, in † ignoranter excommunicato, qui à die notitiæ si appellet, non potest interim denunciari, Franc. dicens notabile, in d.§.verum, quęst.5.num.26.

187 Limitatur quarto loco, vt † licet à sentẽtia excommunicationis non detur appellatio, tamen à declaratoria, scilicet incidisse in excommunicationem, datur appellatio. Dominic.in cap. Is, cui, §. sanè, colum.1.versiculo, quid si appelletur, de sentent.excõmunic.lib.6. Cardinal. in Clement. 1.§.si quis autem, quæst.11. de Sequestr. possess. & fruct. Butr.in d.§.verum, col.1. & ibi Franch. colum.finali, quęst.6. Decius in cap. Peruenit, colum.1. de Appellation. Roman. consil. 482. colum.secunda, versiculo, Præterea videmus, Felin.in cap. Præterea, colum. 2.versiculo, & idem dixit, de sponsal.in cap. Rodulfus, colum.penult. versic.& appellare potest, de Rescript.in c. Cum non ab homine. colum.penult.versic. nota quod licet, de Iudic. in cap. Parochianos, colum.prima, versic. Decima Conclusio, de sentent.excõmunic. Aufrer. ad Tolosan. Decis. 299. in fine, Bertrand.consil.50.colum.finali, volum.1.in nouis. Ant. Gabr.lib.6.de Regul. iur. Conclusione 3.numero 59.Diaz.Regula 39.

188 Declaratur, vt † hæc limitatio non procedat in tribus casibus; Primus est in facto notorio, Franch.in d.§.verum, numero 27. Secundus casus est, in Declaratoria, vigore obligationis Cameralis, Galles.ad formam Cammeralem, dum tractat de processu, numero 43. versic. illud certum. Tertius est casus ad propositum materiæ de qua agimus, in declaratoria vigore executorialium, & rei Iudicatæ. Gemin. consil.99. Abb. in cap.finali, de iuramento calumn. Felin.in cap. Ad probationem, de re iudicata, Et ita tenuit Rota coram Aldobrandino, postmodum Clemente VIII.Pont.Max.Ianuarij, 1564. in vna Salamantina Canonicatus.

189 Limitatur quarto loco principaliter, † in Iudice Delegato, qui si detulit appellationi, ligantur statim ipsius manus, & sic amplius denunciare non potest. Franc.in d.§. Verum, numero 28. per capit. Cum appellationibus, de Appellation. libro 6.

Sed si denunciatio est actus extraiudicialis, vt dictum est supra, num.185. quid refert quod sint ligatæ manus circa Iudicialia.

190 Limitatur quinto loco vtiliter, in † sententia pura, secus in conditionali, à qua datur appellatio, & ante euentum conditionis non potest deueniri ad denunciationem. Franc. per illum textum in cap. Peruenit, el primo, in 4. notabili, de Appellation. pulchre Anchar. cons.240. colum. 2.Iacob. Henric.consil.4.num.1.lib.3.

191 Et licet postea † eueniat conditio, non retrotrahitur in sententia censurarum, Bald.in d.cap. Præterea, & Franc. ibidem, Glos.2. colum.2.numero 4.Lap. Allegatione 73. Prælatus, numero 4.Ioan Andr. in cap. Is, cui, de sentent. excommunic. lib. 6. & habet effectum suum non à die prolationis sententiæ, sed purificatę conditionis, Bald.in cap. Pastoralis, §. pręterea, num.10. de offic. delegati. Nauarr.in Manuali, cap.17.numero 273. versic.10.

Limitatur sexto, vt excommunicatus non sit euitandus post appellationem legitimam, nisi sit deserta. Summa Angelica, in verbo, Appellatio, numero 4.

192 Et nedum appellatione † pendẽte à sententia excommunicationis fieri potest denũciatio, modo quo supra dictum & declaratum fuit, sed potest excommunicatus priuari fructibus, & distributionibus quotidianis, & fructus applicantur Ecclesiæ, & distributiones quotidianæ accrescũt alijs. Decius post Abb.& alios, in d.§. verum, numero 21. Marantha in verbo, Appellatio, num. 168. Duem. Regula 42. numero 8. vbi reddũt bonam rationem, quod ex quo est diuisus à gremio Ecclesiæ, non debet viuere de fructibus Ecclesię.

193 Et sic excommunicatus † non facit fructus suos. Felin.in cap. Apostolicæ numero 9. de exception. Ripa, in cap.1. in octauo notabili, num.28. de iudic. Et ita pluries tenuit Rota, vt Decisione octaua, de sentent. excommunic. in Antiq. & latius apud Puteum Decis. 280. parte 1. vbi etiam asserit, istam esse Communem opinionem.

Quæ Conclusio vltra Rotam ampliatur notabiliter,

194 biliter, vt licet postea † excommunicatus absolutionem obtineat, & faciat pronunciari sententiam iniustam, tamen tales fructus non recuperat, nisi de his porrigat quærelam. Franch. in d. §. verum; num. 21. vbi rationem reddit; quia ab initio fuerunt iuste admissi, satis est quod in subsidium datur ei remedium quærelę, & e contra, si pendente excommunicatione fructus percepit & postea liberationem obtineat, tamen tenetur ad fructus eo tempore perceptos tamquam iniustus eo tempore possessor. Summa Angelica, in verbo, Excommunicatio, l. vltima, num. 10. Lancelott. de Attentat. parte 3. cap. 31. num. 80.

195 Bene verum est, † quod si excommunicatus ex legitimo impedimento nõ potuit procurare absolutionem, vel reperiatur in extrema necessitate, etiam ex culpa sua, his duobus casibus etiã per viam eleemosynæ ei succurrendũ esset, glos. notabilis in Canone, Sacrorum, 12. q. 2. quæ bona iura adducit. Card. in Clem. Vrhi, qui, §. 1. q. 20. de ętate, & qual. Fel. in c. Apost. n. 9. de except.

196 Limitatur vigesimotertio principaliter, † in materia solutionis Collectarum, Tributorum, & Datiorũ pro quibus pendente appellatione nõ retardatur executio, quando condemnatus est descriptus in Catasto, sed allegat aliquã excusationem, per quam soluere recusat, secus si esset dubium an esset debitor quia tũc in executione supersedetur, & negocium causa cognita discutitur, & agatur de Collectis præteritis. Osasch. Pedemont. Decis. 186. Gratian. Decis. March. 100.

197 Limitatur vigesimoquarto principaliter, † & vtiliter, in Tertio, qui petẽdo, vel exequi faciẽdo, nõ dicitur attentare, nec appellatio eũ retardat.

Vidimus aliàs superius de Tertio audiri volente, ad impediendam executionẽ, modo econtra, an Tertius exequi possit appellatione pendente interposita per vnum ex litigantibus.

198 Conclusio igitur sit, † quod Tertius nõ attentat pendente appellatione interposita per vnũ ex collitigantibus; & ratio est: quia litis pendẽtia afficit litigantes, non Tertium, cuius manus in exequendo ligatæ non sunt, Milis, in verbo, lite pendente quo ad litigantem. Afflict. decisione 354. num. 21. Didac. Practicab. quęstion. cap. 24. num. 4. ex glos. celebri secundum eum, in cap. non solum, in verbo, reducendum, de appellation. lib. 6. in l. creditor, in verbo, non posse, ff. mandati. Menoch. sicco tamen pede, de Recuper. remed. 17. nu. 44. q. 14. Herculan. de attentat cap. vltimo, nu. 125. Vãtius, Quis possit dicere de nullitate, n. 20. Personal. de adipiscen. nu. 367. Marantha in ver

199 bo, Appellatio, num 163. vbi infert, quod si † lata est sententia contra vnum ex reis debendi, pendente appellatione potest conueniri correus, per l. creditor, in princip. ff. mandati, per quem text. ita tenet Bart. in l. 3. §. vbi duo, num. 5. versiculo, si vero in reis debendi, ff. de duobus reis, vbi Castrens. colum. 2. & 3. Aretin. col. 2. versiculo, adde dictis, Bald. in l. finali, C. de duobus reis, in l. finali, C. de fideiuss. in l. 1. C. de diuers. rescript. Ang. in l. 2. nu. 4. ff. eod. in l. quamuis, ff. de damno infecto. necnõ in d. l. creditor, Imol. in l. hoc amplius, §. Celsus, de damno infecto. vbi Rom. Castr. Alc. Apostillator. ad eum. Aretin. Inst. de duobus, reis §. 1. col. 1. versic. quæro, an vno, Papiens. in forma libelli de duobus reis, in verbo, contra, & aduersus, num. 2. Capicius Decisione 119. nu. 7. & hæc est Communis opinio, teste Aretino, consil. 33. col. 1. Ronchegall. ad d. §. vbi duo, à nu. 77. vsque ad num. 88. qui omnes concludunt, fieri posse nedum in causa appellationis, sed in prima instantia, lite pendente cum alio correo. Corset. in Singul. suis, in verbo, appellatio, 1. num. 4. Lancelott. parte 1. cap. 3. num. 148.

Et est Decisio 56. aliàs 3. Vt lite pendẽte, in nouis. vbi vitium litigiosi non afficit Tertium.

Addo Angel. in Authẽtica, de litigios. in principio, num. 3. per text. in l. 1. §. si inter, ff. de litigios. Veronens. consil. 33. Debes scire, vbi dat pro Cautela emere à Tertio. Osasch. Pedemont. Decis. 144. sub nu. 7. Lancelott. de Attent. parte 2. cap. 4. in præfatione, num. 527. Et ita tenuit Rota in vna Salamantina, apud Mohedanum, Decis. 150. Peregrin. Decisione 97. Achill. Decisione, 61. aliàs 26. de Attent. Caputaquens. Decisione 54. parte 1. Diaz, Regula 44.

200 Ampliatur hæc Regula, † etiam si Tertio sit inhibitum, quæ non afficit Tertium, c. Romana, §. in alium, & ibi not. Franch. satis confusè, de Appellat. lib. 6. Lancelott. de Attent. post inhibitionem, limit. 10.

201 Ampliatur † secundo, etiam si ille Tertius haberet interesse secundario, non principaliter Ruin. consil. 72. num. 8. lib. 5.

Facit gl. Cõiter approbata, in l. de vnoquoque,
202 in gl. 1. ff. de re iudic. eũ † tãtũmodo esse citãdũ, quẽ negociũ principaliter, nõ illũ quẽ in cõsequẽtiã tãgit, & illã gl. Cõiter approbatã dicit Alex. cõsil. 56. n. 3. & cõs. 156. col. 1. lib. 2. vbi multis similibus eã cõprobat. Felin. in c. Exhibita, in princip. de iudic. in c. Illa præpositorũ, col. 1. vers. itẽ dicas, de Accusation. Curt. iunior cons. 111. in fine, latè Ant. Gabr. de Citation. Conclus. 1. nu. 239. vbi de magis Cõi. Osasch. Decis. Pedemont. 157. num. 4.

203 Ampliatur tertio, ẽt † si iste Tertius antea habuisset ius, & postea cessisset, & eo se spoliasset, ita vt tẽpore innouationis esset merus Tertius, ita tenuit Rota apud Paleott. Decis. 1061. Gutterius in vna Cauriensi Archidiac. 13. Nouẽb. 1558. Cotta, Decis. 139. aliàs 142. inci. Duodecimo Nouẽb.

Ego hanc Ampliationem non crederem absolutè veram, sed distinguendo vt per Osasch. Pedem. Decis. 45. Ioseph. de Ludouic. Conclus. 4. Declaratione 14. & 16.

204 Limitatur primo † loco hæc Conclusio, de Tertio, vt non procedat in eo Tertio, habẽte causam à iudice, vel à parte, iuxta not. in l. Chirographis, §. 1. vbi Bart. sed melius, & clarius Alberic. ff. de adminis. tutor. vbi Albericus, subdit vtiliter in

205 Practica, ꝙ fiscus † reuocans alienata, non tenetur refundere pretium, l. si mancipiũ, C. de rei vẽdicatione, l. inciuilem, C. de furt. l. super, C. de euiction. Pich. ad l. post contractũ, columna decimanona, & ibi Ioan. Annibal, num. ducentesimosexagesimoseptimo, Decius consil. 235. col. 3. versiculo, venio igitur. Tiraquell. ad l. si vnquam, in verbo, Reuertatur, numero 267. latissimè Bursat.

consil.43.num.5.Didac.dicens veriorem, in Epitome de Sponsal.patte secunda, capit.sexto, §.8. numero nono. Peregrin.de iure fisci, lib. 5.tit. 1. 1.nnm.173.versiculo, Prior autem, Surd. de Alimentis, titulo 9. Priuileg.35.

206 Quæ Conclusio vera est solum † in casibus, in quibus pœna imponitur ipso iure, aliàs secus: quia regulariter fiscus tenetur refundere pretiũ; ita tenent apertè omnes superius citati, exemplificantes in crimine hæresis, & Incestus, in quo ipso iute pœna à iure imponitur.

207 Regulariter autem † quando fiscus vendicat malè alienata, tenetur refundere pretium, Cin.in l.1.C.ad leg.Iul.maiestat. per tex.in l. 1. ff.si quid in fraude patroni.multos refert Pich.ad l.post cõtractnm, num.39.licet ipse quo a se dissentiat.

208 Extẽditur hęc Conclusio, vt Delinquens † nõ sit etiam tutus in foro conscientiæ, decipiendo Tertium emptorem, sie bona fide ignorantem, cum periculo amittendi rem, & pretium. Siluest. in verbo, Hæresis, 98. Io.à Medina, de Restitutio, fol.4.col.3.Hadrian. Quolibet.6.Articulo 1. Illatione 3.

Bene tamen in foro conscientiæ est tutus quo
209 ad se, retinendo, † & occupando dicta bona, in præiudicium Fisci, Couarr.dicens veriorem in Epitome de Sponsal.par.2.c.6.§.8.nu.10. Et licet ibi conetur discurrere, quando pœna imposita à Lege Ciuili obliget in foro conscientiæ, tamen latius, & clarius declarat Rolandus in tract.de Inuentario, prope finem, vers.An in foro, fol.mihi 221.Gabr.de malefic.Conclus.34.

Requitur tamen declaratoria, crimen esse cõmissum. Bart. in Authent.de incest. nupt.col.2. Bald.in l.quæ sub conditione, §. finali, de Cond. institu.Dominic.in cap.Felicis, col.a.de pœnis, libro 6. Ant.Gabr.de Malefic.Conclus.10.

210 Poterit tamen † talis delinquens alienare ex causa alimentorum, vt latè deducit Surd. de aliment.titulo 9.Priuileg.35.

211 Si tamen † pretium esser versum in vtilitatẽ, bonorum per fiscum recuperatorum, esset emptori restituendum. Bursat. consil. 43. numero 5. Dixi in tract.de re furtiua, penes Tertium reperta, quæst.16.

Sed redeundo ad casum principalem, de qno principaliter agitur, reuocantur attẽtata facta per tertium appellatione pendente habente causam à iudice, vel à parte. Addo Socin.iun.cons.52.nn. 13.lib.a.Personal.de Adipiscenda, nu.367.

212 Ampliatur vltra † aliosnotabiliter, vt Tertio in hoc casu non competat beneficium excussionis. Dixi in tract.Excussion.par.a q.69.nu.9.dicẽdo, ex mente multorum, hoc esse valdè notabile.

Et ad confirmationem superius positæ limitationis, Afflict.Decisione 354.num.21.

Et cum hac limitatione tenuit Rota Thom. de Tanis Decisio 73. aliàs 76. Attentata per Tertinm. Decisione 56.aliàs 3. Vt lite pendente, in nouis.& coram Augustino, in eius Recollect. lib. 1. incipientè, Lite pendente.

213 Ampliatur secundo pręsens limitatio, etiã † si iste Tertius esset possessor cũ titulo, & bona fide, sentit Bal. Nouell.de dot.pat.12. n.69.quã late explicaui superius, n.16. cõsiderãdo ibi plures casus.

Et est notabilis hæc ampliatio: qa in casu Baldi Nouelli, sumus in titulo dotis, & in actu, licito, in muliere renubente, & ad secunda vota trãseunte cum eadem dote.

214 Nec videtur à iure alienum, quod possessor, licet sit cum titulo, & bona fide, molestetur pro vitio sui authoris. Hinc Publiciana non datur cõtra titulo possidentem, l.siue autem, §.si duobus, ff.de Publiciana. Limitatur tamen singulariter, nisi iste possessor cum titulo, & mala fide habuisset istum titulum ab aliquo vitios.authore. Bal.in l.inciuilem, C.de furt. vbi rationem reddit: quia titulus vitiosus habetur pro non titulo. Idem clarè sentit Bart.in l.manifestissimi, §.sed cum in secunda, vers.quæro quid si ad aliquem, C. de furt. vbi rationem reddit: quia mala fides venditoris, maculat emptorem. Et hoc pro valde singulari ponit Ias.in §.sed iste, numero 20. de Action. dicens singulariter notandum.

215 Sic etiam Remedium † spolij datur contra possidẽtem cum titulo, & bona fide, qui causam habuit à vitioso possessore. Socin.ad l. rẽ quæ nobis, nu.12.ff.de acquir.possessione, vbi tamen Menoch. Remed.15.à nu.73.vsque ad nu.80.cõsiderare videtur vitium personale, & reale, & in personali facilius concedit, quam in reali, quod mihi satis durum videtur.

216 Ampliatur tertio, etiam si † non probetur de sententia istius Tertij, de tali vitio, sed satis est, qđ appareat possidere. Guido Papæ q. 362. per l.de vsu, ff. de extraord. cognit. & sequitur Menoch. de Recuper. Remed.17.nnm.27.

Et ad prædicta facit, quod literæ executoria-
217 les, † seu brachium seculare mandatur executioni cõtra Tertium mediatum, vel immediatũ, qui emit lite pendente rem super qua litigabatur sine nouo processu. Bald.in l.executorum, nu.22. C.de execution.rei iudic.in l.ob maritorũ, nu. 4. vers.breuiter dico, C.Ne vxor pro marito, in l.certa, nu.1.in fine, C.Vt in posses.legat.Socin.senior, consil.13.col.1.Castrens.in l.A Diuo Pio, §.si super rebus, ff.de re iudicata, & ibi Comẽs.n.5. Menoch.de Adipiscenda, Remed.5.num.127.

Addo Didac.Practicab. q.c.15.nu.7.per illum progressum, qui non dissentit, quando alienatio fuit facta lite pendente. Et ita tenuit Rota in vna Romana vineæ, vt apud Mohedanum, Decis.12. in titulo de executione rei iudicatæ, citata tamen parte, vt per Capic.Decis.128.num.12.

218 Quæ Conclusio ampliatur etiam † in fructibus, & ita tenuit Rota in vna Perusina bonorum, coram Puteo, prout in Recollectis Achillis de Grassis, Decis.140.in titulo de fructibus.

Et sic colligitur ex prædictis, vt superius addu-
219 cta † procedant in alienatione lite pendente, secus si ante, vt inter alios clarè deducit Didac.in citato loco, & per multas decisiones Rotæ comprobat Lancelott.de Attent.par.1.c.3.num.28.

220 Si tamen res alienata † sit affecta vitio reali, transit in singularem successorem, etiam qđ alienatio non proueniat nec à parte, nec à iudice, & sic esset successor mediatus, nõ immediatus. Frãch.in c.bonę, n.12.versic.3.Conclus. de Appellation.per

tion, per tex. in cap. Ex parte Ade, & ibi not. Imola, col. 2. de testibus, dicens esse vnicum, & singularem in Iure. & faciunt notata per Negusant. in Tract. de pignorib, in membro octaue part, num. 12. vbi hypothecaria datur contra successorem mediatum, & immediatum, & subdit ibi vtiliter,
221 Franch. quod † si Tertius nō haberet causam, nec à Iudice, nec à parte, & principaliter innouasset, diceretur attentasse, & vide quæ posui Exceptione 108. num. 6. cum seq. & declaratione ibi.

Limitatus secundo loco hæc principalis limi-
222 tatio de Tertio, vt † non procedat, dara appellatione extraiudiciali, & generali contra quoscumque à quacumque turbatione, quo casu includitur Tertius, iuxta secundum intellectum Frāch. in d. c. Bonæ, col. 2. quem reputat notabilem, & sæpè occurrere potest. Ego generaliter appello contra quoscumque turbantes, nam hoc casu includitur Tertius.

223 Declaratur tertio loco, in Tertio † attentante vna cum parte. Bisignett. Decisione 30. nu. 4.

224 Declaratur quarto loco, nisi † Tertius per actum, quem facit lite pendente, impediret Iurisdictionem Iudicis; nam hoc casu, etiam contra Tertium, agitur ad reuocationem eius quod attentauit lite pendente, ad notata in cap. 1. c. Sanè, cap. Pastoralis, de offic. delegati. Et hanc Declarationem posuit originaliter glosa in cap. Non solum, in gl. magna, versiculo, nisi ille Tertius, de appellation. lib. 6. Lancelott. de Attent. parte 1. cap. 3. num. 43. & 44. vbi extendit, siue sit Iudex primæ instantiæ, siue secundæ.

225 Declaratur quinto loco, nisi ille † Tertius, præsumptione iuris esset eadem persona cū principali litigante, vt pater & filius, & similes, vt per Bellamer. Decisione 551. Si procurator; Vnde si pater litigat, filius innouando præiudicat patri, si potuit prohibere, & non prohibuit; sic in procuratore domino sciente, & non prohibente si potuit; Et hanc declarationem simpliciter sequitur Lancelott. de Attentat. parte 1. cap. 3. num. 46.

226 Circa quam declarationem crederem † aliquantulum insistendum: nam cum Doctores tractant Conclusionem illam, quod pater, & filius censeantur vna, & eadem persona, tam in l. finali, C. de impuberum, quam apud Tiraquell. latissimè ad l. si vmquam, in principio, à num. 15. vsque ad num. 37. quam apud Mascatdum Conclusione 1151. & alibi, omnia exempla tendunt, vel ad ius acquirendum, vel conseruādum, vel pœnam euitandam, non autem ad penam incurrendam, prout in casu nostro, Immò Ias. in d. l. finali, sentit quod quando daretur casus, vt pater teneatur ex facto filij, vel econtra, tunc pater, & filius censentur diuersæ personæ, & ob id summa æquitate introductum, ne filius pro patre, vel econtra. Hinc Angel. in l. inficiando, §. vltimo, ff. de iniur. num. 8. respondit Bart. decidentem, quod si extet Statutū, disponens vt in Nuptijs non possint inuitari nisi duodecim feminæ, si pater, & filius, vxores ducant, & sint inuitatæ 24. incurritur pœna; quia vnicū reputatur matrimonium: cuius contrariū ibi tenet Angelis, vt sint duo matrimonia, & diuersę personæ ad penā euitandā. Nec obstat eius argumentatio: non enim valet consequentia, in fauorabilibus filius cēsetur eadem persona cum patre, ergo in odiosis, cum ex diuersis non fiat illatio. Nec ad rem facit Decisio Bellameræ 551. per Lancelottum allegata: quia loquitur in diuersis terminis, scilicet, si procurator excedat fines mandati, & dominus sciens non contradicat, hoc enim non habet commune cum filio, qui nō habet mandatum aliquod à patre, in quo excedi possit, prout potest procurator à domino constitutus, & sic dura videtur hæc Lancelotti declaratio.

228 Circa tamen † Conclusionem stabilitam per Bellameram, in allegata Decisione, vltra eum addo, quod ita se habet Cōmunis opinio, Mascard. Conclusione 1004. num. 22. & vltra eos benè facit text. in l. semper qui non prohibet, ff. de regul. iur. vbi Decius, numero 8. Cagnol. numero 16. dicunt eam procedere, etiam in delictis, & actibus illicitis.

229 Declaratur sexto, † nisi tertius vellet fundare se in iure causæ principalis, à qua fuit appellatum, tunc enim diceretur attentasse. Bald. in l. qui à latronibus, §. 1. & ibi Imola, de testam. col. penult. versiculo, tangit hic. Bald. in l. si quis filio, §. qui autem, ff. de iniusto testamento. Felin. in c. Super eo, sub num. 3. de offic. delegati. Menoch. de Recuper. Remed. 17. num. 45.

230 Declaratur septimo, † nisi iste tertius adhęsisset appellationi per principalem interpositę, quia per adhæsionem facit se principalem. Bald. in l. qui à latronibus, §. 1. ff. de testament. in l. 1. C. si à non compet. iudic. Vital. in Clausul. Nil innouar. appellatione pendente, num. 20. Felin. in cap. Super eo, nu. 3. de offic. Delegati. Mamfred. Practicar. Conclusion, super attent. lib. 2. Conclus. 114. Lancelott. de Attent. appellatione pendente, parte 2. cap. 4. Ampliatione 12. Vnde melius est quod quis sit simpliciter tertius, quam ad hærens appellationi; & ita tenuit Rota Decis. 381. alias 52. de Appellation. in nouis.

231 Declaratur octauo pręsens materia, † vt sicut tertius nō dicitur attentare ex iam dictis, ita nec cōtra eum dicitur attentatum, nec per iudicem, nec per partem, vnde appellatione pendente per vnum ex reis dibendi, potest contra alium procedi, iuxta ea quæ superius annotauimus, num. 204.

232 Hinc etiam inhibitio † emanata ad fauorem principalis, non prodest fideiussori, nec in aliquo eum iuuar. Bal. in l. 1. in fine, C. de diuers. rescript. per l. creditor, ff. mandati, quam singularem dixit Corsett. in Singular. suis, in verbo, appellatio, 1. in 4. limitatione. Marsil. in l. vnius, §. custodiæ, num. 31. ff. de quæstion. Bald. ante eos, in l. si quis filio, §. hi autem, ff. de iniusto testamento.

233 Ampliatur hæc Cōclusio, etiam † si inhibitio esset supremi Principis, vt consuluit Decius, consil. 213.

234 Ampliatur secundo, † etiam si esset facta mētio fideiussorum indefinitè, vel in genere, prout in limitationibus dicam.

Ampliatur tertio, etiam si inhibitio fideiussorum esset geminata. Decius, consil. 33. numero 6.

235 Limitatur primo loco hæc Cōcl. vt † vera sit,

& solũ procedat in fideiussore Iudicij, cui pdest talis inhibitio, secus in fideiussore contractus, cui talis inhibitio nõ prodest; Vnde sentẽtia lata contra principalẽ, potest mandari executioni contra fideiussorem Iudicij, non citatum, & sine nouo processu, secus contra fideiussorem contractus, vt latè dixi Decisione 136. Casuum frequẽtium, vbi ex Ronchegallo attestante suam hanc esse Communem opinionem.

Addo Anchar.quæst.familiar.19. parte 2. Decium consil.400.num.10. Nattã consil.345. Herculan. de Cautione de non offendendo, cap. 50. num.78. latius cap.29. Marsil.in Rubr. de fideiussor.quæst.49.nu.348. Asinium in Practica, §.31. Ampliat. 2a. qui pariter asserit hanc esse Communem opinionem, & hanc dicit magis Communem Mintyng.Singul.obseruation.Centuria 4.Decisione 96.& ita tenuit Rota in vna Anconitana Attentatorum, coram Oradino, 1566. prout eam refert Lancelott. de Attent. post inhibitionem, parte 2.cap.20.limitatione 6.num.9.

236 Limitatur secundo, quando † est facta mentio de fideiussoribus, & causa habet connexitatem cum principali, ex concilio Decij 33. per totum illum discursum; quod consilium mihi videtur in dubium reuocare id quod diximus in præcedenti limitatione, de fideiussore contractus, & Iudicij: nam in casu Decij sumus in fideiussore contractus, & tamen ibi Decius vult, inhibitionẽ operari ad fideiussorem contractus, data connexitate, & regressu.

237 Limitatur tertio, quando Stylus Curiæ, vel consuetudo loci, vel conuentio partium aliter suadeat, ex Duen. Regula 276.

Limitatur quarto; vltra Duen.& alios, quod
238 † aut exceptio, vel delatio respicit merita causæ, & tunc extenditur ad fideiussorem: aut exceptio est simpliciter dilatoria, prout est litis pendentiæ, & tunc non extenditur; ita colligitur ex Aretino consil.33. quod latè examinat Marsil. de fideiussor.num. 274. cum seq. vbi etiam subdit, quod correus, vel fideiussor, potest comparere, & adhærere liti per l.si per lusorio, §.quoties, ff.de appellation.& in l.si suspecta, vbi glos. & Angel. ff.de inoffic.testamento.

Et circa intellectum l.creditor, ff. mandati, in quo se fundant Doctores, notandũ videtur, quod
139 † ibi loquitur quando sententia fuit lata contra fideiussorem qui appellauit, quod interim potest conueniri reus, secus fortasse dicendum videtur in appellatione principalis, qui fideiussorem defendere tenetur, nam extendi videtur. Ita considerat Franch.in cap. Cum teneamur, num.18. de Appellation.

240 Et sicut contra † tertium non datur de attentatis, vt dictum est, ita nec ipse potest dare de attentatis de lite inter alios pendente; & ita tenuit Rota in vna Pacensi, coram Oradino, die 20. Maij 1570.

Et licet Tertius excusetur ab attentatis declaratur nono, nisi litigiosam rem alteri cessisset; nam in hoc casu cessio operatur vitium attentatorum, Ripa, in cap. M. num. 193. de Constitut.

Declaratur decimo de Iure Canonico, cuius virtute Tertius etiam si non sit spoliator, conuenitur per viam attentatorum. Socin.iunior, cons. 52.num.11. lib.2. etiam si Tertius in vitium non successerit. Personal, de Adipiscenda, num.369.

241 Limitatur vigesimoquinto † principaliter, in continuatione possessionis, cum nec hoc dicatur attẽtatum, glos.magistra in cap. Non solum, de Appellationibus, libro 6. in Clementina 2. Vt lite pendente. Bero.quæst.120. num.13. Decisio Perusina 69.num.7. Milis, in verbo, Innouare, Capic.Decisione 72.num.2. Paris. consil. 41. nu. 38. libro 1. Gozad.consil. 75. Bellonus consil.18. num.24. Menoch.de Recuper. Remed. 17.num. 49. & ita pluries tenuit Rota, vt Decis. 10. aliàs 89. de Appellation.in antiq. Decis. 43. aliàs 321. de Appellation.in nouis. Bellamera, Decisione 701. Cassador. Decisione vltima, num.14. de causa possession. & proprietat. Caputaquens. Decis. 56. aliàs 51. parte prima. Rota nouissima Decis. 785.num.3. par. 1. Et hęc est Communis opinio. Lancelott.de Attent. lite pendente, Limitatione prima, num.3. Amat. Decisione Marchiæ 10. Anton.Gabriel.lib. 5. de Aquir.possessione, Conclusione 6. Borgnin. Decisione decimasexta, numero 13.

242 Et desipere † dicitur, qui timore litis; à possessione desistit, Rota Decis.44. de Appellat. in nouis.

243 Ampliatur hæc Conclusio, † etiam si nedum fuerit appellatum, sed inhibitum, nam adhuc inhibitione non obstante, potest continuare possessionem suam, cap.1. Vt lite pendente. Decius consil.103.col.1. Bertrand.consil.4.colum.1.vol. 4 consil.31.col.1.volum.1. Ant.Gabr.de Acquir. possessione, Conclus.6.num.8.

Addendo Paris.consil.29. num.8. vol.1. Milis, in verbo, Spoliare, Ripa Responso 11. num.9. de accusation.lib.2. Minsynger. consil.61. num. 44. Bellon.consil.18.num.23. pulchrè Crauetta cons. 235. Paris.consil.272.vol.4. Purpurat. consil.14. num.15.vol.1. Borgnin. Decis.16.num.13. consil. 172.num.14.vol.4. Mannos, de Inhibitor. quæst. 23.& super Regula de subrogand. quæst 8.num. 3. Neuiz.cons.82.num.85. Lancelott. de Attent. lite pendente, par.2.cap.4.limitatione 1.num.10. Herculan.de Attent.cap.3.num.16. Et ita tenuit Rota Paleott. Decisione 264. Extabat, ad finem.

244 Ampliatur secundo, etiam si possessio esset contra Ius, & cõpeteret ratione priuilegij. Abb. in cap.1.in 5, notabili, Vt lite pendente. Cardin.in Clement.2.eod.titulo. Roman.consil.37.in fine, Sarain.ad Matthesilan. notabili 28. nu.3. & Dec. in allegato consil. 103. dummodo priuilegium allegetur, & exhibeatur, aliàs allegando solam præscriptionem, donec de ea tantum discutitur, executio non retardatur. Ancharan.in cap. Cum personæ, in 11. notabili, de priuileg. lib.6. melius. Ioan, Lup.in cap. Per vestras, n.43. fol.132. & hoc verũ est, si sumus in Iudicio Ordinario, nec prius sit cognitũ in Summario. Capic.Decis.189.nu.3.

245 Ampliatur tertio, quod pendente † appellatione per eum interposita, appellans prosequi possit possessionẽ suam, Angel.in l.si cuius, nu.4. de Appellation. recipiend. Alberic. in l.1.col.2.

in prin-

in principio,ff.nil nouari appellatione pend.inferens ex hoc,quod Notarius,condemnatus de falso,si appellat,potest interim Instrumenta conficere;pariter condemnatus ex delicto,ex quo redditur intestabilis, pendente appellatione poterit condere testamentum.idem repetit Alberic.col. vltima,versiculo,item possessori,vbi limitat, dũmodo non præiudicet appellato. Lanfranch.decisione 447.Mannos, de Inhibitor.quæst.23.nu. 8.Lancelott.de Attent.appellatione pẽdente,Limitatione 26. Personal. de Adipiscenda,nu. 368.

246 Idem e contra, pro parte † appellati, vt debeat manuteneri in sua possessione,vel quasi, nec impediri per appellationem ex aduerso interpositã, consuluit in casu frequenti Paris. cons.39. vol.1. vbi exactor non impeditur exigere solitas pagas, per appellationem in contrarium interpositam.

247 Vidi sæpius dubitatum, quid in casu † inappellabili,puta, fertur sententia in Saluiano, & capitur possessio per actorem contra tertium possidẽtem,an ex hoc tertius condemnatus,qui appellauit,possit continuare possessionem suam.

Fortius dixit Herculan. de Attent. cap.3. nu.
248 18.quod † si ante litem motam possidebam, sine causa,vel indebite,si postea emo ab eo,qui habuit contra tres conformes, & prosequor possidere,non dicor attentare, sed continuare possessionem meam.

249 Ampliatur quarto † si possidebat ciuiliter tantum, & lite vel appellatione pendente cepit naturalẽ,ex hoc enim non dicitur attentare, sed continuare,cap.Cum venissent,vbi Abb.in tertio notabili,de rest.spoliat. Alex.cons.99.num.5.vol.5. Paris.cons.vltimo,lib.4.

250 Hinc locator † non dicitur attentare si capiat possessionem rei locatæ, post commissionem factam per conductorem, causæ iactationis considerata priori possessione quam habebat ante litẽ motam; Et ita tenuit Rota in vna Bononiensi attentatorum,coram Cotta,16.Ianuarij,1570. Dixi in Tractatu Locati, & Conducti,parte 6.titulo,de Attent.num.5.

251 Hinc etiã Statutum † quod pro noua possessione soluatur Gabella,non comprehendit eum, qui prius habebat ciuilem,& lite pendente,cepit naturalem. Abb.in cap.Cum venissent,in vltimo notabili,de restitutione spoliator.

252 Pariter Statutum † de turbata possessione, nõ habet locum in isto casu,& similibus. Hercul.de Attentat.cap.3.num.15.

253 Ampliatur quinto, in habente † simplex Constitutum. Paris.consil.vltimo,nu.12.lib.4.

Nisi esset lis super validitate, vel inualiditate contractus,in quo aderat tale Constitutum,quia hoc casu durante litis pendentia super cõtractu, diceretur attentatum. Socin.cons.78.nu.7.vers. confirmatur ista opinio, lib.3.& per hoc Socini cõsilium ita tenuit Rota,in vna Fulginatensi bonorum,& spolij attentati,coram Caputaquense, 11.Februarij,1588.

Hoc idem tenet Vrsil.ad Afflict. decis. 131.ex doctrina Bart.in l.3.§.si seruus, ff.de acq. posses. vbi Ias.nu.8.& 9. dicit cum Bart.esse Communẽ
254 opinionem, scilicet quod Bannitus † dum pendet quæstio super validitate banni, non potest offendi.Idem latè comprobat Felin.in cap. Quæ in Eccelesiarum,num.7.in tertio casu,de Constitution.Sed mihi non videtur quod sit bona illatio, ab actu irretractabili,prout est offensio personæ, ad actum retractabilem,prout est casus iste,in reuocatione simplicis possessionis.

255 Sed propius ad rem,quod † exceptio nullitatis contractus,impediat executionem,& vsum instrumenti,tenet Romanus,consil.42. numero 2. Corneus,consil.93.volum.4. Bal.in l. in ementis, in tertio notabili,C.de cõtrah.emptione,in l.Sancimus,C.de donation. Alex.consil.119.volum.1. Imola,in l.finali, ff.à quibus appellare non licet. Ias.in l.Iurisgẽtium,§.quod fere,colum.finali, ff. de pact.Marantha.consil.59.num. 32. Crassus ad Statutum,exceptione 24.num.26.Afflict. Decis. 21.num.14.

256 Ampliatur sexto, vt † talis continuatio fieri possit etiam per heredem defuncti,post eius mortem, cum eadem persona cum defuncto repute-
257 tur: Hinc hæres † potest apprehendere possessionem bonorum defuncti propria authoritate. Bart.in l.vltima,numero decimosexto, C.de edicto Diui Adriani tollendo,vbi Decius, numero tertio,Bald.numero 3. Zuchard. numero 107. Alex.in l.A Diuo Pio, §.si super rebus,num.27. in fine,ff.de re iudicata,Ripa, in Rubr. Quorum bonorum,numero secundo,versicul.quinta.Alexand.in l.quoties,numero quinto, in l. extraneũ, in fine,C.de hæred.instituendis.Decius,consil.191. numero nono, versiculo secundo quis. Gozad. consil.21. numero decimo. Neuiz.consil. 82. numero 29,Menoch.de Adipiscenda,Remed.6. numero 4.

Addo Plotum, de in litem iurando,§. 5. num. 22.Calcan.consil.67.col.2.in fine.Paris. cons. 54. num.1.lib.3.cons.37.num.22.lib.2.Socin.iunior. consil.75.numero 10.libro 1. Duran. de arte testan.titulo 11.Cautela 20.num.2.vbi monet hæredem,vt quanto citius adeat hæreditatem præoccupando locum alijs, quia hoc modo possidebit, & semper erit reus, & alij prætendentes cogẽtur esse Actores, & illis eorum intẽtionem minimè probantibus; Reus absoluetur, & sic hæres festinans semper possidebit, & fructus percipiet. Personal.de Adipiscenda,num.8.

258 Et infamia † non soluitur morte,sed ad heredem transit,l.hæres absens,l.si Pretor,ff.de iudic. l.seruus,ff.de infam. Niconit.in c.Quoniam contra,nu.47.de probation. Angel.in l.tam ex contractibus,ff.de iudic.Socin.consil.30.vol.1.

259 Amplia procedere † etiam in Clerico, Castr. in l.cum quædam puella,ff.de iurisd.omn.iudic.

Fallit in fisco.Socin.consil.46.vol.4 latè in materia Asinius in Practica,§.2.c.12.à num.6.

260 Ampliatur septimo,† etiam si talis continuatio fieret per modum recuperationis,continuare enim dicitur qui possessionem suam incontinenti recuperat,nec attentat,l.3.§.cũ igitur,vbi Bart. l.qui possessionem,ff.de vi, & vi armata. Barbac. consil.trigesimooctauo,colum.quarta, libro primo. Angel.in Disputatione,Renouata guerra, in primo dubio, Ias.in l. Clam possidere, §.qui ad

nundinas, in quarto notabili, ff. de acquir. possessione, Ruin. consil. 38. num. 1. consil. 42. num. 2. & 5. consil. 43. num. 2. libro 4. Gozad. consil. 1. num. 19. Marantha, Disputatione 9. num. 27. & 28. Neguzan. consil. 82. num. 10. pulchrè Crauetta, cõs. 4. num. 8. & 9. Menoch. de Recuperanda, Remed. 1. num. 338. & Remed. 9. num. 107. est Communis opinio. Abb. cons. 62. col. 2. num. 8. libro 2. Dec. cons. 460. n. 18. Gratian. Decis. Marchiæ 10. num. 14. etiam si armata manu hoc faciat. Cornazan. Decisione Lucana 153. num. 3.

261 Declaratur hæc Conclusio, nisi † ante recuperationem conuenerit causam committi, quo casu amplius propria authoritate recuperare nõ potest, etiam si de iure possit dici incontinenti, nisi in Commissione fuerit facta reseruatio. Decius consil. 460. num. 19. Natta consil. 430. num. 24. lib. 2. Lancelott. de Attentatis, licet penden. Ampliat. 1. num. 8.

262 Incontinenti † autem quando dicatur facta recuperatio, ponit Menoch. de Arbitrar. Casu 11. sed non satis clarè, iudicio meo.

263 Cardinalis Iacobat. in Tract. de Concilio, litera B. fol. 163. dicit, quod vt recuperatio dicatur facta incontinenti, non requiritur valde exacta festinatio, sed sufficit in eo talem moram abesse, ex qua verisimiliter notati possit negligentia recuperationis, & satis dicitur incõtinenti fieri, quod opportunè fit.

264 Vnde interdum † incontinenti dicitur facta recuperatio, etiam post decem annos, in re difficilis recuperationis. Bald. in l. final. C. de his qui à non domin. Abb. consil. 100. libro 1. Paris. cons. 10. num. 86. consil. 25. num. 123. libro primo. Decius consil. 460. num. 21.

265 Dummodo in eo † tempore verisimiliter versatus fuerit in præparamentis necessarijs ad recuperationem, vnde colligi possit continuatus animus recuperandæ possessionis naturalis, & ciuilis non amittendæ, ex cuius retentione competit recuperatio naturalis, ex Felino in cap. Vigilanti, num. 8. de præscript. Paris. consil. 23. num. 123. libro primo.

Et vltra Menoch. & alios materiam tractantes adduco pulchrũ Cõsilium Ruini, 42. vol. 4. super recuperatione Regij per Ducem Ferrariæ, qui post decennium elapsum recuperauit, & tamen ibi concludit esse factam incontinenti: quia commoda occasio per prius se non obtulit, & discur-
266 rit ibi Ruin. quod interim † fiant præparamenta, & prouisiones, vel saltem fiat aliqua protestatio, nisi impedimentum sit notorium, & licet fortasse amiserit ciuilem suspicando se posse repelli, adhuc secundum eum recuperatio propria auctoritate licita erit; & licet vrbanè tractauerit recuperationem, non præiudicat, quia præsumitur factum ad tollendas rixas. Hoc idem laudando Ruinum consuluit pro Republica Genuẽsi. Menoch. cons. 2. nu. 179. quæ pariter per multos annos post recuperauit propria auctoritate amissa antea, impedita continuis bellorum tumultibus.

Declaratur secundo loco supra firmata Con-
267 clusio, vltra Menoch. & alios, nisi possessio † esset ex omni parte vacans, puta, quod recuperare volens, perdidisset etiam ciuilem, nec eam retinuisset. Bart. in l. 1. §. interdum, num. 3. ff. Vti possidetis. Pontan. de Spol. lib. 3. num. 155. pulchrè Rebuff. à nemine allegatus, in titulo de causa poss. & propriet. Curt. mihi in folio magno, fol. 254. versiculo, quintum remedium, vbi clarè loquitur.

268 Ampliatur octauo, vt † continuans possessionem possit expellere volentem ingredi, nec hoc casu dicitur spoliare, pulchrè Milis, in verbo, possessor potest, dicens hoc verum, siue tentaret occupare per vim, siue clam, & ibi subdit ad huius materiæ declarationem, quod si possessor amisit etiam ciuilem, debet incontinenti recuperare, & non ex interuallo, sed vbi non perdidit ciuilẽ, potest quandocumque donec occupator desistat, quia occupando semper turbat; & sic declarãtur ea quæ superius dicta sunt in præcedente declaratione.

269 Hæc autem vera sunt in rebus † stabilibus, secus in rebus mobilibus, quas nõ licet leuare de manu alterius lite pendente, licet in eis quis prætendat interesse; Et ita tenuit Rota corã Finetto, die 14. Februarij, 1569. Casus frequens est, & valde quotidianus.

Ampliatur nono, vt procedat, etiam si conti-
270 nuatio fieret per modum refectionis, quia † reficiendo etiam post præceptum sibi factum, non dicitur attentare. Ita Alciat. in causa propria, cõs. 100. incipiente, Alciati causa, num. 8. lib. 5. Casus pariter frequẽs, & multi ignari Iudices stante præcepto aliter sentirent.

271 Ampliatur decimo, vt † locando dicatur continuare, cum per Instrumentum locationis probetur possessio, iuxta ea quæ latè posui in Tractatu Locati, par. 6. quæst. 11. vbi an per instrumentũ locationis probetur possessio pulchrè in terminis Berous cons. 87. num. 5. vol. 1.

272 Etia † si locatio sit facta in potentiorem, cum per eam non trãsferatur, nec dominium, neque possessio, & ita tenuit Rota coram Gropperio in vna Rauenatẽsi bonorũ, decima Decembr. 1563.

273 Et sic † Titulus C. Ne liceat potentiori, & ff. de alienat. iudic. mutand. causa fact. non habet locum in locatione nisi de dolo constet, qui in dubio non præsumitur.

Limitatur hæc Conclusio, de continuante
274 possessionem, vt † vera sit, & procedat multis concurrentibus, in quibus consistit, & resoluitur tota hæc materia.

275 Primo, quod † cõstet de possessione vera, vel præsumptiua, scilicet quod de iure præsumatur possidere Natta, consil. 606. Approbo, num. 10. lib. 3. & ita tenuit Rota Decisione 89. aliàs 10. de Appellation. in Antiq. Felin. in c. Dilecti, col. penult. in fine, de maior. & obed. Mascard. Cõclus. 148. nu. 17. Gratian. Decis. March. num. 13. Vestr. lib. 8. c. 4. nu. 17. Lancelott. de Attent. par. 2. c. 4. limit. 1. n. 78. par. 3. c. 26. nu. 35. Et non sufficit possessio turbida, vel defectiua. Decius consil. 103. prope finem.

Secundo, quod non alteretur modus primæuæ possessionis, & continuãdo vtatur, eo modo quo vtebatur ante litis contestationem. Glos. Communi-

muniter approbata, in c. Non solùm, in glos. magna, circa medium, versiculo, Dic tamen, de Appellation. vbi Franch. in primo notabili, pulchrè Berous consil. 118. numero 8. lib. 3. Herculan. de Attentatis; cap. 4. num. 6. Lancel. de Atten. lite pendente, limitat. 1. num. 69.

Tertio, quod possessio non sit de iure speciali, Castrensi consil. 401. Illa quę, numero 2. lib. 1. Sequitur Probus ad Monach. in cap. 1. Vt lite pendente, lib. 6.

Quarto, quod causa non sit auocata per Papã. Franch. in cap. Vt nostrum, numero 5. de Appellat. Paris. consil. 39. num. 7. lib. 1. Ant. Gab. de acquir. possess. lib. 5. Conclusione 6. numero 14. Et ita tenuit Rota Decis. 75. aliàs 4. de testibus, in nouis.

Quinto, vt non procedat in possessione noua, Berous consil. 110. numero 9. libro 3. & possessio non sit deducta per testes nulliter examinatos, & sine citatione. Rota coram Gropperio, 12. Ianuarij, 1568. Lancelott. de Attentatis, parte secunda, cap. 4. num. 86.

Sexto, nisi in continuante notaretur perfidia. Abb. dicens singulare, in cap. Cum M. numero 32. de Constit.

276 Limitatur vigesimosexto principaliter, † in Iudice à quo, cui fuit remissa causa per Iudicem ad quem, qui stante remissione, & non obstante appellatione, sententiam suam exequi potest. Rota Decisione 138. aliàs Prima, de offic. Delegati, in nouis. & Decis. 461. aliàs 65. in nouis.

277 Limitatur vigesimoseptimo, † vt pendente appellatione interposita, possint executioni mandari ea omnia quæ poterant pendente causa prin-
278 cipali, prout compellere † litigantem ad componendum, iuxta l. posteàquam, §. Imperator, ff. Vt legatorũ nomine caueat. vbi Alberic. & Bar. in prima oppos. hoc notant, & dicunt illum text. ad hoc singularem, prout ex Alexand. in Addition. ad Bart. licet re vera, Titulus Vt legatorum nomine caueatur, circa bona stabilia non sit in vsu; vt post relatos tradit Peregrin. de fideicommiss. Articulo 40. num. 14.

279 Hinc etiam est † si in iure patronatus, Patronus præsentauit primo loco vnum, & is, à non admissione Episcopi appellauit, potest patronus, etiam pendente hac appellatione, alium præsentare, sicut poterat ante appellationem. Sicut in c. Pastoralis, de iure patronat. Firmian. in verbo, appellatione pendente, in 4. Fallentia. Marantha, in verbo appellatio, num. 165.

280 Idem dicimus † de cessione bonorum, quæ pendente appellatione fieri potest, vt dixi supra, limit. 12. numero 67. Sic, & carceratus appellans, non est relaxandus, sed vlterius detinendus sicut poterat in prima instantia. Alciat. consil. 48. num. 2. libro 6.

281 Et generaliter hanc limitationem ponit Corsett. in verbo, Appellatio, in 6. Fallentia. Vital. in Clausul. Nil innouar. appellatione pend. numero 9. Alexand. in Rubr. Nil innouar. appellat. penden. Mamfred. Conclus. 61. de Appellation. sub numero 21. Herculan. de Attentat. cap. vltimo, numero 65.

282 Prout etiam † Iudex à quo, ea omnia potest quæ tendunt ad faciliorem exitum appellationis, in quibus non dicitur suspensa Iurisdictio Iudicis à quo, cap. Cum teneamur, & ibi Francs. in 2.
283 Notabili, de appellat. Vnde † Iudex à quo, pẽdente appellatione prouidere potest ne appellãs in sua possessione turbetur. Marantha, in verbo, Appellatio, numero 283. Duenn. Regula 42. numero 16. Cardin. in Clement. 1. in 9. notabili, de sequestran. possess. & fruct. Angel. in l. furt. ff. de infam. Barbac. ad Bald. in cap. 1. §. sancimus, litera A. quo tempore miles. Herculan. de Attentat. cap. vltimo, numero 101. Lancelott, limitatione 4. 16. & 17. pulchrè Berous, consil. 45. numero 2. lib. 3.

284 Ampliatur hoc dictum, etiã si Iudici à quo, esset à Iudice à quem, canonicè inhibitum, adhuc enim potest ea omnia, quæ tendunt ad faciliorem exitum appellationis. Franch. in cap. Cũ teneamur, colum. finali, in principio, versiculo, secundus intellectus; de appellation. Vestr. in Praxi, lib. 8. cap. 4. numero 7. dicens hoc esse memoria dignum, & vidisse multos Iudices in hoc errasse, & hoc defendisse.

485 Ampliatur, † siue sit Iudex Ordinarius, siue Delegatus, nisi Delegatus detulisset appellationi, quo casu ligauit sibimet manus. Franch. in c. Ad aures, de appellation.

286 Declaratur, vt hoc † sit verum, dummodo Iudex non cognoscat de causa appellationis, & appellans consentiat, vt Iudex à quo, expediat ea, quæ tendunt ad faciliorem exitum, secus si contradiceret. Franch. in cap. Constitutus, colum. finali, de appellation. & in d. cap. Cum teneamur, eod. titulo.

287 Sic etiam, † quando est timor scandali, vel armorum, Iudex à quo, se intromittere potest, appellatione non obstante. Abb. in cap. Constitutus, super glos. Delegauit, de Appellation. Vestr. lib. 8. cap. 4. Herculan. de Attent. cap. vltimo, numero 118. posui latè in Tract. de Sequestro, par-
288 te 1. quæst. 6. in quibus locis volunt, † quod nedum Iudex à quo, sed etiam inferior iurisdictione carẽs ne partes deueniant ad arma, potest aggredi negocium, & agressum cognoscere, non obstante quacumque litis pendentia. Franch. in cap. Vt nostrã, num. 5. de Appellation. Mamfred. Conclus. 448.

289 Limitatur vigesimooctauo, vt † attẽtata per viam exceptionis, non impediant executionem rei iudicatæ trium conformium. Imola, in Clementina, Vt calumnijs, in quinto notabili, de re iudicata. Abb. consil. 97. libro primo, Mamfred. Conclus. 29. Herculan. de Attentat. cap. vltimo, numero 62.

Et hæc limitatio est satis ad propositum præsentis tractatus; Quæ autem dicantur conformes, ponit Crauetta, consil. 183. Didac. Practicab. quæst. cap. 25. Tessaur. Decisione Pedemontan. 122.

290 Limitatur vigesimonono, † stante Clausula, Appellatione remota, quo casu appellatio interposita non impedit executionem sententiæ. Posui latè ad Decium, consil. 49. vbi uidere placeat,

Limi-

291 Limitatur trigesimo loco, quando † appellatio interposita esset deserta, quo casu executio sententię non impeditur, cap. Cum sit Romana, & ibi Franch. in vltimo notabili, de Appellation. Boer. Decisione 206. numero 11. Franc. March. Decis. 283. numero 1. & 2. Aufrer. ad Tolosan. 84. Marantha in Speculo, in verbo, Appellatio, Lancelott. de Attentat. appellatione pendente, Ampliatione prima, num. 33. Hetculan. cap. vltimo, num. 69.

292 Ampliatur Primo, † vt in pronunciando appellationem esse desertam, & sententiam ex hoc fecisse transitum in iudicatum, non requiratur citatio partis, Franch. in cap. Sępè, columna 7. de Appellation. Marantha in Speculo, in verbo, Appellatio, numero 192. Idem Franch. in cap. Personas, numero 24. in fine, in cap. Dilecti, numero 4. de Appellation. Boer. Decisione inter Consilia Matrimonialia 76. numero 4. licet Contrarium sentire videatur Lanfranch. Decisione 465. Contrarium etiam sentit, & tenet Asinius in Practica, §. 7. cap. 5. versiculo, vndecimo igitur, numero 2. & versiculo 108. Anchar. quęst. 68. parte 1. vide superius Exceptione 12. vbi latius dixi. Sed Contrariam opinionem dicit Communem Lucas Pet. in Practica Capitol. lib. 8. cap. 1. numero 15. Cotta in Memorabil. in verbo, appellatione deserta, qui dat bonam Practicam, & dicit citationem requiri ad dicendum causam, quare in termino non docto de prosecutione, declarabit desertam, attestans ita practicari, Viuius de Communi, in Silua, Opinione 94. numero 4. Asinius in Practica, §. 31. cap. 4. Ampliatione 5. & ita tenet Rota. Cassador. Decis. 6. numero 6. de causa possession. Borgn. Decisione 6. numero 22. vbi etiam addit aliam Cautelam, quod Iudex ad quem, præuia citatione ad dicendum causam, quare non pronunciet desertam, ad tollendam appellationem, sed remittat ad Iudicem à quo, qui exequetur. Gabr. de Citatione, Conclus. 1. numero 135. Decisio Perusina 6. numero 4. & ita tenuit Rota 53. aliàs 59. de Appell. in nouis.

293 Ampliatur secundo satis vtiliter, etiam † si super desertione non sit pronunciatum. Guido Papæ, Decisione 213. 436. quæst. 16. numero 23. in Tract. de appellation. quæst. 18. Boer. in allegata Decisione 206. numero 12. Gozad. consil. 85. numero 26. & ita tenuit Rota in vna Canturiensi Monasterij, coram Ptolomeo, die prima Aptilis, 1538. apud Mohedan. 36. de re iudicata, intelligendo vt ibi, in Iudice Ordinario, secus in Delegato, quod satis vtile est in Practica, & multi decipiuntur.

294 Cautius tamen † esse videtur, sententiam exequi sine alia pronuncia, appellationem esse desertam, & sententiam exequendam, cum ab hac pronuncia detur appellatio. Franch. in cap. Ex ratione, colum. 23. versiculo, circa nouum, de Appellation.

Sed in practica illud vidi obseruatum, citare partem, cum de lapsu fatalium debeat apparere per calculum, contra quem ex aduerso multa opponi possunt. Et hanc Practicam valdè commendat Lucas Pet. in Practica, lib. 8. cap. 1. numero 25 17. & dicit hoc fieri per iudicem ad quem; ob inhibitionem ab eo emanatam, subdens hanc esse Communem Practicam.

295 Ampliatur tertio, † siue instantia sit lapsa per lapsum termini Iuris, siue Hominis, tam in appellatione à Diffinitiua, quam Interlocutoria, cum & terminus Iuris possit per Iudicem abbreuiari. Franch. in cap. Personas, in vltimo notabili, Betous consil. 14. numero 7. lib. 3. Bard. de Tempore vtili & continuo, cap. 7. numero 4. post Felin. in cap. An sit, de appellation. & ita tenuit Rota Decis. 387. versiculo, Præterea, aliàs 41. de appellation. in nouis.

296 Ampliatur tertio, etiam si appellans † curauerit committi causam, sed non curauerit infra tēpus eam parti intimari. Et ita tenuit Rota, coram Reomano, vt in Recollectis Guidoboni Decis. 29. incipiente, Fuit tentum.

297 Limitatur Primo loco hæc Conclusio, † dato impedimēto, ex doctrina, & Practica Franchi in cap. Ex ratione, numero 85. quæst. 2. & clarius colum. finali, sub numero 99. de appellation. qui primo loco vult, quod Iudex à quo, potest stante desertione, exequi sententiam per se latam, & si appellans hoc neget, Iudex à quo, per viam emergentis in vim exceptionis oppositæ, de hac desertione cognoscet, licet principaliter non posset, cum spectet ad Iudicem ad quem; si tamē Iudex à quo, pronunciasset sententiam exequendam ex capite desertionis, cautela est, vt appellans recurrat ad Iudicem ad quem, allegando impedimentum, quo docto, datur reuocatio executionis commissæ per viam attentati, quæ retrotrahitur, & sentit Bald. consil. 338. lib. 3. & ponunt hoc pro Cautela Mamfred. Conclusione 197. Herculan. de Attentat. cap. vltimo, sub numero 71. Lancelott. de Attentat. appellatione pendente, ampliatione prima, numero 44. & ex mente Baldi in d. consil. 338. videtur notandum in Practica, quod reparatio est duplex, Iustitiæ, & Gratiæ, iustitiæ reparatio est, si allegas impedimētū, & probes, tunc Iudex met ad quem, est sufficiens ad eā concedendum, sine alio adito superiore; & ista retrotrahitur, & reponit omnia in pristinum; si verò sit reparatio Gratiæ, quam facit superior, tunc attentata non nō reuocātur, & sic executio iam commissa, stat in robore suo, vnde si appellans habet ad sui defensam iustum impedimentum, non cogitur per viam commissionis adire Præsidem Prouinciæ, vel alium superiorem, sed sufficit sibi adire Iudicem ad quem; & ita sentiūt omnes supra citati in supradictis locis. Immò cum superiores vt plurimum committant causam cum Clausula, Prout Iuris, semper erimus in reparatione per viam Iustitiæ, & dato de impedimento, executio reuocetur, & omnia reponantur in pristinum. Immò Iudex pronuncians appellationem desertam, potest reponere docto de diligentia. Rota Decis. 454. in Antiquis.

298 Et inferebat † Bald. in allegato consil. 338. ad quæstionem, de Beneficio collato lite pendente, sed appellatione deserta, & Iudex competens super desertione est Iudex ad quem, si coram eo sit in causa processum, aliàs erit Iudex à quo. Gra-

uat ad

uat.ad Veſtr.lib.8.cap.vltimo,numero 30. Rota
Decisione 50. de Appellation.in nouiſ.maxime,
ſi ei ſeparatim committatur.Rota Decisione 29.
de Appellation.in nouiſ.

Accedat alia Concluſio, Communiter rece-
299 pta, quod † impedito proſequi in primo anno
appellationem interpoſitam, datur & competit
ſecundus, ipſo iure,ſine ope reſtitutionis in inte-
grum.Oldrad.conſil.60.verſiculo quid ſi impedi-
tus,gloſ.in verbo,indulgeatur, in Authentica,Ei
qui,C.de appellation.Franch.in cap. Ex ratione,
num.54.& 63.de appellation.vbi Præpoſit.nu.13.
Felin.nu.6.Anchar.in cap. Significante, num.5.
de appellation. Caſtr.conſil.335.num. 8.lib.1.&
hæc eſt Communis opinio.Decius conſ.436.nu.
22.Ferret.conſil.56.nu.2.& non habet contradi-
centem.Sfort. de Reſtitutione,quæſt. 70.Articu-
lo 6.num.1.

Addo Benincaſ. de paupert. q.7.ſpeciali 3. nu.
14.Et ita tenuit Rota deciſ.602.aliàs 60.de Appel
tion.in antiquis.

Accedat vlterius,a nemine prout ego viderim
allegatus,Caſtrenſ.in Authentica,Et qui,num.3.
300 C.de tempor. appellation.appellatum † ſenten
tiæ executionem petere nō poſſe, nec debere,ob
deſertam appellationē, niſi biennio elapſo : quia
licet per lapſum primi anni, ſi nullum interue-
niat impedimentum, appellatio poſſit eſſe deſer-
ta, tamen quia quodlibet paruum impedimen-
tum ſufficit,vt ſecundum fatale concedatur, nō
erit tutum prius executionem impetrare, quam
lapſum ſit biennium,commendat Oſaſch.deciſ.
Pedemont.28.num.15.verſiculo,nec dicatur.Di
xit ſingulare Lanfranch.in Practica, in titulo,de
301 interlucutor.nu.67. Et illud ſolum addam † in
materia impedimenti quod hodie nō requiritur
proteſtatio, & ita paſſim ſeruat Rota. Caputa-
quenſis deciſ.73.parte 2.

302 Vt.l. † tamen erit pronunciare ſuper deſertio
ne,ratione expenſarum,Abb.in cap. Sæpe,col.3.
de appellation. Grauat.ad Veſtr.libro 8.capitulo
vltimo,num.30.Crauetta conſil.693.num.1.vol.
4.& conſ.8 9.nu.9.vol 5. Caballin. Milleloquio
967.Amat.Decisione March.38.Borgnin.Deci-
ſione 14.nu.8.& deciſ.23.nu.17.Franc. March.
deciſ 47.parte 1.

303 Declarantur tamen prædicta,vt † attentata, &
executio facta pendente appellatione,& ea deſet
ta,reuocentur ordinariè,tamen dato libello,&c.
Et hanc dicit Communem Benintend. Deciſio
ne,quadrageſima, in fine, Viuius,dicens veriſſi-
mam, Opinione 77.num.octauo,Vantius in ti-
tulo, Quoties,& infra quæ tempora,num.49.vbi
talia attētata reuocantur via ordinaria, per viam
nullitatis,vel ex mero iudicis officio; & iudex ad
quem,appellatione deſerta, nec de nullitate co-
gnoſcere poteſt. Guido Papæ, quæſt.436.num.
nonageſimoſexto,

Declara verum,ſi ſimul proponantur, ſecus ſi
nullitas incidenter proponatur: Minſyng.Cen-
turia vigeſimaprima,Obſer.77.Grauat.ad Veſtr.
lib.3.cap.6.num.19.

304 Vnum † etiam addam ſatis vtile in Practica,
ꝙ ſi tempore appellationis proſequendæ, eſſent
vtilia,prout in multis locis, ex forma. Statutorū,
tunc requiritur pronuncia ſuper deſertione. Fer-
rett.conſil.46.Hercul.de Attent.cap.vltimo, ſub
numero 71.

Nec illud in Practica omittam,quod deſertio-
ne non obſtante, ſi partes proſequantur cauſam,
valebit ſententia in negotio principali. Minſyng.
poſt relatos,Centuria 1.Obſeruatione 8. Centur.
ſecunda,Obſeruation e ſexageſima, Caball.Mil-
leloq.963.

Quod verum crederem, ſi dubitaretur, an ap-
pellatio eſſet deſerta,vel non,aliàs ſecus.Felin. in
cap.Quoniam contra, numero 30. de probation.
Alex.conſil.24.col.2.in fine,lib.4.conſil.64.col.1.
eodem libro. Hieron. Gabr. conſil.54. numero
ſecundo,libro primo, Vant.de Nullit. ex defectu
iuriſd.numero 127.vbi Ampliat in prorogatione
iurata.Gratian. Deciſione March.trigeſimapri-
mo, numero quinto . Rota Deciſione duode-
cima, de re iudic.in Antiquis, melius Deciſione
287.aliàs 14.de appellation.in nouiſ.

Limitatur trigeſimoprimo, in caſu de quo ſu-
305 pra, quæſtione 3.† in poſſeſſione capta in poſ-
ſeſſorio vigore ſententię,ſtante adhuc litis pēden
tia in petitorio.

306 Limitatur trigeſimoſecundo, † quia verus
contumax non appellat,l.ex conſenſu,§. finali,&
ibi gloſſ.Bart.& Imola,ff.de appellation.l.prima,
C.quorum appellation.non recip.Franch.in cap.
Sæpè,quæſtion.11.& 12. de Appellation.Duenn.
Regula 152 numero primo.Matthelilan. notabi
li 29.numero 3. Contard.de Momentan. quæſt.
17.num.8.Ant.Gabr.de Citatione,Concluſione
1.num.431.

307 Ampliatur notabiliter † etiam ſi ſit cōtumax
ad ſolam ſententiam, & in reliquo proceſſu non
fuerit. Alex.in l.properandum, §. ſin autem reus,
numero decimooctauo.C.de iudic.Contrarium
firmat Alex.in l. Sæpè,ſub numero 79. de re iudi-
cata.

308 Ampliatur, † etiam in illa ſententia, quæ nū-
quam tranſiit in iudicatum,Butr.& Imola, in ca-
pit.Tenor.de re iudic.Iaſ.reputans valde ſingula-
re,in l.prima,§.ſi procurator,ff.ſi quis ius dicenti.
Matantha,in verbo,Contumacia, numero deci-
moſeptimo.

309 Ampliatur tertio, vt † non ſolum dominus
verus contumax,non appellet, vt dictum eſt, ſed
nec etiam procurator,ſi eſt verus contumax, non
appellat,vt dictum eſt,ita Curt.minor,in l.prima,
§. ſi procurator, numero duodecimo, ff. ſi
quis ius dicenti,vbi declarat, excludi procurato-
rem,non per hoc dominum, dicens hanc eſſe Cō
munem opinionem.Grauat.ad Veſtr.libro ſepti-
mo.cap.3.num.55.

310 Ampliatur quarto, † quod verus contumax,
nedum prohibetur appellare, ſed nec auditur per
viam reſtitutionis in integrum, Boer. Deciſione
ducenteſimaſexta, numero octauo, & no-
no.

311 Subampliatur, etiam ſi eſſet † minor. Bar-
tol. in l. finali, ff. de reſtitutione in integrum
in l.minor etiam, ff. de minor. Innocent. in ca-
pit. Cum olim, in verbo, Citatus, de dolo, &
contumac.

contumac. Abb. in cap. Auditis, num. 14. de restitut. in integrum. Barbac. in capit. Ex literis, num. 78. de Constitution. Natta consil. 17. numero 4. Et hæc est Communis opinio. Cephal. cons. 304. numero 195. libro 3. Sfort. de Restitutione in integrum, quæst. 811. Articulo 7. num. 19. Contrarium tenet Straccha ad Crauettam, consil. 240. vide infra Exceptione 225. numero 9.

312 Limitatur † in contumace, qui ritè, & legitimè sit contumax. Ita declarat Alexand. in l. 4. §. condemnatum, in secundo notabili, ff. de re iudicata.

313 Limitatur secundo, in † contumace non veniendo, secus in non soluendo, Ias. in l. properandum, §. sin autem, num. 6. C. de Iudic. Decius cōsil. 34. colum. 1. in principio.

314 Limitatur tertio, † in contumace ante sententiam, & post litem contestatam. Carrer. in Practica, ad l. obseruare, numero 59. vbi latè loquitur.

315 Limita quarto, non † procedere in contumace ficto, qui regulariter appellat, nisi sit fictus contumax apparenter, & existenter, quia tunc nō appellat coram Iudice à quo, sed bene coram Iudice ad quem. Socin. Regula 105. Cōtumax fictus. Lancelott. de Attentat. parte 2. cap. 11. numero 12. vbi appellat infra decem dies, à die scientiæ; & isto casu gesta per Iudicem post decem dies à die sententiæ, non sunt attentata, sed reuocantur per viam Iustitiæ in causa appellationis. Rota Decisione 28. de Appellat. in nouis.

316 Limitatur quinto, † nisi verus contumax ex forma Statuti haberet beneficium purgandi moram. Bald. in l. 2. C. si pendente appellat. mors interuenerit.

317 Limitatur sexto, † in contumace culpa propria, secus si dolo aduersarij. Bart. in l. Diuus, ff. de Restitut. in integrum, & in dubio præsumitur quis contumax fictus, & non verus, & sic admittitur ad appellandum. Alciat. consil. 32. numero 3. lib. 6. Lancelott. de Attentat. parte 2. cap. 12. numero 163.

Addo bene loquentem Alexand. in l. properandum, §. sin autem Reus, numero 17. C. de iudic. Bertach. in verbo, Contumax verus, num. 10. in fine.

Limitatur sexto in Rustico, Decius consil. 34. num. 5. vbi dixi.

Limitatur septimo, vt appellare possit à condemnatione expensarum. Bald. in l. sancimus, colum. final. C. de Iudic. in l. terminato, colum. penult. C. de fruct. & lit. expens. Franc. in cap. Sæpè, quæst. 11. & 12. de Appellat. Marantha, in verbo, Appellatio, num. 280.

Limitatur octauo in minore, & muliere, Stracha ad Crauettam 240. Marsil. 377.

Et procedunt hæc omnia superius adducta etiam in summarijs. Bart. in l. 2. C. Quorum appellation. non recipiant.

Et licet D. Sfort. de Restitutione in integrum,
318 latè profiteatur declarare † cōtumacem fictum, quæst. 81. Articulo 7. numero 88. plenius tamen & clarius loquitur Lancelott. in citato loco, qui ad domum, per edictum, per Contradictas, vel in loco beneficij est citatus. Alio modo declarat satis delectabiliter Socin. de Citatione, Articulo 27. Aut dixit, nolo venire præcisè, & dicitur verus contumax; aut dixit, non credo venire; vel non volo venire, & hic est fictus; & hęc distinctio est Communis. Anton. Gabr. de Citatione Conclus. 1. num. 432.

Sed pone hæc verba in vulgari, & videbis esse difficilia in Practica.

Adde prædictis Caballin. Milleloq. 968.

319 Limitatur trigesimotertio principaliter † in sentētia lata vigore Iuramenti litis decisorij, quo casu pro parte referentis appellari non potest, vt latè dixi in Tract. de Iuramento Decisione, 10. quæst. 47.

Addo Gregor. Tolosan. in Tract. de Appellation. lib. 2. cap. 13. latè Menoch. consil. 217. lib. 3. vbi restringit ex parte deferentis; & quod interuenerit Iudicis authoritas.

Declaratur vltra ibi dicta, vt detur appellatio, si Iudex nolit deferre, vel ex causa non iusta admiserit Iuramentum. Viuius in prima impressione, Iudice negligente Vigil. in Methodo, lib. 2. cap. 14. Regula 11. & sic deferri poterit appellatione non obstante. Bart. in l. generaliter, in fine principij, C. de rebus creditis.

Cōtrarium practicatum attestatur Minsyng. Centur. 1. Obseruatione 39. Centuria 2. Obseruatione 14.

320 Limitatur † trigesimoquarto in appellatione confusè illata à grauaminibus illatis, & inferri comminatis, quæ non impedit executionem, nisi causa exprimatur. Franch. in cap. Consuluit, de Appellation. Alexand. in l. si sic, de legat. 1. Doctores in l. qui Romæ, §. Seia, de verbor. obligat. Mamfred. Conclus. 133. & 135. Herculan. de Attentatis, cap. vltimo, numero 152. & 157. Gregor. Tolosan. de Appellation. lib. 2. cap. 18. Amanel. Singul. 100. Guido Papę, Singul. 614.

321 Limitatur trigesimoquinto, vt † quando capitula non sunt connexa, appellatio ab vno, non impedit executionem in alio, latè Boer. Decisione 73. vbi declarat tribus modis.

322 Primò, quando † Articulus non est separatus, tunc appellatio ab vno, impedit executionē in alio.

Secundo, quando articulus. à quo est appellatum, est præiudicialis, & non potest cum alio impediri.

Tertio, quando executio causæ in qua est appellatum est exclusiua primæ. Posui latè ad Decium, consil. 33. vbi videre placeat. Addo Herculan. de Attentat. cap. 31. numero 34. & 135. Magon. Rota Florentina, Decis. 55. num. 9. Surdum Decis. 143. num. 8.

323 Limitatur trigesimosexto, † in appellatione alternatiuè interposita, Mamfred. Conclusione 145. Hercul. de Attentat. cap. 31. numero 156. Angel. in l. 1. §. si quis, numero 5. de Appellation. Saluatur tamen, si infra tempus appellandi certum Iudicem appellationis declarauerit. Alex. consil. 101. numero secundo, & consil. 167. num. 4. volum. secundo, Osasch. Decis. Pedemont. 131. numero octauo, Matthesilan. in l. cum propo-

nas,

nas,num.3. C.quomodo, & quando Iudex, qui bene docet practicare.

324 Limitatur trigesimoseptimo, vbi † est periculum animæ, ibi non retardatur executio per appellationem, nec attentata reuocantur. Ioan. Monach.in cap.Cupientes,§.de viginti, nu.135. de Elect.lib.6.Vital.in Clausula,Nil nouar.appellatione pendente,num.5. Mamfred.Conclus.67. Herculan.cap.31.num.46.

325 Limitatur trigesimooctauo, si Iudex † ignorans exequeretur sententiam à se latam:quia sibi imputet appellans,quare nō fecerit intimari.Specul.de Appellation.§.nouissimè, num.2. Cardinal.in Clementina prima, in nono notabili, versiculo,sextus casus,de sequestrat.possess.& fruct. Vital.in Clausul.Nil nouar.appellatione pendente,num.2.Duenn.Regula 42.num.4. Mamfred. Conclus.217. Lancelott.Conrad. de offic.Prætor.in ciuil.cap.de Appellatione, sub num.2.versic.duodecimo.Et intimatio facienda est expensis appellantis.Boer.quæst.303.num.6. Menoch. de Arbitr.Casu 228.num.13.

326 Limitatur trigesimonono, vt non obstante appellatione interposita, fieri possint actus consecutiui adactus ante sententiam,prout Inuestitura; Traditio possessionis; Collatio præbendæ; Denunciatio Excommunicati; Iuramenti delatio,in sentētia declaratoria Lancelot. de Attent. parte 2.cap.12.Limit.40. Hæc limitatio sic absolutè sumpta, mihi dura videtur, cum actus consecutiui reddant sententiam stabiliorem, & sic repugnent naturæ appellationis. Vnde crederem restringi posse, procedere in casu inappellabili, prout in exemplo per eum posito, de Iuramento decisorio,de quo supra limitatione 33.num.323. vel in qualitate non alterante, prout in denunciatione excommunicati, de qua supra, numero octuagesimoquarto.

327 Limitatur quadragesimo,vt Iudex † appellatione pendente possit facere exequi ea quæ non sunt de processu, secus ea quæ sunt de processu. Rota Decisione 3.aliàs 56. Vt lite pendente. Vital.in Clausula,Nil innouar. appellat. pendente, num.3.

De processu autem ea esse dicuntur per Iudicem gesta vti Iudicem, vt pronunciare, examinare, & similia,& per partem vti litigantem. Angel.in l.1.Nil innouari.

Et hoc dictum est vnum ex extrauagantibus dictis,quæ posuit Bald. in materia Appellationū, vt per eum ad Specul. in titulo de Appellation. versiculo, Incipiunt quædam dicta extrauagantia,colum duodecima, versiculo, pendente appellatione.

328 Limitatur quadragesimoprimo, A † sententia confirmatoria,à qua non datur appellatio,sed fit executio,appellatione nō obstante. Speculat. in titulo de Appellation. §. in quibus, vbi Ioan. Andreas in Addition. refert, D.Rusticanum disputasse hanc quæstionem, & conclusisse pro negatiua. Salicet.in l.maioribus,C.de Appellation. in l.cum antea, C. de arbitr.in l.si societatem,§. Arbitrorum,ff.pro socio, dicens ita consuluisse Bart. in l.1.ff. de legat. 2. dicens hanc partem tenuisse Innoc.in capitulo, Præsenti,de Rescript. Papiens.in forma libelli ad pœnam compromissi, in verbo, Nec reductio,num.9. dicens, quod ista opinio sibi semper placuit. Guido Papę Decisione 416.num.83. Socin. consil.15. num.quinto, volum.primo.

329 Contrariam opinionem, quod appellari possit à sententia confirmatoria laudi, dicit magis Communem Lanfranc. de Arbitr. par. 3. quæst. 22.dicens, quod non peccaret in Spiritum sanctum, tenere quam partem quis vellet, tamen affirmatiua, pro appellatione, est magis Communis. Et hanc etiam affirmatiuam dicit magis Cōmunem Afflict.in Constitution. Regni, Appellationum tempora, colum. 11.glos. vltima, libro 2. Didac. Variar. resolution.libro secundo, cap. 12. numero 3.Villalob. in Recollect.Communium opinionum,in verbo, Reductio. Masuer.ad Papiens.in citato iam loco, in Additione, quæ incipit: Cōtrarium. Camillus Borrellus, in Tract.de Compromiss.§.8.glos.4. Menoch. cons.217. nu. 29.libro tertio. Magon. Rota Lucana Decis.37. num.4. licet asserat Articulum esse valde controuersum.

330 Dantur † autem non nulla conciliationes in hac materia.

Prima est; Aut læsio est modica, & tunc non datur appellatio; Aut læsio est notabilis,& tunc datur appellatio. Roman.cons.261.col. secunda, versiculo, tertia fuit. Socin. Regula 24. Appellatio.fallentia 15. Ias.in l.nemo potest, in prima lectura,numero 65.delegat.1.latè Boer.Decisione 206.num.17.vbi dicit,hoc exprimendum in libello appellationis.

Sed quomodo hoc sciri poterit, si in modico, vel magno,nisi procedatur in causa appellationis & deducatur læsio quanta sit; subdit etiam Afflict.in citato loco, quod illud vidit practicatum quod sit executio sententiæ præstita satisdatione, in casu retractationis.

331 Altera est † conciliatio, si sententia confirmatoria est contra illum qui recurrit, & fuit in laudo grauatus,& tunc ei non licet amplius appellare,secus si contra aliam partem, quæ non fuit in laudo grauata:quia tūc ei licebit appellare Blāch. de Compromiss.quæst.10.nu. 19. sed hæc distinctio mihi videtur noua:quia Doctores semper loquuntur de eo qui fuit in laudo grauatus, & recurrit,non de alia parte.

Et quod detur appellatio, vltra iam adductos, idem de Communi Andr. Gail. Practicab. Obseruation.libro primo, Obseruat. 149. num.415. attestans sic in Germania seruari, & in Gallia. Gregor.Tolosan.de Appellation. libro secundo, cap.12.

Nec omitto ꝙ Menoch.in allegato cons.217. allegat Benintend.Decisione 15.pro negatiua, & si inspiciatur, disputat in vtramque partem, & querit conciliari.

332 Limitatur quadragesimosecundo,† quando appellans, post appellationem spoliauit appellatum,quo casu, ei appellatio nullo modo prodest, cap. An sit,de appellation. nam ex illa molestia dicitur appellationi suæ renunciasse, & sic amplius eius

eius beneficio gaudere non debet. Matthesilan. Notab. 28. dummodo appellatus probet molestiam incontinenti; quod Iudicis arbitrio remittitur. ita ibi Decius num. 3. Menoch. de Arbitrar. Casu 16.

333 Limitatur quadragesimotertio, † quando Statutum mandaret in causa procedi, sola facti veritate inspecta, vel nulla Iuris sollemnitate seruata, vel sine processu, quo casu reducitur ad Ius gentium, & omnis appellatio reputatur inutilis, & friuola, & spernenda, Ias. consil. 162. lib. 4. Rubeus cons. 4. Carpan. super Statut. Mediolanens. super Statuto ad causas criminalis, cap. 368. numero 9. Rebuff. de sentent. prouision. Articulo 3. glos. 6. numero 2. Herculan. de Attentat. cap. 31. numero 183. Cornaz. Decisione Lucana 193. numero 5. est casus satis frequens: nam ex forma Statutorũ, & Commissionum, sæpè apponuntur tales Clausulæ. Vnde sententia venit exequenda non obstante appellatione, quæ in hoc casu friuola, & inutilis reputatur.

De virtute autem huius Clausulæ, multa posuit Osasch. Decisione Pedemont. 2. latius Afinius in Practica multis in locis. Hoc satis notabile addi potest, quod à tali sententia non datur appellatio ad impediendam executionem.

Limitatur quadragesimoquarto in condem-
334 nato † ad soluendum debita Cameralia, qui appellans non retardat executionem, l. abstinendũ, & l. finali, C. Quorum appellat. non recip. Marantha, in verbo, Appellatio, numero 289. Si tamen exactores Datiorum excedant modum, posui supra num. 85.

335 Limitatur quadragesimoquinto, † in exactione Decimarum, in quibus appellatio nõ retardat executionem. glos. in c. Tua nobis, de Decimis, Speculat. de Appellation. §. in quibus, versiculo, 4. Marantha, in verbo, Appellatio, num. 293.

Declaratur, vt non detur appellatio ad effectũ suspensiuum, sed deuolutiuum. Rebuff. de Decim. quæst. vltima, num. 21. & de Sentent. prouision. in præfatione, num. 38.

Declaratur secundo, vt non detur appellatio, quando laicus prætenderet Præscriptionem, vel Consuetudinem, secus, si pactum, vel immunitatem, Hostiens. in d. cap. Tua, colum. finali, in verbo, Appellatio, vbi Anan. numero 6. Anchar. numero 7. Boich, num. 8. Card. oppos. 5. Gratian. Decis. March. 100.

Declaratur tertio, in duabus Ecclesijs litigantibus inter se. Henric. in d. cap. Tua nobis.

Et ad prædictam limitationem principalem vide Triuisan. Decis. 29. numero 16. lib. 1. Viuium in Silua, Opinion. 153. Didac. Variar. Resolut. lib. 1. cap. 17. num. 9.

Limitatur quadragesimosexto, in nominatio-
336 ne † ad aliquod officium; in quo considerandi sunt duo casus principales.

Primus casus est, in officijs publicis, authoritate, & vtilitate priuatis, prout est Tutela, & in istis à nominatione non datur appellatio: sed debet allegare excusationes, & si reijciantur, tunc appellare ab earum reiectione, l. 1. §. si quis, & ibi Bart. ff. quando appelland. & interim pupillo datur Curator, & si occurrat aliquis actus, qui spectet ad Tutorem, dandus est Tutor, qui secũdum Bart. erit specialiter ad illum actum, & secundum Angelum erit absolutè, & non specialiter, vt per eos in l. cum in vna, §. Tutor, ff. de Appellation. Port. & Aretinus in §. qui autem, Instit. de executione tutorum.

Amplia vt tutor non appellet siue Datiuus, siue Legitimus, siue Testamentarius, & appellando, patitur periculum rerũ. Gratian. Decis. March. 30. vbi limitat quattuor modis; Si tutor sit læsus imperitia, vel iniquitate; Secundò, si datus sit in contumaciam; Tertio, si eius excusatio nõ sit admissa; Quarto, ratione expensarum.

337 Secundus est casus † in nominatione muneris publici authotitate, & vtilitate, & tũc à nominatione datur appellatio, vt habetur in supra citatis locis, vbi Bart. in §. Tutor, num. 3. dicit appellandum infra biduum vel triduum.

Et iste casus vtilis est, & quotidie seruatur. Rebuff. ad Constitut. Galliæ tit. de appellation. Articulo 7. glos. 2. numero 17. tomo 3. Et per hoc ex prædictis singulariter infertur, quod si quis habet immunitatem, & exemptionem à Collectis, & Datijs, si patiatur se describi in libro soluentium, & non appellat infra decem dies à die notitiæ habitæ, aliàs censetur consentire, & suo priuilegio renunciare. Ita Angel. in d. §. Tutor, superius allegato, dicens, quod hoc dictum est singulare, & Communiter ignoratur: & fuit de mente Bart. in l. 1. C. de his qui sponte munera publica subeunt, libro 10. secuti sunt Abb. & Felin. in cap. Cum accessissent, numero 28. de Constitution. Roman. consil. 252. in fine, Alexand. consil. 190. colum. vltima, lib. 2. Ruin. consil. 100. numero 1. consil. 196. in fine, libro primo, Gozad. consil. 23. numero 7. Menoch. libro 6. Præsumptione 41. num. 4.

Addo bene loquentes Alexand. consil. 101. columna sexta, versiculo, Tertio Principaliter, libro primo, & consil. 136. colum. quarta, versiculo Præterea, libro secundo, Decius consil. 638. numero nono, Gozadin. consil. 16. in fine, Ias. in l. falso, C. De diuers. Rescript. in l. finali, numero 59. de Constitution. Princip. Decius in d. capit. Cum accessissent, numero 29. Cassanæus, consil. 64. numero 29. Crauetta consil. 54. numero 4. Osasch. Decis. Pedemon. 5. & 21. Marantha in Speculo, in verbo, Appellatio, numero 314. Festasius de Collect. parte quinta, numero 31. fol. 113.

338 Limitatur quadragesimosexto, vt † à pœna Legis nõ detur appellatio, sed bene à declaratione pœnę, glos. singularis in c. Cupientes, §. quod si per viginti, in verbo, priuatos, de elect. lib. 6. Roman. & ibi Apostillator Singul. 216. Diaz, Regula 41.

339 Limitatur quadragesimoseptimo, vt † etiam interposita appellatione, & admissa, executio licitè fiat, nec reuocetur per viam attentatorum, si appellatio non fuit intimata, & expectatur exitus causæ. Butr. in cap. Ex insinuatione, de Appellation. in nouis. Camera Imperialis apud Minsyng. Obseruatione 85. Centuria 2.

Limita

340 Limita quadragesimoctauo, † à futuris grauaminibus, à quibus non datur appellatio, præter quam in beneficialibus. Rota Decisione 316. aliàs trigesimonono, de Appellation. in nouiss. Diaz. Regula quadragesimasecunda. Guido Papæ, quæst. 436. num. 32.

341 Limitatur quadragesimonono, in † debito cõfessato, à quo nõ datur appellatio, nec suspenditur executio. Marantha in Speculo, parte sexta. Actu secundo, numero 262. Scaccia, capit. 97. numero 52. Rota diuersorum, Decis. 626. numero 2. parte prima.

EXCEPTIO XLV.

Duplicata infra Exceptione CXXXI, Lata per metum.

SVMMARIVM.

1 *Sententia lata per metum, executionem non meretur, tamquam nulla.*

2 *Sententia Censuræ vel Excommunicationis lata per metum, est ipso iure nulla, nec executionem meretur.*

3 *Sententia in rebus pecuniarys, & alys prosanis, & secularibus causis lata per metum, valet, sed resciditur excipiendo.*

Declara, & limita, vt ibi num. seq.

Declara, & lim. a secundo, vt ibi num. 5.

6 *Iudex ignorans futurum metum, sententiando excusatur.*

1 Sententia † lata per metum, executionem non meretur: quia est nulla. Et in hoc Articulo fuerunt varij scribentes: plures enim sentiunt esse validam, sed rescindi per Actionem, quod metus causa, glossa in l. mulier, §. Dos, ff. quod met. causa. in Canone, Iniustum, in Canone Quattuor, 2. quæst. 3, in l. interdum, vbi Bald. ff. quod falso tutore authore, Panorm. in capit. Abbas, versiculo Nonus, casus. Quod met. causa. Bald. in l. Decernimus, columna secunda, in fine, C. de Sacros. Eccles. in l. prima, colum. secunda, de sentent. ex Breuiculo recitanda, Specul. de Senten. §. quoniam, colum. secunda, post princip. Corsett. in Singular. in verbo, Sententia, decimosexto. Alij tenuerunt esse nullam ipso iure. Roman. Singul. nonagesimosecundo. Quæro à te, qui in hoc reprehenditur à Corsetto in citato loco. Bald. in l. finali, in fine, C. de pœna iudic. qui male iudicau. in l. secunda, §. primo, ff. de iudic. dicens se in facto habuisse. Decius consil. quadragesimotertio, colum. quarta, versiculo, circa Tertium. Vantius de Nullitate ex defectu processus, propè finem, numero 142. qui satis intricatè loquitur. Sebastian. Medic. de casibus, & pericul. parte prima, quæstione septima, numero 48. Ampliat. 32.

Breuiter Lanfranch. in cap. Quoniam contra, in verbo, Interlocutor, & appellat. num. 13. quod

2 aut † sumus in sententia Censuræ, vel Excommunicationis, & sic est nulla ipso iure, per c. primum,

3 Quod metus causa, lib. sexto. Aut sumus † in pecuniarijs, & alijs prosanis, & secularibus causis, tunc valeat ipso iure, sed excipiendo rescindetur.

4 Declaratur † singulariter, si feratur sententia per metum præcisum, ad sic, & sic sententiandũ, secus si ad sententiandum tantum in genere, sed in specie sit in arbitrio iudicare debentis. Ita egregiè Decius consil. 43. colum. quarta, circa medium, versiculo, non obstat: quod de sententia. Est casus frequens, & rationabilis: quia sæpè superiores ad truncandas lites, præcipiunt iudicibus simpliciter, vt pro iustitia talem causam expediant; laudandus enim est metus, qui tendit ad executionem iustitię, vt egregiè dicit Bald. in Rubrica, extra, quod metus causa.

5 Declaratur † secundo, nisi sententia in se sit iusta, quo casu licet lata per metum, valet, & tenet. Bald. in l. eleganter, § si quis post, ff. de condict. in debiti, dicens esse casum notabilem, & singularẽ, in l. finali, ff. quod metus causa.

6 Et iudex † qui per metum sententiam tulit, excusatur, si ab initio ignorabat futurum metum, & compulsionem, secus si sciebat. Bald. in l. de eo C. de pœna iudicis qui male iudicauit.

EXCEPTIO XLVI.

Quod sententia sit venalis.

SVMMARIVM.

1 *Dispositio l. venales, locum non habet si iudex multis precibus, & fauoribus fuerit corruptus.*

2 *Persuasio, preces, & fauores, quandam vim habent coactionis.*

Posui latè in Tractatu Locati, & Conducti, parte prima, titulo, De Sportulis iudicum, num. 13. cum pluribus sequentibus, ibi videre placeat.

1 Et vltra ibi dicta † Dispositio l. venales, non habet locum, si iudex corruptus sit multis precibus, & fauoribus, ex glossa in l. si per imprudentiam, in gl. magna, in fine, ff. de euiction.

Negari tamen non potest, quin sit sententia,

2 cum † persuasio, preces, & multo magis fauores, habeant vim coactionis, ita vt persuadẽs aliquid alicui, vel preces offerens, dicatur violenter rapere. text. notabilis est in l. 1. §. persuadere, de seruo corrupto, vbi vult plus esse persuadere, quam cogere, & compellere, Oldrad. consil. 36. col. 1. latè Mascard. Conclus. Violentia, numero 31. Decian. Tract. Crimin. tomo 2. c. 7. nu. 7. lib. 8. Treutlan. Decisione 40. libro 2. Quomodo igitur dici poterit sedendo, & quiescendo sententiam protulisse, iuxta §. sedebunt, Authentica, de iudicibus, vide infra Exceptione 50. num. 55.

EXCEPTIO XLVII.

Nullitatis.

SVMMARIVM.

Instru-

52 *Instrumentum præsumitur solemne verum & validum, & dicitur nedum euidens, sed euidentissima probatio, & noli me tangere, ac casus legis, & num. 53.*

54 *Declara procedere duobus concurrentibus; Primo si in promptu exhibeatur sine alia dilatione; Secundo, si nulla opponatur exceptio, quæ offuscat lucem illius.*

Declara habere locum etiam in laudo emologato, ibidem, sub eod. num. 54.

55 *Quid quando non opponitur coram Iudice, qui sententiam tulit, sed coram alio inferiori ab eo.*

Declara, & distingue, vt ibi, num. sequenti.

57 *Quid si executor haberet maiorem potestatem, & Iurisdictionem quam Iudex qui sententiam tulit.*

58 *Declara notoriã iniustitiam ex Actis perceptibilem per exequentem cognosci posse, vt hic.*

59 *Quid si Commissarius Apostolicus qui tulit sententiam, pro executione implorat brachiũ Iudicis secularis, & condemnatus excepit de nullitate, exhibẽdo Acta, & processum.*

60 *Consilium Rolandi in proposito refertur.*

61 *Nullitatis exceptio opponi potest si sententia sit lata contra absentem.*

Quid faciendum si incontinenti deduci non potest, ibidem sub eod. num. 61.

62 *Nullitatis exceptio opponi non potest contra sententiam latam à Iudice præclaro, vt à Rota si lata fuerit, vel similibus.*

63 *Dubitatur, quia & contra sententiam Principis de nullitate excipi potest, vt alias supra.*

64 *Excipiens de nullitate non admittitur nisi docto de suo interesse, alias n. non est legitimus contradictor.*

65 *Nullitatis exceptio non competit illi, qui nullitatem causauit, nec eius successori.*

66 *Excipiens de nullitate non auditur, si animo calumniæ, & differendæ solutionis excipiat, & ideo ne ita præsumat deducat nullitatem statim ex Actis.*

67 *Excipiens de nullitate, si illi alias renunciauerat, non auditur amplius.*

68 *Renunciatio fieri potest duobus modis, scilicet expressè, & tacitè.*

69 *Nullitas etiam notoria post terminum à Statuto, vel Iudice præfixum opponi non potest.*

Quid in notoria citationis, potestatis, & Iurisdictionis, ibidem sub eod. num. 69. Et vide ibid. limitationem, in defectu Iurisdictionis.

70 *Statutum prohibens agi de nullitate, post tale tempus non includit excipiendo, sed bene replicando.*

Quid stante Rescripto vt procedatur reiectis quibuscumque nullitatibus, ibidem sub eod. num. 70.

71 *Nullitas quæ ad imponendum executionem opponitur, si alias fuit opposita, & discussa in processu non admittitur denuo ad impediendum.*

72 *Quid in actu damni irreparabilis, an procedat absolutè in quolibet Iudicio, vt in possessorio hic, & infra numero 78.*

73 *Nullitates non attendũtur in sententijs datis per Potestates Villarum, & Castrorum.*

74 *Nullitas vagabilis per totum processum, impedit executionem, nec per Iuditem appellationis reformari potest.*

75 *Nullitas resultans ex perplexitate, & repugnantia, impedit executionem, & opponi potest etiam post terminum à Statuto constitutum.*

76 *Nullitas causata ex dolo aduersarij, impedit executionẽ & opponi potest post terminum statuti.*

77 *Nullitas ex defectu Iurisdictionis, impedit executionẽ, & opponi semper potest, etiam post terminum Statutarium, non obstante pacto iurato, contra tres conformes in petitorio & possessorio iudicio.*

78 *Nullitatis exceptio requirens etiã altiorem indaginem in damno irreparabili, vel cum difficultate reparabili, impedit executionem.*

79 *Nullitas ex defectu citationis, vti defectus iuris naturalis, impedit executionem.*

80 *Declara tamen, & pone plures casus, vt hic.*

81 *Nullitatis exceptio impediens executionem, non est deducenda in genere, sed specificanda quæ nullitas sit, & ita obseruari in practica.*

82 *Notorietatis qualitas expressa illa reputatur notoria, licet ex post facto possit reddi dubia, vel falsa.*

Pendente causa oppositę nullitatis non est locus priuilegio attentatorum, sed lata sententia per nullitate reuocantur per viam iniustitiæ, ibidem.

83 *Statutum si vtatur illo verbo, terminet Iudex, debet causam terminare non attenta nullitate, cum tale verbũ respiciat merita causæ.*

Nullitas opposita contra Instrumẽtum guarentigiatum, vel Camerale seu ad formã Ritus, an impediat executionem, ibidem sub eod. num. 83.

84 *Quid si instrumentum non sit defectiuum, sed contractus initus sit nullus.*

85 *Limita primo, vt hic, esse exequẽdum, si Statutum loquetur de Instrumento, & illius executione.*

86 *Contrarium refert ex mente Roman. & aliorum.*

Pendente causa nullitatis cõtractus pacto executiuo, vel precario in eo apposito, & reuocato, an possint bona retineri, ibidem sub. eod. num. 86.

87 *Quid si Statutum tollat executionem ex contractu nullo, & inualido, an peti possit executio.*

88 *Declara, & limita pluribus modis, & primo si nullitas esset notoria.*

89 *Quid si verba Statuti essent geminata, an tali casu nullitas notoria censeatur exclusa.*

90 *Subdeclara procedere in notoria clara, & indubitabili, secus si aliquam haberet dubitationem, vel disputationem, vt supra num. 52.*

91 *Subdeclara secundo, nisi iam esset elapsus terminus Statutarius, ad deducendum nullitatem, iuxta tradita superius, num. 74. & sequenti.*

92 *Statutum prohibens dici de nullitate contra Instrumentum, vel cõtractum, an tollat nullitatem geminatam.*

93 *An tale Statutum tollat nullitatem prouenientem à iure naturali.*

94 *An tollat nullitatem prouenientem ex dolo aduersarij, supra etiam, num. 76. & 83.*

95 *Quid in nullitate proueniente ex defectu Iurisdictionis, fuit etiam dictum supra quæst. 33. & supra num. 77.*

96 *Quid si vno, & eodem tempore petatur executio ex Instrumento, & confessione instrumento apposita.*

97 *Contractus aliqui in se non valent, & tamen sustinentur Iuramento, vt est donatio inter virum, & vxorem, vt hic latè, de magis Communi.*

98 *Item donatio inter patrem, & filium iuramento firmata, valet.*

99 *Contractus prodigi cui sit bonis interdictum, stante iuramento, valet.*

100 *Quid si prodigus non esset sensus capax, & aliud extrinsecum non obsisteret.*

101 Item contractus minoris iuramento firmatur.

102 Promittens non dicere de nullitate, si de ea opponat, non impedit executionem instrumenti, in quo prætenditur contractus nullus.

Declara, nisi sit nullus ex defectu consensus, vel habilitatis personæ, vt ibidem.

103 Quid in obligatione accessoria contractui nullo, & in obligatione contractus separati licet Primo accessorij vt est promissio eius qui accedit promittendo factum alienum, & obligat se vti principalis.

Declara, & distingue latè plures casus, vt hic.

104 Contractus principalis si corruit, remanet accessorias, quando principalis corruit aliquo speciali fauore, qui non militat in accessorio.

105 Nullitas contractus in continenti probata admittitur.

Declara debere apparere ex instrumentis productis per Actorem met, qui in eis se fundat, non autem ex instrumentis, vel Actis, seu Iuribus licet claris Rei conuenti, ibidem.

106 Nullitas contractus non potest opponi per Tertium, sed solum per eum cuius interest.

107 Ecclesia si velit, potest cogere ad obseruationem contractus, licet in se nulli, & inualidi, de magis Communi, vt hic.

108 Ecclesię vel minoris aduersarius pro Cautela protestari debet de nullitate, ante perfectionem Actus, vt hic.

109 Statuti verba sunt attendenda ad cognoscendum an sit exclusa nullitas, vel ne.

Declara, & distingue casus, & verba Statuti, vt hic.

110 Contractus requirens pro sui essentia scripturam, data nullitate Instrumenti, nullus est etiam contractus in eo contentus, alias non.

111 Iudicio nullitatis pendente, potest quis se fundare in Instrumento quod prætenditur nullum.

Quid si postea contractus declaratur nullus an fiat restitutio pretij, & fructuum, ibidem, sub eod. num. 111.

Qui si contractus fuit aliàs executus, an pendente causa nullitatis, retardetur eiusdem executio, ibidem sub eod. num. 111.

Quid si ex tenore Instrumenti de contrario constet, ibidē sub eod. num. 111.

112 Remedium primum ad sanandam nullitatem, vt supra positā, num. 22. est, quod si Iudex videt foueri bonum ius, debet pronunciare prout pronunciauit primus Iudex, omissa discussione nullitatis.

113 Secundum remedium, quod Iudex appellationis declaret sententiam nullam, postea ex meritis eam confirmet.

114 Imolæ Consilium est, quod non contendatur per Actorem super nullitate, quia posset condemnari in expensis, sed replicet, quod de nouo veniret committenda, & sic vterque ab expensis absoluetur, vt hic.

115 Ampliatur pluribus modis, & etiam si sit nulla ex defectu citationis.

116 Item vt malè captus possit arrestari.

117 Ampliatur tertio, in debitore in diem, vel sub conditione.

118 Ampliatur quarto, in capto lite pendente.

119 Limitatur primo, nisi agatur ex remedio l. Meminerint, C. Vnde vi.

120 Limitatur secundo, quando ex Actis constet de nouo committenda, aliàs non.

121 Limitatur tertio, Quando executio fieri poterat, sed aliquid erat omissum de iuris ordine.

122 Limitatur quarto, Si confirmatio petatur à possessore, secus sit à nulliter immisso.

123 Limitatur quinto, in tenuta nulliter data à Iudice, secus ab executore in bonis Tertij non citati.

124 Limitatur sexto, nisi possessio sit capta vigore sententiæ conditionalis, & ante implementum de facto: nam tunc omnia sunt reponenda in pristinum statum, & seruatis conditionibus de nouo capienda possessio, detractis fructibus primo loco perceptis.

125 Limitatur septimo, data competentia Iudicis, & idem error non sit in confirmatione.

126 Limitatur octauo, in tenuta capta post inhibitionem, nam reuocatur etiam si veniret confirmanda.

127 Limitatur nono in executione nuliter commissa, secus in sententia nulliter data. Vnde executio sola nulliter execnta non reuocatur.

128 Limitatur decimo, nisi captura sit nulla, ex defectu petitionis, quia non sanatur.

129 Limitatur vndecimo, vt licet tenuta sit nulla, datur retentio ratione pignoris, & hypothecæ.

130 Possessio capta pro vno debito non vero, sed putatiuo, potest retineri pro debito vero.

131 Immissus nulliter, in possessionem, potest retinere rem donec soluatur debitum met, pro quo fuit nulliter immissus.

132 Debitor verus non auditur petens reuocari executionem ex capite nullitatis, nisi ablato, & soluto vero debito, etiam si nullam haberet super hoc hypothecam, & offerret cautionem de restituendo in casu succumbentiæ, vel de stando Iuri.

133 Index potest etiam vnico contextu reuocare, & confirmare.

Citatio an requiratur in declarando sententiam nullam hic relatiue ad exceptionem, 124. Nullitas, num. 168.

De nullitate ex defectu Iurisdictionis, posui latè superius quæstione 33. principali; vbi examinaui per plures quæstiones, An sententia nulla ex defectu Iurisdictionis sit executioni demandanda, ita, vt ei non obster Exceptio nullitatis. De sententia notoriè iniqua, An, & quando sit nulla, posui superius in Rubrica, Exceptio manifestæ iniustitię, num. trigesimosecundo, cum multis sequentibus. Modo aliqua vtilia proponamus, An Exceptio nullitatis in genere, impediat executionem sententiæ; & agam solum de nullitate per viam exceptionis tantum, prout præsens tractatus requirit, cęteris modis omissis, cum tractemus tantum de impediendo executionem sententiæ, excipiendo.

Regula igitur sit, quam etiam posui superius Exceptione 34.

1 Exceptio nullitatis impedit executionem sententiæ, loquendo excipiendo tantum in præsenti Conclusione, l. quarta, §. condemnatum, ff. de re iudic. l. si prætor, §. Marcellus, ff. de iudic. cap. finali, de offic. delegat. cap. Decernimus, de exception. Specul. de execut. sentent. §. secundo, Glos. in cap. Pastoralis, §. quia vero, de offic. Delegati, glos. in l. si non cognitio, C. si contra ius. Alexan. cons. 33. in fine, vol. 2. Roman. cons. 306. num. 1. Angel. consil. 276. num. 6. Paris. cons. 98. num. 1.

libro

libro 4. Viuius in Silua Opinion.259.num.4. Afflict. Decis.131. Villalob.litera E.num.115. Asinus in Practica, §.31.cap.2. Limit.1. Lancelott. par.2.cap.17.nu.45. Vnde Aduocati Florentini præueniendo incontinenti, opponunt de nullitate, & statim inhibent ad executionem impediendum, Castrens.in Authentica, Quæ supplicatio, C.de precibus Imperat. offerend.consil.septuasimooctauo, volum.tertio, Marsil.in l.vnica, numero centesimoquinquagesimoseptimo, C.de Raptu virginum.

Quam idemmet iudex reuocare poterit, si Ordinarius est.glossa in l. Grammaticos, C.de profess.& medic.lib.10.in cap.Qualiter, de Accusat. Rebuff.ad l.quod iussit, in secundo notabili, numero 131.

2 Ampliatur primo † loco, ꝙ Statutum vel etiã Princeps, de plenitudine potestatis, tollens omnes exceptiones, non tollit nullitatem ex defectu Iurisdictionis, vt latè dixi superius, quæst.1.33. quæst. principalis, & Statutum vel Rescriptum Principis, mandans pendente nullitate ad executionem deueniri, recipit interpretationem à iure Communi, & omnes eius limitationes. Brun.de Legibus, verbo, Nullitas, versic.Lex. Lancelott. de Attentat. parte secunda, cap.decimoseptimo, numero 145. nec exceptio nullitatis est propriè exceptio.

Ampliatur secundo idem† in nullitate prouueniente ex defectu formæ à Statuto in alio capitu
3 lo inductę: nam † Statutum tollens exceptiones, non censetur tollere eas quæ proueniunt ab eodem Statuto, in alio capite eiusdem Statuti. Decius in capit. Ex parte, el secondo, numero 41.de offic.delegati. Decius consi. 195. numero tertio, colum.secunda, in fine, & consil.238. numero 9. ex Bart.in l.1.§.& parui, numero quinto, ff.Quod vi, aut clàm. Alexand.consil.80. numero quarto, volum.1.consil.64.numero quinto, libro 4.in l. ait Prætor, §.iurari, numero 18. vbi Ias. numero 12.ff. de iureiurando, Fulgos.consil.107. in fine, Roman. consil. 244. Corneus consil. 241. lib. 3. Marsil.in Practica, §.vltima quęstio, num.6.consil.16.num.9. Singulari 293. Pand.de Pręsentatione Instrumenti, parte 5.num.8. Vant. Quis possit dicere de nullitate, num.5. Decius, consil.424.numero 6. Scaccia in Practica, cap.97.num.33. Menoch.lib.6.Præsumpt.37.num.26. Pręsumpt.48. num.3.lib.3. Thom.Doctius consil. 156.num.4. Osasch.decis.Pedemont.1.numero 22. Foller.in Practica census, in verbo, quæ quidem executio, numero decimoquarto, Asinius in practica, §. 31.cap.22. Vrsill.ad Afflict.Decis.283. Papiẽsis in forma execution.sententiæ, glos.1. numero 8.in fine. Borgnin. Decis. 10. numero 219. & ita fuit tentum in vna Romana Dotis, Caputaquens.Decis.265. parte secunda. Dixi in Tract. Execution. bonorum, parte 2.quæst.14.numero 16. Crass.ad Statutum, Except.3.& ita fuit aliàs Florentiæ iudicatum. Borgnin.in Repertorio, in verbo, Nullitas, l'vltimo. Rota apud Puteum Decis.416.nu. 6.parte 2.

4 Ampliatur notabiliter, vt † talis exceptio possit opponi etiam post terminum Statuti ad dicendum de nullitate. Borgnin. Decisione 11.numero 54.

5 Subampliatur hæc† Ampliatio, etiam si Statutum loqueretur per verba taxatiua, adhuc enim opponi poterit exceptio nullitatis proueniens ex alio capitulo Statuti. Ruin. consil.102. numero 11. libro 2. Vide supra quæst. 34. principali.

6 Ampliatur tertio, etiam † in sententia supremi Principis. Afflict. Decisione 283. Grammatic. Decisione 29.numero decimoquinto, declarantes hoc verum, si sit defectus iuris naturalis, secus si sit iuris positiui, cui Princeps non supponitur. Vnde si pręcessit monitio, vel intimatio, ad deducendum, vel allegandum, tunc iste supplet defectum citationis ad sententiam, aliàs, hac deficiente, sententia Principis sine citatione est nulla, secundum præallegatos Doctores. Bursatus consil.septuagesimoquarto, num.67. & de nullitate opponi poterit. Lofred. consil.32. numero 23. & bene declarat Vrsill. ad Afflict. Decisione 283.numero 13.in alijs verò à Principe, talis citatio valet, in causis de longinquo; & data cõtumacia citati. Vantius de Nullit. ex defectu citation. numero 100. Marantha in verbo, Citatio, numero 18.

7 Ampliatur quarto, † vt Exceptio nullitatis opponi possit per viam exceptionis, licet pendeat causa nullitatis per viam actionis, & petitionis. Imola, & ibi Alexand. numero 14. dicit valde in Practica notabile, in l.4.§.condemnatum, ff.de re iudic.allegat glos.in capit.finali, de ordin.cognition. Sequitur Francisc.March. Decisione Delfinali 44. numero 4. parte 1. Amplians idem in executione Instrumenti. Hieron.Gabr.consil. 49.in fine, volum.1.

8 Et illud in actu practico † notandũ est, quod si coram vno Iudice pendeat causa nullitatis, & alius Iudex exequeretur sententiam super negotio principali, non poterit Iudex nullitatis, causa nullitatis indecisa pendente, retractare executionem commissam, sed bene finita, & expedita causa nullitatis; ita egregiè Innocent.in cap. Ex insinuatione, de procurat.in cap.Cum in iure, de offic.Delegati.clarius Bald.in l.tale pactum, §.qui pronocauit, quæstione duodecima, de pact.in Authentica, Quæ supplicatio, de precibus Imperat. offerendis. Casus est satis vtilis, & frequens.

9 E si exceptio † nullitatis fuit excipiendo reiecta, non prohibetur proponi per viam Actionis. Bartol.in l.1.versiculo, nunc videndum, C.quando pronocare non est necesse, numero duodecimo, & è contra Contard.limit.7.num. 22. Vant. in titulo quot modis, numero 38. Franc. in capit. dilecto; numero 319.de Appellationibus. Decius numero quinto, in fine; Et sic, quod vna via directa, & principaliter intentata tardè consequemur, excipiendo contra exequentem obtinebimus. Socin.consil.78.numero quarto, libro tertio, versiculo, secundo, quia; Corneus cons.208. colum.secunda, libro 3. Alex.in l.4.§. condemnatum, numero 13.de re iudic. Franc. in cap. Dilecto, num.41. de Appellation. Hieron. Gabriel.

 consil.

consil. 49. numero 9. ad finem, libro primo, Lancelott. de Attentatis, parte 2. cap. 17. numero 88. Dubitat' Bursat. consil. 74. numero vigesimoseptimo, lib. 1.

Quam doctrinam ego crederem veram, & sic procedere posse, quando primus Iudex non admisit, vel fuisset reiecta: quia non probata, secus si fuisset reiecta, quia non vera. Castrens. in l. qui Romæ, §. duo fratres, colum. 4. de verbor. obligation. in l. 1. colum. 3. in principio C. de ordin. cognition. & ibi Salicet. columna secunda, Ias. in d. §. duo fratres, numero 50. Ant. Gabr. de Communi, lib. 2. titulo de Exception. Conclusione secunda, numero 13. cum sequenti. Magon. Rotæ Florent. decis. 104. numero 19. Caballin. Milleloqu. 986. Et reiecta, si nō appellatur, præiudicat, nec amplius opponi potest. Bursat. consil. 74. numero 112.

10 Ampliatur quinto, quod etiam † à Tertio talis nullitas opponi possit, latè Ant. Gabr. lib. secundo, de execution. rei iudicatæ. Conclusione 1. numero 20. in 2. Concordantia. Milanes. Decisione Sicil. 7. numero duodecimo, libro secundo, Surd. Decisione 108. numero 15. & 20. Vantius, in titulo, Quis poss. dicere de nullitate, numero 6. cum seq. Posui latè in titulo de Tertio audiri volente. Surd. Decisione 108. num. 22.

11 Ampliatur sexto, vt semper † opponi possit, nō obstante aliquo temporis lapsu, si proueniat ex inhabilitate personæ, & defectu potestatis, vt latius dixi superius, in principio, & tradit Ruin. consil. 62. numero 29. volum. 5. Anan. consil. 16. idem Ruin. consil. 114. numero 16. eodem volum. Crauetta consil. 267. in fine, Rota apud Puteum Decis. 301. nu. 6. lib. 2. Balb. de præsent. parte 4. 4. partis principal. q. 32. nu. 2. vel versetur periculum Animę, Viuius in Silua Opinion. 551. Marantha, in verbo, Sententia, num. 154. vel notoria, Method. Vigell. lib. 2. Reg. 28.

Hoc verum per viam exceptionis, secus replicationis, Rota apud Puteum, Decis. 301. numero 8. parte 1. Sed quod per viam Actionis perpetua dici possit, Decis. Anenionens. 70. numero 8. Sed Contrarium in agendo, q. vsque ad 30. annos tātum duret, tenet Afflict. Decisione 178. numero 5. Tiraquell. de Retractatu lignaier. §. 36. glos. 2. numero 37. quæ tamen non nocebit successoribus Pinell. de bon. matern. l. 1. parte 3. sub num. 49. limitatione 6. fol. 276. Addo Crauettā cons. 108. num. 5. vbi dicit de nullitate ex defectu Actorum, vsque ad 30. annos, & sic etiam si nō sit defectus Iurisdictionis.

12 Ampliatur septimo, etiam † si sententia, maximè ex defectu Iurisdictionis, & potestatis, esset cōfirmata: nam etiam sententia confirmans erit nulla; ita sentire videtur Paris. consil. 105. numero 16. libro 4. Afflict. Decisione 294. Alexand. consil. 111. colum. 1. volum. 5. Ias. in l. 4. §. condemnatum, colum. 4. de re iudic. Felin. in Rubr. eodem titulo. Rota Decis. 117. in antiquis, Ant. Gabr. libro secundo, de Execut. rei iudic. Conclusione prima, numero 21. Surd. Decisione 289. numero 10. Gratian. Decisione March. 144. numero 26.

Quam doctrinam, non crederem simpliciter
13 veram, † si confirmatio processit ab habente Iurisdictionem, etiam si prima sententia esset nulla ex defectu Iurisdictionis. Innocent. in cap. 1. circa medium, de confirmat. vtil. vel inutil. in cap. Super literis, in verbo, forsan, de Rescript. Felin. in Rubrica de foro competenti. Angel. in l. 2. in 7. Fallent. ff. si quis in ius vocat. non ierit. Imola in l. si expressim, colum. 5. de Appellation. Abbas in c. Ea quæ, in principio, colum. 2. de re iudic. in c. Pastoralis, colum. 3. de Exception. Alexand. consil. 111. colum. 1. volum. 5. Aretin. in §. appellantur. colum. 4. de Exception. Ias. in l. 4. §. condemnatum, colum. 4. in 3. limitatione, num. 16. de re iudicata. Anton. Gabriel libro 6. de Statut. Conclus. 3. num. 25.

Addo, quod hoc dictum pro singulari commendat Simoncell. in Tractatu de Decreto, in præfatione, num. 126. licet paucis allegationibus sit contentus. Singulare quoque hoc dictum reputauit Marsil. Singul. 10. Tu scis, vbi subdit, talem confirmationem faciendam à Principe. Rebuff. ad l. quod iussit, nu. 77. de re iudicata. Alex. in l. si finita, colum. 4. in principio, ff. de damno infecto, in l. de pupillo, §. qui opus, colu. 3. de noui oper. nunciatione. Boer. Decisione 65. num. 11. Purpurat. consil. 79. num. 10. Et hæc est vera & Cōmunis opinio. Vant. in titulo, Quibus modis sentent. nullit. reparetur, numero 26. Et ita tenuit Rota Decis. 115. aliàs 7. de sentent. & re iudicata, in Antiq. Et hanc opin. dicit receptissimam Hieron. Gabr. consil. 49. num. 4. in fine, volum. 1. latè Grauat. Theoremate 17. dicens pariter receptissimam; & ita pluries tenuit Rota, Puteus Decisione 60. lib. 3. Caputaquens. Decis. 266. libro 1. Peregrin. Decis. 116. lib. 1. Chissanens. Decis. 77. & 172. Crescent. Decis. 47. lib. 1. aliàs, de sentent. & re iudic. Et nota, quod Vant. in citato loco, nō requirit immediatam confirmationē Principis, sed satis est, si confirmet Iudex appellationis. idē latius, num. 129. Triuisan. Decisione 6. num. 4. Et hanc dicit veriorem Grauat. Theorem. 17. sub num. 2. versic. Contrarium, in fine, melius num. 7. dicens, hanc esse magis Communem opinionem.

14 Declaranda tamen † venit præsens materia; Aut enim est defectus in personæ potestate, siue in Iurisdictione, vel in substātialibus iudicij, prout litis contestatione, libelli ineptitudine, & similibus; Primo casu, quando est defectus in facultate, Iurisdictione, vel potestate, si ex hoc sententia sit nulla, si confirmetur ab habente Iurisdictionem, non potest amplius dici de nullitate, ex iam dictis, & agitur ex confirmante. Si verò sit defectus in substantialibus, & deficiant membra principalia istius corporis, tunc Iudex superior non valet confirmare, sed declarare nullam. Abb. in c. Cum dilecti per illum text. in 3. & 4. notabili, de emptione & vēditione, quem textum ad hoc pro singulari commendat Bald. in l. 2. quæst. 4. num. 18. vbi latius Cagnolus, nu. 148. C. de rescindenda venditione, licet Pinell. ibi, in 3. parte c. 3. nu. 21. aliter sentiat. & hoc factum tamquā male intellectum reprehendat: Et cum Bald. ēr sentit

Alex.

Alex.conf.79.Perſpectis,verſic.eſt verum, lib.2. Decius conſil.483.num.8.colum.2. in principio. Vant.de nullit.ex defectu proceſſ.num.7. Minſyng.Singularium Obſeruation. Cẽturia prima, Obſeruatione 27. Et hanc dicit eſſe Communẽ opinionem Natta, conſil.358. Purpurat. conſil. 79.num. 10. Maſuerius ad Papienſ. in form.appellation.a diffinitiua, in verbo, fuiſſe, & eſſe nullam, & in ſpecie, quando eſt nullitas ex ineptitudine libelli, illam nullo modo confirmare poteſt, ſed neceſſe habet Iudex ſuper nullitate pronunciare, & Actorem in expenſis cõdemnare, etiam ſi Statutum prohiberet de nullitate dici. Felin.in cap.Ex parte, el ſecondo, num.16.de offic. Delegati.Cornaz.Deciſione 39.num.11.Andr. Gail, Practicabil.Obſeruat.libro 1. cap.66. incipiente, Sentent, Clarius hoc exprimit Vantius in titulo, Quibus modis ſententiæ nullitas reparetur, numero 129.verſiculo, erit tamen conſilium, reſeruato iure melius agendi. Deciſ. Auenionenſ. 68.num.5.

15 Aimo † tamen, conſil.179.num.7. moderare videtur, quod ſi nullitas ſolum reſpiciat aliqua Acta, & nõ omnia, quod tunc poterit per Iudicẽ appellationis reformari, latius conſ.270. num.7.

16 Et ſi prima ſententia eſſet valida, ſecunda verò ſit nulla, Minſyng.conſil.68.num.9. Mainer. in l. quoties, ſub num.44.de Regul. iur. Port.conſil. 192.num.13.dantes modum in Practica, petere executionem, & ſi pars aduerſa opponat de alia ſententia, replicetur, quod ſit nulla, & ſic Iudex exequetur.

17 Et ſuperius † poſitam declarationem, ſcilicet eſt defectus in ſubſtantialibus, vt per Iudicem appellationis confirmari non poſſit, ſed oĩno declarari nullam, tenet Alex.conſil.53.n.15.& 16.vol. 5.Crauetta conſil.140. num.8. conſil. 270. num. 8. pulchrè Hieron. Gabriel.conſil. quadrageſimo nono, num.5.& 6.conſil.50.nu. 8. Duo enim cæci, non poſſunt facere vnum videtem, & ideo neceſſe eſt, vt ambo in foueam cadant. Roland, conſil.90.num.43.vol.4.& ita ſentit Alex. conſ. 53.d.num.15.Alexand.de Neuo, conſil.43.num. 6.Minſyng. conſil.47. num.28. Martianeſ.conſ. 37.num.50.& 51.libro primo. Reſponſorum diuerſorum. Et ita aliàs fuit iudicatum per Rotam Florentinam, vt per Borgnin.Deciſ.25.ſub num. 9.parte prima.

18 Pariter dicendum † videtur, quod ſi prima ſententia lata à Iudice à quo, ſit nulla ex defectu Iuriſdictionis, poteſt vt dictum eſt, confirmari à ſecundo Iudice per ſuam ſententiam, dummodo ipſe ſecundus Iudex confirmans ſit Iudex competens, aliàs vtraque ſententia erit nulla, tam cõfirmata, quam confirmans, vt deducit Borgnin. Deciſione allegata 25.n.25.& ſine authoritatib. patet ad ſenſum, cum actus ipſo iure nullus, non poſſit conualidare alium actum penitus nullum.

Et ſi ſententia pateretur vitium à partibus nõ remiſſibile, adhuc confirmari poteſt per Iudicem ad quem.Gabr.conſil.49. num.quinto, parte prima.

Declaratur ſecundo, in ſententijs Interlocu-
19 torijs † nam Iudex appellationis non poteſt confirmare ſententiam Interlocutoriam. Pariſ.conſil.107.num.15.lib.4.

20 Declaratur etiam vlterius † præſens materia, vltra Anton. Gabriel. & alios ſuperius nominatos, dummodo ſecunda ſententia confirmatoria præcedentis nullæ, fecerit tranſitum in iudicatum, quo caſu non poteſt amplius dici de nullitate, nec agendo, nec excipiendo. vt diſcurrit Hieron.Gabr.conſil.49.libro primo, circa principiũ conſilij, inferens, quod ſi à ſecunda valida, confirmatoria primæ nullæ, ſit appellatum, non tollitur, quin adhuc poſſit dici de nullitate primæ, tam agendo, quam excipiendo; vbi etiam declarat, quod Clementina, Vt calumnijs, procedit, quando tertia ſententia ſit nulla, aliàs quã per lapſum fatalium, ſecus ſi valida ſit, quo caſu nec etiam de nullitate dici poteſt. Grauat. Theoremate 17.colum. tertia, in fine, vbi etiam numero quinto, dici, quod ſi à ſententia confirmatoria primæ, non appelletur, non poteſt amplius dici de nullitate ex cauſa rei iudicatæ.

Vlterius, ſententia confirmatoria debet eſſe lata ex noua cauſa, refirmando eam cum noua ſolemnitate, & cauſæ cognitione. Pariſ. conſil. centeſimoſeptimo, numero ſeptimo, libro quarto.

Declaratur quarto, vt ſententia nulla, non poſſit confirmari, ſi ad eius executionem fuit deuentum, ſed ante omnia declarari nulla. Grauat. Theorem.17.numero decimonono. Rota apud Chiſſanenſ.Deciſ.172.

Et ad id quod ſuperius diximus, ex Pariſ.conſ. centeſimoſeptimo, addo latius Caldas, ad l.ſi curatorem, in verbo, per quod, numero trigeſimoſeptimo.

Declaratur quinto, quod nullitas vagabilis per totum proceſſum, eſt inſanabilis, & reformari non poteſt, etiam conſtito de bono iure Crauetta conſil.240.num. 8. Magon. Rota Lucana Deciſ.28.num.30.

Declaratur ſexto, in ſententia nulla, & allegata eius validitate, ſecus ſi ſententia non haberet faciem ſententiæ, & careret eſſe, Rota apud Creſcent.de Arbitr.Deciſione 1.

Declaratur ſeptimo, quãdo error in prima eſt expreſſus, tunc ſecunda eſt nulla, & ex alio capite ſecũda nõ eſt nulla, ſed iniqua. Staffileus, fol.148.

Declaratur octauo, vt ſententia nulla non poſſit confirmari per Iudicem ad quem, ſi principaliter commiſſa ſit cauſa nullitatis. Grauat. Theoremate 17.num.18.limitat. 2. dicens ita obſeruari in Rota.

Declara nono, vt latius infra Exceptione 117. num.6.vbi videre placear.

Declaratur decimo, Iudex nullitatis poteſt pronunciare ſuper Iuſtitia, vel iniuſtitia cauſæ, & declarando nullam, condemnare in expenſis, & illum qui obtinuit in Articulo nullitatis, condemnare ſuper negocio principali. Rota apud Bellamer.Deciſ.295.5.93 Grauat.ad Veſtrium, libro octauo, capitulo primo, numero trigeſimo quinto.

Rota apud Puteum, 82.lib.3.dicit, quod Iudex debeat eodem tẽpore declarare nullitatem proceſſus,

cessus & negocij principalis, puta matrimonium inualidum.

21 Et sic infertur ad Statutum, † quod à duobus conformibus non detur appellatio: nam intelligitur, quando secunda sit valida: si enim ambæ prima, & secunda, essent nullæ vel in substantialibus vel ex defectu facultatis, vel vltima esset talis, vtique statuto locus non esset; quod intelligi debet de validis, ex iā dictis. Nec hoc sufficit, si aliquod vltima, vt valida, nisi transiuerit in iudicatum, ex Gabr. in citato loco; Solent autem adhiberi re-

22 media † quædam ad sanandas tales nullitates sententiarum; & inter alia, quod Princeps committat causam terminandam, & iustitiam faciat, vt ferè sunt omnia Rescripta, & Commissiones: nā hoc casu iudex Commissarius, cognoscet super bono iure, & meritis causæ, reiectis nullitatibus. Grammatic. Decis. decimanona, numero quinquagesimosexto. Carauita, in Ritu Magnæ Curiæ, Ritu 241. Borgn. Decis. decimanona, numero decimotertio, & 21. in fine, Decis. 25. numero tertio, parte prima. Vant. Quibus modis sentent. nullit. reparetur, numero 24. Belion. consil. 63. numero 9. Roman. consil. 308. colum. secunda, versiculo, Soli enim Principi. Minsyng. Centuria prima, Obseruatio vigesimaseptima. Et hoc crederem verum, in Commissario Principis, vel alterius, qui haberet facultatem causas sic committendi, cum hodie etiam Gubernatores Ciuitatum, ex Consuetudine hoc faciant, vt dixi post Felin. & alios, in Repetitione Regulæ, Cum quid libro sexto. vel adesset Statutum in loco, ita disponens, vt per Borg. Decisione vigesimaquinta, numero vigesimoquarto, libro primo. Vantius tamen, in citato loco, sub numero centesimouigesimonono, in titulo quibus modis sentent. nullit. reparetur, de quo superius, numero decimooctauo, in fine, non intendit ad Principem in hoc recurrere, sed iuxta prædicta, in hoc practicando persistit, & materiam reducit. Aut error est expressus in sententia, vel est defectus in substantialibus iudicij, iuxta allegata superius numero decimonono, & non cessat iste error in causa appellationis, & debet declarare sententiam nullam. Aut cessat in causa appellationis, puta, quia fuerunt facta Acta substantialia, sed perdiderunt vires suas ex lapsu instantiæ, & hoc casu fiat reproductio omnium Actorum, & si pars opponat, vnico contextu declaretur sententia nulla, & confirmetur in meritis causæ. Crauetta consil. ducentesimoseptuagesimo, sub numero septimo, colum. penult. & vltima. Triuisan. Decisione sexta, numero quarto. Non enim mihi videtur Vantius, ad quem in hoc casu omnes confugiunt, euacuasse omnes casus: namque, si in prima instantia sit defectus in partibus substantialibus, puta, litis cōtestatione, quæ fit in prima instantia, si instantia pereat, quid operatur ista reproductio durante eodem defectu. Bene verum est, quod siue defectus sit in citatione, siue in mandato, fiat reproductio Actorum, & vnico momento declaretur nulla, & confirmetur. Granut. Theoremate decimoseptimo, numero tertio, & quarto. Adde Hieronym. de Monte, quæstione vigesimatertia, numero vigesimotertio, vbi extendit, etiam si esset defectus iurisdictionis, de quo dubito, ex iam dictis; subdit tamen vnum notabile verbum, quod iudex potest reformare sententiam ad fauorem illius qui non appellauit, ex Abb. Alexand. & alijs.

Potest tamen etiam idemmet iudex qui commisit tenutam, vel executionem nulliter cōmissam reuocare, & confirmare, dicendo: Reuoco tenutam: & si de nouo venerit concedenda, concedo, & cōfirmo. Dixi latè in tractatu de Deposito, & Sequestro, parte tertia, quæstione vigesima sexta, Contard. ad l. diffamari, numero 118. Menoch. de Adipiscenda, remed. 5. num. 67. & circa reproductionem Actorum de qua supra, bene Felin. in c. Cum venerabilis, nu. 12. versic. quarta declaratio, de iudicijs.

23 Et licet † sanetur processus, sunt tamen reficiendæ expensæ. Alexand. consil. quinquagesimosexto, volum. 5.

24 Et † in Practica modum excipiendi dat Gerard. Singulari 50. vt excipiatur in genere, nec instruatur Aduersarius; licet primus modus in tacendo mihi non placeat, tum ratione conscientiæ, vt ipse dicit, tū respectu alicuius prorogationis, & tacito consensu in aliquibus casibus. Et est bona additio ad Lanfranch. in c. Quoniam contra, in verbo, Recusationes, in prima additione.

25 Ampliatur † octauo, vt excipiendo (prout nos semper loquimur) de nullitate, in perpetuum dici, & excipi possit. Angel. consil. 249. Dicta Interlocutoria, colum. 3. Alex. consil. 82. col. 4. libro 3. Vant. in titulo, quoties, & infra quæ tempora, numero 8. Grauat. ad Vestrium, libro 8. cap. 1. numero 30. Dixi ad Decium consil. octauo, ad numerum eius 7.

26 Ampliatur nono, ne † sit adeo marcida nullitatis exceptio, ne si quis exequi faciat sententiam nullam, quod de facto resisti potest. Barbac. in c. In litteris, numero 14. de officio Delegati. Franc. Marc. Decisione 72. num. 9. & 260. nu. 4. parte 1. Asinius in Practica, §. 31. limitatione prima, nu. 4. Lancelott. de Attentat. parte 2. cap. 18. nu. 51. de attentat. nullitate pendente.

Ego Ampliationem istam crederem in iure veram, & in puncto iuris sustineri posse, sed in Practica, & exequendo valde periculosam, cum hodie birruarijs sint concessa priuilegia satis notabilia, & magna; vnde resistens, aut capitur, aut fugit, vtroque casu debet iustificare, & interim patitur non parum. Vnde laudarem cautè procedendum, ne maior sit impensa, quam resistentia, maior tribulatio, quam consolatio.

Ampliatur vndecimo, ne etiam post executionē, dici possit de nullitate, nedū in exequēdo met, Bal. ī c. Sæpè, col. penul. de Appel. Salic. in l. si Præses, C. quō, & qn̄ iudex. Felin. in c. Ea quę, col. 3. de re iud. Socin. cōs. 10. col. vltima, vol. 4. Card. cōs. 71. Marsil. in l. 1. num. 155. C. de Raptu virginum.

Ampliatur duodecimo, quod Statutum tollēs omnem exceptionem, non comprehendit nullitem: quia non est exceptio. Bald. in l. prima, C. de iur. & facti ignor. Commendat Socin. consil. 39. numero 36. libro 4.

Ampliatur

Ampliatur tertiodecimo, etiam si à sententia esset appellatum, & appellatio deserta: nam adhuc de nullitate opponi potest. Bald. in l. 1. num. 11. C. quando prouoc. non est necesse. Alexand. consil. 200. numero 11. & 12. lib. 2. de Communi Didac. Pract. quæst. cap. 24. prope finem. Viuius Opin. 551. in fine.

27 Ampliatur † quartodecimo, ne talis exceptio Nullitatis in iudicio possessorio admittatur, considerando duos casus principales, loquendo tantum, quando proponatur per viam exceptionis.

Primus est casus, quando exceptio nullitatis requirit altiorem indaginem, tunc executio non impeditur, Menoch. post relatos, de Adipiscenda possess. Remed. 4. num. 885. Et hæc est Communis opinio, bene attestata per Ripam, in §. condemnatum, num. 20. Idem attestatur Vant. in titulo quot, & quibus modis, nu. 32. Hieron. Gabr. consil. 49. numero octauo, libro primo. Grat. consil. 34. numero 9. libro primo. Lancelot. de Attentat. parte 2. cap. 17. numero 94. vbi de magis Communi.

28 Declaratur † hic Primus casus, quando ex hac immissione oriretur damnum irreparabile, tunc exceptio nullitatis requirens altiorem indaginē, talem immissionem impedit. Bald. in l. ab executione, C. Quorum appellation. nō recip. in l. cum, qui duas, C. de adulter. in l. 1. C. de tempor. in integrum restit. Ias. in d. §. condemnatum, numero 21. vbi Ripa, numero 21. Ias. in l. 3. §. si seruus, numero 9. ff. de Acquir. possess. Socin. Regula 163. Exceptio nullitatis, in secunda Fallentia. Didac. Practicab. quæstion. capit. 25. versiculo secundo constat const. Angel. in l. vnica, numero 3 C. si de momentan. possessione, vbi monet in Practica, quod & in materia Appellationis, & in materia nullitatis, tota materia reducitur ad hoc, An damnum sit reparabile, vel non. Bart. in l. 2. numero 3. ff. de appellation. & ibidem Cuman. numero 27. Bald. in l. 2. num. 22. C. de Episcopali audient. Aretin. in l. naturaliter, §. nihil commune, col. 3. versiculo, si tamen velles, de acquir. possessione. Collectar. in cap. Ex consequenti, numero 12. & in cap. Cum ad Sedem, numero 12. & ibi Abb. numero 30. d. restitutione spoliat. Cardinal. in capit. penult. in fine, de noui oper. nunciatione. Lanfranch. in cap. Quoniam contra, in verbo, Interlocutoria, num. 102. Cappell. Tolosan. quæst. finali, limitat. 6. Ripa, in cap. Sæpè, num. 4. de Restit. spoliat. Guido Papæ Singul. 356. Decius in l. 1. numero 6. C. de bonorum possessione secūdum tabul. Decius consil. 28. num. 2. & 5. Iaffred. Decisione 149. Barbac. consil. 82. col. 6. libro 3. Ias. consil. 60. in fine, libro primo. Menoch. de Adipiscenda Remed. 4. num. 865. Osasch. Pedemont. Decis. 25. numero 10. versic. similiter. Ant. Gabriel. libro 2. de execut. rei iudic. Conclus. 1. numero 21. Lancelott. de Attent. parte 2. capit. 17. numero 95. Roman. Singul. 291. infra, Soliloquio 281. Didacus, Practicab. quæst. cap. 25. num. 3. Contard. limit. 17. num. 29.

Siue in ciuilibus, siue in criminalibus. Lancelott. in supra allegato loco, numero 77. Ex hoc infert hic Paul. Castrēs. ad vnū, quod reputat perpetuo notandū, quod cum captura personæ afferat damnū irreparabile, & ignominiam, quod cōtra eam opponi potest exceptio nullitatis ad eam impediendam, maximè si sit persona honesta. Masuerius, in titulo de Appellation. numero vigesimooctauo.

29 Quod autem captura personę † inferat iniuriā, & ignomineam, & damnum irreparabile, ponit Bald. in l. per diuersas, quæstione 10. C. mandati, in l. si clericus, colum. 2. C. de Episcopali audient. in l. vnica, C. de in integrum restitut. Neuiz. consil. 52. numero 8. in practica criminali, cap. 15. titulo de Citatione reali, num. 8. Roland. consil. 17. num. 1. consil. 18. num. 5. consil. 65. numero 13. volum. 3. consil. 40. numero 10. volum. 4. Siluest. Arcer. consil. crimin. 71. diuers. volum. 2. Cirill. in Summa criminali, titulo de custod. reorum, particula prima, numero 2. versiculo, scire tamen debet iudex, latius in titulo de pœna iudic. malè iudicant. parte 3. §. 2. numero 2. & §. 3. num. 2. Bertazol. consil. 133. numero 9. vol. 1. Soarez, dicens hoc perpetuo notandum, ad legem fori, titulo *Los gouiernos*, quæst. 4. Anna, Allegatione 82. num. 10. Roland. consil. 20. num. 10. volum. 1. Asinius, de Executor. §. secundo, capit. decimoquinto, fol. trigesimoprimo, vbi agi potest Actione iniuriarum.

Et licet Ias. in §. condemnatum, sub numero 24. mordeat hoc dictum Castrensis, dicendo hoc dictum Castrens. sibi non placere, cum etiam in bonis executio facta, afferat verecundiam, ex §. primo, in fine, Instit. Quibus ex caus. manumitt. non licet.

30 Namque iudicio meo, hæc † ratio videtur satis leuis; Et ad rationem Iasonis, satis clare respondetur ex dictis per Roland. in allegato consil. 65. numero 16. vol. 3. asserentis esse longe minorem verecundiam, exequi in bonis, & sequestratione eorum, quam in persona; & fuit opinio Parpaliæ ad l. primā, numero 75. ff. soluto matrimonio. Præterea, non videtur bona consequentia. In bonis etiam quis, executione mediante afficitur iniuria, ergo captura personalis nō est ignominiosa.

31 Limitat hanc † Conclusionem D. Prosper Farinacc. quæst. 27. num. 138. quod captura personæ non sit iniuriosa, si fiat à persona priuata, secus si à iudice. Hæc declaratio mihi videtur sine aliqua difficultate, & persona priuata talia faciens, punitur etiam alijs grauioribus pœnis. Nec de captura facta à persona priuata loquuntur Doctores, nec aliqui ex superius allegatis, qui omnes loquuntur in executione à iudice commissa.

Alio igitur modo Roland. in citatis consilijs
32 declarat, quod captura † personæ affert iniuriam, quando sit iniusta, & fuerit commissa à iudice nō seruatis seruandis, prout per exempla per eum posita patet. Et licet D. Prosper Farinacc. pro iudice præsumat, fateor hoc verum in dubio, secus si ex lectura processus aliter de eius iniustitia appareat.

33 Ego video † capturam personæ in ciuilibus, inferre vereccundiam quandam, cum in citatione

ad sit

adfit quædã iniuria, quoniã ex hoc captus redarguitur, vel non esse soluendo, vel difficilis ad soluendum, quod parit apud homines malam quãdam opinionem, vel existimationem, & hoc clare ni fallor sentire videtur Decius consil. 73. qui etiam vult, executionem esse irretractabilem, non quando agitur de captura solum, sed de vita, vel membri mutilatione. Sequitur Farinacc. de præsentatione instrument. parte 9. q. 7. nu. 14. Vrsill. ad Afflict. Decis. 231. num. 2.

34 Ampliatur Principalis hæc Declaratio, etiam † si in parte esset retractabilis, sed non in toto: quia hoc non sufficit. Bald. in l. 1. C. ne in integrũ restitut. postul. Felin. in cap. Cum super, num. 17. de re iudicata.

35 Ampliatur secundo, quod idem sit siue † damnum nullo modo reparari possit, vel saltem cum magna difficultate, hæc enim paria sunt. Bart. in 1. §. quæsitum, ff. de Appellation. Felin. in cap. accepimus, num. 5. de fide instrument. Duenn. Regula 52. numero 13. Angel. in l. 2. numero 9. de appellation. post Bart. ibi, numero 2. Bellamera, in d. c. Super eo, quæst. 22. Caballin. ad Aegid. libro 6. cap. secundo, numero nono, Contard. de momentan. Limitatione prima, numero 81.

36 Res enim † quæ non potest haberi nisi cum difficultate æquiparatur, impossibili, vel extinctæ, & omnino deperditæ. Felin. in cap. Accepimus, numero quinto, de exception. in cap. Cum super, numero 17. de re indic. Ias. in l. idem Iulianus, §. constat, numero septimo, de legat. 1. Opizon. ad §. Diui, numero 80. Ego vltra alios addo bonam glosãn §. fere, in verbo, difficilis. Inst. de rerum diuisione. Et hæc vera, etiam si talis Exceptio requireret altiorem indaginem. Menoch. de Adipiscenda, Remed. 4. num. 886. Contard. limit. 7. num. 29.

37 Hinc postea opponi potest † exceptio nullitatis, etiam requirens altiorem indaginem, ad impediendum executionem exequendam in Fortilitio, Castro, vel similibus; vel aduersarius esset de potentioribus, qui semel immissi, difficilime venirent remouendi, etiam reuocata sententia cuius vigore erant immissi, quasi sententia immiserit, & potentia manuteneat, & iura prouiderũt in omnibus ferè casibus contra istos potentiores, legibus valde odiosos, vt in libro Digestorũ, De Alienatione iudicij mutandi causa facta. In Codice, in titulo, Ne liceat Potentioribus. Hinc licet spolium sit fauorabile pro spoliato, vt ante omnia restituatur, tamen spoliatus Castro, Fortilitio, vel loco munitissimo, non restituitur. sic Castrens. & Alexand. in l. naturaliter, §. nihil commune, numero 21. Bolognet. numero 30. Ripa, numero 75. Claud. Seisell. columna 3. versiculo, circa quintam fallentiam. Zasius num. 60. probarunt. Idem responderunt Ias. consil. 60. numero 4. libro 1. consil. 38. libro 3. Ruin. consil. 22. in fine, libro 2. consil. 37. numero 1. & 3. consil. 42. numero 10. lib. 4. Gozadin. consil. 1. numero 12. consil. 7. numero 6. consil. 9. numero 69. consil. 11. numero 10. Roland. qui in eodemmet casu consuluit, consil. 1. numero 70. lib. 1. Rubeus consil. 13. numero 17. & in d. §. nihil commune, numero 148. Paris. consilio 1. numero 177. consil. 10. numero 85. consil. 22. numero 99. libro 1. Neuiz. inter concilia Bruni consil. 12. numero 54. Franc. March. quæst. 316. num. 11. Boer. quæst. 238. colum. antepenult. de Communi Menoch. de Recuperanda, Remed. 1. numero 280. cum multis seqq. in causa Ferrariensi, articulo 3. numero 19. Anton. Gabr. de Restitutione spoliat. Conclusione prima, numero 134. latius numero 148.

38 Et in materia excussiones, † si possideatur Castrum, vel Fortilitium, posui in Tractatu de Excussione bonorum, quæst. 36. cum multis seqq. parte 2. in quibus successiuè posui, qui dicantur potentiores, ibi videre placeat.

Ampliatur tertio, etiam contra tres conformes, Ripa, in d. §. condemnatum, numero 21. Didac. Practicabil. quæst. cap. 25. numero 2. versiculo. secunda.

Ampliatur quarto, etiam contra Instrumentum guarentigiatum, vel Camerale, Bart. de guarentig. parte 3. quæst. 21. versiculo, secundus casus, Lancelott. de Attentat. parte secunda, cap. 17. num. 99.

39 Declaratur secundo loco principaliter hic primus propositus casus, † in exceptione nullitatis ex defectu Iurisdictionis, quæ Exceptio licet requirat altiorem indaginem, impedit oppositam executionem, etiam in Iudicio possessorio, Ripa ad d. §. condemnatum, numero 23. quod & affirmauit Calcaneus consil. 16. numero 49 Vant. in titulo Ex defectu Iurisdiction. numero 3. Decius consil. 8. numero 6. consil. 38. numero 7. Marsil. Singul. 10. Parisius consil. 45. numero 28. libro primo, Ruin. consil. 11. numero decimotertio, lib. 4. Cephal. consil. 141. numero decimooctano, libro 2.

Verum Menoch. de Adipiscenda, Remed. 4. numero 890. mordet hanc declarationem, dicens, quod præfatæ authoritates, concedunt opponi posse, sed non dicunt, quod opposita impediat.

Immò omnes superius citati clarè affirmarũt, impedire etiam executionem trium cõformiũ, ex quo defectus Iurisdictionis est potentior alijs. Quæ verba dant responsionem ad motiuum Menochij, & pluribus confirmat Didacus Practicabil. quæstion. cap. 25. numero 4. posset fortasse argumentum procedere in alijs nullitatibus, secus ex defectu Iurisdictionis, cui nec per Statutum, nec etiam per pactum iuratum censetur in dubio renunciatum, prout diximus superius in princip. quæst. 33. principali, cum multis sequentibus.

40 Et sic, licet iudicia † possessoria sint priuilegiata, & celeritatẽ requirant, tamen hoc verum est, si sint legitimè fundata, & à Iudice habente Iurisdictionem.

Declaratur hæc Conclusio primo, vt non procedat, nisi nullitas sit notoria ex Actis. Bursat. cõsil. 74. num. 30.

Declaratur secundo, vt nec notoria opponi possit elapso termino præfixo ad eam opponendam. Bursat num. 31.

Decla-

Declaratur tertio, si iurisdictio non est funditus nulla, sed sed elidibilis, tunc non impedit Bursat.num.32.

Declaratur quarto, in contumace, qui non opponit defectũ citationis, vel iurisdictionis. idem Bursat.num.34.

Declaratur quinto, in Tertio, Lancelott. de magis Communi, parte 2. cap. decimoseptimo, num.100.

41 Declaratur sexto, in † sententia lata ex falsa causa, vel ex falsis probationibus, vel allegationibus, contra quam exceptio requirens altiorem indaginem impedit executionem, iuxta superius tradita de sententia lata ex falsa causa, vel ex falsis probationibus. Et tradit Ripa, in l.4.§.cõdemnatum, num.21.de re iudicata. Socin. Regula 122. dummodo adiuuetur aliqua coniectura, per relationem ad Acta. Alex.in l.rei iudicatæ, §.1.ff. soluto matrimon. Vantius de nullitate ex defectu processf.nu.129. Menoch.de Adipiscenda possessione, remed.4.num.891.

42 Secundus casus principalis est, cum † nullitas nõ requirit altiorem indaginem, sed notoria est, & de ea statim, & incontinenti apparet, tunc impedit executionem, & non solum in iudicio possessorio, de quo agimus, sed etiam generaliter in alio quocumque iudicio. Et hæc vna est de principalibus Limitationibus in hac materia, & de ipsa repletæ sunt omnes Hydriæ, Vrnæ, Capsæ, & Cophani scribentium, & eam sciunt Aduocati, Procuratores, & Notarij, Gubernatores, Potestates, & Assessores, Præsides Prouinciarum, qui parum vel nihil student, Locumtenentes, qui ex fauoribus eliguntur. Ponam tamen nonnullas authoritates, pro eius fundamento.

43 Et in possessorio † loquendo, de quo nunc agimus, ita tradit Bald.in l.finali, num.5. versiculo, vnũ scias, C.de ordin.cognition. Barbac. in Clementina, Vt calumnijs, num.15.de sequestr.possess.& fruct.

Et generaliter nedum in sententia lata in pos-
44 sessorio, de quo superius diximus, † nullitas notoria impedit executionem, sed indistinctè in qualibet materia, etiam si essent tres sententiæ conformes. Et hanc dicit veriorem, & magis Communem post multos relatos Anton. Gabr.lib.2. de Exception. Conclusione 4. Menoch. de Arbitr.Casu 9.Bursat.consf.73. num.1.Ant. Gabr. de Executione senten. Conclusione prima, sub numero 8.versiculo, contrarium, vbi pariter de Communi.Didac.Practicabil.Quæstion.cap.25. numero 2.versiculo 1.Lancelott.de Attent.par. 1.cap.17.num.117.vbi pariter dicit magis Communem hanc affirmationem, quod notoria impediat.Bursat.consf.74.num.30.Roland.consf.29. num...vol.1.Viuius in Silua, Opinin.259.vbi pariter de veriori, & magis Communi.Contard. de Momentanea possessione, limitatione 7.nu. 63.vbi pariter de magis Cõmuni. Michael Crass. Commun.opinion.cap.23.verbo, Sententia, limitatione 35.& 36.Roland.consf.29.num.44.vol.1. Magon. Rotę Florentinę decisf.104.num.17.Villalob.in verbo, Sententia, limit.25.Lancelott.de magis Communi, parte secunda, cap.17.num.114. Caballin.ad Butr.consil.decimooctauo.Port.cõ-
45 sil.209. Et hoc procedit non † solum coram executore mixto, sed mero tantum. Hieron. Gabr. consil.quadragesimotertio, numero 37.libro primo.Gigas, de pension. quæstione finali, numero 22.Imola, consil.127.num.3.Caldas, ad l.si curatorem habens, in verbo, per quod, numero 20.latè Crassf.de exception.ad Statutum, cap.20.num. quarto, & declara, vt infra, num.95.& ad supradicta adde Benintend. Decisione 49.numero 15. etiam si excipiens esset excommunicatus, tamen nullitatem notoriam excipere potest. Gallesin.in quæstione post processum. numero decimoquarto, fol.mihi 199. Et prædicta sunt vera, siue causa sit profana, siue Ecclesiastica, siue Spiritualis, vel quasi, siue ciuilis, siue criminalis. Gratian. Decisione March.decimaoctaua, numero sexto, & vndecimo.

46 Euidens † autem, & notoria nullitas, dicitur illa, quæ constat ex Actis, & oculo corporeo ex lectura processus potest videri. Franc.in c Dilecto, col.vltima, de Appellation.Bal.in l.1. in principio, C. Ne liceat tertio prouocare. Cagnolus in l.2.numero 279.versiculo, quando vero, circa finem, C.de pact.inter empt. & vendit. Balb.de Præscription.in quarta parte, quartæ part.principalis, quæstione trigesimasecunda, numero quinto, Alex.consil.59.numero 87.libro quarto. Barbac.consil.38.numero 2.libro 2.Beltrand.consil. 127.numero 62.lib.3.in antiquis. Vant. in titulo, Quid sit nullitas, num.22. in Titulo, Quis possit dicere de nullitate, num.52.Contard.de momentan.limitatione 7.num.57.Rota Lucana, Decisf. 24.Borgnin.Decisione 10.num.18. parte 1. Parisf. consil.107.num.11.lib.4. Milanesf. Decisione Sicil.2.num.46.libro 2.& numero 134.cum multis sequent.Balb.de Præscript.in quarta parte, quarta.partis principal.quæst.32.in fine.Caldas, dicẽs Communem.ad l.si curatorem, in verbo, per quod, num.21.Viuius in Silua, Opinion.259.nu. 5.dicens Communem. Vrsill.ad Afflict. Decisf. 283.Mascard.quæst.8.num.17.

47 Nec hoc sufficit, † si aliqua probabili exceptione in dubium reuocari possit, quo casu non impedit, sed reseruanda est post executionẽ. Franc. in cap.Dilecto, num. 52. in fine, de Appellation. Ripa, in d.§.condemnatum, num.17.Vant.in Titulo, Quot, & quibus mod. numero trigesimoprimo.Contard. Limitatione 7.nu.58. Bursat. consf. 74.num,93.& num.108.lo 1.pulchrè Neuiz. consil.70.Milanesf.Decisione.Siciliæ 2.num.36.libro 2.latius Decisione 7.num.12.eod.lib. Riminald. iunior consil.53.num.30.libro 2.Canalcan. Decisione 10.num.10. Bott.consil.101.num.22.Turrett.consil.35.num.14.lib.1.

Ampliatur egregiè, etiam si impugnatio contineret iuris subtilitatem; & ita passim practicatur; & seruat Rota.Prosp.Farin.q.21.n.17.vbi declarat hoc verũ in notorio iuris, secus in notorio facti.

Et hęc omnia comprehendit vnico verbo.Bal. in l.ab executione, C. Quorum appellation.
48 non recipiuntur, dum inquit: si liquida † est nullitas, non suspendit, sed statim perimit; idem si incontinenti liquidetur, sed si est omnino dubia,

dubia, non suspendit, nec perimit, ex l. vltima, C, de ordine cognition. quæ verba satis notabiliter comprehendunt totam materiam.

49 Si vero nullitas † allegetur extra processum, & Acta, licet offeratur incontinenti, nihilominus executionem non impedit; ita conciliando opiniones tenet Ripa, in d. §. condemnatum, num. 17. Quam satis æquam commendat Grauat. ad Vestr. lib. 8. cap. 1. num. 28. licet Contrarium teneat Berous consil. 177. num... lib. 1.

50 Rota autem † declarauit, nullitatem excipiendo oppositam, impedire executionem rei iudicatæ, si resultat ex eisdem Actis. Idem, si incontinenti doceatur de nullitate. Ita in vna Hispalensi coram Decano, apud Caputaquens. Decis. 264. aliàs 6. parte 2. & Decis. 280. in nouis. Hieronym. Gabr. consil. 43. num. 37. Staffileus, fol. 151. declarando tamen alio modo; Aut loquimur contra vnam tantum sententiam, & tunc incontinenti probanda admittitur; si contra tres, tunc non admittitur. Gratian. Decis. Marc. 18. numero nono, & decimo.

Et dicitur etiam incontinenti, si eadem instantia executiua probaret. Alexand. consil. centesimoprimo, num. quarto, volum. quarto, & consil. 166. num. 2. volum. 2. Roland. consil. secundo, numero 38. volum. 3. Borgnin. Decisione 10. num. vigesimosecundo.

51 Multo magis † si de nullitate constaret ex verbis sententiæ. Roman. in l. si verò, §. de viro, numero 163. ff. soluto matrimon. Quid si côtra producatur Instrumentum publicum? Roman. in citato proximo loco, tenuit quod sic, sicut per Acta publica; tres enim pro instrumento publico oriuntur præsumptiones, verum, solemne, & probatio probata. Dixi latè ad Decium, consil. 36. num. eius 6.

Immò Instrumentum appellatur nedum euidens, sed euidentissima probatio, & confessio, quæ non eget disputatione fori, Iaf. in l. prima, in principio, numero decimo, ff. de noui operis nunciat. Latè Menoch. de Recuperand. Remed. 1. num. 905. lib. 2. præsumpt. 44.

52 Et appellatur, † Noli me tangere. Dixi ex Baldi Decisione quadragesimaquarta, num. vndecimo, vbi videre placeat.

53 Et casus instrumenti, † dicitur casus legis, Bal. consil. 215. col. 2. lib. 2.

54 Et hanc opinionem credo † veriorem, his duobus præcipuè concurrentibus. Primo, quod habeat in promptu, & manibus, & in facto exhibeat sine alia declaratione. Secundo, quod nulla opponatur exceptio, quæ offuscauerit lucem eius, Decius consil. 131. num. 9. Alciat. in l. si causa cognita, C. de Transact. clare Ruin. in l. prima, numero 49. ff. de noui oper. nunciatione consi. 17. numero 10. 128. in fine, libro 4. Crauetta, consi. 299. num. 9. Dixi latè ad Decium consil. 119. colum. 8. Et hanc opinionem in proprijs terminis, quod sufficiat per publicum Instrumentum, de nullitate docere, tenuit Vant. in titulo, Quis possit dicere de nullit. sub nu. 54. versiculo, intellige præmissa; Et hæc est magis Communis opinio. Prosper Farinac. quæst. 21. num. 27. & 28. bonus locus vltra alios apud Vrsil. Decisione 356. qui ampliat, etiam contra laudû emologatum. Milanes. Decisione 149. lib. 2. Licet Anton. Gabr. in titulo, de Executione rei iudicatæ, num. 10. aliter sentire videatur.

55 Declarantur præterea esse vera, quando † ipsius nullitatis exceptio proponeretur coram eodemmet Iudice qui sententiam tulit, secus, si coram Iudice inferiore eius qui tulit sententiam. Angel. in d. §. condemnatum, iuxta principium; quod dictum notabile, & pulchrum, appellauit Afflict. ad Constitutioues, Rubr. 17. lib. 2. nu. 31. attestans in Practica sibi fecisse magnum honorem. Contrarium bonis rationibus tenet Marin. Freccia, de præsentation. Instrum par. 9. quæst. 7. num. 19. & 20. sed cum prima opinione tenet Rota Decis. 280. in nouis. Staffileus, fol. 251.

56 Quare si sumus † coram executore, ita videtur distinguendum; Aut nullitatis exceptiones reperit falsas, & illis non obstantibus sententiam exequetur, licet per eum lata non fuerit, Aut reperit veras, vel dubitabiles, & supersedendo in executione, transmittit eas ad Iudicem qui sententiam tulit; & ita practicatur in Camera Imperiali, Minsyng. Centuria 1. Obseruatione 69. dicens hanc esse insignem, & nobilem quæstionem; & vltra eum, hoc idem consulendo tenuit Ruin. consil. 7. Visis, num. 3. lib. 4. Roman. consil. 51. Grat. consil. 80. num. 10. lib. 2. Roland. consil. 84. libro primo. Hoc idem sentit Menoch. qui prædictos nô allegat, de Arbitrar. quæst. 38. num. 17. vbi num. 19. limitat, nisi † Iudex executor, haberet maiorem potestatem, & Iurisdictionem, quam ille Iudex qui sententiam tulit, ex Alex. Felino, & alijs per eum allegatis, pulchrè à nemine allegatus, Vital. in Clausula, Si sibi côstiterit, num. decimo, fol. 45. maximè, si sit merus executor, Caldas, ad l. Si curatorem, in verbo, per quod, num. 91. Mathesilan. in l. si vt proponis, num. 3. C. de execut. rei iudicatæ.

57 (margin, beside "19. limitat")

58 Declaratur † non procedere in notoria iniustitia ex Actis perceptibili; quia per exequentem cognosci poterit, Ruin. cônsil. 7. num. 3. lib. 4. Grat. cons. 80. num. 10. lib. 2. Magon. Rotæ Florentinæ, Decis. 104. nu. 18. pulchrè Tiberius Decian. Tractatu Criminal. lib. 2. cap. 14. num. 26. libro 4. cap. 89. num. 126. & cap. 38. num. 4. & 5. Tiraquell. de Pœnis, in proœm. num. 36. Rota Decis. 403. in nouis. quæ pulchrè loquitur. Et hæc est Communis. Lancelott. par. 2. cap. 17. num. 117.

Et prædictis accedat in terminis Roland. côs. 35. num. 14. & 15. lib. 1. Quod † si Commissarius Apostolicus tulit suam sententiam, & pro ea exequenda implorat brachium seculare, si coram Iudice seculari, cuius brachium imploratur compareat condemnatus, excipiendo sententiam minime exequendam vti nullam, exhibendo Acta, & processum, quod non debet brachium concedere, nec sententia est exequenda.

59 (margin, beside "35. num. 14.")

60 Et est satis † vtile illud côsilium Rolandi: temporibus enim nostris Iudices timidi, & ignorantes, qui vt plurimum, & pro regula sunt tales, cû officia dentur ex fauoribus, & non ex virtutibus, & meritis, & valet côsequentia, est literatus, ergo vacat.

vacat. Audita voce Commissarij Apostolici, nihil aliud querit, sed ipso facto concedit familiam, & nullitas opposita resoluitur in nihilum.

Et sic prima est limitatio, nedum in iudicio possessorio, sed generaliter in qualibet materia, etiam contra tres conformes, vt exceptio nullitatis euidens, & notoria executionem impediat, declarando, vt superius deductum est.

61 Limitatur secundo loco principaliter, † vt exceptio nullitatis possit opponi si sententia lata sit contra absentem. Bald. in capit. Pastoralis, §. quia vero, numero 8. de offic. Delegati, vbi etiam Bal. docet practicare, quod si sententiæ nullitas non potest incontinenti deduci, parito iudicato deducatur, per viam actionis.

62 Limitatur quarto, † vt exceptio nullitatis non possit opponi contra sententiam latam à iudice præclaro, prout Rotæ Auditore, & similibus. Neuiz. consil. 70. vbi si opponitur, executionem non retardat, dicens ita iudicatum ex eius consilio in Supremo Senatu Sabaudiæ.

63 Verum dubitationem facit, † quia & cõtra sententiam Principis, qui habet omnia iura in scrinio pectoris, de nullitate excipi potest, vt dixi superius, num. 10.

64 Limitatur quinto, vt † non audiatur excipiens de nullitate, nisi docto de suo interesse, aliàs non est legitimus contradictor. Calcaneus, consil. 16. numero 57.

65 Limitatur sexto, vt † nullitatis exceptio non competat ei, qui fuit causa nullitatis, nec eius successori. Cephal. consil. 133. numero 125. Magon. Rotę Lucanæ Decis. decimaquarta, numero trigesimoprimo. Rota Florentina Decis. 137. numero quinto.

66 Limitatur septimo, nisi † constaret exceptionem nullitatis proponi animo calumniæ, & differendæ solutionis, vt latè dixi superius in Tertio audiri volente, num. 50. cum multis seqq. & illud repetam in Practica. Quod licet, vt plurimum iudices præsumant, excipi animo calumniæ, & solutionis differendæ, præsertim à principali victo, prout nos loquimur. Vital. in Clausula, Nil innouar. nullit. pendente, numero octauo, & Ripa, in §. condemnatum, numero decimonono, nihilominus curet victus excipiens, deducere suam intentionem ex Actis, & his tollitur omnis suspitio malitiæ, vt dixi in Rubrica De Tertio audiri volente, numero sexagesimosecundo. Lancelot. de Attent. parte secunda, c. decimoseptimo, numero 123. Addo etiam, quod hac de causa iudex appellationis potest omittere causam nullitatis, & decidere super meritis causæ. Borgnin. Decisione septima, numero 19.

67 Limitatur octauo, nisi † excipiens nullitati aliàs renunciasset, quo casu, eam amplius opponere non potest. Innocent. in capitulo penult. col. finali, de iudic. Angel. in l. tale, pactum, §. qui prouocauit, ff. de pact. Ripa, in dicto §. condemnatum, numero 19.

68 Et hæc renũciatio † fieri potest duobus modis, scilicet, expressè, iuxta præallegatos Doctores, & tacitè, si elapsus sit terminus à Statuto, vel iudice præfixus ad dicendum de nullitate. Cephal. consil. 201. Existimo, num. 8. libro 2. consil. 202. Moniales, numero 18. eodem libro 2. & consil. 263. nu. 36. eod. lib. Celebre est consilium Alex. 105. col. 2. versiculo, quia respondeo, vol. 5. Gozadin. consil. 103. numero 9. Socin. consil. 121. col. secunda, versiculo, Præterea, etiam si esset notoria, Cephal. consil. 202. num. 17. & 18. Natta cons. 120. num. 15. consil. 24. numero secundo, & 20. Paris. consil. 95. numero 35. libro primo. Lancelott. capit. 17. numero 131.

Cõtrariam opinionem intrepidè tenet Vant. in titulo quis possit dicere de nullit. numero 54. reprehendendo Castrens. & alios Contrarium tenentes. Magon. Rotæ Florent. Decis. 66. nu. 27. Contard. de Moment. posses. limit. 7. num. 67. latè Brun. de Legibus, & Constitut. super verbo, nullitas, in verbo Lex, vel Statutum, versiculo, item quæritur de singulari, dicens hanc opinionem æquam, & multum benignam. Osasch. Pedemont. Decis. centesimaquadragesimasecunda, numero 32.

Prima tamen opinio verior est, de qua per Anton. Gabr. libro secundo, de Exception. Conclus. 4. numero 5. Lancelott. de Attentat. parte secunda, cap. 17. numero 132. Crauetta, consil. 171. numero quinto. Papiens. in forma executionis sentent. gloss. prima, numero 11. Et vide quæ latius posui superius in principio operis, quæstione decimanona. 22. principalis, & hæc etiam est Communis opinio, secundum quam per Senatum iudicatum testatur Roland. consil. octuagesimotertio, numero decimoseptimo, volum. primo. Rota apud Puteum Decis. 416. parte 2.

69 Ampliatur primo, etiam si † nullitas esset notoria, & ex Actis apparens: nam nec ipsa post terminum opponi poterit. Cephal. consil. 263. numero 36. libro secundo. Bursat. consil. 73. numero quinto. Roland. consil. 120. num. 14. & 15. Borgnin. Decisione 11. num. 54. Roland. consil. 83. num. 14. lib. 1. Osasch. Decis.... num. 14. Decius, consil. 40. num. 12. Surd. consil. 60. numero 20. libro secundo. Crass. ad Statutum, except. 20. num. 13. Natta consil. 524. numero vigesimo. Contrarium Osasch. vt supra Caball. ad Butr. consil. 18. latè Decius consil. 40. num. 8. attestans hanc opinionem receptissimam in nullitate notoria, Citationis, Potestatis, & Iurisdictionis, secus Solemnitatis. Gratian. Decis. March. 231. numero 10.

Limitatur in nullitate ex defectu iurisdictionis, quæ post terminum opponi potest. Dixi latè superius, quæst. 19. 33. quæst. principalis, in principio operis; vel esset nullitas apparens ex tenore sententiæ, vel dolo Aduersarij, vel causaret perplexitatem, & repugnantiam. Felin. in capit. de causis, numero duodecimo, de offic. Delegati. Brun. de leg. in verbo, nullitas, versiculo, Lex.

70 Et Statum † prohibens agi de nullitate, post tale tempus, non includit excipiendo, sed bene replicando. Rota relata per Contard. de momentanea possessione, limatione septima, numero 68. & 69.

Sed quid si per Rescriptum cõmittatur, vt in causa ꝓcedatur reiectis quibuscumque nullitatibus, vtiq. adhuc opponi poterit nullitas ex defec.

iurisdictionis, & potestatis, similiter inhabilitas personarum principalium, & cōtrahentium, vel quod instrumentū vel sententia, non sit instrumentū, vel sententia, pariter nullitatem ex defectu citationis, vel per perplexitatis, & repugnātiæ, vel ex non seruata forma Statuti, ex congestis per Vant. in titulo, Quis possit dicere de nullitate, a numero trigesimoseptimo, cum multis sequentibus.

71 Limitatur nono, † si nullitas, quę ad impediendam executionem per viam exceptionis opponitur, etiam in processu fuisset aliàs discussa, puta, in executione excipitur de nullitate, quia sententia lata tempore feriarum, vel quod procurator non habebat legitimum mandatum, quæ, & similia, si aliàs in processu discussa fuerunt, non admittuntur de nouo ad impediendam executionem. Lancelott. de Attentatis, parte secunda, capit. decimoseptimo, numero 151. & est clara ista limitatio, iuxta tamen ea, quæ superius dixi num. 12. 13. & 14.

72 Limitatur decimo, in actu † damni irreparabilis, iuxta ea quæ superius diximus, numero 33. Nam licet posuerim in Ampliatione, ad iudiciū possessorium, tamē procedit absolutè, ex Doctoribus ibi allegatis.

73 Limitatur vndecimo, in † sententijs datis per Potestates Villarum, & Castrorum, in quibus nō attenditur Nullitas. Neuiz. consil. 72. numero 7. Menoch. de Arbitrar. quæst. 18. numero 5. Addo Cottam, in Memorabil. in verbo, libellus. Borgnin. Decisione 19. num. 9. in fine.

74 Limitatur duodecimo, † vt nullitas vagabilis per totum processum, impediat executionem, nec per iudicem appellationis reformari possit, de qua supra, numero vigesimoquinto. Declaratione quinta.

75 Limitatur tertiodecimo, in † nullitate resultante ex perplexitate, & repugnantia, quæ executionem impedit, & est adeo potens, vt post terminum Statuti opponi possit ad executionem impediendam, de qua supra, num. 76.

76 Limitatur quartodecimo, in nullitate † causata ex dolo Aduersarii, quę pariter impedit executionem, & post terminum Statuti opponi potest, de qua supra, num. 76.

77 Limitatur quintodecimo, in nullitate † ex defectu iurisdictionis, de qua passim, & sæpius locuti sumus, & hic, & in principio except. 22. principali, dum etiam conclusimus, & post terminum Statuti, & pacto etiam iurato, non obstante, semper opponi posse, & non solum in iudicio petitorio, sed in merè possessorio, & contra tres conformes. Didac. Pract. quæst. capit. decimoseptimo, versic. septimo; & sufficit solum constare de principio iurisdictionis, causam esse commissam, licet non constet de præsentatione; & hoc casu valet sententia etiam absente parte lata. Rota apud Crescentium, Decis. 22. de sentent. & re iudicata.

78 Limitatur sextodecimo, vt † nullitatis exceptio executionem impediat, quando agitur de damno irreparabili, vel cum difficultate reparabili, tunc impedit, etiamsi requirat altiorem indaginem, de qua latè superius, num. 33. cum multis sequentibus.

79 Limitatur septimodecimo, in † nullitate ex defectu citationis, vti defectus iuris naturalis, quæ opposita impedit executionem. Brunus de Legibus, & Constitution. in verbo, nullitas, versiculo, Lex vel Statutum, in 4. Fallentia. Afflict. Decisione 346. num. 16.

80 Et in proposito † sunt considerandi casus, de quibus etiam tetigi superius, num. 10.

Primus est, quando à principio præcessit requisitio, & citatio, ad allegandum, & faciendum suas defensiones, vel deducendum sua iura, vel alia similia verba, & tunc citatio ad sententiam, non est de iure naturæ, sed iuris positiui, & ad sententiam non est necessaria, nec eam reddit nullam.

Secundus est casus, quando talis citatio nō processit cum comminatione, quod proceditur in causa; & tunc citatio ad sentētiam, est de iure naturę, nec omitti potest, & omissa reddit sententiā nullam. Natta in Clementina, Sæpè, §. & quia, numero decimooctauo, de verborum significatione. Socin. in l. si quis arbitratu, colum. decimaquarta, de verbor. obligation. Anton. Gabr. libro 2. de citatione, Conclus. 1. nu. 34. & 35. & iterum, numero 358. Bursat. consil. 74. numero 70. Ronchegall. de duobus reis, libro quarto, numero 26. Magon. Rota Lucana, Decis. 62. in fine, & licet per infinitos prope numeros Vant. de Nullit. ex defectu citationis, materiam diffusè prosequatur, ad hoc reducitur totum principale negociū; & vide quæ posui superius num. 10.

Nec illud in Practica omittendum est, quod
81 † in omnibus casibus in quibus exceptio nullitatis impedit executionem sententiæ, quod nullitas non est deducenda in genere, & simpliciter, sed specificandum est quę nullitas sit. Cuman. cōsil. 60. Franch. in cap. Dilecti, quæst. 13. de Appellation. Vant. in titulo, Quomodo, & quibus, num. 103. Rota in Antiquis Decis. 145. Magonus Rotę Lucanæ Decis. 87. in fine. Bal. consil. 29. col. 3. l. 4. libro 3. Milis, in verbo, exceptio nullitatis, Alex. cō. sil. 181. col. 81. libro 6. Corneus, consil. 241. libro 3. Anan. consil. 83. Barbac. consil. 52. colum. 3. libro 4. Marsil. consil. decimosexto. Caball. Miskeloq. 624. parte 2.

Quod credo verum, si pars aduersa opponat. Præposit. in c. Dilecto, col. 17. de Appellation. versic. succedit quæst. Contard. de Momentan. possess. limitat. 7. nu. 70. qui etiā vtiliter subdit, quod
82 qualitas † notorietatis expressa, illa reputatur notoria, licet ex post facto possit reddi dubia, vel falsa, & pendente causa opposita nullitatis, non est locus priuilegio attentatorum, sed lata sententia pro nullitate, tunc reuocatur per viam iniustitiæ. Franch. in capit. Dilecto, colum. duodecima, de Appellat. Hercul. de Attentat. cap. 31. nu. 46.

Nec illud etiam in Practica omittendum est,
83 quod † si iudex ex forma Statuti, debet causam terminare, & sic Statutum vtatur hoc verbo, terminet, non attenditur nullitas, cum hoc verbum respiciat merita causæ. Alex. consil. quinquagesimo, sub numero quinto, versiculo, ad illud accedit, volum. secundo. Decius, in capit. Causam

quæ,

quæ,num.2.de Testibus.Dixit Singul.Amal.Singul.63.Per Regiam.Borgnin.Decis.7.& Decisione 10.num. 34.Vel Rescriptum dicat,terminet, decidat, & Iustitiam faciat.Borgnin. Decisione 19.num.13.est casus satis frequens,cum fere Rescripta à Præsidibus prouinciarum sic emanare soleant.

Sed quid dicendum circa nullitatem, quæ opponeretur contra Instrumentum guarentigiatū Camerale,vel ad formā Ritus; An exceptio Nullitatis impediat illius executionem.

84 Et dato Instrumento in se valido, † si contractus in eo inclusus, & comprehensus sit nullus, est locus Statuto de executione Instrumenti, & forma ritus guarentigiæ,& similium. Ita Alex. & post eum Socin.Iason.Aquēs.Alciat. Buticella,Galiaul.Bald. Nouell. Ripa, in l.1.§. si quis ita, ff.de verb.obligat. Alex.Ias.Aquens.in l. ita stipulatus,§.Chrysogonus,ff. eod. titulo. Alex. Iason, Decius in l.certi condictio,§. si nūmos, ff. si cert. petat.Corneus consil.241. Videtur, lib.3. Tiraquell.,de Constituto, parte tertia, limit.septima, num.25.de Retractu, titulo 1. §.2.glos. prima,in principio.

85 Limitatur primo † hæc Regula, ne procedat quando Statutum,Ritus,vel Pragmatica,loqueretur de Instrumento, & illius executione, tunc exequendum est instrumentum in se non defectiuum,licet contractus sit nullus. Alex.& Ias.in d.§.si quis ita,vbi Ias.num.30.

86 Contrarium † tamen sentire videtur Roman. consil.42.num.secundo.Corneus, consil. 93. volum.quarto.Bald.in l.in ementis,in 3.notabili,C. de contrah.emptione in l.sancimus,C.de Donation.Marantha,consil.39.num.33. Crass.de Exception.ad Statutum,Exceptione 20,num.26.& vltra eum hoc idem sentire videtur Galles.ad formam Cameral.parte prima,quæst.tertia,num.4. cōcludens impediri Cameralem executionem, siue nullitas sit in contractu, & obligatione, siue in Instrumento.

Et pendente causa super nullitate contractus, non potest quis pacto executiuo in eo apposito, vel precarium reuocare vltra, parte contradicente,neque ex precario reuocato bona retinere; & ita in facto practicatū, & iudicatū attestatur Vrsil. ad Afflict.Decis.131.vbi bonus locus in materia; vltra alios addo prædictis Franc. Marc. vbi pendente iudicio nullitatis, & rescissionis contractus,prohibetur leuatio Instrumenti. vide infra num. 118. Et prohibetur petitio vsurarum, nisi Instrumentum sit iuratum. Salicet.in Rubrica, de Vsur.Hercul.de Attent.cap.30.num.171.Nec Constitutum, operatur continuationem possessionis,si reuocetur in dubium validitas Instrumenti,in Recollect.Cotta Decis.168.Lancelott. de Attentat.parte secunda, cap. 4.limit. prima, num.83.

87 Limitatur secūdo à Ias.in d.§.si quis ita,† si Statutum amplè tolleret omnem nullitatem, quo casu Regula procedit, vt possit peti executio ex contractu nullo,inualido,& inutili.

88 Quæ limitatio † venit declaranda multis modis. Primo, nisi nullitas esset notoria, prout dixi superius num.20. & ponit Abb.consil.54.num secundo. Scaccia,parte prima,cap. 197. nuntero 192.Beccius consil.duodecimo, numero quinquagesimoquinto.

89 Sed hoc iterum declaratur, † quando verba Statuti sunt geminata, quo casu ex vi geminationis, nullitas etiam notoria cēsetur per Statutum hoc casu exclusā.Socin.senior, consil.242. num. 2.vol.2. Cephal. consil.772. libro 5. Turret.consil.trigesimoquinto, num.decimoquarto, libro primo.

90 Subdeclarando in notoria † nullitate clara,& indisputabili, secus si aliquam haberet dubitationem, vel disputationem, iuxta ea quæ superius dixi num.52.

91 Subdeclaratur secundo, † nisi iam sit elapsus terminus Statuti ad deducēdum nullitatem,iuxta ea quę superius dixi,num.74. & 75.

92 Declaratur tertio, vt † Statutū prohibens dici de nullitate contra Instrumentum, vel contractum, non tollit nullitatem geminatam. Barr. consil.38.num, quinto. Corsett.de verbis geminatis,col. 3. versiculo decimoseptimo. Decisio Siciliæ 2.num.142.lib. 2. faciunt quæ dixi supra num.81.quod nullitas vagabilis per totum processum,impedit executionem.

93 Declaratur quarto, vt Statutum † prohibens dici de nullitate contra Instrumentum, vel contractum, non tollit nullitatem prouenientem à Iure Naturali.Alexand.ad Bart. in l.1.§.& patui, litera A.versiculo, Adde quod stante Statuto, ff. Quod vi,aut clam.

94 Declaratur quinto, † in nullitate proueniente ex dolo aduersarij, de qua dixi superius, numero 76.& 81.

95 Declaratur sexto,† in nullitate ex defectu Iurisdictionis,de qua diximus in principio q. 33.principali,cum multis sequentibus,& superius,num. 77.& passim.

96 Limitatur tertio loco principaliter, quod † si vno,& eodem tempore, petatur executio ex Instrumento, & confessione in Instrumento apposita,tunc Conclusio non procedit. Roman. consil.294.Hæc cōfessio.Bernard.Pandin.de præsentatione Instrument.parte tertia,Declarat.18.numero 52.

97 Sunt etiam nonnulli casus † in quibus contractus in se non valet, tamen sustinetur Iuramēto. Hinc donatio inter virum, & vxorē regulariter non valet,toto titulo, de donation. inter virum, & vxorem, & tamen firmatur Iuramento, de Communi Socin.consl.77.num. decimoquinto, volum.primo. Alexand.consil.232.volum.secundo,vbi pariter dicit Communem, Aimo. consil. 81.vbi pariter dicit Communem. Cotta in Memorabil.in verbo,Donationes,vbi similiter dicit Communem; & magis Communem dicit Paris.consl.86.num.46.volum.tertio. Anton. Gabr. dicens magis Communem libro tertio, de donation Conclus.tertia,numero primo, in fine. Tessaur.Decisione Pedemont. 32. Serafin. de Iuramento, priuileg.71. Riminald. de donation. in principio,nu.706.Viuius in Silua, Opinion.209. Surd. Decis. centesimaquinquagesimaquarta.

Vigel.in Methodo iuris,lib. 4. Regula 32. & Re-
gula 528. Iul.Clar.§. Donatio, quæst. 9. Cephal.
consil. 61.num. 15.& 22.Emanuel,in suo Thesau
ro,Littera D.num.208.
98 Sic etiam † donatio inter patrem, & filium, in
se regulariter non valet, tamen posito in contra-
ctu iuramento,valet, & tenet. de Communi Ri-
pa,ad l.si vnquam, num. 35. C.de reuocand. do-
nation. Alciat.consil.45.numero secundo. Paris.
consil.69.numero 128.libro 3,latè Iul. Clarus, §.
Donatio,quæstione 8. versiculo, sed quæro. Vi-
uius Opinion.74.Emanuel,in suo Thesauro, lite
ra D.num.197.
99 Vel essemus † in contractu prodigi, cui sit bo-
nis interdictum, cuius contractus non valet, sed
bene firmatur iuramēto. Capella Tolosana, 488.
& ibi Add.Galles.

Galles ad formam Cameral. parte 1. q.3. nu.5.
in fine, versiculo, & in contractu prodigi.

Quibus addo Abb.& Imolam, in c. Cum con-
tingat, numero 68. de iureiurando, volentes am-
100 bo, † dummodo sit sensus capax, & aliud extrin
secum non obsistat. Abb. Disputatione 2. Stante
Statuto. Aretin.ad l.is cui bonis, ad omnia argu-
menta contraria respōdens, ff. de verborum obli
gat. Bal.in l.pactum, quæstione octaua, C.de Col-
lation. & ita fuit in facto iudicatum. Cappell. To-
losan. 498. Et hæc est Communis opinio. Ant.de
Petrut.in Repetitione l.primæ, Effectu 8. de iure
iurando. Euerard. in loco, à vi iuramenti, nu. 14.
versiculo, Decimo, inquiens hanc esse magis Cō
munem opinionem.

Contrariam vero opinionem dicit magis Cō-
munē. & veriorem. Simoncel. in tractatu de De-
cret. lib. tertio, tit. 8. num. 151. vbi limitat, nisi vl-
tra iuramentum, interuenisset Decretum iudi-
cis.
101 Sic in contractu † Minoris, iuxta Authenti-
cam, Sacramenta puberum, C. si aduers. vendit,
ad quam latè Antonius Gabr. libro 2. de Minor.
Conclus. 5. Simoncell.de Decret.lib.8. titulo 4. in
spectione 18.

Limitatur quarto loco principaliter, quando
102 † esset promissum non dicere de nullitate, quo
casu exceptio nullitatis non impediat executio-
nem instrumenti, in quo prætenditur contractus
nullus, nisi sit nullitas ex defectu consensus, &
sic proueniens à iure Naturali, vel habilitatis per-
sonæ. Alex.consil. 32. libro secundo, & posui supe
rius, num. 100. & 102.
103 Limitatur quinto loco principaliter, in † obli
gatione accessoria contractui nullo, secus in obli-
gatione alterius contractus separati, licet primo
accessorii, vt est promissio eius, qui accedit, pro-
mittendo factum alienum, & obligat se vti prin-
cipalis, in eo enim, & similibus casibus, distinguē
dum est, si cōtractus principalis, innitatur aliquo
speciali fauore, aut tollitur aliquo speciali iure, &
propter aliquem particularem fauorem, prout
contractus Minoris, absque certa solemnitate,
tunc remanet validus cōtractus accessorius, pro
quo non stat idem fauor, nec idem ius speciale;
quod eo magis verum est, si accedens in separato
instrumento promittat, non simpliciter, vti fide-
iussor, sed vti principalis, animo nouandi, & pro-
mittendo factum alienum. Paris. consil. decimo-
sexto, numero centesimodecimo, cum seq. libro
secundo.

Ex quo consilio obiter venit notandum, quod
104 si cōtractus † principalis corruit, remanet acces
sorius, quando principalis corruit aliquo speciali
fauore, qui non militet in accessorio, & sint con-
fecta duo instrumenta separata. Posui in Repeti-
tione, cap. Cum quid, parte 4. limitatione prima,
de regul.iur.lib.6.

Et Paris. in dicto loco facit non leue fundamē
tum, obligationem accessoriam fieri, & poni in
separata charta, & instrumento.
105 Limitatur sexto loco principaliter, † vt possit
dici de nullitate contractus, si incōtinenti probe-
tur, pulchrè Berous, cons. 177. n. 1. & 10. vol. 1. Ad
cuius declarationem, vide quę posui in Repetitio
ne Regulæ, Cum quid, parte 4. limitatione 9. de
reg. iur. libro 6. & addo Castr. bene loquentem, in
l. finali, ff. de constituta pecunia, & notat Berous,
in d.loco, numero tertio, vbi incontinenti vult
posse probari, etiam per testes. Vide quæ dixi su-
pra, numero 14. Immo ex multorum opinione,
debet nullitas apparere ex instrumentis produ-
ctis per Actoremmet, qui in eis se fundat, nec
sufficit quod appareat ex instrumentis, vel Actis,
& bonis iuribus, licet claris, rei conuenti. Mila-
nes. Decisione secunda, numero centesimoquin-
quagesimonono, libro 2.
106 Limitatur septimo loco principaliter, vt † de
nullitate contractus non possit dici per Tertium
sed solum per eum, cuius interest, gloss. in l.ele-
ganter, in principio, & ibi Bart. ff. de dolo. glos. in
l. Iurisgentium, §. Prætor ait, vbi Ias. numero 25.
ff. de pact. Crotus, consil. 119. numero 7. libro pri
mo. Berous, consil. 30. num. 26. lib. 2. Ruin. consil.
48. num. 12. lib. 4. Vnde Tertius non potest nulli-
tatem contractus allegare contra eum, qui emit
ab Ecclesia. Fulgos. in l. secunda, C. de iure em-
phyteut. Socin. cons. 78. numero octauo, volum.
quarto. Crot. consil. 119. numero 11. Crauetta, cō
107 sil. 826. numero primo. Immo † si Ecclesia ve-
lit, potest cogere ad obseruantiā contractus, licet
in se nulli, & inualidi, vt voluerunt glos. Hostiens.
Ioan. Andr. Butr. & alij, in capit. primo, de his quæ
fiunt à Prælat. sine consensu Capituli, bonus tex.
in capit. Si quis de rebus, duodecima, quæstio-
ne secunda, gloss. in cap. primo, Ne Sede vacan-
te. Abb. in cap. Cum causa, in fine, de re iudicata.
Butr. in capit. Si quis Presbyterorum, columna
prima, de rebus Ecclesiæ non alienand. Ias. in l.
cum hi, §. eam transactionem, ff. de pact. Decius,
in cap. Quæ in Ecclesiarum, colum. secunda, de
Constitution. Corsett. in Singul. in verbo, Pupil-
lus, Socin. consil. 80. col. secunda, volum. secun-
do. Brun. de forma, in titulo de potentia, & effe-
ctu formæ, Ampliatione 9. Rebuff. in Con-
cord. titulo de Collation. §. si quis, versiculo, ipso
iure. Ruin. consil. 40. colum. finali, volum. primo,
Ant. Gab. lib. 3. de rerum alienatione, Conclus. 1.
numero 2. Redoan. de rebus Eccles. non alie-
nand. Rubr. de causa vtilitatis, numero 197.
fol. 134. & iterum versiculo, si vero con-
tractus,

tractus, numero 16. fol. 211. & iterum, versiculo, videtur etiam, numero decimoquarto, fol. 250. Et hæc est hodie magis Communis opinio. Lamberteng. de Cōtract. mulierum, in verbo finis, numero 166. & 167. Emanuel. in suo Thesauro, litera E. numero 16. Tiraquell. de Legib. Connubial. gloss. 7. numero 91. Brun. consil. 75. numero 23. Anchar. quæstion. 49. num. 13. libro 3. Brunor. à Sole, in compēdio Resolut. proposit. iuris, in verbo, Nullitas actus. Surd. consil. 1. num. 85. libro 1. consil. 284. num. 7. lib. 2. Crass. de exception. 20. num. 23. Magon. Rota Florentinæ Decis. 36. numero 11. & Decis. 76. num. 21.

108 Cautela tamen est, vt † aduersarius Ecclesiæ, vel Minoris, protestetur de nullitate ante perfectionem actus, vt eleganter ex Baldo tradit Ioan. Lup. in Rubr. de donat. inter virum, & vxor. §. 68. numero septimo. Tiraquell. vbi supra, numero 88. Iaf. in l. non eo minus, numero primo, versic. limita, C. de procur. Cassanæus in Consuetud. Burgund. Rubrica 4. §. 1. num. 27. Borgnin. de tutor. num. 170. Pinell. de bon. matern. l. 1. parte 3. num. 32. versic. Hic tamen intelligi. Sarnens. ad Matthesilan. 155. num. 14. Simoncell. de Decreto, libro 3. titulo 8. inspectione 17. num. 131. Surd. Decisione 108. num. 21. & de Aliment. titulo 8. priuileg. 56. numero 82. Et quod Tertio non cōpetat huiusmodi exceptio, tenet Rota, Decis. 844. aliàs 16. de Renunc. in antiq. col. 2. in fine, vertic. nec enim interest.

109 Limitatur octauo loco principaliter, † quod attendenda sint verba Statuti, ad cognoscēdum, an sit exclusa nullitas. Aut enim Statutum dicit, quod instrumentum mandetur executioni, sicut res iudicata, & tunc exceptio nullitatis contractus, obstat petenti executionem, cum talis exceptio à Statuto reiecta non sit. Bald. in l. error, colum. penult. C. de iuris, & facti ignorant. Aut Statutum dicit nullam contra instrumentum guarentigiatum exceptionem opponi posse, & adhuc exceptio nullitatis contractus opponi potest, cum Exceptio nullitatis, propriè Exceptio dici non possit. Bart. in l. vt mihi donatur, ff. de donation. Aut Statutum dicit nullam exceptionem, vel defensionem opponi posse, & tunc Exceptio nullitatis censetur reiecta, vt inquit Bald. in d. l. prima. Felin. in Rubr. de Except. colum. prima, in capit. Ex parte, el secondo, de offic. Delegati. Ripa, ad l. primam, §. si quis ita, num. trigesimonono, de verbor. obligat. Afinius de Execu. §. secundo, capit. vigesimoprimo, sub numero 7. fol. 33.

110 Et si cōtractus † requirat pro sua essentia scripturam, prout emphyteusis, Surd. Decis. 331. parte 2. & similes, data nullitate instrumenti, nullus est etiam contractus in eo contentus, aliàs non, Bald. in l. huiusmodi, §. si ita, circa finem, de legat. 1. Decius consil. 17. col. 1. Anguissola, consil. 36. num. 3. & 9.

111 Et pendente † iudicio, potest quis se fundare in instrumento quod prætenditur nullum. Ioan. de Amic. consil. 150. Lancelott. de Attent. nullit. pend. numero 152. fol. 274. nec reuocare præcarium, nec vti pacto, executiuo ibidem apposito. Afflictus Decis. 131. vbi Vrsill. in Additionib. dicit, se in facto habuisse; Et contractu postea declarato nullo, fit restitutio pretij, & fructuum. Bald. in cap. Dilectus, secundo, in fine, de Rescriptis. Franch. in cap. Dilecto, numero 37. de appellation. per l. Senatus, de contrah. emptione, & vide supra, numero 94. Declara, in contractu aliàs executo, quo casu pendente nullitate, executio non retardatur. Berous, cons. 119. nu. 1. lib. 3. Lancelott. de Attent. par. 2. c. 17. nu. 150. & cap. 18. nu. 131. Bursat. consil. 74. nu. 25. lib. 1. nisi ex tenore Instrumenti constet de Contrario. Alex. consil. 113. col. vltima, versic. pro confirmatione, lib. 1. Dixit singulare Balb. de Præscript. in 2. parte, 3. partis, quæst. 10. num. 26.

Et ad sanandam nullitatem, vltra remedia per me posita superius, num. 22. addo alia vtilia in practica.

112 Primum, † si videt foueri ius in meritis causæ pronunciare, vt pronunciauit primus Iudex omissa discussione nullitatis.

113 Secundum remedium, † quod iudex appellationis declaret sententiam nullam, postea ex meritis causæ eam confirmet. Dixi latè in Tract. de Deposito, & Sequestro, parte tertia, de Sequestro quæst. 26. in Addition. vbi videre placeat in Additionibus vltimis.

114 Et primo, bonus iudex practicus † capiat consilium Imolæ, in l. si finita, col. 1. in fine, ff. de damno infecto, quod non cōtendatur per actorem super nullitate, quia hoc modo posset cōdemnare in expensis, sed replicet, quod de nouo veniret committenda; & isto casu vterque absoluetur ab expensis. Et hoc dictum Imolæ valde commendat Alex. ad Bartol. in l. minor, in additione magna, circa medium, ff. de euiction. & quotidiæ occurrere potest. Decisio Perusina 40. de Communi. Vinius Opin. 85. nu. 7. Emanuel in Thesauro, in verbo nullus. Rota nouissima Decis. 151. num. 5. parte prima.

115 Ampliatur Conclusio, etiam † si sit nulla ex defectu citationis, Practica Corradi, de tenuta seu executione, numero 9. Cornaz. Decisione Lucana 2. num. 20. Rota nouis. decis. 151. num. 4. & 5. parte 2. Cornazan. Decisione Lucana 194. vbi de Communi, & Decisione 2. numero 20. vbi pariter de Communi.

116 Ampliatur, vt † male captus, possit arrestari, iuxta illud: male captus bene retētus. Prosper Farinacc. quæst. 27. num. 153. attestans ita passim practicari. Bene verum est, quod Brun. de Cessione bonorum, quæst. 114. quæst. principalis, num. 24. tenet, pro alio debito recomendari nō posse. Borgnin. decisione 1. nu. 44 parte 1.

117 Ampliatur tertio, in debito † in diem, vel sub conditione, de Communi Gomes. de action. in principio, num. 59.

118 Ampliatur quarto † in capto lite pendente. Bauer. de Mora, parte 3. num. 13. Maranthá disputatione 6. num. 7.

119 Limitatur primo, † nisi agatur ex remedio l. Meminerint, C. Vnde vi, Ripa, ad l. naturaliter, §. nihil commune, numero 74. de acquirenda possessione.

120 Limitatur † secundo, Quando ex Actis constet de nouo committendam, aliàs non. Crauetta consil. 46. sub num. 7. versiculo, ego soleo.

121 Limitatur † tertio, Quando executio fieri poterat, sed aliquid erat omissum de iuris ordine. Menoch. de Adipiscenda Remed. 5. num. 67.

122 Limitatur † quarto, si confirmatio petatur à possessore, secus si à nulliter immisso, Auch. consil. 294. in fine.

123 Limitatur † quinto, In tenuta nulliter data à Iudice, secus ab executore, in bonis Tertij non citati, Roland. consil. 5. num. 21. vol. 2. vbi bene declarat.

124 Limitatur † sexto, nisi possessio sit capta vigore sententiæ conditionalis, & ante implementũ de facto sit capta possessio, omnia sunt reponenda in pristinum statum, & seruatis conditionib. capienda de nouo possessio, detractis fructibus primo loco perceptis. Osasch. Decis. Pedem. 34.

125 Limitatur † septimo, data Iudicis competentia, & idem error non sit in confirmatione. Borgnin. Decis. 3. n. 11. par. 1. in Repertorio, in verbo, Sequestrum nullum, Cotta in verbo, Creditor faciens.

126 Limitatur † octauo in tenuta capta post inhibitionem: nam reuocatur, etiam si veniret confirmanda, & ita tenuit Rota, in vna Tiburtina liquidationis fructuum, coram Anton. Augustino, die 9. Nouembris, 1554. Lãcelott. de Attent. post inhibitionem, parte 2. cap. 20. Apliatione 17. Capuraquens. Decis. 127. parte 1. licet aliter sentire videatur Triuisanus Decisione 6. in fine.

127 Limitatur † nono, in executione nulliter cõmissa, secus in sententia nulliter data vnde executio sola nulliter execura, non reuocatur. Vrsil. ad Afflict. Decis. 392. sub num. 22.

128 Limitatur decimo, nisi † captura sit nulla ex defectu petitionis, quia non sanatur. Borgnin. de Vsufructu, sub num. 208. bene verum est.

129 Limitatur vndecimo, vt licet † tenuta sit nulla, datur retentio ratione pignoris, & hypothecę. Bursat. consil. 173. num. 28. & 29. Curtius iunior, consil. 185. num. 4. Menoch. de Retinenda, Remed. 1. quæst. 3. nu. 34. Riminald. iunior, consil. 121. num. 31. & 32. vol. 2. Borgnin. de Vsufructu, sub num. 208. Decis. 3. num. 11 parte prima.

130 Et possessio † capta pro vno debito non vero, sed putatiuo, potest retinere pro vero. Ias. in l. si non sortem, §. libertis, numero 20. ff. de condict. indeb. Cęsar. cons. 85. num. 85. lib. 1. Martianelij.

131 Fortius vult † Gallesin. de forma Camerali, in fine, num. 23. quod nulliter immissus potest retinere rem, donec soluatur debitũ met pro quo fuit nulliter immisus, attestãs ita fuisse iudicatũ.

132 Nec auditur, † petens reuocari executionem ex capite nullitatis, nisi oblato, & soluto vero debito, ẽt si nullam haberet super hoc hypothecã, & offerret cautionem de restituendo in casu succumbentiæ, vel de stando iuri. Neuizan. consil. 77. num. 12. Surd Decis. 46. num. 7.

133 Potest etiam Iudex † vnico contextu reuocare, & confirmare. Decisio Perusina 40.

An declarando sentẽtiam nullam, requiratur citatio? posui Exceptione 124. Nullitas, num. 168.

An stante Statuto, quod à duabus conformibus non possit appellari, vel de nullitate dici, vide supra, Exceptione 23. quęst. 19. vbi ex Papiensi de Diffinitiua, glos. 1. num. 8. conclusi, posse opponi de nullitate, ex defectu Iurisdictionis, & formæ Statuti. Decius consil. 40. num. 7. libro 1. consil. 99. num. 33. Riminald. consil. 150. num. 12. lib. 1. Contard. de momentanea possessione, limitatione 9. num. 4. & 5. vbi de notoria iniustitia etiam opponi, potest: Nec est locus Clementinę. Vt calumnijs. Hieron. Gabr. consil. 49. num. 7. lib. 1.

EXCEPTIO XLVIII.

Restitutio in integrum.

SVMMARIVM.

1 *Restitutio in integrum executionem suspendit.*

2 *Amplia tam de Iure Ciuili, quam Canonico.*

3 *Restitutio etiam ex Clausula generali, impedit executionem.*

4 *Restitutio in integrum petita per arreptionem itineris ad Principem vel alium superiorem eam concedere valentem impedit executionem.*

Declara tamen, vt ibi num. seq.

6 *Restitutio cum Clausula, Si quid exequendum, exequatur, impedit executionem.*

7 *Clausula, Sine præiudicio rei iudicatæ, quid importet.*

8 *Clausula, Sine præiudicio legitimæ executionis, quid importet.*

9 *Cautela, Parito iudicato, quid importet.*

10 *Restitutio impedit executionem contra pariter priuilegiatum.*

11 *Declara vt ibi.*

12 *Declara vt ibi.*

13 *Restitutionem petens innouare non potest pro parte sua.*

14 *Restitutio impedit executionem in possessorijs, declarando, vt ibi.*

15 *Restitutio competens iure speciali, impedit executionem.*

16 & 17 *Restitutio, & appellatio donec admittatur, vel non, interim suspendunt executionem.*

18 *Maximè dato termino per Iudicem, & assignato ad audiendum responsum super appellatione admittenda, vel non admittenda.*

19 *Tempus Compromissi non currit donec disputatur de validitate compromissi.*

20 *Fatalia non currunt, donec disputatur super nullitate appellationis, & restitutio excipiendo potest peti duobus modis, vt ibi.*

21 *Restitutio censetur petita per Clausulas salutares in fine libelli.*

22 *Restitutionem in integrum consequi volens, debet dare summum dælæsione.*

23 *Sed in prosecutione plenè post ea probare tenetur.*

24 *Restitutio impedit executionem trium conformium,*

25 *Declara primo, vt hic.*

26 *Declara secundo, vt hic.*

27 *Declara tertio, vt hic.*

28 *Declara quarto, vt hic.*

29 *Restitutio impedit executionem duarum conformium habentium vim trium,*

Amplia

30 *Amplia vt ibi.*
31 *Quid si vna Ecclesia contendat contra aliam, vel minor contra alium.*
32 *Restitutio coutra vnum caput sententiæ, non exteuditur nd aliud.*
33 *Declara primo, vt ibi.*
34 *Declarn secundo, vt ibi.*
35 *Restitntio non competit ei qui ei renunciauit.*
36 *Amplia vt ibi.*
37 *Restitntio per vim exceptionis quomodo admittatur.*
38 *Declara, & sublimitn primo, vt hic.*
39 *Declara, & sublimitn secundo, vt hic.*
40 *Declara, & sublimita tertio, vt hic.*
41 *Restitutio cnm Clausula, Parito indicato, non impedit executionem.*
42 *Supplicatio, seu gratia Principis, nou impedit executionem.*
43 *Amplia, vt non dicatnr nttentatum.*
44 *Restitutio in beneficialibns an executionem impediat.*
45 *Cauteln pro vtraque parte in materia restitutionis tnintegrum.*
46 *Restitutionem peteus aduersus sententias, quid probare debeat.*
47 *Quid in execntione iam cæpta consumari, & in damno reparnbili.*
48 *Considerantur tres casus, & quinam illi, vt ibi.*
49 *Minor non nuditur nisi docent de læsione.*
50 *Restitutionem petens, si est in vera seu euidēti calnmnia, non impedit.*
51 *Amplia primo, vt hic.*
52 *Amplin secnndo, vt hic.*
53 *Quid in notorio, & facti euidentia.*
54 *Declara procedere in notorio allegato, & permnnente.*
55 *Amplia tertio, in calumnia, etiam irretractabili.*
56 *Amplia quarto, vt hic.*
57 *Quid si petens repetinionem esset, in cnlumnia præsumpta.*
58 *Quid si præsumptio calumniæ oriretur ex qualitate senteutiæ tantnm.*
59 *Modificn, vt hic.*
60 *Quid si vltra præsumptionem calumniæ concurrnt, quod restitutio requirnt altiorem indaginem.*
61 *Restitutio petita suspenditur quando damnum est irreparnbile.*
62 *Declara vt hic, in eo qui instat pro execntione, & vnlt præstare cautionē de restituēdo in casu succumbentiç.*
63 *Declarntionem istam intellige, pluribus concurrentibns, vt hic.*
64 *Declara secundo, qnod ista cautio requirntur pro executione negocij principalis, non autem pro expensis.*
65 *Declara tertio, quod victor non reperiens talem cautionem, admittntnr ad inratoriam.*
66 *Declara quarto, dummodo petatur cautio à victo, coram Iudice execntore.*
67 *Tale remedium cautionis, dicitur introductum de Iure Canonico in terris Ecclesiæ, non autem de Iure Ciuili.*
68 *In terris Imperij Minsynger. laudat obseruandum vti sundatum in ęquitate, vt hic.*
69 *Restitutionem petens, auditur, etiam quod habeat præsumptionem calumniæ, si habet probationes in promptu.*
70 *Minori siue alia probationem læsionis, competit restitutio in integrum, vti tacitè petita.*
71 *Per processum ad vlteriora, detegitur iniquitas sententiç, Declara, vt hic.*
72 *Restitntio an impediat executionem Instrumenti, vel sententiæ, quando is contra quem petitur, sit in quasi possessione exigendi, puta Census, Pensiones, & similia.*
73 *Quid si stante possessione exigendi per 30. & vltra, ex lectnra Instrumenti constet de læsione, & de solutione vltra debitam responsionem promissam.*
74 *Restitutio concessa sub aliqua conditione, aliquid faciendi, nou impleta conditione, ac ea pendente, non suspenditur execntio.*
75 *Limitn in restitutione concessa per Papam, vel alium supremum Principem, qnin censetnr inhibitum cuilibet inferiori.*
76 *Subampliatnr idem in Legato de latere.*
77 *Limitn vndecimo, nisi Index restitutionis inhibuisset Iudici exeqnenti, quia suspendit.*
78 *Limita duodecimo, vt hic.*
79 *Restitutionem petens contra tres conformes, debet docere de noua causa, sed contra vnam tantum, sufficit allegare aliquam causam licet non nouam.*
80 *Restitutio in spolio in beneficialibus, non datur nisi constito de bono iure, secus in petitorio in beneficialibus, idq. propter periculum Animæ.*

Vidimus superius, quibus casibus appellatio interposita, & nullitatis exceptio executionem impediat, videamus modo, An restitutio in integrum petita executionem retardet, vel impediat.

1 Regula igitur est, † quod regulariter executio sententiæ impeditur, & suspenditur per restitutionem in integrum petitam, & ea pendente. ita dixit originaliter Glos. in l. vnica, in verbo, Restitutione, & in verbo, Debere, C. in integrum restitutio postuiat. & ibi sequuntur Petr. de Bella Pertica, Bart. Bald. Angel. Alberic. Cin. Paul. Castr. Fulgos. & alij Communiter. Specul. de executione sentent. §. postremo, num. 2. & de Restitutione in integrum, §. vltimo videndum, in princip. Angel. in l. prima, num. 5. ff. Nil nouari appellat. pendente Glos. in cap. Sciscitata, in verbo, pensata, de restit. in integrum. Bart. in l. qui agnitis, numero sexto, de except. Marantha in 6. parte, Actu vltimo, numero 58. Socin. senior, consil. 299. numero quinto, libro secundo. Riminald. consil. 404. num. tertio, per totum. Petr. Anton. Angussola, consil. tertio, numero vigesimoprimo, libro quarto. Marius Angussola, consil. 101. in fine, Paris. consil. 100. num. 80. libro primo. Cephal. consil. 116. numero quarto. Guido Papç, Decisione 215. num. 7. Singul. 259. Franc. Marc. quæst. quinquagesimanona. Capella Tolosan. & ibi Aufrer. 54. Paris. consil. 109. col. vltima, libro 4. Alex. in l. quarta, §. condemnatum, num. 20. vbi Ias. num. 26. Ripa, num. 30. de re iudic. Rebuff. ad Constitution. Regni, titulo de Sentent. executione, Articulo 13. glos. prima, num. 13. Grammatic. consil. 129. num. 2. in Ciuilib. Ruin. consil. 159. num. decimo, lib. 4. Curt. in l. si causa cognita, numero quinto, C. de Transaction. Et hæc est vera, & magis Communis opinio, Ias. in d. §. cōdemnatum, num. vigesimoseptimo. Ripa, numero 30. Ruin. consil.

consil.34. numero 5. libro 5. Didac. Practicabil. quæstion. cap.25. numero 7. versiculo, Duodecimo, &c. Grauat. ad Vestr, lib. octauo, cap.5, num. 25. Bard. de temp. vtili, & continuo, cap.5. num. 2. Lancelott. de Attentat. parte 2. cap.18. numero 18. Asinius in Practica, §.31. limitatione 5. Sforz. de Restitutione in integrum. quæst.43. Articulo primo. Magon. Rotæ Florentinæ, Decis.133. numero 4. Caldas, ad l. si curatorem habens, in verbo, per quos, numero 18. Contard. de momentan. possess. limitatione 8. numero 50. Magon. Rotæ Florentinæ, Decis.133. numero 5. Natta consil.16, num.5. Asinius dicens magis Communē, in Practica, §.31. limit.5.

Et ita pluries tenuit Rota in facti contingentia. Cassador. Decisione 5. in fine, de Appellat. Mohedan. Decisione 147. aliàs 477. vbi attestatur quod ita sæpè fuit tentum in Rota per doctrinam Alexand. & Communem, in d. §. condemnatum.

Ampliatur primo, ne Conclusio vera sit, tam
2 † de Iure Ciuili, quam Canonico; ita Lancelott. Contard. & Sforz. in supra citatis locis.

3 Ampliatur secundo, † etiam in restitutione in integrum ex Clausula Generali. Marius Angussola, consil.101. in fine.

4 Ampliatur tertio, † quando quis iter arriperet ad Principem pro obtinenda ab eo, vel alio superiore, concedere valente restitutionem in integrum. Butr. in ca. Vt debitus, colum.8. in fine, de appellation. Milis in verbo, executio sententiæ suspenditur. Lancelott. parte 2. cap.18. numero 46. Rota apud Puteum Decisione 7. de restitutione in integr. Contard. limitatione 8. numero 58. & sic factum, reuocatum erit per viam Attentatorum. Et hæc est vera, & magis Communis opinio. Mascard. Conclusione 1274. numero decimonono.

5 Crederem tamen, constare † debere Iudici exequenti de recursu ad superiorem, pro restitutione petenda, & protestari interim, nihil fieri; & ita vidi pluries practicatum.

6 Ampliatur quarto, etiam † si causa esset commissa cum Clausula, Si quid exequendum, exequatur, adhuc enim impedit excutionē. Ita fuit resolutū in Rota coram Oradino, 31. Maij 1556. Lancellott. parte 2. cap.18. numero 54. Rota coram Pamphilio, in vna Romana census, Lunę 4. Decembris 1595. Decis.136. Rota diuersorum, Decis.487. numero 7. lib.3. parte 3. Paleott. Decis.69. aliàs 137. Honded. consil. 29. numero 24. libro 2.

Et hæc Clausula est admodum vtilis & sæpius practicatur in Commissionibus.

7 Vnde in proposito, † datur Clausula, sine præiudicio rei iudicatæ, quæ habet locum, quando executio nondum est facta.

8 Est Clausula † sine præiudicio legitimæ executionis, quæ operatur post executam, vel inchoatam exequi; vnde per illud verbum, legitimæ, si apparebit commissam contra formam iuris, Statutorum, vel sententiæ, reuocabitur. Innoc. in c. dilect. de electíon. quod pro notabili exclamat Franch. in cap.1. in principio de Religios. domibus, lib.6. Staffilęus valde commendās, de literis Gratiæ & Iustitię, fol,151. versiculo, consequenter.

9 Et Clausula, † Parito iudicato; si enim contra aliquem prætenditur res iudicata, aut vult dicere de nullitate, aut vult dicere de iniquitate; primo casu auditur seruata forma Clementinę, Calumnijs, de re iudic. secundo casu cōsulitur per viam restitutionis in integrum, de qua modo tractamus, ex Clausula generali, vel ad appellandum, vel lapsum fatalium, vel ad prosequendum, & restitutio hoc casu conceditur cum temperamento, Parito iudicato, quę importat vt orator dimittat possessionem, restituat fructus, & soluat expensas, iuxta cap. finale, de Restit. spol. & Clemētina calumnijs, de re iudic. ibi; Plenarie &c. & hoc verum, si sententia lata sit contra pręsentem per se, vel procuratorem, secus si contra absentē, quò casu auditur refectis expensis, solummodo sine dimissione possessionis. Staffileus de literis Gratiæ & Iustitiæ, fol. mihi 162. versiculo, quando est lata, &c. & sic habes, quomodo committatur causa restitutionis in integrum. Addo Lancelott. de Attentat. parte 2. cap.18. numero 126. vide Soliloquio 348. vbi latè ex mente Rotæ dixi, dictum Staffilei non obseruari in Rota. Et potest reus excipiens, tam ex Actis prioris instantię, quam nouiter deducendis, iustificare non esse locum executioni. Rota coram Lancelotto in vna Tudertina officij Cancellariæ, 19. Iunij 1598. & in vna Saluiani coram Coccino, 8. Februarij 1602. Decis.135.

10 Ampliatur quinto, etiam † si restitutio in integrum petatur aduersus pariter priuilegiatum, vt Pupillum & Ecclesiam, Cephal. consil. 116. nu. 5. & 6. lib.1.

11 Quam Ampliationem ego † crederem verā, iuxta receptas in proposito Regulas, & traditiones, videlicet, quod Priuilegia sint paria, aliàs potentius pręualet, & suffocat aliud. Caccialup. in l. omnes populi, num.122. de Iustitia & iure. Crot. in l.1. numero 22. ff. soluto matrimon. de Communi Decius in cap. In præsentia, numero 170. de Probation.

Secundo, quod petens restitutionem, tractet de damno vitando, non de lucro captando. Bart. in d. Authentica, Quas actiones, Decius in cap. In præsentia, numero 172. de probation. Anchar. in ca. Auditis, in fine, de Restit. in integrum. Barbac. in Repetitione l. cum acutissimi, numero 69. C. de fideicom. Ioan. de Platea, in §. Rursus, numero 59. vbi Zasius numero 17. Gomes. numero 27. de Act. Baptista à Sancto Blasio, de actíon. numero 10. Card. Alban. ad Bart. in l. verū, §. minor, numero 1. ff. de minor. Roman. consil. 166. numero 14. Cephal. consil. 116. numero 6. libro primo, videtur bonus text. in l. verum, §. finali, ff. de minor. vbi Albericus dicit, quod ille textus quotidie allegatur ad hoc propositū, sed clarior text. in l. finali ff. Ex quibus causis maior.

12 Tertio, si † vnus habet priuilegium speciale, aliter generale, præfertur speciale in concursu. Crot. in l. si constante, numero 115. ff. soluto matrimon. Anchar. in c. Auditis, in fine, de Restit. in in-

in integrum.Crot.in l.1.§.nunciationem,numero 29.de noui oper.nunciatione. Decius in d.cap. In præsentia,numero 176.vbi Felin. numero 30. Natta in repetitione l.hac consultissima,§.ex imperfecto,numero 113.C.de testament. Visitar.in Repetitione l. 1. num. 154. ff. soluto matrimon. Sforz.de Restitutione, quæst.18. Articulo quarto, Gratian. Decisione March. 196. numero 18. & 19.

Meliorem iudicio meo doctrinam habes ab Alberico, in l.finali.ff. Ex quibus cauf.maior. Et quia non est necessaria ad casum, sufficiat allegasse locum.

13 Ampliatur sexto vt † etiam nihil innouari possit, per petentem restitutionem contra eius aduersarium, Boer. Decis. 65. num.6. Lancellott, parte 2.cap.18.num.50.

14 Ampliatur septimo,etiam † in causis possessorijs, cum declaratione, & temperamento, si non requirat altiorem indaginem, aliàs si requireret altiorem indaginem, non impediret. Menoch, de Adipiscenda, Remed.4.num.910.

Verum Contrarium videtur indistinctè verius,licet enim causa possessorij sit summaria, & sui natura celeritatem desideret restitutio in integrum, aduersus sententiam in possessorio latã, non assumit illius naturam, sed datur, & competit, licet requirat altiorem indaginem. Et hæc est hodie magis Communis opinio, Robert. de Attentat.parte 2.cap.18.numero 19.Sforz. de Restitutione,quæst.43. Articulo 4.Magon. Rotę Florentinę.Decis.133.sub num.6. Anchar.quæst.41, in fine,parte 1.

15 Ampliatur octauo † in restitutione in integrũ de iure speciali,prout ex edicto minorum, Vestr, in Practica,lib.7.cap.3.numero 15.Decisio Auenion.2.numero 8.vbi de Communi.

16 Ampliatur nono, † etiam si allegata, & de ea exceptum fuerit,sed adhuc nec concessa,nec negata, nam interim in executione supersedetur, Guido Papæ Decisione 215, Barz.de guarentigia, parte 3.quæst.21.

17 Et facit † in simili text. in l, vnica,ff. nil nouar. appellatione pendente, ibi:quo ad deliberetur, an recipienda sit appellatio,vel non sit; & per illũ textum,Glos.in l.appellatione,in verbo,deliberationes,C.de temp.appellation. Ias.in l.1. numero 1.in primo notabili, C. de bonorum possessione secundum tabulas.

18 Et hoc maximè verum est, † si Iudex terminũ aliquem assignet ad audiendum responsum super appellatione admittenda, vel non, nam pendente isto termino, Iudex non potest procedere, quia eius officium conquiescit, Bald.in l.appellatione, C.de appellation. quod valde notandum in Practica dixit Franc.in cap. Personas, colum. finali,versiculo,in glos.numero secundo,de Appellation.

19 Facit etiam, quod † si Statutum dicat, quod Arbitri causam expediant infra tot menses, tempus non currit donec disputatur de validitate compromissi. Ioan. Baptista,gener Bartoli, in Tract.de Arbitr.lib.13.cap.2. num.8. attestans se sic obtinuisse.

20 Sic etiam,non † currunt fatalia appellanti, donec disputatur an appellatio sit nulla. Castr.consil.231.numero secundo,lib.1. Et vltra alios, illud in Practica notandum est, quod per viam exceptionis de qua agimus, duobus modis proponitur restitutio in integrum; Primo modo, quando iam est concessa,allegando eam; Alio modo, quando adhuc non est concessa, sed petendo eã contra executionem,implorãdo ad hoc Iudicis officium. Alberic. dicens ita practicari, in l.necnon, §.exemplo,ff. Ex quibus cauf.maior.

21 Insuper in Practica notandum est, quod † si quis in fine libelli asserat se læsum simpliciter, ponendo Clausulas salutares, dicitur intentata, & proposita restitutio in integrum. Hipolytus Riminald.consil.40.numero 46.lib. primo, Simon de Pret.consil.168.numero 24. Crauetta, consil. 751.numero 14.volum.5.Borgnin.Decisione 45. num.50,parte 1.

22 Et satis est † dare fumum de læsione, ad mouendum animum concedentis, licet in prosecutione sit plenè probanda, Sforz.quęst.43. Articulo 1.num.20.

Et vltra eum plenè profitentem, clarius hoc explicat Bald,in l.1,ad finem, C.Si aduers.libert. dicens, duplicem requiri probationem, vnam summariam, ad obtinendum, secundam plenariam, ad victoriam obtinendam. Comprobat Cannar.de executione Instrument.quæst.21.numero 49,

23 Contrariam opinionem scilicet, quod † vtroque casu debeat plenè probari, dicit magis Communem D.Mascard. Conclusione 960. numero 16.ex famosa Decisione Benintend. 85. numero 9. qui hoc non dicit. Et prima opinio est magis Communis.Sforz.quæst.36. Articulo vltimo,& Articulo 5. colum. vltima. Mascard. Conclusione 1274.numero 13.14.& 15. inferens vtiliter in Practica, fieri posse illam Summariam, ex mero Iudicis officio, & facta litis contestatione in negocio,præsumitur præcessisse illa Summaria,nec de ea amplius excipi poterit. de Communi Bossius,in titulo;de Rest.aduers.remed. indic.numero quarto, latè Contard. limit. 8. numero quadragesimoprimo.

Declara,quod sufficiat dare fumum, si incidẽter petatur, secus, si principaliter vna cum negotio principali. Mascard. Conclusione 1274. numero 21.

24 Ampliatur decimo, etiam † contra tres conformes,& illarum executionem. Salicet.in l.vnica,in fine, C. Ne liceat tertio prouocare. Marantha,parte 6.§.& quandoque appellatur, numero 112. Ruin.ad §.cõdemnatum, num.41. Franch. in cap. Ex ratione,numero 40. de Appellation.dicens opinionem Baldi esse fantasticam, & bene reprehendi à Saliceto. Corneus consil. 111. numero quarto,libro primo, Milis,in verbo, Executio trium conformium, Minsyng. Centuria 3. Obseruatione 84.dicens hanc opinionem in Practica seruandam. Grauat.ad Vestr,lib.8. cap.1.numero 28.Menoch.de Arbitr. Centuria 1.Casu 9. numero tertio, Capell. Tolosana 54. Et hæc est magis Communis opinio. Lancelott. de Attent, parte

parte 2.cap.18.numero 93.verſ.ex quibus, Gabr. de executione rei iudic.Concluſ. 1.numero 17.

25 Declarando vt vera † ſit,& procedat,ſi talis reſtitutio petatur ſub prætextu, quod victus læſus ſit,vel imprudẽtia ætatis,vel iuſto errore, & ignorantia,ſecus ſi prætextu quod iniuſtæ ſint, & poſt quam non licet appellare, conuolatur ad remedium reſtitutionis, quia hoc caſu non auditur. Sforza, quæſt.43.Articulo 3.num.57.

26 Declaratur † ſecundo, ſi ceſſaret præſumptio calumniæ,vt incontinenti de læſione apparere poſſit,aliàs non. Bellamera, in cap.Suſcitata,numero 12.de Reſtitut.in integrum, dicens ſe pluries vidiſſe in Rota ſic obſeruari.Idem atteſtatur Caſſador. Deciſione 1. de Reſt. in integrum,numero 3.dicens, quod tempore ſuo Rota in materia trium conformium ad hoc ſolum attendebat,an eſſet præſumptio calumniæ, vel non.Contard.de momentanea poſſeſſ.limit.8. num.62. & ponam latius in limitationibus.

27 Declaratur † tertio, vt executionem trium cõformium impediat reſtitutio, ante petitam executionem, ſecus ſi poſt. Anton. Gabr.de Executione rei iudicatę,Concluſ.1.numero 17. verſiculo Concorda.Et ponam latius in limitationibus. Magon.Rotæ Florentinæ Deciſ.133.numero 5. Puteus Deciſione 285.libro 2. qui loquuntur indiſtinctè tam in conformibus, quam alijs. Cald. ad l.ſi curatorem,in verbo,per quod, numero vigeſimotertio.

28 Declaratur † quarto,quod aduerſus tres conformes non datur reſtitutio, niſi cõſtet de aliqua illorum iniuſtitia, ex qua conuincatur læſio, & inſuper doceri debet de noua cauſa, & nouiter oppoſita,quæ aliàs tractata non fuit. Contard.de Memontanea poſſeſ.limit.8.numero 57. Rolãd. conſil.53.in fine, volum.2.Caſſador.Deciſione 1.de Reſtitut.in integrum.Tobias conſil.68. numero 9.qui vult parendum omnino prius iudicato.Pariſ.conſil.109.numero 17.libro quarto,niſi ex Actis colligatur aliqua ſuſpitio calumniç.Minſynger. conciliando opiniones, Centuria 3. Obſeruat.84.Cald.ad l.ſi curatorẽ, verbo, per quod, numero 25.

Et quod dictum eſt contra tres conformes,
29 † idem dicendum eſt in duabus, quæ ex forma Statuti haberent vim trium, prout Tudert. Pariſ. conſil. 109. numero 18. libro 4. Cannar. de Executione Inſtrument.quæſt.21.nu.50. Villalob.litera E. nu.139.

30 Quod Pariſ.vbi ſupra, ampliat, etiam † ſi non eſſent conformes in omnibus, ſed quo ad illam partem de qua quæritur.

Et ſi eſſet minor qui illam peteret contra tres conformes,minimè cõcedi poteſt, niſi cum matura cauſæ cognitione, & liquida probatione læſionis enormis,illius facilitate cauſatæ.Burſatus conſil.27.num.19.

31 Et ſi vna Eccleſia † contra aliam contendat,nõ conceditur,etiam ſi probationes, & iura noua ſuperueniſſent. Cephal. conſil. 7. per totum, volum.primo.

32 Limitatur primo, in † ſententia continente plura capitula: nam reſtitutio impedit executionem in eo capitulo ſuper quo petita eſt,non quo ad alia capitula.Alberic.in l.etiam, §.1.ff.de Minoribus.

33 Quam † limitationem ſic crederem veram, ſi capitula eſſent ſingulariter, & ſigillatim enumerata, ſecus ſi ſub generico vocabulo, ex his quæ tradit Iaſ.in l.ſcire debemus, numero 9. de verb. obligat.

34 Declararem ſecundo,niſi † capitula eſſent cõnexa;ex notatis per Menoch.de Arbitr.Caſu 95. Mannos, de Commiſſion.formula 2. in verbo, Annexis. Surd. Deciſ. 258. numero vndecimo, Gabr.conſil.38.in fine,lib.1.Lancelott.de Attentat.parte 2.cap.12.num.23.

35 Limitatur ſecundo, † niſi eſſet renunciatum beneficio reſtitutionis,& hoc intelligo ſolemniter,& validè,medio iuramento; Et ſic practicantur renunciationes, præſertim à minoribus; nec credo aliquem eſſe ita incautum,vt acceptet renunciationes minorum ſine iuramento. Vnde Sforz.de Reſtitutione,quæſt.43. Articulo 1. numero 23.limitat.3.reprehendit Lancelott. ſed iudicio meo ſine cauſa, cum credam Lancelott.loqui in renunciatione ſolemni, quæ eſt cum iuramento,& valet etiã à minore,vt idemmet Sforz. atteſtatur quæſt.26.Articulo 6.

Cui addo bene loquentes Grammatic.conſil. 31.numero 10. Diaz. Regula 219. Fallent. 4. vbi limitat, quando ſui facilitate eſſet læſus,ſecus ſi dolo aduerſarij.Simoncell.de Decreto,lib.3.titulo 7. Inſpectione 1. numero 8. Et hæc eſt Communis opinio. Cald. ad l.ſi curatorem, in verbo, Minoribus,numero 8.Roland.conſil. 59.numero 6.volum.1.Craſſ.de Except.ad Statut.Except. 33. ſub numero 6. vbi dicit,quod debet eſſe ſpecialis, nec ſufficit generalis, omni legum auxilio.

36 Ampliatur † etiam vltra eum,ſi minor ſolum iurauerit nõ venire contra proceſſum. Cappella Toloſan.45.49. & 106. Seraſin. de Iuramento, Priuileg.71.num. 50. Priuileg. 83. numero quadrageſimoprimo.

Ampliatur etiam,ſi litigauerit per procuratorem ab eo cum iuramento conſtitutum, quo caſu nec reſtituitur. Oſaſch.deciſ.157.num.15. vbi locus bonus,& à nemine allegatus.

37 Limitatur tertio, in † reſtitutione in integrũ, allegata per viam exceptionis; de qua materia principaliter agimus, & tunc regulatur contra executionem, & exceptio reſtitutionis non admittitur,niſi parito iudicato.Bald.in l.finali, columna ſecunda,C.ſi ex falſ.Inſtrumẽt. Alexand. conſil.223,Egregiè,lib. ſexto, conſil. 62.colum. ſecunda, verſic.nam præſupponitur, eodem lib. 6.Bellon.conſil.18.num.23. Benedict. de Barzijs de Guarentig.quæſt.penultima.

38 Sublimata,niſi † offeratur probatio incontinẽti,vel ex Actis,vel probationibus,per quam de læſione appareat, ſeu incontinenti apparere poſſit, aliàs ſecus. Contard.de Momentanea poſſeſſ. limit.8.num.59.

39 Sublimata ſecũdo,† diſtinguendo inter executionem iuris,& facti:ſi enim loquimur de executione iuris, id eſt de Commiſſione executionis,

tunc

tunc contra Decretum Commissionis executionis, exceptio restitutionis opposita, impedit eam realiter exequi. Si verò loquimur de exequutione facti, & reali, tunc ea non retardatur per exceptionem restitutionis, cum sit meri facti. Benintend. ita concilians, Decisione 85. numero 15. quem approbat, & sequitur Sforz. quæst. 43. Articulo 7. seu penultimo.

40 Sublimata tertio, ex † mēte Cannar. de Execution. Instrument. quæst. 21. numero 48. Si loquimur in executione iam facta, restitutio non impedit; si autem loquimur in fienda, impedit, si est irreuocabilis; vnde non potest in carcere poni; Si non est facta, estq. reuocabilis, tunc impedit, si probationes offerantur in promptu, & incontinenti, vel non sit præsumptio pro sententia, puta, quia sunt plures, vel quid simile. Cald. ad l. si curatorem, in verbo, per quod, numero 23. Puteus Decis. 285. lib. 2. Rota diuersorum, Decis. 346. numero 6. parte 1.

41 Limitatur quarto, † nisi causa restitutionis in integrum esset commissa cum Clausula, Parito iudicato, quo casu, executio non impeditur. posui superius num. 9.

Limitatur quinto, vt restitutio in integrum executionē impediat, per superius adducta; quan

42 do venit de iure Communi, secus, si ex † Gratia Principis, quæ alio nomine Supplicatio appellatur, nam hæc executionem non impedit. Bellamera consil. 18. numero 22. dicens hanc limitationem notabilem, & alibi non reperiri. Benintend. Decisione 85. numero 12. vbi bonam rationem reddit. Lancelott. de Attentat. parte 2. cap. 18. numero 38. Sforz. quæst. 43. Articulo 1. num. 30. Rota apud Puteum, Decis. 356. numero quarto, libro 2.

Ego vltra alios, ad confirmationem allego bona, & vtilia loca. Benintend. Decisione 78. num. 3. vbi Supplicatio non inducit litis pendentiam, nec rescindit iudicatum sicut appellatio. Rebuff. latè ad l. quod iussit, in secundo notabili, numero 24. vbi habes, quod sententia mandatur executioni sine cautione, de qua in Authentica, Quæ supplicatio, dicendo eam iuisse in desuetudinē, Contard. de momentanea possess. quæst. 8. num. 41. Crauetta consil. 230. numero 3. Menoch. de Adipiscenda, Remedio 4. numero 904.

Ampliatur etiam vltra alios hæc Conclusio,

43 scilicet, vt restitutio † ex Gratia, vel Supplicatio, non retardet executionem, vt si fiat executio, nō dicatur Attentatum, nec reuocetur per viam attentati, sed solum per viam querelæ per superiorem. Abb. in cap. Pastoralis, numero 11. & 15. & ibi Franch. colum. 3. de Appellation. in cap. debitus, numero 17. eodem titulo. Marantha, parte 6. Actu 2. vltima parte num. 105. Personal. de Adipiscend. num. 351.

44 Et prædicta procedunt † etiam in beneficialibus. Lancelott. in citato loco, numero 39. in fine. Contrarium dicit practicari Caputaquens. Decisione 330. parte 1. & bene declarat Puteus Decisione 456. lib. 2. quod in beneficialibus restitutio in integrum non datur, nisi cum causa, & pendē te termino ad docendum de causa, suspenditur executio, & eo elapso, nec docto, fit executio, licet deducatur de bono iure; Et sic audiri super bono iure, est ex gratia, nec retardat executionē.

45 Cautela tamen † datur in præsenti materia, quæ adaptari potest pro vtraque parte; si enim loquimur ex parte petentis restitutionem, debet dari terminus ad docendum de iure suo, quo elapso, & nihil deducto, amplius non auditur; si loquimur ex parte illius contra quem petitur, pariter potest terminum petere ad deducēdum causas excludentes beneficium restitutionis contra eum imploratum, & intentatum. Corneus consil. 111. Licet videatur, libro 1. Practica Vestrij lib. 8. cap. 3. sub numero 17. & ita tenuit Rota in vna Lucensi Decanatus, corā Vestano, 17. Martij 1546. prout refert Lancelott. parte 2. cap. 18. numero 96. Sforz. quæst. 43. Articulo 1. numero 37. & 38.

46 Limitatur sexto, vt petens † restitutionem aduersus sententias, debeat probare læsionem, & docere de aliquo eius bono iure; ita passim tenuit Rota, relata à Mascardo in pluribus locis per eū signatis Conclusione 1058. **numero 4.** & 1274. numero 16. Minsyng. **Centuria 1.** Obseruatione 50. & hoc nouiter deductis. Rota apud Caputaquens. Decis. 94. parte 3. Et circa hanc limitationem, & declarationem eius, vide superius num. 23. & 39.

47 Limitatur septimo, in executione † iam cępta consumari, & agatur de damno reparabili, quo casu deuenitur ad vlteriorem executionem, data cautione per victorem, de restituendo in casu succubentiæ. Decisio Auenionens. 2. numero 8.

48 & sic habemus † tres casus in Practica, vtiles ex se, distinctos. Vincent. Franch. Decisione 86. numero 7.

Primus, in Commissione executionis; Secundus de executione facti, de quibus superius, numero 39. & 40. Tertius, de executione facti, & cępta, sed nondum perfecta, de qua hic. Puteus Decisione 285. libro 2. Decisione 10. de restitut. in integrum, Caputaquens. Decis. 339. numero 2. parte 1.

Et dicitur cępta executio, ex relaxatione mandati, & literarum executorialium, ita tenuit Rota in vna Cartaginensi Decanatus, coram D. de Bubalis, 8. Decembris, 1587. in vna Burgensi Decimarum, 29. Octobris, 1586. Gratian. Decisione March. 172.

49 Nec volo illud in Practica omittere; quod † etiam Minor non auditur, nisi doceat de læsione, ex Communi. Anton. Gabriel. de Minor. Conclusione 1 libro secundo, licet Contrarium vltimo loco, nō tamen attestatur Communem pro ea hoc idem confirmat, licet eum non alleget Sforz. de restitut. in integrum, quæst. 36. Articulo 2. Osasch. Decis. Pedemont. 157. aliàs 158. numero decimotertio, tamen contrarium practicatur. Ioseph. de Ludouic. Conclus. 49. quem licet audeat reprehēdere Gratian. Decisione March. 196. numero 17. dicendo Communem esse in contrarium: Dico, quod ipsemet Ioseph. præsupponit, & allegat Communem, & tamen obseruantia est in contrarium.

Illud

50 Illud etiã † in Practica valde notandum est, & est fere principale in hac materia, quod si petens restitutionem est in vera, & euidenti malitia, vel calumnia, nullatenus impeditur executio sententiæ, arguendo à maiori, ex cap. Suscitata, de restitutione in integrum. Afflict. Decisione 356. numero tertio, Roman. in l. possideri, §. si seruus, ff. de acquiren. possessione. Vital. in Clausula, Nihil innouari pendente restitutione in integrũ, numero quarto, Barz. de Guarentig. parte tertia, quæst. 21. versiculo, sed si directo.

51 Ampliatur hæc Conclusio, etiã † si nulla præstetur cautio ab ipso, qui executionem petit, quã aliàs offerre vel præstare debet, iuxta dispositionem d. cap. Suscitata. Lancelott. d. cap. 18. numero 58. concurrente Iudicis Arbitrio in discernendo, si calumnia sit euidens, & manifesta. Sforz. q. 43. Articulo 5. num. 70.

52 Ampliatur secundo, etiam † si victus restitutionem petens, offerret incontinenti probare læsionem: nam adhuc procedendum est ad executionem. Hostiens. in d. capit. Suscitata. Vital. in d. Clausula, numero quarto; Robert. d. cap. 18. numero 59.

Limitatur, & declaratur hęc secunda Ampliatio, nisi † illud incontinenti quod offertur, esset vti notorium quoddam, quod proponitur etiam contra Præsumptionem iuris, & de iure quæ appellatur liquidissima probatio, & tamen contra eam admittitur probatio per notorium, & facti euidentiam. Romanus, in l. si duo, numero 13. ff. de acquiren. hæredit. & consil. 350. Felin. in cap. Quanto, numero quinto, de Præsumption. Præposit. in cap. Is qui fidem, numero octauo, de Sponsal. Curt. senior, in Repetitione l. admonendi, numero 24. de iureiurando, clarè Alciat. in prælud. Præsumption. parte 2. numero 14. Paris. consil. 12. numero 53. lib. 2. Euerard. in loco à verisimili, numero 20. Marsil. in l. 1. §. si serui, ff. de quæstion. Asinius in Practica §. 19. cap. 5. in nona limitatione.

(53 at "tio, nisi")

54 Declaratur, dummodo † notorium allegetur, & sit permanens. Ripa, in l. 4. §. hoc autem iudicium, num. 35. ff. de damno infecto. Menoch. de præsumption. lib. 1. quæst. 67.

Et faciunt quæ dixi superius, in verbo, Nullitas, num. 51. vbi notoria nullitas numquam censetur reiecta.

55 Ampliatur tertio, † vt data calumnia, executio non retardetur, etiam si esset irretractabilis, adeo calumnia est Legibus odiosa. Carauita, Ritu 166. num. 52. & 53. Decisio Auenionens. 2. num. 8. versiculo, etiam.

Sed cum agatur de pręiudicio irreparabili, cui iura multum fauent, vt latè dixi superius, in verbo, nullitas, num. 33. cum multis seqq. si offeratur probatio incontinenti, libenter per aliquod tẽpus supersederem cõcurrentibus istis duobus.

56 Ampliatur quarto, etiã † si victus, qui restitutionem pretẽdit, offerret cautionem aduersario, de soluendo iudicato in casu succumbentiæ, in iudicio restitutionis, omni exceptione remota. Bald. in l. penult. ff. de Authorit. tutor. Afflict. Decisione 356. num. 6. in fine.

Quæ autem sit calumnia vera, vel præsumpta, posui latè superius, de Tertio audiri volente, numero 55. cum seqq.

57 Si verò petẽs restitutionem, † est in calumnia pręsumpta, tunc pariter non suspenditur executio. Abb. in d. cap. Suscitata, num. 8. vbi dicit Cõmunem; quam etiam tenet Glos. in cap. Ex literis, in verbo, Supplicari, eodem titulo, Bald. Angel. & Castr. in l. vnica, C. In integrum restit. postul. Bart. in l. qui agnitis, nu. 6. ff. de except. Card. Alban. ad Bart. in l. defendẽte, ff. de Author. tut. Fulgos. in l. si Prætor, §. Marcellus, num. 5. & ibi Iacob. de Sancto Georg. num. 6. de Iudic. Alciat. in l. si causa cognita, num. 7. C. de Transaction. Zasius in l. 4. §. cõdemnatum, in fine, de re iudic. Bart. de differẽtia inter Ius Ciuile, & Canonicũ, num. 139. Socin. Regula 346. num. 2. Marantha, in Speculo, parte 6. §. & quandoque appellatur, num. 110. Vital. in Clausula, Nil innouari, rest. in integrum pend. Ioan. Ferrar. in Tract. de appellation. lib. 5. cap. 6. Bard. de tempore vtili & continuo, cap. 5. num. 2. Ruin. consil. 61. col. penult. lib. 5. Pott. consil. 169. num. 8. Cephal. consil. 116. num. 11. lib. 1. Tobias Nonius, consil. 68. nu. 9. Bellon. consil. 18. num. 22. versiculo, Pręterea, Benintẽd. Decis. 85. num. 13. & 15. Et hæc est Communis opinio. Sforz. de Restitutione in integrũ, quæst. 43. Articulo 5. nu. 76. in fine. Socin. Regula 429. Fallent. vltima.

Ampliatur hic secundus positus casus, etiam

58 † si præsumptio calumniæ oriretur ex qualitate sententiæ tantum, puta, quia esset sententia Principis, vel duæ, vel tres conformes. Corneus cons. 112. Licet, litera R. lib. 1. Cannar. de executio. instrum. quæst. 21. Ripa in §. condemnatum, licet re vera in nullitate loquatur. Lancelott. d. cap. 18. numero 64. & 65.

59 Quam † modificat Sforz. d. quæst. 43. Articulo 5. num. 68. vt vera sit, si non tangatur iniustitia sententiarum, sed ex impedimento extrinsecus proueniente.

60 Si tamen vltra † pręsumptionem calumniæ, concurrat, quod restitutio requirat altiorem indaginem, tunc executio impeditur. Boer. Decisione 65. num. 7. Et sic limitantur ea, quæ superius dixi, num. 14. quod restitutio in integrum etiam requirens altiorem indaginem, executionẽ impedit, quia fallit, si concurrat pręsumptio calũniæ: immò si concurrant simul, præsumptio calũniæ, & præiudicium irreparabile, executio nõ impeditur, adeo odiosa est præsumptio calumniæ. Decisio Auenionens. 2. num. 8. nisi præsumpta calumnia esset fortis, puta, si petatur restitutio contra sententiam Principis. Speculat. de restitutione, §. vltimo, in principio. Angel. in l. 1. num. 5. ff. Nihil nouari, & sic declando cap. Suscitata, de restitut. in integrum.

61 Licet regulariter † executio sentẽtiæ suspẽdatur per restitutionem in integrum petitam, quãdo præiudicium est irreparabile; vel in criminalibus pro infligenda pœna corporis afflictiua, vel in ciuilibus, vt si agatur de Castro, Fortilitio, vel persona quæ sit potens, vel litigiosa, vel non esset consultum per cautionem. Bald. in l. vnica, C. de

in in-

in integr.rest.postul.& ibi Castr.num.2.Socin.in l.1.§.si seruus,num.15.ff.de acquir.possessione,& regula 346.Marantha parte 6.§.& quandoque appellatur, numero 10.Cannar. de Executione Instrum.nu.48.Barz. de Execut.Instr. Guarent.q. penult. Vestr.lib.8.c.3.num.16. exemplificans in carceratione qualiber. Abb. in d.c.Suscitata,n.8. Alciat.Imola, & alij,in d.§.condemnatū, Afflict. Decisione 156.in fine, Aufrer.ad Tolosan. Decis. 54.per totam. Benintend.Decisione 85.num.13. Menoch.de Adipiscenda, remed.4.q.103.num. 911.Abbas, loquens quando non est consultum per cautionem,d.cap.Suscitata,num.8.cuius opinio æquior est. Minsyng. Centuria 1. Obseruat. 48.Lancelott.d.cap.18.nu.80. Sfort.q.43. Articulo 8.nu.100.Anna Allegatione 82.n.10.Sing.179.

Declaratur secundo hæc Conclusio,vt proce-
62 dat † ita demum,si ab eo qui instat pro exequutione præstetur cautio de restituēdo in casu succumbentię,d.cap.Suscitata,& ibi not.per omnes,& vltra eos,Castr.cons.460.nu.4.lib.1.Alex.cons.223. in fine,vers.& licet,lib.6.post Bar.in l. defendēte, ff.de author.tutor.Zannet.de Differēt.Iuris Ciuilis,&Canonici,n.237.Magon.Rotæ Florent.Decis.133.num.6.Caldas,ad l.si curatorem habens, in verbo,per quos,num.28.

63 Quæ declaratio,† & cautio præstanda, intelligitur multis concurrentibus. Primo,quod adsit præsumptio calumniæ, aliàs non, vt dictum est, & pulchrius declarat sub paucis verbis Boer. in Singular.in verbo, Executio, num. 26. inquiens: Aut malitia est euidens,& executio non retardatur sine aliqua cautione, si bona fides est euidens suspēditur executio omnino, etiam si oblata, vel præstata sit cautio; si malitia est præsumpta, tunc habet locum cap.Suscitata, & limitatio prædicta de cautione præstanda. Idem tenet Ruin. consil. 61.in fine,lib.5.

64 Declaratur secundo, vt † ista cautio requiratur pro executione negocij principalis, secus pro expensis,pro quibus ista cautio non requiritur. Milis,in verbo, Restitutio,el terzo. Vestrius d.cap.3. sub num.15.

65 Declaratur tertio, si non reperiat victor cautionem istam, quod sufficiat iuratoria cautio. Guido Papę,Decisione quinquagesima. Asinius in Practica,§.31.cap. secundo, Ampliatione nona,num.septimo,& ita pluries tenuit Rota, relata per Lancelott.de Attent.parte secunda,capit. 18.num.76.& 77.

66 Declaratur quarto, dummodo † petatur à victo,aliàs non, & petatur coram Iudice executore,non alio.Milis, in verbo, Restitutio, el terzo. Vestr.d.cap.tertio, numero decimoquinto,iuxta not. in l. vniuersa, C. de precibus Imperat. offerendis.

67 Hoc autem † remedium cautionis præstandæ victo,per victorem,videtur introductum de Iure Canonico, & sic in terris Ecclesiæ, non autem de Iure Ciuili,quod de tali cautione non cogitauit.Bart.de different.Iuris Ciuil.& Canon.num. centesimotrigesimonono, Afflict. Decisione 356.num.tertio.Cephal.consil.116. numero decimosexto.

68 Bene verum est, † quod in Terris Imperij laudat obseruandum Minsyng.Centuria 1.Obseruatione 48.nec dissentit D.Sforz.q.43.articul.5.sub nu.87.& mihi videtur fundatum in magna æquitate; quod si victor releuatur in executione faciēda,quod victo quoque succurratur circa exitum iudicij restitutionis in integrum.

Si vero petens restitutionem in integrum,con-
69 tra † quem est pręsumptio calumnię, haberet probationes in promptu,& incontinenti,tunc auditur.Bald.in l.1.C. in integrum restit. postul & ibi Paulus Castr.nu.2.Cannar. de executione instrument.q.21.nu.49.Delphin.Decisio 53.n.10.& 20.Riminald.cons.304.nu.13.lib.3.pulchrè, & latè Tessaur.Pedemont.Decisione 181.nu.4.vbi latè insistit,& in hoc tandem se reducit, quod subsit iusta causa,& probationes sint in promptu,per Instrumenta, vel Acta; & quod vidit pluries Practicari,quod Minori fuit concessa, eo solo, quia Minor nulla probata lęsione, si temporale sit pręiudicium,vel aliàs parui momenti; quod facit ad confirmationem eorum quę superius diximus, num.49.ex Iosepho de Ludouic.vbi Gratian.Decisione Marchię ibi allegata reprehendit; sed certè non meretur. Cum Iosephusmet, Communē pręsupponat,& alleget, sed dicat Cōsuetudinem esse in contrarium, licet Anchar. quęstione 41. parte 1. Contrarium indistinctè teneat pro affirmatiua.

Pariter vltra alios accedat post Tessaur.pariter à nemine allegatum Decisio Vincent.Frāchi 86.
70 qui pariter concordat, † quod Minori sine alia probatione lęsionis competat restitutio, quę per eum censetur tacitè petita per Clausulas generales; & subdit,nu.8.quod concurrente rationabili causa,& probationibus in promptu,competit restitutio, & suspenditur executio; & ambo exemplificant inter causas, etiam absentiam probabilem, & non sufficienter factam defensionem; & de probationibus, in promptu concludit Afflict. Decis.356.Capicius,Decis.53.quas declarat Franch.in citato loco: quia non apparebant in promptu causę euidentes,ex quibus restitutio concedi deberet. Et hęc opinio hodie verior est, & magis Communis. Mascard.Conclus.1274. numero 18. cum seqq.Crass.de Except.ad Statutum, except. 33.num.15.Vrsill.ad Afflict.Decis.356.

Accedat vlterius,vltra alios etiam,quod notat Caputaquēs,Decis.330. parte prima,quod si fuit
71 † petita restitutio in integrum aduersus sententiam,per processum ad vlteriora,in causa restitutionis, detegitur iniquitas sententię,saluo, quod contra iura producta, non sint generalia contra.

72 Limitatur octauo principaliter, vt † restitutio in integrum, non impediat executionem instrumenti, vel sententię, quando is contra quem restitutio petitur,sit in quasi possessione exigēdi,puta,Census, Pensiones,& similia, quia manuteneri debet, nec spoliari per restitutionem in integrum.Berous,consil.119. num.1.lib.3. Sforz. de Restitut.in integr.q.42. Articulo 3. nu.17. est casus frequens vtilis,& valde quotidianus circa executionem Instrumentorum.

N Quibus

Quibusillud addam etiam in Practica vtile, 73 quod † si emphyteuta, vel similes, soluerunt non solum per decem, sed per 30. & 40. annos pensionem, vel responsionem maiorem vltra promissam, quod non possunt cogi in futurum, exhibito instrumento, ex cuius lectura apparet in promptu læsio, & error. Alex. consil. 113. colum. vltima, versic. pro confirmatione, vol. 1. reputauit in Practica valde notandum Balb. de Præscription. in 2. parte, tertiæ partis principalis quæst. 10. numero 26. fol. mihi 36. & sic impedietur executio in excessu, cum contrarium incontinenti ex lectura appareat; sed an dabitur repetitio.

74 Limitatur nono, in restitutione cõcessa † sub conditione aliquid faciendi, qua conditione pendente, & non impleta, executio non suspenditur. Corneus consil. 111. num. 4. libro 1. nec reperio approbatum exemplum Cornei, in verbis illis: Attentis narratis, &c. quæ in quolibet Rescripto apponuntur, & subintelliguntur, sed de aliqua cõditione in corpore apposita. Rota apud Caputaquensem Decis. 95. parte 3.

75 Limitatur decimo, quando † causa restitutionis in integrum fuisset commissa per Papam, vel alium supremum Principem, quo casu suspenditur executio. Milis, in Repertor. in verbo, Executio, Cannar. quæst. 21. in fine, Sfort. quæst. 43. Articulo 8. num. 101. ea ratione: quia censetur inhibitum cuilibet inferiori. Lancelott. parte 2. cap. decimoseptimo, num. 138. & cap. decimo, numero 3. & 9.

Vltra quem limita, nisi Papa committat contra tres conformes, quo casu etiam stante Commissione supremi Principis, executio non impeditur pulchre Franc. Marc. Decisione Delphinali 315. parte 2. vbi ampliat idem, si Papa committat causam nullitatis contra tres conformes, nam executio non impeditur.

76 Subampliatur idem † in Legato de latere, vt per eos; quibus addo, quod Legati de latere, sunt locumtenentes Papæ in eorum prouincijs. Scaccia, in Practica, cap. 13. nu. 9. post Speculatorem, Marantham, & alios, quos allegat.

77 Limitatur vndecimo, † nisi iudex restitutionis inhibuisset iudici exequenti, quo casu supersedetur, etiam si aliàs posset. Burr. in d. cap. Suscitata, Milis, in verbo, Executio, 1. in fine, Vestr. lib. 7. c. 3. num. 17. Menoch. de Adipiscenda, remedio 4. num. 969.

78 Limitatur duodecimo, † ne executio nõ impediatur, licet sit præsumptio calumniæ, sed nuda hominis tantum. Bald. in Margarita, in verbo, Præsumptio contra petentem. Menoch. de Præsumpt. lib. 1. q. 74. in fine, & hæc a nullo alio ponitur, & satis bona est.

79 Illud etiam in Practica notandum, quod † si petitur restitutio contra tres conformes, est docẽdum de noua causa, ob præsumptiones earum secus si contra vnam sententiam tantum, tunc enim sufficit allegare causam aliquam, licet non sit noua, & personæ priuilegiatæ sufficit allegare iniquitatem iudicis. Bal. in l. Minor autem ingratus, ff. de Minor. Mascard. Conclus. 1274. numero vigesimotertio.

80 Limitatur tertiodecimo, † in restitutione in integrum in spolio in beneficialibus, quę non datur, nisi constito de bono iure, secus in beneficialibus in petitorio, propter periculum Animæ. Rota apud Caputaquens. Decisione 97. parte tertia.

EXCEPTIO XLIX.

Instrumeta nouiter reperta.

S V M M A R I V M.

1 *Instrumenta nouiter reperta, quæ dicantur.*
2 *Sententia non retractatur ipso iure, sed per Instrumenta nouiter reperta ope restitutionis in integrum.*
3 *Ampliatur, vt nec ex Clausula generali, Si qua mibi iusta &c.*
4 *Fiscus restituitur aduersus rem iudicatam, per Instrumenta nouiter reperta, & hoc infra triennium olim, hodie infra quadriennium.*
5 *Causa publica restituitur per Instrumenta nouiter reperta aduersus rem iudicatam.*
6 *Communitates, Opida, Castra, & Villæ, restituũtur iure Minorum.*
7 *Declara vt hic.*
8 *Communitas vna restituitur contra aliam, si tractat de damno vitando.*
9 *Ecclesia restituitur in integrum per Instrumenta nouiter reperta.*
10 *Causa spiritualis restituitur per instrumenta nouiter reperta.*
11 *Causa pia restituitur per instrumenta nouiter reperta, idem in causa Dotis.*
12 *Minor, & pupillus restituuntur per Instrumenta nouiter reperta, vt hic.*
13 *Furiosi, & Prodigi & aliæ personæ quæ per alios reguntur restituuntur per Instrumenta nouiter reperta.*
14 *Furiosus, quomodo, & quando restituatur.*
15 *Furiosus perpetuus, & prodigus perpetuus, quando restituantur.*
16 *Restitutio in integrum multiplex est, vt hic.*
17 *Restitutionis effectus, & vtilitas in intentando eam.*
18 *Minor non præiudicat sibi, eligendo vnam restitutionem ad exclusionem alterius.*
19 *Declara tamen, quod vnica solutione debeat esse contentus.*
20 *Minor quando habeat regressum contra tutorem, & quando non, num. seq.*
22 *Restitutio in integrum ex Clausula Generali, non competit si alia via succurri potest.*
23 *Declara, si per eam pinguius prouideatur, aliàs non.*
24 *Minor aliquando restituitur ex capite æquitatis, non minoris ætatis, tutore existente non soluendo.*
25 *Tutor prius conueniendus, si possessor diu possedit, & rem meliorauit.*
26 *Sententia criminalis rescinditur per Instrumenta nouiter reperta, de innocentia rei.*
27 *Executio capitalis non suspenditur, per restitutionem gratiosam Principis, si bannitus interim caperetur.*
28 *Sententia priuatiua honoris, an suspendatur per restitutionem Principis gratiosam.*
29 *Sententia Matrimonialis quibus casibus sit priuilegiata, & non ibi num. 30*
31 *Sententia ex consilio sapientis an transeat in iudicatum.*
32 *Sententiam non transire in iudicatum, vt matrimonialem de consilio sapientis, & similes, quomodo intelligatur*

& quod

& quod decennium currat, & post illud detur restissio per instrumenta nouiter reperta.

33 *Quid in sententia Interlocutoria, vel Decreto, ex Instrumentis nouiter repertis.*

34 *Quid in Arbitramento.*

35 *Declara vt hic.*

36 *Restringe, & limita, nisi per instrumenta nouiter reperta conuinceretur de falso, & mendacio Instrumentum quo obtinuit aduersarius.*

37 *Restringe etiam, quando Instrumentum fauorabile pro reo victo fuit absc͡oditum, vel dolo victoris subtractā.*

38 *Protestatio facienda in casu præmisso ante sententiam.*

39 *Victus, & condemnatus, excipiendo per Instrumenta nouiter reperta, impedit solutionem.*

40 *Admissas de facto ad instrumentum nouiter producenda, auditur, & impedit etiam quod de iure non veniret admittendum.*

41 *Restringe, etiam si victor fateatur sententiam pro se fauorabilem iniustam.*

42 *Quid si non adsit propria confessio victoris, sed notorium.*

43 *Declara vt hic.*

44 *Denunciatione Euangelica tali casu procedi potest, vt hic.*

45 *Sententia in causa feudali, retractatur per Instrumenta nouiter reperta.*

46 *Restitutio an competat aduersum sententiam per Instrumenta nouiter reperta, ex Clausula Generali, Si qua mihi iusta causa videbitur.*

47 *Quid si læsus aliqua culpa, vel negligentia sua, prius non produxit.*

48 *Amplia, etiam si non adsit dolus ex parte victoris.*

49 *Limita procedere in Reo qui ex improuiso, vt plurimum conuenitur, sed in Actore, qui paratus venire debet, dubitabile est, vt hic.*

50 *Declara, & sublimita, si possibili diligentia Actor, reperire potuisset, aliàs non, aduerte tamen isto casu, vt hic.*

51 *Restringe, quando Instrumenta erant in loco, vbi facillimè victor habere potuisset, & quid in Archiuio publico, & Instrumentis antiquis.*

52 *Victus si post sententiam soluit, succurritur ei per Instrumentum quietationis nouiter repertum ob causam, vt supra num. 48.*

Quid si victor ignorabat adesse, ibidem sub eod. num. 52.

53 *Quid si impedimentum prouenit facto Tertij, quomodo succurratur, & Instrumenta nouiter reperta an inueniat, quando ius partis est factum deterius, puta, quia sunt mortui testes, qui ea reprobare poterant, vide ibidem.*

Terminus ad producendum Instrumenta nouiter reperta, an sit dandus, ibidem sub eod. numero 53. circa finem numeri.

54 *Testamentum nouiter repertum an impediat, & quomodo, ibid.*

55 *Instrumenta nouiter reperta quod impediant executionem sententiæ latæ per gratiam, fauores, vel sordes, per restitutionem ex Clausula generali, vt transiuerit in rem iudicatam.*

56 *Declara, & distingue vt hic.*

57 *Sententia quod fuerit lata per gratiam, fauores, ambitionem, vel sordes, quomodo probetur, & ibi ponuntur duo casus, vt num. seqq.*

58 *Primus si Iudex hoc fatetur.*

59 *Declara habere aliquam dificultatem, vt hic.*

60 *Casus secundus est quando victus fuit enormissimè læsus.*

61 *Sententia lata per iuramentum suppletorium, impeditur, vt hic.*

62 *Amplia siue Actor, siue Reus iurauerit.*

63 *Amplia in transactione inita timore iuramenti necessarij.*

64 *Declara, & distingue in quo iuramento proceďat.*

65 *Amplia etiam contra Iuramentum delatum in vim plenariæ probationis, vt hic.*

66 *Iuramento probantur ea omnia quæ in animo consistunt, vt hic.*

67 *Ignorantia iuramento probatur.*

68 *Impedimentum quoque iuramento probatur.*

69 *Declara inter alia probari ad consequendum exceptionē, non autem actionem, quæ plenè probari debet vt hic.*

70 *Impedimentum non potest probari iuramento vltra duas vices, vt hic.*

71 *Limita, quando ille qui impedimentum allegat, doceat se adhibuisse omnem diligentiam in amouenda, & amouere non potuisse, vt ibi.*

72 *Declara, nisi impedimentum esset notorium: quia tunc sufficit allegare sine alia probatione.*

73 *Arbitrio iudicis committitur, & statr, an iuramentum sufficiat ad probandum impedimentum, vt hic.*

74 *In casibus à iure expressis seruandus est modus expressus à iure, vt hic.*

75 *Iuramentum tale est deferendum à Iudice alàs non releuat.*

76 *Amplia in iuramento purgationis.*

77 *Amplia etiam, si ab ea qui repetit Instrumenta de nouo non fuerit adhibita diligentia, vt illa reperiret.*

78 *Amplia, etiam non repertis Instrumentis indirectè, vt hic.*

79 *Amplia, etiam si iuratum sit sine dolo, dummodo falsum iuratum sit.*

80 *Periurium regulariter non committitur sine dolo.*

81 *Periurium etiam datur sine dolo, ex culpa tantum.*

82 *Distingue duos casus, vt hic, quomodo incurratur pœna iuris, vel periurium.*

83 *Non soluens in tempore iurato, idq. ex iusto impedimento, dicitur periurus, sed sine dolo, & non punitur.*

84 *Periurus dolosus repellitur à testimonio ferendo, non autem culposus, vt hic.*

85 *Periurus verus dicitur, qui dolo contrauenit, & is repellitur, vt hic.*

86 *Mendacium etiam datur sine dolo, vt hic.*

87 *Mendax in dubio non præsumitur in dolo, nisi tendat ad sui vtilitatem.*

88 *Amplia procedere in omnibus sententijs latis super probationibus priuilegiatis siue subsidiarijs.*

89 *Sententia lata ex præsumptionibus, retractari potest ex probationibus validioribus, & fortioribus.*

90 *Declara, & distingue, aut lata ex præsumptionibus iuris, & de iure, & tali casu non retractatur, vt hic.*

91 *Condemnatus ex præsumptione iuris, & de iure, non potest appellare.*

92 *Limita, quod confessio ipsius partis, facit cessare præsumptionem iuris, & de iure.*

93 *Confessio vera, vel ficta, sufficit iudicialis, vel extraiudicialis, & probata solum per testes, dummodo à potestate solum confitentis pendeat.*

N 2 Senten-

94 Sententia lata ex præsumptionibus iuris tantum, retractari potest, etiam quod adsit res iudicata, ex contrarijs veris probationibus, vt hic.

95 Sententia lata ex præsumptionibus iuris, vel hominis, retractari potest ex alijs contrarijs præsumptionibus similibus, vt hic.

96 Sententia vero lata ex præsumptionibus iuris, & de iure, retractari potest ex alijs similibus præsumptionibus superuenientibus.

97 Sententia lata super ætate ex aspectu minoris, non transit in iudicatum, quia retractari potest per contrariam probationem veriorem natiuitatis.

98 Limita, nisi esset fundata super notorio, si puer esset tenellus, & iudicatum esset, quod esset impubes.

99 Sententia talis non transit vt dicitur in iudicatum, quia retractari potest per instrumenta noniter reperta.

100 Sententia lata ex iudicio peritorum, etiam si interuenerint peritiores, non transit in iudicatũ, quia retractari potest.

101 Amplia, etiam si alij posteriores periti deponerent pariter de credulitate.

102 Fallit si fuerit bis confirmata.

103 Sententia in causa Matrimoniali, numquam transit in iudicatum, & est locus retractationi.

104 Declara procedere, si est contra Matrimonium, secus si pro Matrimonio.

105 Declara etiam vt supra, num. 30.

Declara, etiam quod sententia in Matrimonio spirituali transit in iudicatum, vt hic.

106 Sententia ad consilium sapientis lata numquam transit in iudicatum, & retractari potest, si peritiores aliter sentiant.

Declara sententiam latam de consilio peritorum, vel sapientis, retractari posse infra tempora ad appellãdum, non autem post, vt hic.

107 Sententia lata ex forma Statuti contra contumacem, retractari potest ex nouis probationibus, & ideo non trãsit in iudicatum.

108 Sententia excussionis, bona extare, vel non, numquam transit in indicatum: quia contrarium probari potest.

109 Sententia in causa vsuraria, non transit in iudicatum, et retractari potest ex noniter repertis.

110 Sententia notoriè iniqua, retractari potest, & non transit in iudicatum.

111 Sententia lata ex dictis testium, assignantium causam scientiæ: quia vicinus vel consanguineus, quia talis probatio est præsumptiua, non transit in iudicatum.

112 Sententia quæ habet tractum successiuum, prout in grauamine, carcerati, cui numquam currunt decem dies, ut hic, numquam transit in iudicatum.

113 Sententia nutritiua peccati, numquam transit in iudicatum, & retractari potest.

114 Sententia lata super iure à partibus non remissibilí, non transit in iudicatum.

115 Sententia contra pauperem, qui non potuit appellare, vel appellationem prosequi, numquam transit in iudicatum.

116 Sententia lata ex falsis testibus, vel probationibus, non transit in indicatum.

117 Causa quando redit ad non causam, vt si fullo condemnatus ad restitutionem rei sibi locatæ amissa antea re si reperiat rem postea, vtpote vestimenta locata retractari potest quandocumque sententia, & solutum per eum pretium rei locatæ, vel vestimentum restituendum est.

118 Sententia venalis numquam transit in iudicatum, vt supra Exceptione 47.

119 Sententia Excommunicatoria, Censurarum, & similiũ, quo ad publicã vtilitatem, & præiudicium animæ, nũquã trãsit in iudicatum. secus quo ad interesse priuatũ.

120 Sententia per rei euidentiam retractari potest, vt infra suo loco.

Grauatus si non appellauit infra decem dies, debet querelam instituere coram eodemmet iudice, & procedit in omnibus supradictis casibus, ibid. sub eod. num. 120.

121 Sententia retractari potest per Instrumenta non solum nouiter reperta, sed etiam nouiter fabricata post sententiam, & rem iudicatam.

122 Declara procedere, quando instrumenta talia sunt fabricata de consensu ambarum partium, per viam transactionis, & noua concordiæ.

123 Sententia retractari potest per testes nouiter repertos, ope restitut. in integrum, sicut per instrumenta nouiter reperta.

124 Amplia eo magis procedere, quando testes nouiter reperti essent magis fide digni, quam priores.

125 Declara procedere, quando isti noui testes non nisi hodie reperti fuerint, vel reperti haberi non potuerunt.

126 Declara etiam, quod isti testes nouiter reperti aliquid deponant, quod principaliter conferat ad retractationem rei iudicatæ.

127 Infertur ad illos, qui lite pendente procurant literas monitoriales pro recipiendis testibus.

128 Limita non procedere, quando talis restitutio peteretur ad reprobandos alios testes in causa examinatos.

129 Limita etiam quando esset examinatus magnus numerus testium, quia tunc talis restitutio non conceditur.

Testium ingens numerus reformandus est, ad tollendum nimias litium impensas, ibidem sub eod. num. 129.

130 Sufficiens, & moderatus numerus testium quis sit, vide hic.

131 Quot testes requirantur cõtra Cardinalem Episcopum, quot si Presbyter, quot si Diaconus, & sic de singulis, vide hic.

132 Testium multitudo ad quæ prosit, vide hic.

133 Testis dictum qui non sit inhabilis in persona, licet in dicto non bene concludat, suppletur ex alijs.

134 Testis deficiens in tempore, vel loco, suppletur ab alijs, nisi tempus sit de substantia.

135 Testibus licet in causa examinatis, & publicatis, nihilominus possunt in aliquibus casibus alij examinari.

Minor præuia restitutione admittitur ad producendum alios testes publicatis attestationibus, & didicitis testificatis, ibid. sub eod. num. 135.

136 Idem in maiore qui haberet causam communem cum minore.

137 Idem in minore habente causam cõtra alium minorem, qui eodem priuilegio vtitur licet maior.

138 Maior ob iustam causam an restituatur ad producendum nouos testes, ex Rotali Decione affirmatiue concluditur, quamuis eadem sibi contradicat, vt ibi.

Et quod succurratur ex iusta causa, & ex legitimo impedimento, Communis opinio testatur, vt numero sequenti.

140 Testibus impeditis, vel absentibus, qui non potuerunt haberi in prima instantia, in secunda instantia succurritur maiori, ex restitutione ex Clausula generali, vt hic.

Testes

141 Testes in prima instantia dolo subtracti ab aduersario, ne contra se examinarentur, vel quod dicerent ipsi læso quod nihil sciebant de contentis in Articulis, potest illos examinare, in secunda instantia, vt hic.

142 Ignorans tempore publicationis, malitia aduersarij, testes publicatos, & didicitos, hoc non obstante, restituitur ad id vt iterum examinentur.

143 Læsus tali casu, vel non debet videre testificata, vel iurare non animo calumniæ petere, quia fuit impeditus, vel ignorauit.

144 Ad concomitantia instrumẽtorum nouiter repertorum, possunt adhiberi alia instrumenta non reperta nouiter, si conferant ad victoriam, vt hic.

145 Instrumenta fuisse nouiter reperta probatur iuramento allegantis, etiam de impedimento proueniente à facto tertij, siue de ignorantia.

146 Ignorantia probatur iuramento, etiam si contra iurantẽ esset aliqua præsumptio, sed non omnino concludens.

147 Coniunctus licet præsumatur scire facta coniuncti, præsumitur tamen ignorare cõtractũ factum à coniuncto.

148 Coniunctus igitur admittetur ad retractandum sententiam ex instrumentis nouiter repertis, ex præsumpta ignorantia ipsius.

149 Idem & in testamento seruaretur, vt hic.

150 Filius an præsumatur ignorare testamentum patris.

151 Ignorantia non probatur iuramento cum tractatur de præiudicio Tertij.

152 Ignorantia item non iustificatur iuramento, nisi iustificata causa, & iustitia ignorantiæ, vt hic.

153 Ignorantia non probatur iuramento, dum aduersatur aliqua iuris præsũptio, vir tamẽ probus, & bonæ famę, probat ignorantiam iuramento, contra præsumptionem iuris, & de iure.

154 Ignorantia probatur iuramento in subsidium, si alijs modis legitimis probari nequit.

155 Probandi autem onus, quod non possit alijs modis probari ignorantia, cui incumbat, vide hic.

156 Ignorantia non probatur iuramento, quando non est verisimilis.

157 Ignorantia non probatur iuramẽta in eo, qui habet notitiam alicuius rei, de qua ignorantia prætenditur.

158 Ignorantia non probatur iuramento, quando Statuto prohibetur ignorantiam allegari posse.

159 Ignorantia iusta, & probabilis, non potest Statuto prohiberi, sed tantum iniusta, & crassa.

160 Ignorantia non probatur iuramenta, quando Lex præsumit ignorantiam, & determinat super ea.

161 Limita cõtrariũ probari posse per legitimas probationes.

162 Declarantur, & considerantur verba Statuti, & quando contrarium probari possit.

163 Probata contrario, an iurans efficiatur periurus, & incurrat alia, &c.

164 Iuramẽtum tale debet deferri à iudice, aliàs non valet.

165 Iuramento probantur etiam alia impedimenta impediti, vt supra, & hic.

166 Viro probo, & bonæ existimationis creditur super impedimento, media eius iuramento.

167 Arbitrio iudicis statur circa qualitatem personæ, vt hic.

168 Iuramentum sine dubio deferri potest viro valde honesto, qui talis est supra quodammodo naturalem.

169 Iuramentum istud non potest remitti per iudicem, etiã quod esset vir valde probus, & legalis.

170 Restitutio quæ competit propter Instrumenta, durat quadriennio tantum, & non vltra.

IMpeditur executio sententiæ per Instrumenta nouiter reperta, ob id de hoc aliquantulum tractabimus, vtilia tantum proponendo.

1 Instrumenta † nouiter reperta ea dicũtur, quæ quis ante sententiam, vel rem iudicata ignorauit, vel quæ sciuit, tamẽ habere nõ potuit, propter aliquod inuitabile impedimentũ, & sic in isto casu paria sũt, remediũ ignorare, vel scire, & vti nõ posse, ita Paulus Castrens. ad l. admonendi, nu. octauo, de iureiurando, vbi Ptolomeus, numero vndecimo, allegãs notata in cap. Vt circa, de Electìon. Cur. in Repetione, numero 59. in fine, Ripa, numero decimonono. Et hæc est vera, est Cõmunis opinio.

Regula igitur, & Conclusio sit, quod sentẽtia non retractatur ipso iure per Instrumenta noui-
2 ter reperta,† sed ope restitutionis in integrum. Iura sunt clara in l. sub specie, vbi notatur, C. de re iudic. in l. Imperatores, ff. eodem titulo, in l. sub prætextu, C. de Transaction. iuncta l. secunda, ff. de iureiurando, capit. Suborta, de re iudicata. Marsil. consil. 82. numero 5. est Communis opinio. Socin. iunior, consil. 128. num. 158. volum. 1. Borgnin. Decisione 14. subnum. 31. parte 1.

3 Ampliatur, vt †nec competat restitutio in integrum ex Clausula generali, Si qua mihi iusta causa videbitur, vt per Doctores supra citatis locis. Hæc ampliatio restringitur multis modis.

4 Primo, in Fisco, qui † restituitur aduersus sententiam, & rem iudicatam, per instrumenta nouiter reperta, & hoc infra triennium, olim, l. 1. C. de sentent. aduersus fiscum latis. lib. 10. hodie infra quadriẽniũ, l. finali. C. de temp. in integ. restit.

5 Restringitur secundo, in † causa publica, l. Imperatores, ff. de re iudicata, glos. finali, in l. sub specie, C. de re iudicata, in l. admonendi, in prima gl. magna, vbi Castr. num. 11. Curt. num. 18. de iure iurando, Ias. in d. l. Imperatores, num. 8. vbi Alboric. bene distinguit. Felin. in c. Suborta, nu. 16. de re iudicata, in terminis Marius Anguseiola, cons. 15. nu. 2. Minsyng. Centur. 4. Obseruat. 61.

6 Nec dubium est, † Communitates, Opida, Villas, & Castra, restitui, etiam citra hoc factum instrumentorum nouiter repertorum, iure Minorum; Et hæc est magis Communis opinio. Ias. in l. vt inter, nu. 16. ff. de re iudic. Foller. ad Marant. in verbo, Appellatio, §. & quandoque, n. 97. Brun. cons. 87. nu. 33. Grauat. ad Vestr. lib. 8. c. 3. n. 22. & ita seruatũ dicit Crot. cons. 145. nu. 22. de Cõmuni Rolan. cons. 90. n. 27. vol. 1. cons. 68. n. 22. vol. 3.

7 Nec illud in Practica omittam, † quod Communitates locorum restituantur iure Minorum, quia in eis comprehenduntur Pupilli, & Minores, quod videtur intelligendum hoc modo; Aut enim Minores, & Pupilli sunt principales in Familia, & Domo, & tunc Cõmunis opinio vera sit & procedat; Si vero Minores, & Pupilli nõ sunt principales in Domicilijs, & Familijs, sed habent patrẽ, tunc, & eo casu, Communis opinio non videtur procedere, cum pater possit præiudicare filio minori, nec aduersus male facta à patre filij minores restituuntur, l. Aemilius, versiculo putabam, ff. de Minor. l. 3. §. sed verum, ff. eodem.

Et vna † Communitas restituitur contra aliā, si tractat de damno vitando, Maurit. de Restitut. in integrum, cap. 420. Sforz. parte 1. quæst. 18. articulo 10. num. 69. attestans post relatos, ita fuisse iudicatum.

9 Restringitur tertio † in Ecclesia, quæ restituitur in integrum propter Instrumenta nouiter reperta. gl. in l. Imperatores, in verbo, publico, de iureiur. in l. 1. in fine, gl. 1. C. de sent. aduers. fisc. latis, in l. sub specie, C. de re iudic. Alex. in l. sub prætextu, nu. 4. C. de Transact. Ias. in d. l. Imperatores, num. 8. Castr. ad l. admonendi, num. 10. Gemin. in cap. 1. in fine, de restitut. in integrum, in 6. Butr. in cap. Cum olim, num. 45. & 58. de priuileg. Anguissola, consil. 15. num. 2. Et hæc est Communis. Sfort. quæst. 75. artic. 2. Peregrin. de iure fisci, lib. 7. titulo 4. sub num. 3.

10 Idem in † causis spiritualibus. Socin. post Innocent. Regula 447. Fallentia quinta.

11 Idem in causis † Pijs, Peregrin. de Iure fisci, lib. 7. titulo 4. sub num. 3. & ibi idem dicit in causa Dotis.

12 Restringitur quarto, † in Minore, & Pupillo, qui pariter audiuntur aduersus sentētiam latam per Instrumenta nouiter reperta, & quandoque ex capite minoris ætatis, & quandoque ex Clausula generali. Glos. in Pupillo loquens, in l. sub specie, C. de re iudicata in l. sub prætextu, C. de transact. in l. Imperatores, ff. de re iudicata, & ibi Ias. num. 8. Castrens. ad l. admonendi, num. 11. Bart. in l. vnica, num. 7. C. de sent. aduers. fisc. latis. Marius Anguissola, cons. 15. num. 2. Franc. Marc. Decisione 312. parte 2. Ias. in minore loquens, in Repetitione l. Admonendi, num. 45. Socin. in Regula 447 in secunda Fallentia, si enim Minor fuit negligēs in Instrumentis, & alijs probationibus reperiendis, tunc competit restitutio ex capite ætatis, ex edicto Minorum. Aut fuit diligens, & tunc restituitur ex Clausula Generali. Sfort. quæst. 75. Articulo 3. in fine.

13 Restringitur quinto † in Prodigis, Furiosis, & alijs personis, quæ per alios reguntur. Bart. in d. l. Imperatores, num. primo, vbi Ias. nu. 9. & Alex. attestatur hanc esse Communem opinionem. Curt. in repetitione l. admonēdi, num. 18. Vant. de Nullitate & defectu process. num. 132. Cremens. & ibi Add. Singulari 119. Euerard. in loco à Minori ad Furiosum, Felin. generaliter loquēs in omnibus qui per alios reguntur, in cap. Suborta, num. 17. de re iudicata.

14 Declarando præsentem † materiam hoc modo distinguendo; si enim quis est furiosus per accidens, & non perpetuo, & tunc restituitur, sed ex Clausula generali, l. necnon, ff. ex quibus caus. maior. ibi; Hoc edictū ad furiosos, &c. & ibi Bart. notat. Bald. in l. Marcellus, ff. de fideiussor. & in l. si infanti, num. 6. C. de iure deliberandi, in l. 1. ff. de bonorum possess. infant. delata, num. 5. Additionator ad Cremens. Singulari 119.

Et de prodigalitate Bald. in l. si curatorem, C. de rest. in integr. Ioan. Andr. ad Specul. in verbo, Præscriptio, versic. habeatur etiam quæstio. Barbac. in cap. Ex parte, num. 8. de Consuetudine.

15 Si verò est furiosus † perpetuus, & prodigus notorius, tunc restituitur prout restituuntur Minores, & pupilli, ratione æquiparationis, sed non ex edicto Minorum, cum hoc non reperiatur iure cautum; ita sentire videtur Iacob. de Sancto Georgio, in l. finali, C. in quibus caus. in integrū restitut. non est necessaria, num. 5. Rebuff. de restitutione in integrum, Articulo 1. glos. 10. Sfort. de restitutione in integrum, parte 1. q. 3. Articulo 1. in fine.

16 Et sic datur † quodāmodo tertia species, quędam enim est restitutio in integrum ex edicto Minorum quæ competit pupillis, & Minoribus, & sic ratione ætatis; Quædam est restitutio in integrum ratione æquiparationis, quæ datur prodigis, & furiosis ob æquiparationem factam cum minoribus, iuxta glos. in l. 2. C. de Curat. furios. Euerard. in loco à Minore ad furiosum, num. 4. vbi hoc in specie tangit de restitutione ex Instrumentis nouiter repertis, & sic gaudent in effectu priuilegijs minorum, sed per extensionem, & æquiparationem. Quædā est restitutio ex Clausula generali, quæ competit maioribus ex iusta causa.

17 Et quæstio de effectu huius restitutionis est valde vtilis in practica, † An scilicet restitutio competat ex edicto, vel priuilegio minorum, vel simpliciter ex Clausula generali. Primo enim casu competit, licet sit consultum contra eius tutorē, vel curatorem, l. etiam, & l. finali, C. si tutor, vel curator interuen. l. 2. C. si aduers. pignus, l. Imperatores, ff. de minor. per quæ iura ita tradit Cuman. in l. si minoris, num. 1. ff. de admin. tutor. in l. 1. §. finali, num. 7. ff. quod falso tutore authore. Riminald. consil. 163. nu. 5. Paris. consil. 100. nu. 65. lib. 1. Monticul. de Inuentar. hæred. titulo de hæred. & Falcidia, num. 210. & 211. Et hæc est Communis opinio. Ioseph. de Ludouic. Decis. Perusina 55. num. 20. de qua vanum est dubitare, cum iura in se clara sint. Sfort. de restitutione in integrum, quæst. 22. Articulo 2. num. 16.

Vltra quem, Roland. cons. 40. num. 13. cons. 72. nu. 46. lib. 3. Beccius, cons. 12. n. 77. Surd. Decis. 253. num. 18. Ruin. cons. 119. num. 20. vol. 5. Grauat. Theoremate 8. num. 8.

18 Ampliatur † hæc Cōclusio, vt in tantum sit vera, quod minor sibi per electionem non prçiudicet, vt clare dicitur in d. l. finali, & si in vno succubuerit, non prohibeatur ad aliud remediū confugere, & sic, vnum nō est exclusiuū alterius. Iacobin in l. 2. n. 6. C. si tutor, vel curat. īteruenerit. Borgnin. de tutor. & curator. num. 100. & 179.

19 Intelligendo semper, non quod bis idem exigere valeat, sed diuerso modo, ab aduersario rē ipsam; à tutore verò damna & interesse passa consequatur. ita Bald. in d. l. etiam, num. 1. Alberic. in fine & Castr. num. 2.

20 Declarando etiam † id quod dictum est de tutore, vt nō procedat in duobus casibus; Primo, si tutor, credens Decreto, vel pręcepto Iudicis circa ætatem minoris, illum maiorem arbitratus est, & propterea eum non defendit, per l. minor adito, ff. de minoribus.

21 Secundo, quādo † coactus a creditoribus tutor bona fide cōtraxit, & alienauit, l. tutor, ff. de min.

Si vero

22 Si vero restitutio † in integrum detur, & competat ex Clausula generali, tunc intentari non potest, si alia via consultum sit. Bart.in l.qui duos, num.7.ff.de rebus dubijs, & ibi Socin. senior illum late defendit. Castr.in l.2.in fine, C.aduers. vendi.pignor. Guido Papæ Singul.700.Si fuerit. Alciat.in l.cum filiusfamilias,§.in hac,in fine, ff. de verb. obligat. Corneus consil.87.numero 1.in fine,& num.2.lib.2. Berous consil.121.num.18. in fine,lib.3.Bertrand.cons.93.in fine, libro 5.Socin.iun.consil.46.num.45.vsque ad finem, lib.4. Ruin. consil.120.libro 5.attestans hanc esse Cōmunem opinionem. Natta, consil.492.num.9. pulchre Roland. consil.10.num.20. libro 2.qui late defendit hanc opinionem, licet contrarium tenuerit consil.70.libro 3. Bursatus Consil.8.nu. 4.consil.61.num.5.vbi de Communi Bognin.de Tutor.num.100. Decisio Perusina 55.num.22. lib.2.vbi pariter de Communi.

23 Quæ Conclusio non procedit, si † per remediū restitutionis in integrum pinguius, & plenius prouideretur, quam per remedium ordinarium agēdi contra tutorem, vel curatorem, quo casu restitutio intentari poterit vti pinguius,plenius,& vtilius prouidens. Riminald.cons.163. lib.1.vbi inter alia exemplificat,quando agendo cōtra tutorem vel curatorem nō impediretur executio relaxata contra minorem,sed per restitutionem in integrum.

24 Et vltra D.Sforſ.& alios, nec † illud omittam, quod minor excluditur quādoque a remedio restitutionis in integrum ex capite minoris ætatis, & restituitur solum ex æquitate : & hoc in subsidium tutore vel curatore existente non soluendo,prout est casus in emphytensi excepta per maiorem , cui minor successit, & habebat tutorem, qui sciebat bona esse emphyteutica, & tamē fuit cessatum in solutione Canonis, quo casu restitui tur quidem minor, sed ex Clausula generali, & hoc in subsidium , tutore vel curatore existente non soluendo,& ipsis primo loco vocatis,& excussis.Corbol. post Socin. Ruin.& alios,de iure emphyteutico, de caus.priuation.ob non solut. Canonem, Ampliatione 29.sub num. 11.versiculo,adeo verum est. Quare in Practica articulandum,& capitulandum est , tutorem non esse soluendo,ad hoc,vt talis restitutio intentari possit.

25 Et vltra alios etiam † addo bonum locum in Practica apud Albericum,in l.etiam , §.Imperator,ff.de minor.vbi dat bonam, & vtilem distinctionem,& inter alia ponit,quādo possidens longo tempore possedit,& rem meliorauit, quo casu,primo conueniendus est tutor, vel curator,nisi sit paratus impensas refundere ; & ibi etiam dat bonam distinctionem in materia instantiæ elapsa.

26 Restringitur sexto, in † causis criminalibus, nam instrumentis, vel testibus nouiter repertis, post sententiam,quibus probetur innocentia rei per speciale rescriptum Principis , sententia rescinditur. Bart.in l.Diui fratres, ff. de pœnis. Iaſ. in l.Imperatores,numero 2.ff.de re iudic. in l.sub pretextu,nu.3.C.de transact. Angel. in l. sub specie, C.de re iudicata, cum exemplo , vt per eum. Curt.ad l. Admonendi, num.5.& 17. Socin.Regula 447.in 6.Fallentia, Abb.in cap. Consanguinei,in fine,de iudic.in cap. Suborta, numero decimo,de re iudicata,vbi Felin. numero 11. Boss. in titulo, Si aduers. rem iudicatam , numero 8. Anton.Gabr.de Restitutione in integrum,Conclusione 2.numero 6.libro 2.

27 Aut restitutio † est mère gratiosa, à Principe, & interim executio non suspenditur, si bannitus veniret in fortiam Curiæ, sed capite multaretur. Iaſ.in l.4.§.condemnatum,num.4.27.& 28.de re iudicata,in l.1.num.4.C.de precibus Imper.offerend.Card.in c. Ex literis,in 8.oppositione, de restit.in integrum,in c. Suscitata, quæst.6.eodem titulo.Benintend.Decisione 85.num. 12. Sforz. de restit.in integrum,parte 2. quęst. 99. Articulo 1.sub num.3. Cartar. de capto bannito,c. vltimo, numero 407.attestans hanc esse Communem opinionem.

Aut vult restitui ex instrumentis, & probationibus nouiter repertis,& auditur,vt dictum est.]

28 Idem † in sententia priuata honoris. Abb.in d. cap.Consanguinei,in fine , Iaſ.in d.l.Imperatores,numero 2. Bossius, in titulo, si aduersus rem iudic.num.8.

29 Pariter † in casibus in quibus sententia numquam transit in iudicatum,retractatur per instrumenta nouiter reperta,ita Ptolomeus, in d.l.admonendi,numero 12.versiculo,Decimoquarto. vbi Iaſ.in Repetitione,nu.40. Orian. numero 19. prout in causa matrimoniali , sententia lata iuxta consilium sapientis,ex dicto peritorum, in causa vsuraria,& similibus ; qui casus enumerantur sigillatim à Romano in d. l.admonendi,nu.25.Latius à Ptolomeo,num.50.Orian.num.25. de sententia ex consilio peritorum. Communem dicit Decius,in c. Proposuisti , num.14. de Probation. Serafin.de priuileg.iuram.priuileg. 30. numero 43.de causa matrimoniali. Serafin. priuileg. 102. numero 8.

Sed nec illud pro vtilitate in Practica omittere nolo,quod † non omnis causa matrimonialis
30 est priuilegiata,ita vt sententia super ea lata numquam transeat in iudicatum,sed illa, in qua tractatur de validitate,vel inualiditate matrimonii , & de ea loquitur Clementina, Dispendiosam,de iudic.& cap lotor,de sent.& re iudicata, & hæc habet multa priuilegia; ita declarat Triuisan. Decisione 28.libro 2.

31 Secundo , illud addendum videtur, † quod licet sententia ad consilium sapientis , vel ex consilio peritorum, numquam trāseat in iudicatum, ex communi traditione Doctorum, ad l.Admonendi tamen contraria opinio est magis secura. Lup.de Vsur.ad l. secundā, C.de pact.inter empt. & vendit.§.5. Commentar. 2. sub numero 156. verficulo sed aduertendum.

32 Et insuper, dum † dicitur similis sententia nūquam transire in iudicatum , hæc verba intelliguntur sano modo,quod tempus docendi currit sed post illud datur rescissio per instrumenta nouiter reperta; ita egregiè declarat Curt. in dicta l.admonendi, numero 61. & 32. Cacialupus,numero 42.

Restringitur

33 Restringitur octauo † in sententia interlocutoria, quæ retractatur per Instrumenta de nouo reperta; si enim solo contrario imperio reuocatur, per l.quod iussit, ff.de re iudic.multo magis per Instrumẽta nouiter reperta, & ita tenet Cin. in l.consentaneũ, C.de Episcop. & Cleric. Ias.in d.l.Imperatores, numero 5. Felin.in cap. Suborta, numero 19. de re iudicata, dicens hancopinionem esse iuri consonam, ex causa superius adducta.

Et Ampliant idem esse in Decreto, quod redatur ipso iure nullum, ex Instrumentis nouiter repertis, per l.cum verò, §.subuentum, de fideicom.libert.posui superius Exceptione 40.numero secundo.

34 Restringitur † nono in Arbitramento, etiam si Instrumenta non sint de nouo reperta, idq.exẽplo appellationis, per l.per hanc, C.de tempor. appellation.& ratio est: quia laudum potest reduci ad arbitrium boni viri, quod non est in sententia, & ita tenet Bald.in l.sub prætextu, in principio, & ibi Alexand. numero 2. Castr. numero 4. dicit singulariter notandum, & ibi Ias. num. 2. Curt.num.5.

35 Declarando hoc modo; † Aut sumus infra tẽpora reductionis ad arbitrium boni viri, & non requiruntur Instrumenta nouiter reperta; Aut sumus post illud tempus, & tunc requiruntur Instrumenta nouiter reperta; ita Ias.in d.l.sub prætextu, numero 2. & mihi videtur bona Practica; & quod dictum est in Arbitramento, idem videtur dicendum in Laudo, quando non sit emologatum: quia tunc transit in transactionem, vel sit per sententiam iudicis confirmatum, quo casu tollitur appellatio, & habet vim rei iudicatæ in multis locis, ex forma Statutorum, omissa pro nunc illa disputatione, de appellatione à confirmatoria Laudi.

36 Restringitur nono, † nisi per Instrumenta nouiter reperta conuinceretur de falso, vel mendacio Instrumentum quo aduersarius vicit, & obtinuit; ita notabiliter Bald.in l.sub specie, numero 3.& ibi Salicet.in fine, C.de re iudic. Bolognett. in l.admonendi, numero 30. Casus si bene consideres vtilis, & practicabilis, & probatur ex titulo C.Si ex falsa causa.

Restringitur decimo, quando Instrumentum fauorabile pro reo victo, fuit absconditum, vel subtractum dolo aduersarij victoris. Francisc. Marc.Decisione 312.parte 2. vbi iste Doctor bonus Practicus addit duo in Practica multum vti-
37 lia, † quod reus protestetur semper ante sententiam, quod habet iura quæ reperire non potuit, prout etiam dat pro Cautela Scaccia cap.97. numero 133. melius Anna, Singulari 603. in fine, vbi loquitur in fortioribus terminis, quando in causa erat impositum perpetuum silẽtium. Min syng. Centuria 4. Obseruatione 60. Quam limitationem vidi à nemine sic clarè positam; & hæc Cautela bona est, si prius actum sit contra dolo occultantem, aliàs non. Curt. ad l.admonendi, nu.19. Capicius Decisione 52. num. 2. Menoch. de Arbitr. Casu 247. numero septimo, Arno. Singulari 74.

Ponit etiam aliud ad propositum præsentis tra-
39 ctatus, quod † si victus, & condemnatus non soluit, excipiat, & solutionem impediat per Instrumenta nouiter reperta; & hoc modo saluabit se à solutione. Et in hac legali professione illud saluberrimum est, videre infonte loca allegata; quia vltra veritatem, semper colligitur aliquid fructuosum ad vtilitatem legentium.

40 Restringitur vndecimo, quando † de facto fuit admissus ad Instrumenta nouiter producẽda, licet de iure admitti non deberet. Castr. in d. l.admonendi, numero 11. vbi Curt. in Repetitione, num.24.dicit Communem.

Ego addo bonum locum, & vbi est propria sedes præsentis limitationis, Ias.ad l.patre furioso, numero 35.ff.de his qui sunt sui, vel alieni iuris.

41 Restringitur duodecimo, † si victor met qui reportauit sententiam fauorabilem, fateretur eã iniustam, ita Castrens. in d.l. admonendi, numero 11. Alexand. numero 18. Ias. numero 47. & 48. Ptolomeus numero 12. Roman. numero 31. Io. de Plat. numero 21. & 22. ex famoso dicto Innocentij, in cap. Quia plerique, de immun. Ecclesiarum. De qua latè dixi in verbo, Exceptio propriæ confessionis, num. in ordine.

42 Et vltra ibi dicta † Ampliatur, licet non sit propria met confessio, sed adsit notorium, quod sufficit, ex hoc casu opera restitutionis retractabitur per Instrumenta nouiter reperta. Villalob.in verbo, sententia, num.37.

43 Declarando, in † his quæ faciunt pro se, & ad sui fauorem. Curt.iunior in d.l. admonendi, numero 18. Cato Sacchus, num. octauo, Roman. numero 31. per l.si seruus plurium, §. 1.ff.de legat.primo.

44 Et poterit † hoc casu procedi per viam denunciationis Euangelicæ. Curt. iunior consil. 104. numero 4. Boer. Decisione 306. Villalob.de Cõmuni, in verbo, Sententia, num.37. Posui in titulo de Denunciatione Euangelica.

45 Restringitur tertiodecimo, in causa † feudali, in qua per Instrumenta nouiter reperta sententia retractatur. Cato Sacch.in d.l.admonendi, numero 4. dicens esse dictum notabilissimum, & se in facti contingentia obtinuisse.

Restringitur quartodecimo satis vtiliter, vt
46 † restitutio aduersus sententiam latam, per Instrumenta nouiter reperta ex Clausula generali, Si qua mihi iusta causa, videbitur, si victus ignorauit illam, vel aliàs fuit impeditus. Innocent.in cap. Vltra tertiã, in verbo, Nequiuit, de testibus, & ibi Bald. numero 6. prope finem, Abb.num.4. Speculator de Executione sentent. §. finali, numero 7. Alexand. de Communi, in l. sub prætextu, numero 5. C. de Transaction. Doctores Cõmuniter, ad l.admonendi, vbi Castrens. numero 8. 17. & 22. Cato Sacch. num. quarto, Ptolom. numero duodecimo, Curt.iunior, in Repetitione, numero 19. & 66. Ias.in Repetitione, numero decimo, dicens, quod omnes Doctores concordant in hoc. Angel. in l.Imperatores, numero primo, versiculo, Item, & tertio, Ias. numero sexto, ff.de re iudic. Doctores, in l. sub prætextu, vbi Alexand. numero quinto, Curt. numero 6. Castr. in l.

seruo inuito,§.cum Prætor,ff.ad Trebellian. numero 8. Abb.in cap.Suborta,numero 16.de re iudic.vbi Felin.numero 15. de Communi Maurit. de restitutione in integrum,cap.389. Ant. Gabr. de Restitut. in integrum, Conclusione vltima, Afflict.super Constitution.Regni,libro 2.Rubr. 40.numero 4. Iaffred. Decisione 434. Centur. 5. & concludendo Castrens.consil.257. libro 2.Fulgos.consil.64.in fine, Alexand.consil.69. numero 5.libro 3.consil. 169.numero 15.libro 2. Socin.senior consil. 84.aliàs 86.num.14.libro 1.vbi de Communi.Socin.iunior consil.128. numero 158.libro primo,Imola consil. 37. numero 12. & 13.vbi de casu quotidiano, de Instrumentis quietationis nouiter repertis.Bertrand.consil. 179.numero 5.libro 4.Boer.latè Decisione 307.colum. 1.in fine, Franc. March. Decisione 312.parte 2. Marsil. Singul. 229. Villalob. de Communi, in verbo, Restitutio,numero 46. Sforz. de Restitutione quæst.72. Articulo 3. vbi pariter de Communi,Borgnin.Decisione 14.num.31.

47 Ampliatur hæc limitatio, etiam † si læso aliqua culpa, vel nigligentia, imputari non possit, quare prius non produxerit, adhuc enim nouiter reperta produci possunt. Castr. in d. l. admonendi,num.20.

48 Ampliatur secundò, etiam † si non adsit dolus ex parte victoris; ita sentire videtur Io. Andr. ad Speculatorem, in titulo de Executione sententiæ,§.finali,in glos.possum, vbi in Practica nos docet etiam Speculator, quod lite pendente nõ allegemus Instrumentum solutionis, quãdo adsit, quia Iudex sententiando, & condemnando reiecisse videtur,nec amplius ex post facto allegari poterit,sed debet allegari,adest instrumentum solutionis, quod est perditum, quo casu allegari poterunt Instrumenta nouiter reperta, & si adhuc non soluit, excipiendo dabitur restitutio, si vero soluit, dabitur repetitio per condictionem ob causam.

49 Limitatur † modo præsens Conclusio, vt procedat in reo,qui vt plurimum ex improuiso conuenitur, nec habet tempus ad iura & scripturas perquirendas, sed in Actore qui paratus venire debet,satis dubitabile videtur, & ita sentire videtur Castr.in l.seruo inuito,§.cum Prætor,numero 8.ff.ad Trebellian.cons.257. In causa quę vertitur Parmæ,numero 2.versiculo quinto, &c.libro 2.Curt.iunior consil.18.colum.2.numero 2. Boer.Decisione 307.colum.2. Et hæc opinio est vera sicut DEVS est, ita Benedict.de Barz.in Tract. de Guarentig. quæst. penult.in principio.

50 Quam in † Actore sublimitare videtur Sforz. quæst.73.Articulo 3.num.57.si possibili diligentia reperire potuisset,aliàs non.

In quo aliquantulum subsisto, cum si Actor videbat non habere Iura ad plenum, non debebat ad iudicium venire, nec sperare in incerto euentu, iuxta illud : Hic incepit ædificare,& non potuit consumare.

51 Restringitur quintodecimo, quando † Instrumenta erant in loco, ex quo victus ea facillimè habere potuisset.Bertrand.consil.179.num.5.libro 4.arguitur enim culpa,data facilitate, si non procurauerit habere.

Et vidi dubitatum si in loco adest erectũ Archiuium, vtique excusatur in Instrumẽto, quod ex antiquitate viuentium memoriam excedat; si verò detur aliqualis memoria, inuestigare tenetur, & sibi est imputandum. Corneus consil.156. per totum,libro 3.

52 Quid in casu valde † quotidiano, quando victus post sententiam soluit, ex hoc enim videtur approbasse sententiam, & renunciasse iuribus suis,& vtiquo illa opinio videtur ęquior,& hodie magis Communis, vt succurratur, si postea repetiatur solutionis, vel quietationis Instrumentũ: si enim victor sciebat, & dolosè petijt debitum iam solutum, non debet ex suo dolo præmium reportare,& contra regulas bonæ fidei, idem debitum bis exigere; si verò victor ignorabat adesse Instrumentum solutionis, & quietationis, & pariter victo succurrendum videtur, ne victoris ignorantia sibi præiudicet, & contra bonam fidem,bis idem soluat,& sic succurritur victo, ope restitutionis,ne indebitum repetere possit Alex. ad l.Imperatores, numero 8. ff. de re iudicata.dicens hanc esse Communem opinionem. Idem in d.l.sub prætextu,numero 5. Iacobin.in l. Argẽtarius,§.cum autem,num.6.ff. de edendo.Cin.in l.1.numero 4.C.de Condictione indebiti.Orian. ad l.admonendi, numero 13.Sfort.de Restitut. in integrum, quæst.73.Articulo 3.sub numero 62.dicens hanc opinionem magis veram, & magis securam. Capicius Decis. 52.num. 2. & vide supra num.48.

53 Vidi etiam dubitatum, quid † si impedimentum proueniat facto Tertij, vtique si est soluendo,& facilis etiam solutionis, conuenitur Actione in factum ad interesse,ex l. Arbitrio, §.si eius, ff.de dolo; Si verò non est soluendo, vel difficilis exactionis, tunc datur restitutio in integrum ex Clausula genereli in subsidium, ita glos.magna, in fine,in d.§.si eius, & in Authentica,Si appellatione,in fine,C.de tempor.appellation. Cast.in l. si vnus, §.si fons, num. quinto,ff.de seru.rustic. prædior.est text.in l.finali,ff. de eo per quem fact. erit,in l.properandum, §.finali,C.de Iudic.Nec omittendum est in Practica circa Instrumenta nouiter reperta, quod tunc superius allegata procedunt, si ius partis nõ sit factum deterius, puta, quod sint mortui testes,qui ea reprobare poterant,quod an sit verisimile Iudicis arbitrio remittitur. Purpurat.ad l.admonendi,numero 18.Menoch.de Arbitrar.Casu 241.numero 8.de Communi Lanfranc.de Instrument.editione,numero 36. Natta,in Clementina,Sæpè in glos. Non obstant, de verborum signific. vbi secus in testibus.

Nec illud est silentio transeundum,quod Romæ seruatum testatur Paulus Castrens. quod si quis alleget de nouo reperisse Instrumẽta,& terminum ad ea producenda, quod dari nõ debeat, ita Castrens.in d. l. admonendi, numero 29.vbi Purpurat.numero 19.

54 Sed noua est indagatio, † quid per testamentũ nouiter repertum, an per ipsum retractetur sententia ? & vtique sic, & non ipso iure, sed ope restitutionis

stitutionis in integrum, Glos. in l. 1. §. ratio, ff. Quemadmodum testamenta aperiuntur, in l. si mater, in principio, ff. de Exceptio, rei iudic. in verbo, ex causa, in fine, glos. in l. 3. §. 1. in verbo, Deberet, ff. de transaction. in l. 2. ff. de exception erei iudic. Bartol. in d. l. sub prætextu, in principio, & ibi Bald. & Fulgos. numero 4. in l. error, C. de iur. & facti ignor. in l. sub specie, numero 2. C. de exec. rei iudic. Ias. in l. Imperatores, numero 4. & in d. l. 2. §. finali in fine, ff. de Transact. Curt. in d. l. Admonendi, num. 5. Socin. Regula, 447. Sententia, in vltima Fallentia. Felin. in capit. Suborta, numero 12. de re iudic. Fulgos. consil. 69. in fine, Roman. Singul. 198. dicens hanc opinionem veriorem. Et hæc est magis Communis opinio. Sforz. de restitut. in integrum, quæst. 73. Articulo 9. sub num. 67.

Posui superius de sententia venali, exceptione 47. Addo hic in prosecutione huius materiæ, v-
55 nū aliud satis vtile, An † detur restitutio ex Clausula generali, aduersus sententiam latam per gratiam, fauores, ambitiones, vel sordes? Et vera resolutio videtur, quod licet ab huiusmodi sententijs non fuerit appellatum, & sic transiuerint in iudicatum, tamen competat restitutio ex Clausula generali, per Instrumenta nouiter reperta, & sic casu isto non obstabit res iudicata. Bart. in l. sed, & si per Prætorem, §. ait Prætor, ff. de in integrum restitut. in l. 1. num. 6. C. de sentent. aduers. fisc. lat. libro 10. in l. si is, ad quem, in fine, ff. de acquir. hæred. in l. seruo inuito, §. cum Prætor, ff. ad Trebellian. vbi Angel. numero 1. Albericus num. 4. Castr. num. 2. attestatur hanc esse Communem opinionem.

56 Declarando materiam † in hunc modum; aut sumus in fisco, & similibus Priuilegiatis, & Conclusio procedat sine difficultate; aut sumus in personis priuatis, & attēditur, & notatur negligētia, si victus tempore sententiæ sciuit eam latam per sordes, vel simili modo, & potuit appellare, & posset reperire Instrumenta, & fuit negligens, sibi est imputandum, nec succurritur ope restitutionis; si verò nesciuit posse reperire, tunc excusatur si non appellauit. Bart. in l. d. 1. num. 6. C. de sentent. aduers. fiscum latis, libro 10. in d. l. seruo inuito, §. Marcellus, §. 1. & ibi Angel. ff. ad Trebellian. Duo igitur attenduntur, scientia, & sententiæ, & posse reperiri, & negligentia in appellādo, & reperiendo.

57 Practicam † autem probandi sententiā latam, per sordes, ambitionem, vel gratiam, ponit Castrens. ad l. seruo inuito, §. cum Prętor, num. 4. ponendo duos casus.

58 Primus est, si † Iudex fateatur se similem sententiam protulisse, & sequitur D. Sforr. de restitutione in integrum, quęst. 73. Articulo 5. num. 77.

59 Qui modus † facit mihi non paruam difficultatem, ex doctrina Bartoli, ad l. si quis in graui, §. 1. ff. ad Silanian. vbi iudici hoc asserenti etiam in articulo mortis non creditur. Sequitur hanc Bartoli traditionem. Alexand. in l. sciendum, numero 15. ff. de verbor. obligation. Felin. in cap. exhibita, numero 24. de Iudic. Ias. in l. 1. in princip. ff. de eo, per quem factum erit Marsil. in Rubr. de fideiussor. numero 42. & 75. Menoch. libro 5. præsumptione 5. numero 18.

Addo Bertaz. consil. 61. nu. 14. lib. 1. Petr. Pecch. de Contract. coniug. lib. 2. cap. 7. num. 4. & 6.

60 Secundus casus est, quando † victus fuit enormissimè læsus. Castrens. in d. §. cum Prætor, nu. 4.

61 Pariter, † sententia lata per iuramentum suppletorium, ad materiam l. admonendi, de iureiurando, & conclusio est, quod sic, ex textu in d. l. admonendi.

62 Ampliatur hæc Cōclusio, † siue Actor iurauit siue Reus. Alex. ad l. admonendi, numero decimo, & 25. vbi Curt. in Repetitione, versic. sexto nota, numero quinquagesimoprimo. Io. de Prat. numero 13. Ias. numero 49. versiculo, secunda principalis, sed circa hoc vide quę posui supra, numero 49.

63 Ampliatur secundo, etiam † in transactione, quando fuit inita timore iuramenti necessarij, quæ rescindi potest per instrumenta nouiter reperta, gloss. in l. si ex falsis, in verbo, Præcipimus, C. de Appellation. glos. in l. Diuus, in fine, ff. de re iudicata Alberic. in d. l. si ex falsis, num. 2. Alex. in d. l. admonendi, nu. 6. vbi Ias. in lectura, num. 49. in Repetitione, num. 53. Curt. num. 53. Communem attestatur.

64 Declarando materiam † ex mente supradictorum, hoc modo, vt Ampliatio procedat, si iuramentum sit præstitum à iudice, inuito aduersario, & post iuramentum præstitum, sit recessum à lite, & deuentum ad transactionem, secus si iuramentum sit præstitum de consensu, & postea transactum.

65 Ampliatur tertio, etiam † contra iuramentum delatum in vim plenariæ probationis, puta, si per eum fuerit probata ignorantia, & alia quæ in animo consistunt, quę iuramēto probantur, ita Ptolom. in Repetitione l. Admonendi, numero quadragesimoseptimo.

66 Iuramento autē † probantur ea omnia, quę in animo consistunt, glo. celebris in §. aliæ, Instit. de Action. in c. Significasti, el primo, de Homicid. quod bene comprobarunt. Socin. Regula 72. Ias. in d. §. sed istæ, numero 9. in Repetitione l. admonendi, num. 256. consil. 84. num. 7. libro primo, Ruin. consil. 1. num. 4. consil. 13. lib. 1. Paris. cons. 20. num. 65. libro 1. & plura recenset Tiraquel. de Retractu consanguin. §. 1. gl. 1. num. 5. Crauetta, consil. 2. nu. 3. Menoch. de Arbitr. Casu 186. nu. 5. maximè, vbi agitur de punienda negligētia, ad excusationem culpę. Bal. consil. 154. in fine, libro 5. Osasch. Pedemontana Decis. 71. num. 24. prout in casu isto Marsil. de fideiuss. num. 171. vbi in terminis de instrumentis nouiter repertis, iuramento probari posse.

67 Vnde ignorantia † iuramento probatur, glossa in Canone, Qui Diuinis, & humanis, 12. quæst. 2. in Canone, Proposuisti. 82. Distinctione. Abb. in capit. cognoscentis, num. nono, & ibi Decius, in prima, lectura, num. 18. Felin. & Mantua, nu. 55. de Constitution. Roman. cons. 54. col. 7. versicul. contrarium puto verius, Ias. in l. 3. §. iurari, numero 13. de iureiurando. Anchar. quæst. 63. num. 3. Menoch. de Arbitrar. Casu 186. nu. 3.

Addo

Addo Mascard. Conclusione 881. Serafin. de Iuramen. priuileg. 4. Bonif. de Statutar. præscription. glos. 19. numero 13. Carrer. de hæretic. numero 170. Cotta in Memorabil. in verbo, Iuramētum probat, versiculo, & idem. Pono latè infra num. 151. cum sequent.

68 Impedimentū quoque † iuramētō probatur, ex multorum opinione, per cap. Quia propter, §. illud autem, de electioni. in Canone 1. 22. quæst. 1. Specul. in titulo, de Appellation. §. nunc breuiter, numero 6. versic. quid ergo, Oldrad. consil. 60. Est tempus, numero 4. est ad hoc text. valde notabilis, in l. scire oportet, §. sufficit, in verbo, Naturali iustitia, ff. de excusat. tutorum quæ verba exponit Romā. id est iuramēto, in l. 2. §. quod diximus, numero 2. versic. secunda fuit opinio, ff. si quis caution. quē text. dixit singularem Amanel. de claris aquis. Singulari 231. Et ita tenuit Rota Decisione 303. aliàs 3. de iureiurando, in antiquis. De Communi Mascard. Conclusione 884. Sforz. de Restitutione in integrum, quæst. 38. Articulo 6. pulchrè Contard. ad l. diffamari, num. 120.

69 Et omissis multis † declara tionib. ad propositum materiæ de qua agitur, impedimentum probatur iuramento ad consequendam exceptionē, non autem actionem, quæ debet plenè probari ita Ias. ad d. §. quod diximus, in secunda limitatio ne, per l. penult. §. docere, ff. ne quis eum.

70 Limitatur secundo notabiliter, quod † impedimentum non possit probari per iuramentum vltra duas vices: nam Sacramentalis probatio duas vices non egreditur; textus est notabilis in l. finali, in fine, ff. de bonis authorit. iudicum possidend. quem singularem dixit Ias. in Repetitione l. Admonendi, numero 61. ff. de iureiurando, in l. 2. §. quod diximus, in 3. limitatione, ff. si quis caution. Anton. de Petrut. ad l. 2. numero 350. de Iureiuran. Rebuff. ad l. vnicam, numero 66. C. de sentent. quæ pro eo. Menoch. de Arbitrar. Casu 118. num. 5.

71 Limitatur tertio satis vtiliter, quando † ille qui impedimentum allegat, doceat se omnem adhibuisse diligentiam in amouendo, & remouere non potuisse; Insuper, quod si tale impedimentū amotum fuisset, tale negotium completum fuisset, l. sed, & si per Prætorem, §. 2. & ibi Bald. ff. Ex quibus caus. maior. Bart. in l. quibus diebus, vbi Socin. in tertio notabili, ff. de condit. & demonstrat. Decius in l. 1. colum. 3. post medium, C. de bonorum possessione secundū tabul. consil. 677. numero 4. & consil. 454. numero 6. & cons. 552. numero 7. in cap. Ex ratione, numero 58. de Appellation. Gozad. consil. 38. numero 11. Socin. consil. 76. numero 79. lib. 1. Crauetta consil. 151. numero 22. & consil. 178. numero 60. & consil. 270. numero 3. Doctores, in l. 2. §. quod diximus, vbi Bart. numero 2. Castrens. numero 3. Roman. numero 5. Alexand. numero 6. Ias. numero 4. ff. si quis caution. Alexand. consil. 49. numero 5. versiculo, accedit, libro 2. Abb. in cap. Suscitatus, numero 5. de appellation. in cap. Pleri mque, numero 6. de Rescript. Ias. in l. qui in aliena, §. finali, num. 27. de acquir. hæredit. Natta consil. 258. numero 6. versiculo, respondeo. Crotus, consil. 281. num. 20. lib. 3. Afflict. Decisione 29. Et hęc est vera, & Communis opinio. Menoch. de Arbitrat. Casu 118. num. 7.

Vltra quem, eam attestatur Cardinal. Alban. ad Bartol. in l. quibus, numero secundo, ff de Cōditione, & demonstr. Andr. Gail, Obseruatione 143. Contard. ad l. diffamari, numero 157. Rebuff. in tract. de Executione, numero 48. Ripa, de restit. Rubrica de Priuileg. iudic. causa pestis, numero 25. Cephal. consil. 304. numero 123. Mascard. Conclusione 884. numero 9. Serafin. de in Iuramento, Priuileg. 35. numero 7. & 8. Sforz. de Restitutione, quæstione 12. numero 42. & quæst. 27. numero 43.

Et in materia iudicio meo, vltra loca ordinaria, est bonus, & clarus text. in cap. finali, de Electon. Et prædictis addo Benincas. de paupertate, quæstione septima, in tertio speciali, de iudic. numero 30.

72 Nisi † impedimentum esset notorium, quod sufficit allegare sine alia probatione, Felin. in capit. Ex transmissa, numero sexto, de præscription. Afflict. Decisione 60. & dixit singulare Gail. in loco superius citato.

73 Et hæc omnia † pendent à iudicis arbitrio, qui inspecta grauitate, vel paruitate præiudicij, loci, & personæ qualitate, iudicabit, an iuramentum sit sufficiens ad probandum impedimentum. Canonistæ in cap. 1. de dolo, & contumac. libro sexto. Anchar. & Dominic. in cap. Cupientes, §. Insuper, de Electione. libro sexto. de Communi Alexand. in d. §. quod diximus, numero secundo. Menoch. de Arbitr. Casu 118. numero 3. Mascard. Conclusione 884. numero 17. vbi de magis Communi; qui iudex considerabit, si iuramentum aliter probari non posset; si vero aliter probari posset, considerabit hoc casu, non solum personæ qualitatem, sed modum impedimenti. Minsyng. Centuria 3. Obseruat. 92.

74 Declaratur vltra Menoch. vt non procedat, in casibus à iure expressis, tunc enim seruandus est modus in iure expressus. Alex. in l. secunda, §. quod diximus, num. 2. versiculo præter quam, ff. si quis eaution. qui licet nihil alleget, certum est in iure quod iudicis arbitrio ea remittuntur, quę à iure certo modo diffinitiua non sunt, vt tradit Menoch. de Arbitrar. in principio operis.

75 Declaratur † secundo vltra Menoch. vt tale iuramentum sit deferendum à iudice, aliàs non releuaret. Ias. in l. vltima, colum. 9. numero 48. de iureiurando, in l. Ait Prætor, nu. 5. versiculo, secundo adde, ff. de iureiurando. Vnde, si dicat, fui impeditus, prout iure, non releuat.

76 Ampliatur quarto, † in iuramento purgationis. D. Sforz. de Restitutione, quęstion. 74. Articulo primo, numero 7. dicens singulare ad laudem sui præceptoris.

Ego vltra eum, addo Maranthā, in nono Actu, numero 17. vbi vult, quod dispositio l. Admonendi, propriè loquitur in iuramento purgationis; si igitur reus conuentus iurauerit se non esse debitorem, per instrumenta postea reperta, conueniri poterit ad tale debitum, iuramento purgationis prius

nis prius delato, non obstante.

77 Ampliatur quinto, etiam † si ab eo, qui reperit Instrumenta de nouo, non sit adhibita diligentia vt illa reperiret. Curt. in Repetitione l. admonendi, numero 66. vbi Ripa, numero 21. Iaf. numero 49. versiculo, ex hoc motus. Contrarium sentit Menoch. de Arbitr. Casu 241. num. 3.

78 Ampliatur quinto, etiam † non repertis Instrumentis indirectè, puta, vt victus petat victorem condemnari de falso, & periurio, quo probato, & condemnatione secuta, potest sententiæ postulari retractatio. Ita egregiè Ioan. de Platea in d. l. Admonendi, num. 25.

79 Ampliatur sexto, etiam † si iuratum sit, sine dolo, dummodo falsum iuratum sit. Iaf. ad l. admonendi, numero 35. in fine, vbi Ripa, numero septimo.

Circa quam Ampliationem considerandum 80 est, quod periurum † regulariter non committitur sine dolo. Bald. in l. obseruare, §. proficisci, colum. 3. de offic. Procõsul. & Legati. Iaf. in l. si quis maior, numero secundo, C. de Transaction. Cepoll. consil. Ciui 18. numero 4. Bellamera consil. 9. in vltimis verbis Bossius in titulo de Periurio, numero 5. Alexand. consil. 92. numero 13. libro 1. Gratus consil. 50. numero 76. in primo. Bertrand. consil. 352. numero 5. 7. & 8. in primo, consil. 340. numero 6. in secundo, consil. 69. numero 3. in aliàs impressis volum. t. consil. 143. numero 8. eodem volum. Riminald. consil. 419. numero 7. in tertio, consil. 372. numero 25. Berous consil. 151. numero 11. in primo, & consil. 158. numero 8. eodem volum. & consil. 189. numero 1. in tertio. Natta consil. 598. numero 14. Decius in Authentica. Qui rem, nu. 4. versiculo, Vlterius queritur, C. de Sacrosf. Eccles.

81 Datur etiam † periurium sine dolo, ex culpa tantum, & ita sentit Iul. Clar. §. Periurium, versiculo, excusatur. Emanuel in suo Thesauro, verbo, Periurium 100. Bertazol. consil. 147. numero 17.

82 Vnde † videntur distinguendi duo casus. Primus est, ad incurrendas pœnas periurij, & tunc requiritur dolus Secundus casus est, ad incurrendum periurium in se, & tunc incurritur ex culpa etiam. Iaf. in l. qui iurasse, numero nono, de Iureiurando, in l. videamus, numero 6. de in litem iurando. Grat. consil. 15. numero 22. volum. 1. Ant. Gabr. de Transaction. Conclusione 1. numero 55. Serafin. de Iuramento, Priuileg. 32. numero 12. Tiberius Decian. Tract. Criminal. lib. 6. cap. 11. num. 14. tomo 2.

83 Vnde, qui † non soluit in tempore debitum promissum, ex legitima causa, & iusto impedimẽto, est quidem periurus, sed sine dolo, & non punitur. Zasius post Bald. in §. Item si quis postulante, numero 22. de Action. Felin. in cap. 1. numero 5. de Iureiurando, Viuius in Silua Opinion. 958. numero 9. Anton. Corn. de Absolutione à iuramento, parte 4. quæst. 4. numero 72. Vnde dicebat Corneus consil. 116. & 125. volum. 5. Pauci sunt qui obseruent promissa, & sic pro maiori parte sunt periuri.

84 Ex prædictis postea patet, quod † licet periurus repellatur à testimonio, hoc verum sit in perjurio doloso, & consumato, sed non culposo. Plotus de in litem iurando, §. 50. num. 5. Mascard. Conclusione 1168. num. 28. Prosper Farinacc. quæst. quinquagesimasexta, Articulo 6. numero 202.

85 Et † sic patet aditus ad illud Commune interrogatorium, scilicet, An seruauit promissa in tẽpore; si enim dolo cõtrauenit repellitur tamquã verus periurus, secus in culpa tantum, ex quo nõ est verè periurus.

86 Datur † etiam mendacium sine dolo, si quis putet dicere veritatem ex aliqua causa colorata, Corneus consil. 224. Videtur prima facie, colum. ante penult. libro 3. Dixit singulare, & notã dum Cotta, in Memorabil. suis, in verbis, Mendax, in secunda limitatione, & in verbo, Negans, Plotus de in litem iurando, §. 37. numero 16. Bald. in l. ea quæ, colum. prima, C. de condictione indebiti. Aretin. in §. omnium, colum. 11. de Action. Felin. in cap. Ceterum, colum. fin. & ibi Decius colum. finali, de Iudic. Alexand. consil. 35. volum. 5. Iaf. in l. eum qui, colum. penult. de iureiurando, in §. omnium, numero 96. de Action. Grat. consil. 37. colum. prima, volum. secundo, Roman. consil. 70. columna secunda, Antonius Gabr. de acquirenda possessione, Conclus. quinta, numero 26. lib. quinto, Sarnens. Select. interpretation. libro 3. cap. 13. numero 6. versiculo, tertio verò casu, dixit singulare Trigon. Singulari 75. in fine, Prosper Farinac. quæst. 52. num. trigesimoquinto.

87 Et † mendax in dubio non præsumitur in dolo, nisi mendacium tendat ad sui vtilitatem. Bar. in l. eleganter, §. finali, ff. de Dolo. Dixit singulare Petr. de Rauenna, Singulari 297. & de mendacio pulchrè distinguit Bald. in l. vnica, numero 25. C. de Confessis, Ruin. consil. 8. numero 5. lib. 4. consil. 29. numero 6. lib. 1. Menoch. lib. 5. Præsumpt. 3. nu. 63. qui tamen Pert. de Rauenn. non allegat.

88 Ampliatur septimo, generaliter † in omnibus sententijs latis super probationibus priuilegiatis siue subsidiarijs. Innocen. in cap. Tua nos, de Cohabitat. cleric. & mulierũ. Angel. in l. 1. C. Sent. rescindi non posse. Alexand. ad l. admonendi, num. 15. Cato Sacch. numero 6. Ptolom. num. 2. Caceialup. num. 29. Curt. in prima lectura, num. 19. in Repetitione, num. 26. Iaf. in Repetitione, num. 38. & 41. dicẽs hanc esse admirabilem Ampliationem ad l. admonendi, & esse Communiter receptam. Socin. Regula 361. num. 8. Ioan. de Amic. consil. 102. num. 4. Viuius, in Silua Opin. 706. & 707. Chirchou. in verbo, Sententia. Cartar. de capt. bannit. cap. 3. num. 52. Rota corã Seraphino, die 22. Aprilis, 1575. Farinac. quæst. 11. numero 8. & multa dari possunt exempla satis vtilia.

89 Primum quidem est † in sententia lata ex præsumptionibus: nam retractari potest ex probationibus validioribus, & fortioribus, Doctores ad l. admonendi vbi Castrens. nu. 11. Alexand. num. 11. Roman. num. 13. & 33. Cato Sacch. num. 16. Curt. in Repetitione, num. 23. Natta consil. 444. num. 5.

num.5.Gratian. Decisione March. 171.nu.5.ponens exemplum in contumace habito pro confesso.

90 In hoc tamen † primo exemplo, credo considerãdos aliquos casus; & Primus est, quando sententia est lata ex præsumptionibus iuris, & de iure, & hoc casu non retractatur sententia contrarijs probationibus, & multo minus præsumptionibus, ea potissimum ratione: quia si ab initio, probationes aliquæ aduersus præsumptionem iuris, & de iure, non admittuntur, glos. in l. vltima, in verbo, præsumptioni, ff. quod met. causa, in capit. Ferrum, distinctione 50. in cap. Fraternitatem, distinctione 54. in glos. vltima, in cap. Is qui fidem, de Sponsal. vbi Præposit. num. 8. Alex. in l. inter stipulantem, §. 1. num. 3. ff. de verb. obligation. late Menoch. lib. 1. Præsumption. q. 60. latius Mascard. Conclus. 1222. multo minus lata sententia, & lapsa in iudicatum quæ longe firmior est.

91 Immò condemnatus † ex prçsumptione iuris, & de iure, non potest appellare; ita singulariter Bal. in l. si qui, C. de adulter. Dixit singulare Marsilius. Singul. 116. incipiente Præsumptio; Singulare quoque dixit Euerardus in Loco à verisimili, numero decimooctauo, declarando vt per Carrer. ad l. obseruare, numero quinquagesimoquarto.

92 Limitatur tamen † hic primus supra positus casus, vt non procedat in probatione per confessionem ipsius partis, quæ admittitur contra præsumptionem iuris, & de iure, glos. in Authentica De çqualit. Dotis, §. aliud, in l. in contractibus, in verbo, nullo modo, C. de non numer. pecun. Alciat. de præsumption. in principio parte 2. numero septimo, Socin. regula 384. incipiente Probatio in contrarium, Fallentia prima. Azo, in Summa, C. de donation. ante nuptias. Cin. & Bald. in Authent. Sed iam necesse, C. eodem titulo, & fuit celebre, & satis hodie vulgatum dictum Innocentij, in cap. Quia plerique, de immunit. Eccles. Abb. in capit. nouit, colum. quinta, de iudic. Imola, in cap. Cum dilecta, colum. quinta, de Rescript. Decius in cap. Quanto, de Præsumpt. in cap. Quoniam contra, de probation. Marsil. in l. prima, §. Ad quæstionem, numero trigesimosexto, ff. de quæstion. Nouel. Regula, 160. Fallentia prima. Mascard. in Euidential. quæst. decima, numero 51.

Et hæc est Communis opinio. Felin. in d. cap. Quanto, num. 3. Abb. in cap. Is qui, nu. 5. de Sponsal. Amplia, vt possit compelli confitens per Censuram Ecclesiasticam, ad faciendum quietationem. Rebuff. ad l. quod iussit, in 2. notabili, numero 139.

Et pro declaratione totius materiæ dicitur,
93 quod † sufficit cõfessio vera vel ficta, iudicialis, vel extraiudicialis, & probata solum per testes, dummodo à potestate cõfitentis pendeat, vt late colligitur ex congestis per Menoch. de Præsumpt. lib. 1. q. 60. Mascard. Conclusione 1222. num. 11. cum multis sequent. quorum diffusus sermo, in hæc pauca vtilia verba reducitur. Et vide quç posui in titulo, Exceptio propriæ confessionis.

94 Secundus casus est † cum sententia lata est ex præsumptionibus iuris, & deinde contrariæ verç probationes adducuntur, hoc casu res iudicata retractari debet ex superuenientibus veris probationibus. Abb. in cap. Proposuisti, & ibi apertius Aretin. num. 13. Felin. num. 11. de probation. Curt. iunior ad l. admonendi, numero 22. & ibi Ias. numero 38. de iureiurando, qui ita intelligit Innocentium loquentem de vera, & propria probatione, in cap. Tua nos, numero quinto, de cohabita Cleric. & mulier. Menoch. multa similia congerens.

Declara secundo, in his quæ respiciunt commodum confitentis tantum, Corsett. in verbo, Sententia, 11. Cotta in verbo, Confessio partis, Socin. regula 314. Rebuff. ad l. quod iussit, in 2. notabili, num. 141.

Duplex igitur practica est; Vel confugere ad iudicem Ecclesiasticum pro censura, vt dictum est; vel implorare iudicis officium, vt tollat iniquas extorsiones. Felin. in capit. Qualiter col. 18. de Probation. Rebuff. vbi supra, num. 143. de Prçsumption. libro 1. Præsumptione 95. num. 3. in secundo casu Principali. Viuius in Silua, Opinione 707.

95 Tertius est casus, † quando sententia lata est ex præsumptionibus iuris, vel hominis, & deinde afferuntur contrariæ præsumptiones, iuris, vel hominis, hoc casu non retractatur sententia. Felin. in cap. Proposuisti, numero 11. de Probation.

96 Quartus est casus, † quando sententia lata est ex præsumptionibus iuris, & de iure, tũc retractari potest per præsumptiones alias iuris, & de iure, superuenientes; ita Abb. & Felin. in dicto capit. Proposuisti.

97 Secundum exemplum, est † in sentẽtia lata super etate ex aspectu minoris, quæ non transit in iudicatum, & retractatur per contrariam probationem veriorem, super natiuitate. Butr. in capit. Fraternitatis, de frigid. & malefic. Doctores, ad l. admonendi, vbi Alex. num. 17. Ias. num. 46. Roman. num. 25. Corasius num. 6. Curt. in prima lectura, num. 20. Cato Sacch. num. 25. Iacobin. ad l. cum de ætate, num. 10. de probation. in l. si minorem, num. 5. C. de restit. in integr. Maurit. in tract. de Restitutione in integr. cap. 319. numero 3. Mascard. Conclusione 667. nu. decimoseptimo, Menoch. de Arbitrar. Casu centesimodecimoseptimo, num. 4.

98 Nisi esset fundata † super notorio, videlicet si tunc ille erat puer tenellus, & iudicatum fuisset quod esset impubes, vt per Aretin. in d. l. si minorem, Bald. ad Specul. titulo de restitutione in integrum, col. finali. Sapia, dicens Communem, ad l. de ætate, numero 39. in fine, ff. de minor. Sfort. de restitutione, quæst. trigesimaseptima, articulo 17. num. 128.

Addo prædictis Bald. in l. 2. colum. secunda, versiculo, sed hic dubitatur, C. quand. fisc. vel priuat. Felin. in cap. Significasti, numero octauo, de homicid.

99 Et sic hæc sententia dicitur, † quod non transeat in iudicatum, eo quia retractari potest per

Instrumenta nouiter reperta. Menoch. de Præsumpt.lib.1.q.95.num.10.

100 Tertium exemplum est de† sententia lata ex iudicio peritorum, vt Medici, Chirurgi, Obstetricis, & similium, quæ numquam transit in iudicatum, & si inueniãtur peritiores, retractari potest, cap. proposuisti, & ibi Butr. & Decius de probation. Ioan. Andr. ad Specul. titulo, de homicid. §. 1. versiculo, sed pone. Alexand. in l. si ab hostibus, num. 10. de re iudic. Doctores ad l. admonendi, vbi Roman. num. 30. Ias. in lectura, numero 46. & in alia lectura, num. 38. Corasius, num. 6. Curt. in prima lectura, num. 20. Cato Sacch. num. 25. Caccialup. num. 30. Iacob. de Sancto Georgio, ad l. si minorem, num. 5. C. in de integrum restitutione. Rauenn. in suo Alphabeto, in verbo, sententia. Petr. Girard. Singulari 20. inferens ad intellectum l. 1. C. Vt lite pendente, quod licet non liceat supplicare post sententiam, & incurratur infamia, tamen hoc verum est in sententijs, quæ transierunt in iudicatum, secus in alijs, quæ non transierunt in iudicatum, prout ista, & similes, dicens hoc esse dictum singularissimum, & numquam obliuiscendum. Lanfranch. in capit. Quoniam contra, in verbo testium depositiones, numero trigesimo. Barbac. de præstant. Cardinaliũ parte secunda, quæstione secunda, colum. quarta, in Rubrica. C. qui admitti, numero duodecimo. Angel. in l. quod si nolit, §. qui mancipium, ff. de Aedilit. edicto. latè multa referendo, Marsil. de Raptu virgin. numero 144. in Practica, §. oportunè, numero vigesimoprimo, in §. ordine, colum. secunda. Rebuff. ad l. quod iussit, in secundo notabili, numero 148. Surd. Decisione 256. numero 10. & ab hac opinione nemo discrepat. Sforz. de Restitutione, quæst. 74. Articulo 3. numero 33. in fine.

Et ante eum hanc dicit Communem Decius, in l. 1. in tertia lectura, num. 65. ff. si cert. petat. consil. 278. in fine, Ias. in l. si conuenerit, num. 12. de re iudicata. Cotta, in verbo, Statuto Mediolani disponitur. Marantha, in Speculo, parte 6. in verbo, Sententia, num. 130. cum seq. Villalob. littera S. Bursat. consil. 184. num. 4. lib. 2. Andreas Gail, Practicabil. Obseruat. 111. num. 18. lib. 2. declarando, vt infra, num. 106. Asinius, de Execut. §. 7. capit. 199. Viuius in Silua, Opinion. 704. vbi limitat, nisi causa appellationis esset deserta.

101 Ampliatur hæc Communis opinio, †etiam si alij posteriores periti deponerent pariter de credulitate. Caccialup. in d. l. admonendi, num. 30.

102 Fallit, †si fuerit bis confirmata, Præposit. in d. capitulo Fraternitatis, num. 19.

Contrariam opinionem dicit veriorẽ Decius, in cap. 1. num. 14. de probation. Iaffred. Decisione 241. Scala Patauin. lib. 4. de Consilio sapient. cap. 21. Marius Salamon. in §. responsa prudentum, de iure naturali gent. & ciuili. Menoch. libro 1. Præsumption. quæst. 65. num. 12. Rebuff. ad l. vnicam nu. 24. C. de sent. quæ pro eo, dicens, quod in Francia numquam vidit eas retractari. Et posui supra, ex magis Communi, num. 31. Concilia, aut periti sunt electi de consensu partium, & eorum sententia transit in iudicatum; aut à iudice, & non transit. Mannos, ad Roman. 228. in fine. Riminald. Instit. Quibus alienare licet, vel non, in princip. numero 80.

103 Quartum exemplum principale, †in causa Matrimoniali, in qua sententia numquam in iudicatum transit, & est locus retractationi, iuxta capitul. Ex literis, de Restitutione in integrum.

Declaratur, vt non transeat in iudicatum, quia non auditur, nisi ope restitutionis, vt ibi bene declarat Hostiensis; vel querelę, vel nullitatis. Decisio Auenionens. 70. vbi bonus locus; & poterit coram iudice peti, ad quam concedendam facilis esse non debet. Contard. ad l. diffamari, numero 174.

104 Declaratur secundo, † vt talis sententia non transeat in iudicatum, si est contra Matrimoniũ, secus, si pro Matrimonio, quia hęc transit in iudicatum, vt ibi per Bellamerã, & bene, de Communi Viu. Opinion. 712. Contard. ad l. diffamari, nu. 175. sed Contrarium dicit verius, siue agatur de Matrimonio contrahendo, siue de dirimendo, cum vtroque casu versetur periculum Animę. Alberic. de testibus, num. 132.

105 Declaratur † tertio vltra alios, prout dixi supra, num. 30. vbi videre placeat.

Declaratur quarto, vt non procedat in Matrimonio spirituali, in quo sententia transit in iudicatum, glos. in cap. 1. de Concess. prębend. Felin. in d. cap. lator, col. 8.

Practicando tamẽ notandum est, quod in causa Matrimonij carnalis, publicatis attestationibus, producũtur alij testes, si producens iuret eos non subornasse, aliàs non admittitur. Ita singulariter Bald. in cap. iurauit, de Probation. vbi Felin. colum. secunda, dicit numquam exeat memoriam tuam. Marsil. extollens. in Practica Singul. 128. dicens, quod pauci Aduocati sciunt. Et ad illud de Matrimonio spirituali, Puteus. Decisione 63. num. 6. lib. 1. Decis. 33. eod. lib. 1.

106 Quintum exemplum † principale est, quod sententia lata ad consilium sapientis ex dispositione Statuti, numquam transit in iudicatum, & retractari potest, si peritiores aliter sentiant. Roman. consil. 238. colum. vltima, in l. cum quidam, §. quod dicitur, ff. de acquir. hęredit. Alex. in l. si ab hostibus, num. 12. ff. soluto matrimon. dicens hanc esse singularem, & notabilem Decisionem. Ias. in Repetitione l. admonendi, numero 41. ff. de iureiurando, in l. si conuenerit, numero 21. de re iudic. Anan. in cap. Significasti, il secondo, col. 9. de homicid. Marsil. in l. vnica, numero 147. C. de Raptu virgin. Singula. 427. Plures Marantha, in Specul. in verbo, Sentẽtia, numero 130. Ruin. consil. 34. numero primo, libro primo. Decius, cõsil. 278. in fine, & hęc est magis Cõmunis opinio. Sforz. de Restitutione in integrum, q. 74. Articulo 3. sub num. 39. versic. retenta. Cephal. consil. 163. nu. 4. lib. 2. Marsil. in l. 1. §. finali, col. 18. de Quęst. Crot. de testibus, par. 7. n. 266. Dicit singulare Alberic. de testibus, nu. 132. Viuius Opinion. 715.

Contrarium sentit Menoch. de Pręsumption. libro 1. quęst. 95. numero 13. ea ratione: quia pręsumptiones secundę, ex quibus intenditur retractatio, non sunt fortiores primis. Declarando, vt senten-

sententia, vel consilio sapientis, retractari possit infra tempora appellandi, non autem post. Benintend. Decisione 97. num. 2. Tessaur. Decisione 25. col. penult. in fine.

107 Sextum exemplum principale, † si contumax ex forma Statuti habetur pro confesso, nam sententia huiusmodi non transit in iudicatum, & ex nouis probationibus venit retractanda, latè in materia Cartar. de capto bannito, cap. 3. nu. 52. Farinac. quæst. 11. ad quos me remitto, cum materia longa sit.

108 Septimum exemplum † in sentētia excussionis, bona extare, vel non extare, nam hæc numquam transit in iudicatum, & contrarium probari potest. Dixi in Tractatu Excussionis bonorum, parte 2. quæst. penultima.

109 Octauum exemplum, † in sententia lata in causa vsuraria, quę non transit in iudicatum, & retractari potest ex nouiter repertis. Alberic. C. de vsur. col. penultima, Iason, in Repetitione l. admonendi, colum. 22. in l. 1. §. si procurator, col. 5. ff. si quis ius dicenti non obtemper. Marantha in Speculo, in verbo, Sententia, num. 122.

110 Nonum exemplum, in † sententia notoriè iniqua, secundum Innocēt. in cap. Cum Bertoldus, de re iudic. in cap. Inter ceteras, de re iudic. posui in titulo, Exceptio ratione manifestę iniustitię, num. 22. cum seq.

111 Decimum exemplum, in † casu vtili, & practicabili, in sententia lata ex dictis testium assignantium causam scientię, quia vicinus, vel consanguineus: quia talis probatio est præsumptiua, & ob id talis sententia non transit in iudicatum, & quandocumque retractari potest. Ias. in l. prima, num. 22. ff. si cert. petatur.

Casus frequens, & valde quotidianus, cum sæpissimè testes sic deponant.

112 Vndecimum exemplum † in sententia, quæ habet grauamen successiuum, prout in ea quę lata fuit contra carceratum, qui quotidie grauatur, cui computari nō possunt decem dies, cum quolibet die carcerationis, nouum generetur grauamen. Specul. de appellation. §. primo, versiculo, Non secundum emptionem, & de citatione, §. primo, versiculo, quid si reus; dixi in tractatu de Deposito, Oblatione, & Sequestro, parte secunda, quæst. 5. secundæ partis principalis, numero tertio.

Addo Bald. in l. 2. quæst. 2. C. de Episcopali audientia, dicentem, carceratum appellare posse etiam si steterit in carceribus per mensem. Marsil. de Raptu virgin. num. 148. Grauat. ad Vestr. lib. 7. cap. 3. num. 56. Decisio Auenionens. 60. in fine, Sfort. de Restitutione in integrum, quæst. 69. Articulo primo, num. 3. Est Communis opinio. Emanuel in suo Thesauro, litera A. numero 213.

113 Duodecimum † exemplum in sententia nutritiua peccati, quæ numquam transit in iudicatum, & semper retractari potest, glos. finalis, in c. Inter monasterium, de re iudic. Butr. in cap. Fraternitatis, col. 15. de testibus, in cap. Lator, de re iudic. in cap. Iurauit, colum. prima, de probationibus.

114 Decimumtertium † exemplum in sententia lata super iure, à partibus non remissibili. Butr. in cap. Si diligenti, colum. sexta, de foro competenti.

115 Decimumquartum † exemplum, in sententia lata contra pauperem, qui non potuit appellare, vel appellationem prosequi, nam ista talis sententia numquam transit in iudicatum. Innocen. Butr. Abb. & alij, in cap. Ex ratione, de Appellation. Bald. in cap. Si quis testium, de Testibus, in l. 2. §. si quis in iudicio, ff. si quis caution. in l. nummis, ff. de in litem iurando, in cap. primo. De eo qui mittitur in possession. rei seruandę causa, in l. acceptam, C. de vsur. Marsilius ad l. vnicam, numero 152. C. de Raptu virgin. Matthesilan. Singulari vltimo. Cremens. Singul. 122. Mātua, Singul. 31. numero quarto. Maurit. de Restitutione in integrum, cap. 362. Decius, consil. 436. num. 2. & 22. latè Siluan. consil. 69. numero decimoseptimo. Garzia plenissimè consil. 57. per totum. de Communi Benincas. de paupert. quæst. septima, speciali 3. de Iudicijs, numero decimoquarto. Sfort. de Restitutione in integrum, quæst. 11. Articulo 9. Rota in Decisionibus Fastoli antiquioribus, causa 17. Dubio 37. in fine, apud Cassādor. Decisione 6. de Appellation. vbi latè, Bellamera Decisione 44.

116 Decimumquintum † exemplum in sententia lata ex falsis testibus, vel probationibus, l. 3. C. si ex falsis instrumentis. Alexād. in l. si ab hostibus, colum. tertia, ff. soluto matrimonio, in l. Diuus, ff. de re iudicata. Marantha, in verbo, Sententia, num. 145. posui superius Exceptione 40. & 41.

117 Decimumquintum exemplū, † quando causa redit ad non causam, vt si fullo conducit vestimenta, & his amissis condemnatur per sententiā ad pretium, domino, vel locatori, si postea reperiantur vestimenta, retractari potest quandocumque sententia, vt fullo recuperet pretium suum, l. si fullo, ff. de condictione ob causam. Curt. ad l. admonendi, numero vigesimoprimo, Marsil. in l. prima, §. si quis vltra, num. quinquagesimosexto, de Quæstion. Marantha, in verbo, Appellatio, numero centesimoquadragesimooctauo. Surd. Decisione 289. num. decimooctauo, Imola ad Practicam Bonacurs. titulo, de imped. executionum, num. 12.

118 Decimumsextum † exemplum, in sententia venali, quæ non transit in iudicatum, vt dixi supra Exceptione 47.

119 Decimumseptimum † exemplum in sententia Excommunicationis, Censurarum, & similibus, quæ respectu priuatæ vtilitatis transeunt in iudicatum, secus quo ad publicam vtilitatem, & considerando præiudicium Animæ, glos. in cap. Ad reprimendum, in verbo, Suspenditur, de offic. Ordinar. in cap. Sacro, de sentent. excommunic. in cap. Venerabilibus, de sentent. excommunic. libro sexto. Abb. in cap. Consanguinei, columna penultima, de re iudicata. Marantha, in Specul. in verbo, Sententia, numero centesimoquinquagesimoprimo, vide supra Exceptione 45. num. centesimooctuagesimo, cum seq.

120 Decimum octauum exemplum,† per rei euidentiam, de qua materia ponam plenè suo loco.

Et posui vtiliores, & magis practicabiles, alijs omissis. Notandum tamen est, in omnibus supra dictis casibus, quod si grauatus non appellauit infra decem dies, debet querelam instituere coram eodemmet iudice, glos. singularis, in capit. Ad reprimendum, vbi Abbas, de offic. Delegati, in cap. Consanguinei, de re iudicata, colum. penult. Felin. in capit. Lator, colum. 4. eodem titulo. Marantha, in verbo, Appellatio, numero 103. dicens valde singulare.

121 Sed numquid sententia † retractabitur, non dico per Instrumenta nouiter reperta, prout iam vidimus, sed nouiter fabricata, post sententiam, & rem iudicatam?

Et vtique sic, Castr. ad l. admonendi, numero duodecimo. Roman. numero septimo. Alexand. numero decimoquinto. Cato Sacch. num. 8. & seq. Ptolom. numero 10. Caccialup. numero 20. Curt. numero 17. in Repetitione numero 49. Orian. numero octauo. Ioan. de Prato, numero 28. Ripa, numero 36. in fine, de Communi Iasnumero 35.

122 Declarando, quando † talia instrumenta sunt nouiter fabricata, de consensu ambarum partiũ, per viam transactionis, & nouæ concordiæ, ita Cato Sacch. in allegata l. admonendi, numero 9. Alex. & Coras. num. 17.

123 Et sicut † sententia, venit retractanda per instrumenta nouiter reperta, & hoc, vt dictum est, ope restitutionis, ita & pari modo, per testes nouiter repertos, & hoc opera restitutionis in integrum. Innocent. in capit. Cum venissent, in versiculo, Credimus autem, de testibus, glos. Bart. Bald. & Salicet. in l. finali, C. de rebus dubijs. Alberic. ad l. Imperatores, numero secundo, vbi Ias. numero decimo, ff. de re iudicata. Canonistæ, in capit. finali, de iureiurando. Doctor. ad l. admonendi, vbi Bar. in fine, Castr. num. decimotertio. Ptolom. numero quinto, Caccialup. numero decimotertio. Curt. numero 38. Coras. numero 33. Ias. in fine Repetition. numero 321. Bossius, in titulo, Si aduers. rem iudic. Maurit. capit. 390. in fine, de Communi Villalob. in verbo, Restitutio, numero 47. Ias. in d. l. Imperatores, numero decimo, vbi pariter de Communi. Siluan. consil. 15. numero 5. libro 1.

124 Ampliatur hæc Conclusio, vt † multo magis procedat, quando isti testes essent magis fide digni quam alij primo loco examinati. Ias. ad d. l. admonendi, numero 41. vbi egregiè Caccialup. numero 3.

125 Limitatur secundo, † satis vtiliter, & est clauis totius materiæ, quod hæc Conclusio procedat, & locum habeat duobus præcipuè concurrentibus. Primo, quod non nisi hodie potuerint reperiri isti noui testes, vel si reperti fuerint, haberi nõ potuerint, puta, quia de longinquo erãt euocandi, vel infirmi in aliquo loco, vel simili impedimento detenti.

126 Secundum † est, quod isti testes, nouiter reperti aliquid sciant, quod maximè, & principaliter conferat ad retractationem rei iudicatæ, quo stante, illa debeat reuocari. Bart. Bald. & Castr. in l. nam & postea, §. si minor, de iureiurando. Siluan. consil. decimonono, numero quarto, libro primo.

127 Ex prædictis infertur ad † illos qui lite pendente procurant literas monitoriales, pro repeiendis testibus: nam hæc regulari debent à supra dicta limitatione, est casus frequens, & passim occurrit.

128 Limitatur tertio, † vt non procedat, quãdo ta lis restitutio peteretur ad reprobãdos alios testes in causa examinatos. Capic. Decisione sexagesimasecunda. In causa. Sequitur Siluan. consil. decimonono, numero primo, libro primo; & ratio est: quia talis restituto non conceditur in odium alterius, l. sciendum, ff. ex quibus caus. maior.

129 Limitatur quarto satis vtiliter, † quando esset examinatus magnus numerus testium, quo casu tũc restitutio non conceditur. Siluan. consil. decimonono, num 4. ex dicto Innocentij, in c. Auditis, de restitut. in integrum.

Iniqui enim litium fautores, quo magis Aduersarium laboribus, & impensis fatigent, ingentem testium numerum in iudicium aliquando producere solent: at is numerus iusta ratione refrænandus est, l. 1. §. vltimo, ff. de testibus, capit. Si significauerunt, capit. cum causam, §. vltimo, eodem titulo, & id omne residet in iudicis arbitrio, d. l. 1. §. finali. Oldrad. consil. 145. Quærimr si testis. Abb. in d. cap. Cum causam, num. 3. Papiens. in forma oppositiõ. contra testes, in glos. Suntq. publicati, num. 14. Afflict. in c. 10. numero 21. versiculo, item datur arbitriũ, ex quibus caus. feud. amitt. Petr. Loriort. in l. tertia, numero septimo, de testibus. Rebuff. in l. vnica, numero sexagesimo, C. de sent. quæ pro eo quod interest profert. Mainer. in Practica, titulo, de testibus, numero vigesimoprimo, & hoc efficacissimè spectat ad iudicis officium, verba Speculat. in titulo, de offic. omnium iudic. § potest, num. 2.

130 Et sufficiens, & † moderatus numerus testium quandoque consideratur, trium, iuxta l. quoties, C. de naufrag. libro decimo, & illud Euangelij: In ore duorum, vel trium, stat omne verbum. Et sic in singulis articulis tres testes sufficiunt, vt per Bart. in dicto §. quoties, numero tertio, Roman. in l. si vero §. de viro, numero centesimoquadragesimoprimo, ff. soluto matrimon. quandoque effrænatus numerus est vltra quadraginta, capit. Cum causam, §. vltimo, de testibus;

131 & vlterius videmus, quod † contra Cardinalem Episcopum requiruntur testes septuagintaduo, si est presbyter, testes quinquaginta quattuor, si Diaconus, vigintiseptem. Canone, Præsul. secunda quæstione quinta. Subdiaconus, Acolitus, Exorcista, Lector, Ostiarius, sex testes nequirunt. Nepos à Monte Albano, in Tractatu de testibus, numero nonagesimooctauo. Bene verum est, quod textus in dicto Canone, Præsul. hodie non est in vsu. Apostill. ad Roman. Singulari ducentesimoseptimo. Berous de magis. Communi, numero octauo, de iudic. Farinacc. quæst. 68. nu. ducentesimosexagesimoquarto, & ad illũ textũ ipsiusq. intellectũ de num. quadragenario,

plura

pluta scribit Aegid.de reprobatione testium, numero 51.

132 Bene verū est, quod † multitudo testium prodest ad multa. Primo, tollit exceptiones, quæ respiciunt personas, secus si sit in persona, & dicto, Ruin.consil.149.num.37.vol.5.consil.150.num. 18.eodem volum. Ant.Gabr.de testibus, Conclusione 6.num.9.

Addo Bald.consil.152.libro 1. Alex. consil.5. col.2. libro 1.consil.93.col.finali,libro 6.Curt.seniorem consil.55. num.5.Decium, in cap.Licet causam,col.6.de probat. Bertrand. consil.55.lib. 1.Crauettam consil.99.in fine. Abb.consil.35.numero 6.Herculan.de Negatiua,nu.152. Mascardum Conclusione 1077.num.9.Farinacc.quæst. 66.num.319.

133 Secundo, dictum testis, † qui non sit inhabilis in persona, sed eius dictum non bene concludat, suppletur ex dictis aliorum. Bart.ad l. admonendi,col.9.versiculo, quid si testis,de iureiurando, Butr.in cap.finali,col.4.de testibus. Alex.ad l.admonendi,col.finali,vbi Ias.in repetitione, num. 83.vbi Purpuratus dicit Communem,limitando eam in mutuo. Alex.consil.69.colum. penulr.volum.6. consil. 236. colum. finali eodem volum. sexto.

134 Et sic si † vnus testis deficiat in tempore, vel loco,suppletur ab alijs, nisi tempus sit de substãtia. Butrius consil.45.col.3.vers.vnde cum habeam,in cap.Cum oporteat,col.6.versiculo, si non deponunt,de accusatiou.& ibi Imola,colum.6. Abb.in cap.Cum Ioannes,col.3.de fide instrument. Specul.in titulo,de testib.§.iam de interogatorijs,versiculo, si vero factum sit. Bald. in l. testium, col. 5.versiculo secundo modo,C.de testibus. Alex. consil.236.colum.finali,volum.6.consil.156.col. 3.volum.5.consil.109.col.6.in fine,vol.2.Aretin. consil.36.col.2.Grammar.consil. 89. col. secunda,Capic. Decisione 375.Ant. Gabr. de testibus, Conclus.6.in fine.

135 Et licet alij † testes in causa examinati sint publicati,adhuc tamen publicatione non obstante, alij testes produci, & examinari poterunt in casibus aliquibus.

Primus casus est in Minore,qui præuia restitutione in integrum,admittitur ad producendum alios testes publicatis attestationibus, & didicitis etiam testificatis; De Communi Alex. ad l.1.§. nunciatio, num.vigesimotertio, & ibi Seisell.ff. de noui oper.nunciatione, in Rubrica, ff.solnto matrimon.colum.prima, in fine. Gabr.de testibus,Conclusione vigesimaprima, numero 47.libro primo,& ita practicatur. Afflict.super Constitution.libro secundo, Rubrica 40.numero decimotertio, Gomes.Variar.resolution.libro secundo,capit.decimotertio,Sfort.de restitutione, q. 65.articulo 11.vbi ampliat in Ecclesia, Fisco & qualibet Vniuersitate.

136 Idem in maiore,† qui haberet causam communem cum minore.Socin.consil. centesimodecimo,colum.secunda, volum.quarto, Aufrer.ad Tolosan.248.

137 Idem † in minore qui haberet causam contra alium minorem,qui vti aduersarius habet beneficium restitutionis, ex iam dictis,ita, & aduersarius licet maior. Ias.in repetione l.admonēdi, colum.octaua,de iureiurando. Capicius Decisione centesimaseptuagesima.

138 Secundus casus est ,† maior restituitur ad producendum nouos testes post didicita testificata, propter iustam causam. Innocent.in capit. vltima tertiam, in verbo nequibit,& ibi Bald.& in cap. intimauit,de testibus. Marsil.in l.prima, §.si quis vltro, colum.vndecima , de Quæstion. Abb. in cap.Fraternitatis, colum.tertia, in octauo casu, de testibus Rota Decisione quarta, aliàs centesimatrigesimanona , de testibus , in antiquis.

Contrarium tamen in didicitis testificatis tenet eadem Rota, Decisione prima , de testibus, quæ expresse prohibet restitutionem concedi ad nouos testes inducendos didicitis testificatis a maiore.

139 Communis tamen Doctorum † opinio est , quod maiori ex iusta causa vt dictum est, & ex legitimo impedimento,succurratur ad producendos nouo testes publicato processu, & didicitis testificatis, nec in hoc differt a minore. Innocent.in cap. penultimo, de restitutione in integrum,in cap. Auditis,ad finem,eod. titulo. Anch. in cap.1.col.finali,eod.titulo. Boich,in cap. Cum venissent,nu.4.de testibus. Cardinal.in Clementina 1. numero 23.de restitutione in integrum. Felin.in cap.Intimauit, numero 3. de testibus. Boer.in Singul.suis,in verbo, testis,num.19.Socin.de testibus,num. 126. Alciat.in dicto §.nunciatio,num.74.Capell.Tolosana 422.& ita indubitanter tenendum. Sfort. de restitutione in integrum,quæst.sexagesimaquinta, articulo 11. num.37.

140 Hinc postea infertur ad practicam,quod si † testes tempore primi examinis non poterint examinari,quia captiui, Excommunicati, vel alia causa necessaria impediti, & publicato processu, & didicitis testificatis fuerint effecti habiles, & in promptu examinari potuerint,quod maiori competit hæc restitutio; ex Clausula generali, ēt in secunda instantia; ita colligitur ex superius citatis in locis prædictis.

141 Colligitur etiã ex prędictis in Practica, † quod si testes fuerint ab aduersario dolo subtracti, ne contra se examinarentur, vel vt dicerent ipsi læso quod nihil sciebant de contentis in Articulis, & ob id ipse maior omiserit illos examinare, audietur ex Clausula generali ad illos examinandos, etiam didicitis prius testibus; immo in secunda instantia.

142 Infertur tertio , ad † illum qui ignorabat tempore publicationis se testes habere , & hæc ignorantia prouenit malitia aduersarij , nam restituetur ad id vt alij iterum examinētur publicatione non obstante, & licet didicita etiam fuerint testificata. Bart.in Authentica, Qui semel, colum. tertia, de probation. Imola, in cap. In causis, col. penult. de testibus. Aretin. in capit. Intimauit, col.4.eodem titulo. Gabr.de Testibus, Conclus. 21.num.53.libro 1.

143 Cautela tamen vtilis datur † in practica, vel

videre testificata, vel quod læsus iuret se non animo calumniæ petere, sed quia fuit impeditus, vel illos ignorauit. Specul. de Restitutione in integr. §. finali, versiculo, quid in eo. Felin. in cap. Intimauit, num. 2. de Testibus. Socin. de Testibus, num. 126.

144 Et ad concomitantiam † instrumentorum nouiter repertorum, poterunt adhiberi alia Instrumenta non reperta nouiter, si conferant ad victoriam, & sine istis, difficile obtineri poterit, & negligentia imputari non possit. Caccialup. ad d. l. admonendi, num. 14. & 15. vbi Ripa, num. 22. Corasius, num. 76. dicentes secus esse in testibus ob timorem subornationis, vbi Curt. nu. 15. hoc clarè attestatur. A qua dissentire videtur Sfort. quæst. 75. Articulo quarto, in fine, quia in ista restitutione obtinenda, non attēditur timur subornationis.

145 Et practicando notandum est, † quod instrumenta fuisse de nouo reperta probatur Iuramento allegantis. Corasius dicens Communem ad d. l. admonendi, numero 61. Purpurat. num. 24. Ripa, num. 48. Mascard. incidenter, Conclusione 925. num. 7. Serafin. de Iuramento Priuileg. 38. Menoch. de Arbitr. Casu 241. num. 4. Sfort. de Restitutione, quæst. 75. Articulo 5. num. vigesimoseptimo, siue enim tractamus, quod allegetur ignorantia, quæ pendet in conscientia iurantis, siue de impedimento proueniente à facto Tertij, iuramento probatur, vt dixi superius numero sexagesimooctauo.

146 Et in materia ignorantiæ, quod † probetur iuramento, Ampliatur, etiam si contra iurantem sit aliqua præsumptio, sed non sit omnino concludens. Abb. cons. 9. numero quadragesimotertio, qui ad propositum loquitur de ignorantia instrumenti, & fuit sententia Abbat. in cap. 2. num. 9. de Constitut. in cap. vltimo, num. 9. qui matrim. accus. possunt.

147 Et prædicta vendicant sibi locum etiam † in coniunctis, qui licet præsumantur scire facta coniuncti, tamen præsumuntur ignorare contractum factū à coniuncto. Castrens. in l. 1. in fine, ff. si certum petatur, vbi Ripa, num. 46. vbi Purpurat. num. 116. qui affert exemplum in contractu locationis. Curt. iunior, colum. 9. Corneus cons. 147. col. penult. libro 2. Alex. consil. 147. colum. penult. libro 2. idem Alex. consil. 71. col. penult. libro 1. Decius consil. 445. col. penult. versiculo Decimo, & vltimo. Anton. Gabr. de Præsumption. Conclusione 6. num. 17. Menoch. libro 6. Præsumptione 24. num. 3. in fine.

148 Poterit igitur coniunctus † allegare ipse quoque Instrumenta de nouo reperta, ad retractandam sententiam ex causis iam dictis, prout alij extranei, nec ei obstabit exceptio quod sit coniunctus, cum in hoc casu præsumatur etiam in eo ignorantia.

149 Et quod dictum est † de contractu, idem, & multo magis in testamēto, cuius ignorantia præsumitur etiam in coniuncto. Bart. in l. Titius, §. Lucius, num. 6. ff. de liber. & posthum. in l. qui duos, in principio, ff. de rebus dubijs. Alexan. consil. 121. num. septimo, libro primo, consil. 80. numero quinto, consil. 128. in fine, libro 7. Socin. senior, consil. 97. num. 9. libro 4. Felin. in cap. Literis, num. 8. de præsumption. Ripa, in l. prima, numero quadragesimosexto, ff. si cert. petatur, vbi Purpurat. num. 116. Menoch. lib. 6. Præsumptione 24. num. 5.

150 Et circa testamenti ignorantiam, Ampliatur idem in filio. Bart. in l. qui Romæ, §. duo fratres, quæst. tertia, de verbor. obligation. quem sequuntur Communiter Doctores, vt testatur ibi Crot. num. 99. Socin. iunior, num. 106. Ripa, num. 51. latè Ioseph. de Ludouic. Decis. 19. Osasch. Pedemont. Decis. 76. num. sexto. Crass. §. fideicommissum, quæst. 64. Menoch. libro tertio, Præsumptione 66. nu. 27. Viuius in Silua, Opinione 835. nu. nono. Petra de fideicommiss. quęst. decimaquarta, num. 280.

151 Limitatur primo † hæc Conclusio, quod talis ignorantia non probatur iuramento, cum tractatur de pręiudicio Tertij. Felin. in cap. Cognoscentis, num. 14. de Constitution. vbi Decius propè finem, versiculo, si agatur, ex cap. Insinuante, de procurat. Menoch. de Arbitrar. Casu 186. numero 9. vbi declarat, si præiudicium sit leue, & iuramentū iuuetur alia præsumptione. Mascard. Conclus. 881. numero decimoquarto. Farinac. quæst. 8. num. 114. Osasch. Pedemont. Decis. 71. num. 46.

152. Limitatur secundo, † nisi agatur de probanda iustitia ignorantię, puta, si allego ignorantiam ex causa absentiæ, debeo probare absentiam ex qua iustificatur ignorantia legitimis probationibus, est doctrina Baldi in l. prima, num. secundo, in fine, C. ad Macedonian. ex cap. Pastoralis, de exception. Felin. in cap. Cognoscentes, numero decimosexto, de Constitution. in cap. Quosdam, post num. 5. de præsumption. Menoch. de Arbitr. Casu 186. num. 15.

153 Limitatur tertio, quod ignorantia non probatur iuramento, cum aduersatur aliqua iuris pręsumptio. Decius in d. cap. Cognoscentes, numero decimooctauo, versiculo, similiter arbitrari, post Felin. ibidem, & Geminian. in c. Eos qui, de tempor. ordination. Alexan. consil. septuagesimoprimo, libro primo. Ancharan. quæst. sexagesimatertia, numero tertio. Menoch. de Arbitr. Casu 186. sub numero septimo, versiculo secundo, &c. & de Recuperanda, Remed. 16. numero trigesimosexto.

Addo bene loquentes Lambertengh. de Contract. mulierum, glos. prima, à num. 182. vsque 190. Osasch. Pedemont. Decis. 71. & 101. num. 24. Marsil. consil. 9. numero 36. Crauet. de antiquit. temporum, parte quarta, §. materia ista, num. sexagesimosecundo, Sfort. de Restitutione in integrum, quæst. 81. Articulo decimo, numero 66. Mascard. Conclusione 881. num. 9. & 26. Osasch. Pedemont. Decis. 71. num. secundo. Serafin. de iurament. priuileg. 4. num. 3. Priuileg. 39. numero decimo.

Declara notabiliter, nisi esset vir probus, & bonę famę, qui probat ignorantiam per proprium iuramentum, contra præsumptionem iuris, & de iure. Curt. senior, consil. 72. columna octaua.

Iasin

Iaſ.in §.ſed iſte,numero 96.de Action. Marſil. in Practica.§.Principium,num. ſecundo. Oſaſch. Pedemont.Deciſ.71.numero 25.& vide infra nu mero 116.

154 Limitatur quarto, † quod tunc ignorantia probetur iuramento in ſubſidium, ſi alijs modis legitimis probari non poſſit.Felin. in cap.cognoſcentes,numero 12. vbi etiam Decius, numero 12.& 18.verſiculo, & iſta Concluſio. Berous numero 54.Menoch.de Arbitrar.Caſu 186. numero ſexto.

Addo vltra eum bonam gloſ.in Clementina 1. de pœnis,& ibi Cardinal.in fine. Felin. in cap.Significaſti,el primo,colum.2. verſiculo tertio fallit,de Homicidio.Blanch.de iudicijs,numero 62. Et eſt veriſſima Concluſio. Sforz. de Reſtitutione in integrum,quæſtione 38.Articulo ſexto, nu mero 61.

Sed in Practica illud vltra alios quærendum
155 videtur,† cui incumbat onus probandi, iurare volenti aliter probare non potuiſſe, vel parti aduerſæ dicenti, non debere Aduerſarium admitti ad iurandum, cum poſſet alijs legitimis modis probare.Crederem alleganti ignorantiam, ſufficere dicere,ego ignoraui, & iuro, cum ignorantia pendeat ab animo meo,ſi aduerſarius prætendit me aliter probare potuiſſe,deducat.

156 Limitatur quinto,quod † ignorantia nō probatur iuramento,quando non eſt veriſimilis.Alexand.conſil.71. volum.primo. Abb.in cap. Innotuit,col.vltima,de Election. Felin.in cap. Quoſdam, numero 6. verſiculo, tertio aduertendum, de præſumption. Et crederem ex qualitate facti colligi veriſimile.

157 Limitatur ſexto,† quod ignorantia nō probatur iuramento in eo, qui habet notitiam alicuius partis rei, de qua ignorantia prætenditur. Alba, conſil.18.numero 3. ex l. non eſt ferendus, ff.de tranſactionibus.

158 Limitatur ſeptimo, niſi † Statutum prohibeat ignorantiam allegari poſſe: nam tunc ignorantia non probatur iuramento, cum valeat huiuſmodi Statutum.Bart.in l.Diuus, in principio, ff.de Falſis,Bald.in l.prima,ff.de legibus. Abb. in capit.ad falſariorum, de Crimine falſi. Felin.in cap.cognoſcentes,numero 15. de Cōſtitutionib. Crotus,ad l.omnes populi,numero 124. ff. de Iuſtitia, & iure. Gomeſ. in capit.2. numero 55.de Conſtitution.libro 6. Iaſon.in l. conſtitutiones, numero 2. C. de iur. & facti ignorant. Tiraquell. de Retractu lignaier.§. 35.gloſſ.4. in verbo ignorans,numero 25. verſiculo, ſed priorem ſententiam.

159 Declaratur hęc limitatio,quod Statutū,† prohibere poſſit ignorantiam iniuſtam, & craſſam, non autem iuſtam,& probabilem, quam prohibere non poteſt.Ioan.de Anania,in d.cap.Ad falſariorum,Bald.in l. vnica,in princip. numero vndecimo, C.de caduc.tollend. Salicet.in l. ita nobis pudor, C.de adulter. & hæc opinio ſapit æquitatem.Crot.ad l.omnes populi, numero 124. ff. de Iuſtitia,& iure.Menoch.d.Caſu 186. numero vndecimo. Maſcard. Concluſione 880. numero vigeſimoſecundo.

160 Limitatur octauo, † quando ignorantia non probetur iuramento,quādo Lex præſumit ignorantiam,& determinat ſuper ea. Felin.in d.capit. Quoſdam,numero 6.

161 Limitatur nono,vt contrarium † probari poſſit per legitimas probationes.Bart.in l.ſi cui, §.iiſdem,numero tertio,de accuſation. Felin. in cap. ſecundo,numero ſecundo,in 7.Fallentia,de Cōſtitution. Roman. conſil.481. numero decimo. Marſil. de Probation. numero 136. Tiraquell.de Retractu lignaier,§.quarto,gloſſ.prima,numero 4.Dixit ſingulare, Ant.Trigon. Singulari 55. numero ſecundo.

162 Declaratur † hęc limitatio,conſiderando verba Statuti; aut enim Statutum dicit, quod iuramentum habeatur pro plena probatione, aut pro plenaria,aut pro pleniſſima. Primo caſu,poterit adhuc probari contrarium, cum & duo teſtes faciant plenam probationem, & tamen cōtrarium paſſim probetur.Secundo,& tertio caſu,non poterit amplius probari contrarium,cum verba ſint magis prægnantia. Roman.ad l.ſi duo, ff.de acquir.hæred.ad l.qui bona, §.qui damni, ff. de damno infecto. Iaſ.ad l. primam, §. 1. numero ſexto,ff.ſi ex noxal.cauſa agatur.ex gloſſa, quam ibi Iaſ.dicit valde ſingularem in Clementina prima, in gloſſa penult.in verbo,fuiſſe narramus, de probation.Pro ſingulari etiam extollit Anton. Trigon.Singulari 55.numero ſecundo, dicens hoc diligenter notandum in practica,inferens. hoc eſſe vtile de Priuilegijs conceſſis libris Mercatorum,per hæc verba,plenaria fides; nam hoc caſu, non poterit contrarium probari, & in materia poſui Deciſione trigeſimaſecunda, numero 16. Marſil.in l.prima,§.ſi ſerui, numero quarto, de Quæſtion.

163 Sed ſi limitatio eſt vera,ſcilicet,quod † poſſit probari contrarium per legitimas probationes, nonne ille qui iurauit,efficietur periurus, & carebit actione,& incurret alia, de quibus ad l. ſi quis maior, C.de tranſaction.

164 Et debet tale † iuramentum deferri à iudice, aliàs non releuat. Felin. in dicto cap. Quoſdam, numero ſexto,& in capit.ſecundo,numero 17.de Conſtitution.per text.in c.finali, de iureiurando.

165 Et vltra ignororantiam, † alia etiam impedimenta probantur iuramento impediti,cap.Quia propter,de election. cap.1.22.quęſt.1.Speculat.in Titulo,de Appellation.§.nunc breuiter,col.1.nu. 6. verſic. quid ergo, vbi etiam Bald. ſuper verbo, pronunciari,quem refert, & ſequitur Oldradus, conſ.60.Eſt tempus num.4.verſic.qualiter probetur.Guido Papæ.q.60.per l. ſcire oportet, §. ſufficit,ibi:naturali Iuſtitia,ff.de excuſ.tutorum,& poſui latè ſuperius num.68.cum ſequent.

166 Et vltra ibi poſita, † limitatur in viro probo, & bonæ exiſtimationis, cui creditur ſuper impedimento per eius iuramentum. Archidiacon. in Canone, Actor,de Dolo,& contumacia,libro ſexto,in verbo,condemnetur, verſiculo, ſed qualiter.Hoſtienſ.in capit.primo, eodem titulo, & ibi Imola, & Anchar.in fine. Alexand. de Communi,in l.quęſitum,numero 4.de re iudicata,vide ſupra numero 153.

Id autem

167 Id autem omne † remittitur iudicis arbitrio, quę sit honesta persona, & sic admittenda, & quę vilis, & defectiua, & sic repellenda, ita vt hæc duo extrema sint in pectore iudicis, vt per Alexand. in citato loco, Felin. in cap. Ex parte, colum. penult. de Rescript. Franch. & Imola, in cap. Ex ratione, de Appellation. & ibi Decius, colum. 12. versiculo, quarto principaliter, sub numero 53. & 54. & ibidem Abb. numero 11. Præposit. numero 12. Abb. in cap. Ex literis, numero 14. de Restitut. in integrum, Menoch. de Arbitrar. Casu 118.

168 Illud additur, quod † si persona sit valde honesta, & supra quodammodo naturalem, vir bonus, qui non exterminet faciem suam, vt appareat ieiunans, tunc sine dubio ei possit deferri iuramentum. Sforr. de Restitutione in integrum, quæst. 38. Articulo 8. numero 73. Asinius in Practica §. 19. c. 5. limitatione 5. qui loquitur in personis legalissimis.

Et declaratio bona est, sed in Practica difficilis. Posui in materia circa legalitatem personæ, in Tractatu de Iuramento litis decisorio, quæst. 1. 13. quæst. principalis.

169 Et licet quis sit vir bonus, † legalis, & bonæ existimationis apud homines, & licet probationes sint iudici arbitrariæ, l. 3. §. idemq. Diuus, ff. de Testib. Menoch. de Arbitrar. Casu 90. tamē hoc iuramentum remittere non potest, ex quo iste, hoc casu est tamquam testis, cui per iudicem iuramentum remitti non potest. Serafin. de iurament. Priuileg. 38. num. 9.

170 Et restitutio † quæ competit propter Instrumenta, durat quadriennio tantum, & non vltra. Bart. in l. qui agnitis, ff. de Exception. Cin. ad l. si ex falsis, vbi Alexand. numero 7. in fine, Curt. iunior, num. 34. C. de Transaction. qui dicit Communem. Castr. in l. 1. numero 4. C. si ex falsis instrument. in l. admonendi, numero 7. vbi Alex. numero 5. Curt. in prima lectura, numero 9. qui de Communi. Ias. in Repetitione, numero 10. in fine, qui de magis Communi, & Ripa, numero 17. qui dicit Communem, & tenendam ait Abb. in cap. ex literis, numero 11. de Restitut. in integrum. Marsil. consil. 82. num. 3. Socin. in cap. 1. num. 81. de Crimine falsi, vbi de Cōmuni. Sfort. de restitutione in integrum, quæst. 75. Articulo 6. vbi dicit magis Communem, & non extenditur ad expensas, quæ interim peti poterunt, vti quid separatum à sententia. Borgnin. Decis. 14. num. 32. ex Franc. March. Decisione 391. parte 2. Minsynger. Obseruatione 91. Centuria 3.

EXCEPTIO L.

Per rei euidentiam.

SVMMARIVM.

1 *Probatio per rei euidentiam numquam censetur exclusa, & superat omne genus probationis.*

2 *Iudex quando rogatus fuit vt accedat ad locum inspiciendū an accedere cogi possit licet uallatus Statuto, etc.*

Executio sententię impediri potest per rei euidentiam.

Ex cuius indagatione apparebit de iniquitate sententiæ, quod nullam mereatur executionem. Bald. in l. 1. in fine, C. sententiam rescindi non posse. Innocent. & Canonistæ, in cap. Fraternitatis, de frigidis & maleficiat. Alexand. consil. 63. Stantibus, colum. 8. numero 17. libro 4. Ias. in l. de Periurio, numero 5. ff. de in litem iurando, in l. 1. numero 10. ff. de noui operis nunciatione. Tiraquell. de Retractu, §. 4 glos. 1. numero 37. Marsilius in l. 1. §. si seruus; aliàs si serui, vbi bonus locus, ff. de quæstion. Mascard. de Probation. in principio, quæst. 8. numero 16. Marantha in Speculo, in verbo, Conclusio in causa,
1 numero 6. vbi dicit, quod † probatio per rei euidentiam, numquam censetur exclusa, & superat omne genus probationis, Asinius in Practica, §. 19. cap. 5. limitatione 9. numero 9. vbi infert in
2 Practica post Bald. & Azonem, quod si † extet Statutum, quod de damno stetur iuramento dānum passi, si accusatus petat accedi ad locum, licet Iudex replicet, ego non possum recedere a Statuto, quod iuraui obseruare, tamen hoc nō obstante, cogitur iudex locum inspicere pro reperienda veritate; & hæc probatio per euidentiā numquam censetur exclusa, & superat omne genus probationis. Sed quid dicemus; loqui enim videtur Bald. ante præstitum iuramentum, quid si post? eamdem opinionem latius prosequitur idem Asinius in Practica, §. 23. cap. 6. Limitatione 17. latè Caldas ad l. si curatorem habens, in verbo, Minoribus, numero 18. Plotus de in litem iurando, §. 49. sub num. 22. Caballin. de Euiction. §. 3. numero 85. Menoch. libro 2. Præsumpt. 75. numero 40. Duenn. Regula, 189. numero 5. qui melius loquitur. Ancharan. quæst. 26. numero 14. parte 1.

De Notorio autem ex Actis, facie Instrumenti, vel sententiæ, posui supra, in verbo, Nullitas, numero 50.

EXCEPTIO LI.

Consilio Sapientis non adhibito.

SVMMARIVM.

1 *Sententia an executioni sit mandanda non requisito consilio à Statuto requisito.*

2 *Consilium sapientis idem adhibeudum quod sit de substantia Actus.*

1 

Sententia, non † est exequenda, nisi probetur fuisse adhibitum consilium Sapientis, à Statuto requisitum, & quod nec præsumitur, Bald. in l. 1. numero 8. C. ne liceat tertio prouocare, Bart. in l. 1. ff. Nil nouar. appellat. pendente. Barbac. in cap. Ne Episcopi, de Tempor. ordination. Mascard. Conclu-
2 sione 418. vbi bonam rationem † reddit: quia pręsumitur de substantia Actus; facit capit. Cum in veteri,

veteri, de Electiõn. bonus locus apud Maranthã, in verbo, Sententia, numero 14. vbi habes Practicam de hoc sententiandi, scilicet vt scribatur cõsilium extensum, & sententia post illud, & non dicatur: pronuncio prout in tali consilio, sed diffinitiuè, cõdemnamus, vel absoluimus. prout &c. dicens ita se sępius practicasse, & multas sententias annullasse.

EXCEPTIO LII.

Officio Iudicis.

SVMMARIVM.

1 *Iniustitia euidẽter apparẽte in sententia lata Iudicis officium implorari potest ad impediendum executionem.*
2 *Ampliatur etiam prohibente Statuto iniquitas, & nullitas sententiæ allegari potest, & Iudicis officium implorari.*
4 *Quod præcipuè verum existit, ubi cum Rei iactura Actorem locupletem fieri contingeret.*

1 Si iniustitia † sit euidens, potest implorari iudicis officium, & impedire executionem. Dictum est singulare Angeli in l. vltima, numero 2. ff. de petition. hæredit. quod valde singulare dixit Seisel. in l. qui Romę, §. duo fratres, numero 9. ff. de verbor. obligat. & facit opinio Bartoli in l. 2. §. & parui, & ibi latè Alex. in Addition. ff. Quod vi, aut clam. Fel in. in cap. Ex parte, el secondo, numero 18. vbi Decius, num. 78. de offic. Delegati Roman. consil. 42. num. 4. Siluan. consil. 17. num. 6. Marsil. de fideiussor. num. 282. Alexand. consil. 113. num. 16. volum. quinto, Barzius de Guarentig. parte 2. quæst. 20. Paris. Consil. 107. numero 118. volum. 3. Becius cons. 12. numero 69. Cardin. Albanus, ad Bartolum, in l. 1. numero 10. ff. de Iurisdict. omn. iudic. Ruin. consil. 209. numero 23. volum. 2. Socin. consil. 27. numero 11. volum. 4. Roland. consil. 1. numero 56. volum. 1. Asinius in Practica, §. 31. cap. 33. & 34. Natta consil. 172. numero 10. Contard. de Momentanea possessione, Limitatione 9. numero 12. pono inferius Soliloquio 349. Marsil. Singulari 88. Roland. consil. 1. numero 56. libro 1. Contardus, De momentanea pos-
2 sess. quæst. 8. numero 18. Ampliatur † etiam prohibente Statuto, adhuc iniquitas, & nullitas allegari poterit, implorando Iudicis officium. Papiens. in forma execut. sententiæ, glos. 1. numero decimo.

3 Et hoc † præcipuè verum est, si contingeret Actorem locupletari cum iactura Rei. Imola, in l. finali, ff. à quibus appellare non licet. Berous in cap. Inter, numero trigesimoquinto, de restitut. spoliat. Asinius in Practica, §. trigesimoprimo, cap. trigesimotertio.

EXCEPTIO LIII.

Quadrimestre.

SVMMARIVM.

1 *Quadrimestre datur condemnatis ad soluendum.*
2 *Fideiussori de iudicio sisti, datur quadrimestre ad soluendum.*
3 *Confesso in Ciuili, datur ad soluendum quadrimestre. Declaratur hoc verum, in verè confesso, secus in ficto per contumaciam, ibid. sub eod. num. 3.*
4 *Obligato in forma Cameræ, vel ex Instrumento Guarentigiato, vel ad formam Ritus, quod tempus detur ad soluendum.*
5 *Condemnato per sententiam Iudicis, vel Arbitri, datur quadrimestre.*
6 *Condemnatus per Interlocutoriam, non habet quadrimestre ad soluendum, secus si condemnatus fuerit per Diffinitiuam, qui habet.*
7 *Condemnatus in deposito, non habet quadrimestre.*
8 *Depositum habet executionem paratam.*
9 *Appellanti, appellatione deserta, an detur quadrimestre, & à quo tempore currat.*
10 *Condemnato in causa inappellabili, præsertim ex persona iudicantis, non datur quadrimestre.*
11 *Vbi non datur appellatio, ibi nec datur quadrimestre, vt Tuderti, vigore Statuti in duabus conformibus, confirmationibus laudi, vel similibus.*
12 *Condemnato in Actione reali, non datur quadrimestre, sed tenetur incontinenti dare, vel restituere arbitrio Iudicis. Idem in fructibus si adsunt, aliàs pro pretio æstimando datur quadrimestre vt ibidem sub num. 12. Idem in personali ad rem tradendam: quia tali casu cessat quadrimestre, ibidem, sub eod. num. 12. sed in hæreditatis petitione, & restituendæ datur quadrimestre ibidem.*
13 *Condemnatus ex causa criminali, siue in afflictiuis, siue in pecuniarijs, non habet quadrimestre.*
14 *Idem in ipso reo, pro quo fideiussor soluit ex causa criminali.*
15 *Idem in condemnato ex causa furti, vel rapinæ.*
16 *Limitatur in casu l. si reus paratus, ff. de Procurat.*
17 *Qui est soluendo, vel habet pecuniam in promptu, ita vt si vellet posset statim soluere, non habet nedum quadrimestre, sed nec dies decem.*
18 *Debitor non gaudet hoc priuilegio, nisi caueat de soluendo in dicto termino, aliàs poterit capi, & carcerari.*
19 *Debitor si est suspectus, satisdare tenetur, aliàs si locuples, non.*
20 *Quadrimestre est dilatio Legalis, non Iudicialis, & sic admittitur purgatio moræ, siue sit concessa à Iudice, siue ab Arbitro.*
21 *Iudex prorogare, & abbreuiare potest ex causa talẽ terminum, vt in causa Alimentorum, quæ dilationẽ non patitur.*
22 *Obligatus ad factum, an gaudeat tali priuilegio, & quando, vide hic latè.*

Qua-

1 Quadrimestre † datur condemnatis ad soluendum, & interim impeditur executio, l. debitoribus, ff. de re iudic. l. 2. C. de vsur. rei iudicatæ.

2 Ampliatur idem † in fideiussore de iudicio sisti, & iudicatũ soluẽdo, l. final. §. final. C. de vsur. rei iudic. posui late decis. 136. Casuum frequẽtiũ.

3 Ampliatur secundo, † idem in confesso ciuili, per l. certũ, §. finali de Confessis ibi: quasi ex causa iudicati habebit per quem textum ita tenet Felin. in cap. Querenti, num. 7. de offic. Delegati, vbi declarat hoc verum in vere confesso, secus in ficto per contumaciam, quia tunc requiritur sententia declaratoria. Hodie tamen de consuetudine confessò dantur solum decem dies ab soluendum, glos. in l. si debitori, vbi Alberic. & Bart. in principio. Castr. in fine, ff. de iudic. qui Castrensis & Doctores, sentiunt indistincte, siue lis sit contestata, siue non. Didac. in regula, Peccatum, in principio.

Idem in condemnato ex iuramento Decisorio. Bald. in l. actori, C. de Executione rei iudic. dicens illum textum singularem Asinius de Executor. §. 9. cap. 101. num. 8. & addo prædictis Bellon. in §. omnis, nu. 4. de verb. obligation.

4 Sed quid dicemus ad propositum † de instrumento guarentigiato, quod pariter fit in confessum, an tali debitori competat hoc casu quadrimestre? Crederem quod non, cum guarentigia, sit præceptum, quod fit per Notarium debitori præsenti, acceptanti, & iuranti de soluendo incõtinenti. Angel. in l. ait Prætor, §. si iudex, ff. de re iudic. Cin. in l. prima, C. de Confess. Bart. in l. non fatetur, ff. eodem titulo, in l. prima, ff. de iudic. Imola in d. l. ait Prætor, §. primo. Socin. senior cõsil. septuagesimonono, numero 49. libro 4. Corneus, consil. 239. num. 259. volum. 3. Serafin. de iuram. Priuileg. 77. num. 5. Menoch. de Arbitrar. Casu 17. num. 5. Caualcan. Decisione 48. numero 45. lib. 2. Campeg. de Dote, parte 5. quæst. 111. num. 3. Cagnol. in Repetitione l. primæ, num. 44. de Iudic. Scaccia, in Practica, cap. 62. num. 15. Crass. ad Statutum, in Prælud. num. 9. & ibi ponunt ambo, quod Instrumenta Cameralia non habent nisi terminos de quibus in formula, & susceptione Censurarum.

5 Ampliatur rertio, † siue in condemnato per sententiam iudicis, siue per sententiam arbitri. Bart. in l. 3. q. 1. ff. de legat. primo. Bal. in cap. Quærenti, vbi Felin. in 3. limitatione de offic. Delegati. Aretin. in l. continuus, §. cum ita, col. 6. de verbor. oblig. Ias. in l. debitoribus, num. 7. de re iudicata, qui omnes limitant secus esse in condemnato per laudum arbitratoris, cui non competit tempus quadrimestre.

6 Limitatur primo † in condemnato per diffinitiuam sententia, qui habet quadrimestre ad soluendum, secus in condemnato per interlocutoriam, quia talis non habet quadrimestre ad soluẽdum, Bart. in l. a Diuo Pio, §. in venditione, ff. de re iudic. Ias. in l. debitoribus, num. 10. limitatione 3. ff. eod. titulo.

7 Limitatur secundo, in condemnato † in sententia depositi, quia talis nõ habet quadrimestre ad soluendum, Bald. ad l. si quis, C. Depositi, per verbum, illico, quam celeriter, ibi positum; Posui latè in Tract. Depositi, Parte 1. ad Repetionẽ l. si quis, quæst. 17. num. 66. Addo Felin. in c. Quærenti, num. 2. de offic. Delegati.

8 Et per hanc doctrinam, quia † depositum habet executionem paratam, infertur ad id quod superius dixi de Instrumento guarentigiato, in quo non datur quadrimestre.

Quid appellanti, appellatione deserta, Bald. in l. quoniam, C. de appellation. tenuit quod non, perditionem, Mox, ibi positam; Sequitur Alex. in l. 1. §. si præsens, de verbor. obligat. consil. 61. columna finali, libro tertio, Minsynger. Centuria 2. Obseruat. 70.

Contrarium dicit verius Felin. in cap. Quærenti, in 2. limitatione, de offic. Delegati, in cap. Quo ad consultationem, numero 12. de re iudic. Ias. in l. debitoribus, numero 12. de re iudic. in l. si arrogator, numero 62. de adoption. in l. fructus, num. 4. ff. soluto matrimon. latè Cotta, in Memorab. verbo, Mox.

Dura aliquantulum videtur ista decisio, cum
9 † appellans distulerit causam in longum appellãdo, facit se calumniosum ex desertione, & vlterius habeat quadrimestre, & tale quadrimestre currit, non à die desertionis, sed à die sententiæ, Alexand. in l. 4. §. si quis, numero 2. ff. de re iudicata, vbi subdit, quod si prima sententia est confirmata, currit à die confirmationis.

10 Limitatur tertio, quando † sumus in causa inappellabili, præsertim respectu personæ iudicantis, ita vt sicut à sententia talis personæ non datur appellatio, sic nec competit quadrimestre ad soluendum. text. reputatus notabilis, in §. aliud, vbi notat Angel. in Authentica, Vt sponsalitia largitas. Roman. in l. 2. ff. de re iudic. Ias. in l. debitoribus, colum. 3. limitatione 2. numero 9. ff. eodem titulo, in l. si arrogator, numero 63. de adoption. dicens hoc mirabiliter notandum, Felin. in cap. Quærenti, colum. 2. in 4. Fallentia, de offic. Delegati.

11 Et sic vbi ex forma Statuti, † vel alterius, nõ datur appellatio, prout Tuderti, à duabus conformibus, vel à sententia confirmatoria laudi, vel similibus, pariter non competit quadrimestre beneficium.

12 Limitatur quarto, vt non procedat † in condemnato in Actione reali, qui non habet quadrimestre, sed tenetur incontinenti restituere arbitrio tamen iudicis, §. 1. Inst. de offic. iudic. glo. 2. in l. in fideicommisso, in fine glos. ff. de vsur. Bart. in l. finali, C. de Executio. rei iudicatæ, in l. Continuus, §. illud, colum. penult. de verbor. obligat. in l. cum res, §. si Stichus, in tertio notabili, de legati. glos. in l. si cum exceptione, §. quod si homo, & ibi Bart. in §. quatenus, columna quarta, ff. quod metus causa, Ias. in l. debitoribus, numero decimotertio, ff. de re iudicata, in l. si arrogator, numero 60. ff. de adoption. Boer. quæst. 45. numero nono, Menoch. de Arbitrar. Casu 28. Alexand. in l. Iusiurandum, de iureiuran. Asinius de Executor. §. nono, cap. 101. numero octauo, Ioan. Rupellan. forens. Institution. lib. secundo, cap.

cap.16.in verbo, Biennium, colum.8.in paruis.

Facit in simili textus in l.vnica,§.exactio,C.de rei vxor. actione, vbi exactio dotis in rebus immobilibus,fit incontinenti.

Ampliatur idem, in fructibus si extant, aliàs æstimantur, & pro pretio datur quadrimestre, Aretin.in §.1.numero 6.de offic. Iudic.vbi pariter extendit, si agatur ad interesse ob contumaciam,moram,vel dolum, nam & hoc casu datur quadrimestre.

Ampliatur secundo ista limitatio,etiam in personali, ad rem tradendam, nam & hoc casu cessat quadrimestre,glos.magna in fine, in l.fideicōmissi,ff.de vsuris.

Secus in petitione hæreditatis in qua cum veniant præstationes personales, datur quadrimestre,vt per Aretin.vt supra,num.7.

13 Limitatur † quinto in causa criminali,in qua non differtur executio,l.cum Reis, C.de pœnis siue in afflictiuis,siue in pecuniarijs. Aretin.in §. 1.sub numero 7.versiculo quid si est. Institut. de officio Iudic.limitando in multis casibus de,quibus per Felin.in cap. Quærenti, num.6. de offic. Delegati.Iul.Clar.quæst.97.& 98.

14 Limitatur quinto, in fideiussore † qui soluit pro reo in criminali, qui si repetat de debitore, hoc casu debitor non habebit quadrimestre ad soluendum. Bald. ad Specul. in titulo de sententiæ prolatione, colum.vltima.

15 Limitatur † sexto,in condemnato in causa furti,vel rapinæ, qui non habet quadrimestre ad soluendum,nec confessus terminum decem dierū, prout alij debitores, sed statim fit executio.Bald. in l.finali, columna 1.de execution.rei iudicatæ. Alexan.ad Bartolum,in l.debitori,ff.de Iudicijs, Dixit bene notandum Firmian.in verbo,confessus crimen, numero 30. versiculo, confessus habet.

16 Limitatur septimo, in † casu l.si reus paratus, ff. de procurat. & ibi per Bald. colum. secunda, Alexand.ad Bart.in l. si debitori,in 1. Addition. ff.de Iudic.cuius materiam posui in Tract.de depositio.& obligatione,parte 1.quæst.5.

17 Limitatur octauo † in eo,qui est soluendo,vel habet pecuniam in promptu, ita vt statim soluere possit si vellet, tunc enim non gaudet beneficio quadrimestri, nec decem dierum, sed in facto cogitur.Cin.in l.vnica, §.exactio, C.de rei vxor.actione. sequitur Felin. in cap.quo ad consultationem,colum.quinta,de re iudic. Ripa,ad l.ita stipulatus,ff.de verbor.obligat.Contrarium tenet Roman, Singulari 365.Tu habes;sed prima opinio verior, & æquior est, vt ibi in Addition.Et hoc bona ratione, cum enim hoc tēpus sit inductum gratia miserationis, hæc non cadit in soluere valente;immò dolus videtur,posse soluere,& velle potiri termino Legali, argumento l.1.§.est autem,& ibi Castrens. notat,ff. Depositi crederem tamen si creditum est leue,quod facile prouideretur; multi etiam sunt diuites, qui habent bona stabilia,sed non pecunias in Arca; Vnde compatiendum,vt stabilia vendere possint, & sic de singulis.

18 Limitatur nono, † quod debitor non gaudebit hoc priuilegio, nisi caueat de soluendo in dicto termino,aliàs poterit capi,& carcerari, Bart. in l.si debitori,per illum textū, ff.de Iudic.Bald. in l.finali,§.1.C.de executione rei iudicatę; Dixit singulare Ias. in l. si arrogator, numero 161.ff.de Adoption.in l.debitoribus,numero decimoquarto,de re iudicata,iniquum enim & rediculum esset quod sub colore quadrimestris debitor interim aufugeret.Commendat pro singulari, Ioan. de Arnon.Comentar.90.

19 Declaratur † hæc limitatio, quando debitor sit suspectus;aliàs si sit bene locuples, talis satisdatio non requiritur,Bald.in d.l.si debitori,vbi etiā potest appellare,si confessio sit erronea.De secūdo idem Bald.in l.finali, colum.1. de executione rei iudicatæ,vbi ponit verba hæc, nisi sit euidentissime locuples,tunc enim non satisdat. Abb.in cap.Quo ad consultationem,columna 7.de re iudicata.

20 Et talis † concessio quadrimestris est dilatio Legalis,& non Iudicialis,& sic admittitur purgatio moræ,siue sit concessa à Iudice,siue ab Arbitro,Bart.in l.si arrogator, vbi Ias. numero 58.dicit hanc opinionem æquiorem, ff. de adoption. Alexan.in l.3.ff.delegat.1.Bald.in l.& si post tres, ff.si quis caution.in l.de die, in fine principij, ff. qui satisdare cogant.Ang.in l.4.§. condemnatū, ff.de re iudic.in l.si insulam, de verb. obligation. Salicet.in l.si pacto,quo pœnam, circa medium, C.de Pactis.Imola,in l.si in diem, §.1.de condit. & demostratione.

21 Et talem † terminum Iudex prorogare, & abbreuiare potest ex causa, prout in causa Alimentorum,quæ dilationem non patitur; si verò sine causa Iudex abbreuiaret, Lex ipsa supplet vsque ad quadrimestre,glos.notabilis in l.finali, in verbo,Statutū,C. de executione rei Iudicatæ. Abb. & Felin.in d.cap. Quo ad consultationem, vbi si abbreuiat sine causa,debet appellari. Alexand.in l.3.§.si quis,num.8.de re iudicata.

22 Quid in † obligationibus ad factum. Considerantur tres casus.Primus est,si statim cogi potest, & negat factum, & tunc captur, & carceratur. Secundus casus est, si non faciendo, tenetur ad interesse; & hoc casu cum conuertatur in pecuniam,datur quadrimestre; si verò, & est Tertius casus, petat terminū cōpetentem ad satisfaciendum,& dari debet,l.continuus, §.insulam, & §. operis,ff.de verbor.oblig. Menoch. de Arbitrar. Casu 221.Aretin.in §.primo,numero 7.de offic. iudicis.

Et licet condemnatus infra quadrimestre molestari non possit, tamē infra dictum tempus pręscriptio currit, & non impeditur compensatio, nec Actor patitur pœnas,§.hodie,Institut.de exception. Alexand. dicens notandum, in l.infra dies,ff.de re iudicata.

EXCEPTIO LIV.

Solutionis.

SVMMARIVM.

1 *Solutionis exceptio impedit executionem sententiæ. Rationem dicti, vide ibid. sub eod. num. 1.*
2 *Declara, vt ibi. num. seq.*

1 SOlutiones † Exceptio impedit executionem sententiæ, quia bona fides nõ patitur, vt bis idem exigatur. Castr. consil. 257. lib. 2. Ancharan. consil. 260. in fine. Castrens. in l. 1. col. 3. C. de iur. & facti ignorant. Decius, in cap. Ex parte, el secõdo, col. 2. in fine, C. de iur. & facti ignorant. consil. 375. num. 2. Alexan. consil. 85. num. 113. col. 3. libro 5. consil. 20. libro 6. Idem Decius consil. 119. col. prima, in l. non est nouum, in fine, C. de edendo. Est Communio pinio. Cagnol. post Decium, in l. bona fides, numero 3. de Regul. iuris Berous, consil. centesimooctuagesimonono, num. decimonono, lib. 3. Magon. Rotæ Florentinę, Decis. 94. num. 8. Declara in exceptione solutionis clara, & quod non sint tres conformes. Gratian. Decisione March. 18. num. 7. 13. & 14.

EXCEPTIO LV.

Ex sententiamet.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio quæ colligitur ex lectura sentẽtiæ impedit illius executionem.*
2 *Sententia lata contra procuratorem ad Iudicia, non mandatur executioni contra procuratorem nominatum, sed contra dominum.*
3 *Declara procedere in procuratore ad Iudicia, secus in procuratore ad negocia, seu alijs, vt hic.*
4 *Limita item & declara, quod mandatum executioni contra procuratorem offerentem se lite.*
5 *Iudicium agitatum cum falso procuratore se sponte liti offerente, non est nullum: quia potest exequi contra ipsum, licet sit nullum quo ad numerum.*
6 *Limita nisi procurator iusto errore putasset se habere mandatum, quia tali casu fiet executio contra dominum.*
7 *Idem si error esset iniustus.*
8 *Declara, nisi aduersarius sciret offerentem se liti, non habere mandatum: nam tunc fit executio contra dominum.*
9 *Limita quod sententia executioni mandatur contra procuratorem in rem suam.*
10 *In materia autem expensarum est in electione victoris contra quem agat, aut contra procuratorem, aut contra dominum, vt hic.*
Quid si procurator non est soluendo; tunc fit executio contra dominum in subsidium, vt hic sub eod. num. 10.

1 EXceptio † impedit executionem sententiæ, quæ colligitur ex lecturamet ipsius sententiæ. Bald. ad l. si non sortem, §. 1. ff. de condictione indebiti. Butr. in c. Cum Bertoldus, col. 7. de re iudic. Aretin. in l. finali, à quibus appellare nõ licet. Marian. Freccia, de Præsentatione instrumenti, parte 8. q. 2. nu. 60. Marsil. in l. 1. §. si serui, nu. 7. ff. de Quæst. conferunt, quæ posui in titulo Exceptio per euidentiam rei.

Bene verum est, quod ècontra, vnus nominatur in sententia, & contra alium fit executio, nam
2 sententia † lata contra procuratorem ad iudicia, non mandatur executioni contra eum in sententia nominatum, sed contra dominum, ex quo procurator comparet nomine alieno, l. si se non obtulit, ff. de re iudicata.

3 Declaratur † in procuratore ad iudicia, secus in procuratore ad negotia, l. procurator, qui pro euictione, ff. de procurator. vbi contra eã fit executio, l. seruũ Titij, ff. mandati, Cin. l. Ei. C. quod cum eo, & per hoc infert Angel. in Practica in d. l. si se non obtulit, Institores fundicorum, & stationum obligantur ex proprijs literis quas transmittunt, vbi Ias. dicit in Practica valdè quotidianum, & sepissimè in Practica euenire: Aut igitur faciunt debitorem Mensam, & ipsi non obligantur; aut proprias personas, & obligantur, allegat l. finalem, ff. de institor. quam ad hoc dicit singularem.

4 Limitat secundo loco † seipsum textus in dicta l. si se non obtulit, vt Regula supra posita non procedat in procuratore offerente se liti: quia tunc sententia contra eum lata, contra eumdem mandatur executioni, & non contra dominum. Papiens. in forma execution. sentent. in verbo, sapiens, numero vigesimonono. Tolosan. 413. Niconit. in cap. Quoniam contra, in verbo, Confessiones, numero quinto. Gratian. Decisione March. 106. num. 5.

5 Et sic iudicium agitatum cum falso procuratore se liti offerente, non est funditus nullum nec sententia est omnino nulla, cum fiat executio cõtra ipsum procuratorem se liti offerentem, vt l. Plautius, ff. de Procurator. quamuis quo ad præiudicium domini, talis sententia sit nulla, l. licet, C. de Procurat. capit. In nostra, eodem titulo.

6 Declaratur † ista limitatio, duobus modis; Primo, nisi procurator putasset iusto errore habere mandatum, quo casu fiet executio contra dominum. Bart. in l. de pupillo, §. finali, ff. de noui oper. nunciatione, columna secunda, est textus in l. Plautius, in verbo, cum sciret, ff. de Procurator.

7 Idem, si † error non esset iustus, sed iniustus, Ioan. Andr. in Addition. ad Specul. in titulo de executione sentent. §. sequitur, Versiculo, sed pone. Quod dictum reputat singulare Alexand. in dicta l. si se non obtulit, numero secundo, ad limitationem l. Plautius, ff. de procurator.

8 Declaratur secundo, † nisi aduersarius sciret offerentem se liti, non habere mandatum; tunc enim

enim non fiet executio sententiæ contra eum, sed contra dominum, ita Alex. in d.l. si se non obtulit, num. 3. versiculo, Item limita, vbi Iason, sub num. 5. versiculo, secundo limita. à quibus Ripa, num. 7. dissentit, & bene.

Declaratur tertio, quod tali procuratore existente non soluendo, in subsidium executio fiet contra dominũ. Bald. & ibi Castrens. in l. in causæ §. 1. de procurator in l. 1. ff. de negoc. gest. in l. 2. C. in quibus casibus in integr. restitut. Reputauit singulare, & perpetuo notandum Alexan. ad l. sæpè, num. 93. de re iudic. ad declarationem l. Plautius.

9 Limitatur tertio principaliter, † ex eodemmet contextu, in procuratore in rem suam, cõtra quẽ sententia lata mandatur executioni, ita Alexand. in d.l. si se non obtulit, numero primo, Ias. num. 6. Ripa, num. octauo. Corneus, in l. prima, numero 8. C. de sentent. omn. iudic. Guid. Papæ, Decis. 85. numero tertio. Asinius, §. trigesimoprimo, limit. 21.

Procurator in rem suam dicitur cessionarius, l. si procurator, §. finali, ff. mandati, ibi: Actionem mihi cedas; & hoc modo procuratorem in rem tuam facias; qui sic appellatur, propter exercitiũ directarum, nec venit sub nomine procuratoris in Statutis, nec in restitutione ex Trebelliano. Bonus locus apud Cartar. ad l. diffamari, in limitation. num. 163.

10 In materia expẽsarum † est in electione victoris contra quem agat; & si procurator soluet, non repetet à domino; Cautela igitur datur, vt victor petat, & exigat à procuratore periculo ipsius domini, & hoc negari non potest, nec debet. Ripa post Angel. & Butr. ab eo allegatum, in d.l. si se nõ obtulit, num. 14. in fine.

EXCEPTIO LVI.

Casus excepti.

SVMMARIVM.

1 *Executio fieri non potest Clerico in Breuiario. Militi in Armis, Scholaribus in Libris, nec in Bobus aratorijs Agricolis.*
2 *Nec in lecto, & vestibus, & alijs ad vsum necessarium destinatis, quia talia non veniunt in obligatione.*
3 *Declara vt hic.*
4 *Alimenta etiam esse relinquenda ex Canostarum placito, vt hic.*
5 *Amplia, nec etiam in stipendijs militum.*
6 *Nec etiam in Asino, Boue, vel Equo ad molendum tegulis domorum, & trabibus affixis.*

1 EXecutio † fieri non potest Clerico in Breuiario, nec militi Arma sunt auferenda, nec Libri Scholaribus, nec fieri debet in Bobus Aratorijs Agricolis, vt latè dixi in Tractatu Locati, & Conducti, parte secunda, de Sublocationibus, quæst. sexta, numero vigesimo, & parte quinta, de Inuect. quæst. octaua, numero decimoquinto, & quæst. vigesima. Anna Singulari 66. vbi Camera Regia concedit ad culturam, data cautione de non macellando.

2 Ampliatur idem in † lecto, & vestibus, & alijs ad vsum necessarium destinatis; Et ratio est: quia talia non veniunt in generali obligatione, l. prima, vbi Bart. Bald. & Doctores, C. Quæ res pignori oblig. poss. Matthesilan. Singulari 138. Guido Papę, Singulari 158. Anton. Gabr. libro 6. de verb. signific. Conclusione duodecima, num. 2. & 3. Asinius in Practica, §. trigesimoprimo, limitatione 32.

Et licet Contrarium teneat Decius consil. 30. numero quarto, tamen, eum reprobat Ancharan. quæst. familiar. 45. numero vndecimo, firma semper remanente secundum aliquos illa declaratione, si habeat alia bona. 3 Quam † Declarationem non credo veram in vestibus quibus cooperimur, victu, & similibus valde necessarijs: nam & hæc relinquuntur, etiam ei, qui cessit bonis. Bart. in l. penult. ff. de Cessione bonorum; Et ita Communiter tenetur; & est opinio, quæ habet maximam æquitatem. Alber. in d.l. penult. Imola, in cap. Odoardus, colum. secũda, in principio, de solution. 4 Immo Canonistæ tenent, † relinquenda etiam alimenta. Brun. de Cessione bonorum, quęst. tertia principali, num. 9. & nõ solum Alimenta pro se, sed etiam pro seruitore. Surd. de Aliment. titulo 4. quæst. 24. num. 9.

5 Ampliatur, † vt non solum executio fieri non possit militi in Armis, sed nec in Stipendijs militum, l. stipendia, C. de execution. rei iudicatę. Doct. in l. commodis, ff. de re iudic. Duen. Regula 275, limitatione 4. intelligendo tamen in subsidium, Abb. in cap. primo, numero 4. de Cleric. ægrot. Asinius in Practica, §. 31. Ampliatione 19. & limitatione 35. Amat. loquens in Equo, Decisione 86. vbi limitat pro Collectis, & Datijs.

6 Ampliatur tertio in Asinis, Boue, vel Equo ad molendum, ianuis, tegulis, domorum, & trabibus affixis. Ferrett. de Gabellis, num. 532. & 533. ex notatis per Bald. in Rubrica, Qui bonis cedere possunt. Et omisso Baldo, in ratione, & discretione naturali.

EXCEPTIO LVII.

Fructus Beneficij.

SVMMARIVM.

1 *Executio fieri non potest in fructibus præbendæ, seu beneficij Ecclesiastici pro condemnatione Clerici, dummodo habeat alia bona, secus si non habuerit. Amplia idem disponendum in bonis Clerico concessis in titulum patrimonij, num. seq.*

1 EXecutio fieri † non poteſt in fructibus præbendæ ſeu beneficij Ecclesiaſtici pro condemnatione Clerici, dummodo habeat alia bona, ſed ſi non habeat alia bona, in talibus executio fieri poterit, Bart. & ibi Alex. num. 2. Herculan. eodem, num. 2. in l. Commodis, ff. de re iudic. Bart. in l. A Diuo Pio, §. in venditione, verſiculo, excipiuntur, ff. de re iudic. Bart. & Doct. in l. ſtipendia, C. de executione rei iudic. Abbas in cap. Peruenit, de fideiuſſor. in cap. primo, de Appellation. Duenn. Regul. 275. num. 11. Aſinius in Practica, §. 31. limitatione 32. relicto, tanto, quo viuere poſſit. Vrſill. ad Afflict. Deciſ. 240. & 246. num. 26. Corduba latè ad l. ſi quis ex liberis, §. ſolent, num. 34. ff. de liber.
2 agnoſc. vbi Ampliat † idem diſponendum in cõceſſis. Clerico, ad titulum patrimonij, quę eodẽ priuilegio vtuntur. Eſt Communis opinio. Marantha in verbo, Executio, num. 49.

EXCEPTIO LVIII.

Quia feudalia.

SVMMARIVM.

1 *Executio fieri non poteſt in fructibus feudi pro debito vaſalli, niſi in ſubſidium, alijs bonis non extantibus.*
2 *Declara hoc verum in perſonali.*
3 *Quid in cauſa feudali? Hodie pro debito feudatarij ſuſpenditur Iuriſdictio, & ponitur exactor ad introitus pro ſatisfaciendis creditoribus.*

1 EXecutio fieri non † poteſt in fructibus feudi pro debito vaſalli, niſi in ſubſidium, alijs bonis non extantibus. Angel. in l. pro hærede, §. ſi quis, ff. de acquir. hęred. Imola, in l. ſi finita, §. ſi de vectigalib. de damno infecto Herculan. in l. commodis, numero quarto, vbi Alexand. num. ſecundo, ff. de aquir. hęred. Afflict. Deciſione 26. Ruinus, conſ. 70. num. 9. & 18. Brun. conſil. 3. & 37. Alexand. conſil. 19. volum. quinto, conſil. centeſimovigeſimoquarto, volum. quarto. Bald. conſil. 33. & 423. volum. primo. Afflict. in cap. primo, colum. 4. de alieni. feud. in Conſtitut. Si quis, columna quarta. Alexand. conſil. 164. Vrſil. ad Afflict. Deciſ. 240. numero 17. vbi retinet viuente dumtaxat vaſallo: Ioan. Lupus ad cap. per veſtras, §. 38. Ampliatione 13. Contrarium tenet ex multis. Pariſ. de Reintegrat. feud. cap. 288. num. 12. Surd. de Aliment. parte 4. quæſt. 10. num. 29.
2 Declaratur † hoc verum in perſonali, non vt conſtituatur ius in re. Neguſant. in 2. Membro ſecundæ partis, num. 48. Vide infra Except. 114.
3 Quid in cauſa feudali † ponit Capitius Deciſione 20. Hodie pro debito feudatarij ſuſpenditur Iuriſdictio, & ponitur exactor ad introitus pro ſatisfaciendis creditorib. Anna Singul. 180. Freccia libro 3. different. 5.

EXCEPTIO LIX.

Quia emphyteutica.

SVMMARIVM.

1 *Executio, an, & quando fieri poſſit in bonis emphyteuticis, vide hic.*
2 *Dominium vtile exiſtens penes emphyteutam, non eſt Eccleſiaſticum, licet Eccleſiæ cohæreat.*
3 *Statuta laicorum ſine aliquo pęnæ vel cenſuræ incurſu de his diſponere poſſunt, & poteſt ſine aliqua ſolemnitate Eccleſiaſtica hypothecari.*
4 *Iudex competens in cauſa turbatæ poſseſſionis, & ſimilibus, eſt Iudex laicus.*

1 EXecutio fieri † non poteſt in bonis emphyteuticis, hoc modo declarando, ſi emphyteuſis non eſt Eccleſiaſtica, ſed talis quę poſſit transfire in extraneum, tunc ex adiudicatione iudiciali, nõ ſolum cenſetur conceſſa commoditas fructuum ad vitam emphyteutę ſed etiam vtile dominium, ſaluo iure Canonis, ſi verò ſumus in emphyteuſi Eccleſiaſtica, cenſetur adiudicata ſola commoditas fructuum emphyteutę proueniẽs, & hoc in ſubſidium deficientibus alijs bonis. Bartol. in l. ſi finita, §. ſi de vectigalibus, num. 5. vbi Alex. num. 16 ff. de damno infecto. Bald. in cap. Imperialem, in princip. num. 11. de prohibita alienatione per Federic. Iaſ. ad l. finalem, quæſt. 5. num. 113. de iure emphyteutico, celebre in hoc conſilium Grati, 133. vol. 1. Redoan. de Rebus Eccleſiæ, de caducitate ob alienationem, verſiculo, emphyteuta. Tiraquel. de Retractu lignaier, §. 1. gloſſa 14. numero 10. Corbul. de Caducitate ob alienationẽ, limitatione 19. ſicco pede. Aſinius, in Practica, §. 31. limitatione 47.

Et pręter. Corbul. & alios ſuperius allegatos, materiam ex profeſſo tractans, illud addo in Practica ſatis vtile in hac materia emphyteutica,
2 quod vtile dominium exiſtens penes emphyteutam Eccleſiæ, non eſt Eccleſiaſticum licet Eccle-
3 ſiæ cohæreat, & ob id Statuta † laicorum ſine aliquo pœnæ vel cenſuræ incurſu, de eis diſponere poſſunt, & poſſunt ſine aliqua ſolemnitate Eccleſiaſtica hypothecari. Ancharan. conſil. 125. num. 6. Bald. in l. Lex vectigal. ff. de pignor. Neguſant. in 2. membro, ſecundę part. num. 28. in fine. Grat. conſil. 55. num. 13. Latè Surd. Deciſione 160. numero 13. & 14. vbi videas.
4 Et iudex † competens in cauſa turbatæ poſſeſſionis, & ſimilibus, eſt iudex laicus. Dixi latè Deciſione 137. Caſuum frequentium, vbi videre placeat. Alba tamen conſil. 28. num. 6. inquit ad propoſitum de quo agimus, quod creditores poſſunt agere contra commodum emphyteutæ licet illud vtile dominium, non poſſit totaliter tranſire ad extraneum, & hæc opinio mihi magis placet.

EXCEPTIO LX.

Præscriptionis.

SVMMARIVM.

1 *Ius petendi executionem præscribitur spatio triginta annorum.*

1 IVs petendi † executionem præscribibitur spatio triginta annorum, quibus elapsis, amplius executio peti non potest. Bald. in cap. vltimo, de exception. post. Innocent. in Rubr. de Præscription. colum. vltima, versiculo, & dico in l. debitori, in 3. quæstione, ff. de pact. consil. 67. Quia ex facto, colum. 3. versiculo, aliàs sequeretur, libro tertio. Felin. in capit. Inter Monasterium, colum. penult. limitatione 16. de re iudic. Afflict. Decisione 245. prope finem, & ibi Vrsill. numero vndecimo, qui loquũtur in iure petendi executionem instrumentalem, Decisione 345. vbi pariter Vrsill. sub numero secundo. Paris. consil. 116. numero sexto, vol. quarto. Tiraquell. de Retractu, ad finem tituli. §. 36. num. trigesimoprimo, versiculo, An denique. Marantha, in fine sextæ partis, versiculo vltimo, num. 54. Carauita, Ritu 262. numero octauo. Roderic. ad l. post rem iudicatam, in primo notabili, numero 3. versiculo, sciendum est. Asinius in Practica, §. trigesimoprimo, Limitatione decimaoctaua. Minsyng. Obseruatione 28. Centuria tertia.

EXCEPTIO LXI.

Ordinis non seruati.

SVMMARIVM.

1 *Ordo peruersus est multiplex, vt hic.*
Sententia si prius feratur, quam scribatur, est ipso iure nulla, vt ibid. sub eod. num. 1.
2 *Sententia lata non seruata forma Commissionis, est ipso iure nulla.*
3 *Ordo peruersus in exequendo, reddit nullam executionem vt hic.*
4 *Ordo peruersus est, quando primo stabilia caperentur si adessent mobilia, quæ primo capi debent, vt hic.*
Declara hoc procedere in personali, secus in hypothecaria, vt ibid. sub eod. num. 4.
5 *Quid si causa cognosci debet sola facti veritate inspecta.*
6 *In patria Delphinali, quod non sit in vsu, ex attestatione Guidonis Papæ.*
7 *Ordo peruersus procedit in subhastando.*
8 *Fiscus quod non tenetur seruare talem ordinem cõtra suos debitores, vt hic.*
9 *Quid in executione facienda contra bona pupilli, Declara vt hic.*

1 ORdo peruersus † est multiplex. Primus est ordo peruersus causæ ad seipsam, & ista vitiat exemplum; Ordo est, quod sentẽtia prius scribatur, & postea recitetur; si iudex contrarium seruet, ferendo sententiã, & postea faciat eam scribere, sententia est ipso iure nulla. Bal. in l. prolatã, C. de sentent. & interlocut. omnium iudicum.

2 Secundus est ordo peruersus † in causis commissarijs cum non est seruata forma Commissionis, & isto casu etiam est nulla, nisi partes tali peruersioni consenserint. Bald. & Angel. in d. l. prolatam.

3 Tertius est ordo peruersus, † vnius causæ ad aliam, puta, in materia excussionis si prius conueniatur fideiussor, vel Tertius possessor, quã principalis, quo casu valet, nisi excipiatur, vt dixi in tract. excussionum; & tetigi supra, Exceptione 37. & ponit Lanfranch. in Practica, titulo de Appellation. sub num. 20. Ponit alia Puteus. Decisione 188. parte 1. Pariter si cohæres agat familiæ herciscundæ contra coæredem negantem eum hæredem, bene agit, nisi opponatur, cum eo casu deberet agere prius rei vendicatione, vt notatur in l. 1. ff. famil. herciscundæ; pariter si liquet tam de possess. quam petitorio, de vtroque est pronunciandum, & prius super possessorio, & postea super petitorio, & si ordo peruertatur, non vitiat, quia est vnius causæ ad aliam. Abb. in c. Dilectus, colum. 4. vbi Rebuff. colum. 7. versiculo. secunda est, de caus. possess. & proprietatis.

4 Quartus est ordo peruersus † in exequẽdo, iuxta l. à Diuo Pio, §. in venditione, ff. de re iudic. vt primo mobilia, deinde immobilia capiantur, & alia, de quibus ibi. Et licet in hoc variæ sint Doctorum opiniones, vt ibi per Ias. nu. 10. Communis tamen opinio est, quod executio talis valeat, vt ibi per Ias. quamuis ei displiceat, & contrariũ etiam teneat Felinus, in c. Cum dilecti, col. 7. versiculo secundum signum, de Rescript. Cotta, in verbo, Lex, Lanfranch. Decisione 14. & cum Cõmuni tenuit Rota apud Puteum, Decis. 318. lib. 2. Considerando duos casus. Primus est, si iudex in eius sententia specificauit ordinem cõtra §. in venditione, & tunc opponi potest in exequendo, de nullitate. Secundus est casus, si iudex exequatur sine interlocutoria, non seruato ordine, & tunc valet. Ant. Gabr. Conclus. 2. de Execut. rei iudic. Contard. de moment. possess. limit. 18. n. 27.

Vel loquimur in iudice exequente, & tunc valet, & est appellandum; vel in Nuncio exequẽte, & tunc est nulla. Alex. cons. 5. col. 2. vol. 2. Afflict. Decisione 258. Contrarium in executionem tenet Rota, apud Puteum, Decis. 318. parte 2.

Vel dicamus; Aut est defectus solum in hoc, quod non fuerint capta primo mobilia, quam stabilia, & tunc non est nulla, cum Bartolo; aut vltra hoc concurrit alius defectus, quod stabilia non sint vẽdita iusto pretio, & tũc est nulla. Asinius de execut. §. 4. capit. 90. numero duodecimo. Et talis ordo §. in venditione, procedit in personali, secus in hypothecaria, in qua talis ordo non attenditur. pulchrè. Socin. senior, cons. 158. colum. 8. versiculo, Præterea.

5 Secundo peruersio dicti ordinis † in exequendo, non vitiat in causa cognoscenda sola facti veritate inspecta. Bald. in cap. Tuæ, Vt lite non contestata. Roman. in l. non solum, §. sed vt probari, de noui operis nunciatione. Grauatius ad Vestrium, libro octauo, cap. vltimo, numero vigesimoseptimo.

6 Et in † patria Delphinali non esse in vsu ponit Guido Papæ quæst. 281. & 321. vbi loquitur de citando creditorem ad subhastandum, iuxta l. creditor, C. de distract. pignor. ibi: notum facere debitori. Tuderti, notificare il termine ad reluendum. Rupellan. Forens. institution. libro 1. capit. 55. Masuer. in practica, titulo, de Executione, & subhastatione numero 34. Et Bartoli opinio superius firmata passim practicatur. Imola, in d. §. in venditione, Roland. consil. 32. num. 31. volum. 1. Gregor. Tolosan. de Appellation. lib. 2. capit. 11. sub num. etiam 11.

7 Quintus erit modus, ordo peruersus † in subhastando, de quo per Corneum consil. 185. volum. quarto, & vltra superius adducta, quod executio facta, non seruato ordine, l. a Diuo Pio, §. in venditione, sit valida, & subsistat, & si pars in hoc grauaretur debet appellare. Bertrand. dicens magis Communem, consil. 164. numero secundo, libro tertio, licet alibi non figat pedes; idem testatur Villalob. litera E. numero 137. Lancelott. Corrad. lib. primo, cap. 9. de Prætore, §. 2. de offic. Prętor. in causa Ciuili, titulo, de Execution. sententię numero octauo, & nono, Asinus dicēs etiam magis Communem, in practica, §. 31. cap. 6. Crauetta consil. 46. numero septimo, Vrsill. ad Afflict. decis. 358. qui postea subdit, in Sacro Consilio cōtrarium practicari, sicut Viuius, Opinione 1000. vbi etiam limitat Vrsil. quod dictus ordo non seruetur contra pupillum, cuius fauore fit executio contra nomina debitorū, item dictus ordo non seruatur circa bona ad vsum quotidianum destinata, vt ibi per eum.

8 Illud addam, quod † fiscus contra suos debitores non tenetur talem ordinem seruare, sed potest executiue, & a captura procedendo inchoare; & ita obseruatur, & practicatur. Paris de Puteo, in Tractatu Syndicat. in verbo, captura, nu. 1. c. 1. Marantha in Spec. in verbo, Executio, nu. 12. Bossius de Fisco & priuilegijs eius, num. 18. Scaccia in practica Criminali, cap. 97. num. 39.

9 Et in † executione facienda contra bona pupilli, primo capiēda sunt nomina debitorū, & sic nō seruatur talis ordo, l. magis puto, §. ne passim, ff. de rebus eorum. Menoch. de Arbitrar. Casu 171. num. 11. Roland. cons. 33. num. 5. lib. 1.

EXCEPTIO LXII.

Bona extra territorium.

SVMMARIVM.

1 *Iudex vnius territorij non exequitur sententiam iudicis alterius territorij, nisi stantibus literis subsidialibus illius iudicis, qui sententiauit.*

2 *Iudex potest pronunciare executionem faciendam in bonis extra territorium.*

3 *Declara, procedere hoc in subsidium, vt hic.*

4 *Declara secundo, hoc procedere si petatur executio Iudicis officio secus si iure Actionis.*

5 *Declara tertio, in laudo in quo non requiruntur literæ subsidiales.*

6 *Declara quarto, quod Iudex in cuius territorio sunt bona, debeat solum exequi, nec potest audire exceptiones, etiam quod essent nullitatis.*

7 *Quid in præceptis, quæ ex forma Statuti habent vim sententiæ.*

8 *Instrumenta quæ habent executionem paratam ex forma Statuti, an habeant etiam extra territorium.*

9 *Executor, & Iudex alterius territorij, quando, & quomodo exequi debeat; Declara vt hic.*

1 SEntentia Iudicis vnius territorij, non exequitur iudex alterius territorij in quo bona reperiuntur, nisi per literas subsidiales iudicis, qui sententiauit, glos. & Bart. in l. finali, C. Vbi in rem actio, vbi Ias. in primo notabili, rationem reddit, ne alioquin illa sententia reddatur elusoria. Latè Francisc. Marc Decisione 332. num. 6. parte secunda. Bossius, in titulo de foro competēti, num. 36. Iacob. de Beluisio, in cap. Romana, §. contrahentes, numero 148. de foro competenti, libro 6. Roderic. Soarez, ad l. post rem iudicatam, versiculo, Circa iudicē, vbi dicit tales literas necessarias esse Anibal. super Ritibus Magnæ Curiæ, Ritu 128. num. 4. Angel. consil. 217. numero 10. Bald. loquens in sententia Regis, consil. 121. lib. 3. Corneus, consil. 143. num. 5. lib. 2. Natta de Statuto exclusiuo femin. quæst. 4. nu. 38. Cagnol. ad l. Cum quædā puella, num. 33. de iurisd. omn. iudic. pulchrè Papiens. in forma execution. sentent. num. 13. vbi est bonus locus a nemine allegatus. Latè Natta consil. 4. per totum, libro 1. Minsyng. Centur. 3. Obseruat. 68. Bauer. ad l. diffamari, cap. 11. nu. 153. Asinius, in Practica, §. 31. cap. 9. & l. decima, aliàs executio erit nulla. Crauetta, cons. 134. num. 22. Personal. de Adipiscenda, num. 95. Plures autem casus considerat Scaccia, in sua Practica, cap. 63. sub num. 6. Aut sunt sub diuerso Principe, & requirantur subsidiales; Aut sub eodem Principe, Subdistingue, Aut sub codē Præside, vel diuerso; vel est Ordinarius, vel Delegatus, vt ibi latè p eū.

2 Et potest Iudex † pronunciare executionē faciēdam etiam in bonis extra territorium positis, & sententia valet, dummodo exequatur ille Iudex in cuius territorio bona reperiuntur, & sunt Bart. in l. cum vnus, §. is qui, ff. de bonis authorit. iudic. possidendis.

3 Declarantur † prædicta, vt procedant in subsidium, si alia bona non reperiantur in territorio, iudicis sententiantis, aliàs grauaret partem, & daretur appellatio, glos. notabilis, in l. a Diuo Pio, §. finali, in verbo generaliter, vbi Alexand. colum. 3. dicit valde notabilem, Cagnol. ad l. cum quædam puella, numero 33. de iurisdict. omn. iudic. subdens, hoc perpetuo notandum, & in subsidiū quoque iudex Ecclesiasticus exequitur sententiam iudicis laici, per Censuras Ecclesiasticas Bald.

Bald.in capit.primo, colum.4. in capit. Ecclesia Sanctæ Mariæ,colum.3.de Constitut. in cap. primo,colum.3.de offic.Ordinar.in capit. Licet vndique,colum.vlt.de offic.Delegati. Iaf.in l.properandum,§.fin autem reus,nu.4.C.de iudic. March.quæst.15.parte 1.

4 Declaratur secundo, si † petatur executio iudicis officio, secus si iure Actionis: quia talis actio vbique exerceri potest.Castren.Iaf.&alij,in l.properãdum,§.fin autem reus,C. de iudic. Tremol. ad Bonacursium, titulo de Impediendis executionib.numero octauo, versiculo,extra suum.Papiens.de executione Sententiæ, gl.prima, numero decimotertio. Asinius in Practica, §.trigesimotertio,cap.10.

5 Declaratur tertio,† in laudo,in cuius executione non requiruntur literæ subsidiales, l. cum antea,§.1.de arbitr.Bartol. & Papiens. in supra citatis locis.

6 Declaratur quarto,ne † talis iudex in cuius territorio sunt bona,debeat solum exequi, nec potest audire exceptiones,quæ proponerentur, etiã si nullitas proponeretur. Innocent. in cap. de cætero,de re iudicata. Doctor. in l.si non cognito, C.si contra ius,in l.si Prætor,§.Marcellus,ff.de iudic.Papiens.in forma execution. sententiæ, glos.

7 prima,numero 14.subdens † vtiliter prædicta omnia procedere,& locum habere in Præceptis quæ ex forma Statutorum habent vim sententiæ, vt in eis requirantur literæ subsidiales, prout in sententijs, & procedant prædictæ Declarationes prout in sententijs. Contrarium expressè tenet in hac declaratione ex multis, quos allegat Personal.de Adipiscenda,num.98. & 99. duobus concurrentibus,quod nullitas sit notoria ex Actis, & de ea iudex qui senrentiauit non cognouerit.

8 Et instrumenta † quę habent executionem paratam ex forma Statuti loci contractus, habere etiam executionem paratam extra territorium loci contractus.Bald.in l.exemplo, in vltima col. C.de probation.Dixit singulare, & perpetuo notandum.Iaf.ad l.si arrogator,nu.41. de adoption. licet durum,& mirabile.Felin.in c.2.col.3. limit. 4.de Probation. Alex.conf.37.col.2.in fine, lib.2. latè cõmẽdat Cotta,in verbo, Instrumẽtũ factũ.

9 Declaratur quinto, vt † nõ possit executor exequi,nisi præsentatis literis,& non prius.Bal.in Authent.Ei qui, nu.13.C.de bonis Author. iud.possid.Aretin.in l.qui absenti,nu.7. ff. de acquir.possess.Zuchard.ad l.finalem,num.275.C. de edicto Diui Adriani tollendo.

Declaratur sexto,dummodo talis executor literarum habeat mixtum imperium.Iaf.in l.iubere,num.19.de iurisd.omn.iudic.

Declaratur septimo, vt iudex tales literas negare non possit,aliàs appellandum est.Menoch. de Adipiscenda,Remed.4.num.411.

Declaratur octauo, in sententia lata à iudice, qui non præesset territorio: nam tunc exequi potest per alium sine literis.Alex.in l.à Diuo Pio, §.1.de re iudicata.Iaf.in l.properandum, §.sin autũ reus,num.3.C.de iudic.

Declaratur nono, in sententia exequenda ex forma Statutorum, nam iudex alterius territorij illud exequi non cogitur. Bald. dicens perpetuo notandum,in l. vnica, in fine, C.de Confessis.

EXCEPTIO LXIII.

Iuramenti Decisorij.

SVMMARIVM.

1 *Reus ad executionem impediendam,an possit offerre iuramentum litis decisorium,distingue in hoc tres casus,vt hic.*

2 *Quid si talis exceptio nata sit ante sententiam, vel tempore ipsiusmet sententiæ,offerendo iuramentum litis decisorium,auditur vt hic,& num.seq.*

3 *Quid si superuenit post sententiam,declara vt hic.*

4 *Victor habens instrumentum pro se,an cogatur iurare,& quomodo; Declara,vt hic.*

1 AN reus ad † executionem impediendã possit offere iuramentum litis decisorium, tres sunt casus deseruientes in omni exceptione peremptoria,ad l.peremptorias,C.sentent.rescindi non posse.

2 Primus † est casus,si talis exceptio nata sit ante sententiam.

Secundus casus, si talis exceptio nascitur temporemet sententiæ,& istis duobus Casibus, non auditur reus offerendo iuramentum litis decisorium: quia debebat in tempore aliàs appellare.

3 Tertius est casus † si superueniat post sententiam, quia fuit transactum, quietatum, vel simi-

4 le quid, & tunc tenetur † victor iurare. Papiens. in forma execut.sentent.gloss.prima, sub numero vigesimo, vbi.Additionator, litera L. miratur quod victor habens instrumentum pro se, cogatur iurare; & dicit cogitandum, sed non videtur cogitandum,cum non cogatur iurare contra instrumentum,sed iuxta tenorem ipsius, quia reus vult parcere expensis extractionis, & sic iuramentum litis decisorium non defertur ei, qui habet instrumentum pro se, ne cogatur iurare contra ipsum; secus si iuxta eius tenorem,ad subleuandum reum ab expensis extractionis. Et tetigi in tractatu, de iuramento litis decisorio, quæstione trigesimasecunda, in fine. Et ita in facti contingentia retulit bene eruditus. Doctor D. Angelus Catalutius, vir sane integerimus, & mihi summa familiaritate coniunctus.

EXCEPTIO LXIV.

Quia merus executor.

SVMMARIVM.

1 *Executor mixtus cognoscit exceptiones,sed non habet decisionem.*

2 *Executor mixtus, non cognoscit concernentia merita causæ.*
3 *Executor mixtus cognoscit de exceptionibus circa sententiam, & videns obstare, remittit ad primum Iudicem.*
4 *Executor mixtus maior Iudicante, audit & admittit exceptiones.*
5 *Exceptio Excommunicationis, respectu Iudicis vel Actoris admittitur ab executore remissiuè.*
6 *Exceptio notoria admittitur ab executore, nudo remissiue.*
7 *Exceptio falsi præscripti opponi potest coram mero executore.*
8 *Declara verum, quando notorie constat de crimine falsi rescripti.*

QVæro in hac materia, quę exceptiones possint proponi coram executore mero vel mixto, & est Casus frequens, & quotidianus in istis mandatis executiuis, & brachijs secularibus.

1 Prima igitur sit Conclusio, Executor † mixtus idest datus non discusso, nec cognito negocio executionis, habet cognitionem exceptionum, non decisionem. Abb. Felin. & alij, in cap. De cætero, de re iudicata, ex Canone, Si non cognitio, cum glos. 25. quæst. 2. Dominic. in capit. Sicut, 2. quæstione prima.

2 Secunda sit Conclusio. Executor † mixtus nõ cognoscit concernentia merita causæ, quia per transitum in rem iudicatam, censetur eis renunciatum, cap. cum inter, de re iudic. Bart. in l. A Diuo Pio, ff. eod.

3 Tertia sit Conclusio, † Executor mixtus, cognoscit de exceptionibus, quæ possunt opponi post sententiam, vel eam impugnantibus, vel moderantibus, de quibus in progressu huius Tractatus, & per discursum ipsius, & si apparuerit eas obstare remittit ad primum Iudicem alias exequetur l. 1. C. de fals. Anchar. in Clementina 1. de re iudic. Ang. Imola, & Alex. in l. A Diuo Pio, in principio, ff. de re iudic. Angel. in l. seruo, §. cum Prętor, ff. ad Trebellian. Imola, in l. qui Romæ, §. duo fratres, col. 18. ff. de verbor. obligat. nisi nullitas sit notoria. Menoch. de Arbitr. Quæst. 38. nu. 21. de Adipiscenda, Remed. 4. num. 412.

4 Quarta sit Conclusio, executor † mixtus maior iudicante, audit exceptiones, & admittit. Specul. de Executio. sentent. §. 2. versiculo, vt autem, Dominic. in cap. Sicut, ad finem, 2. quæst. 1. Card. in c. Olim, de Except. secus si sit par. Felin. in c. De cætero, col. 2. in 3. Fallent. de re iudic. per cap. Innotuit, de Election.

5 Quinta sit Conclusio, de † Exceptione Excommunicationis, quæ contra executionem opponi potest, tam respectu Iudicis, quam Actoris, dico infra de Actore excommunicato, Except. 87. & Iudice excommunicato. Exceptione 74.

6 Sexta sit Conclusio † in exceptione notoria, quæ contra executionem opponi potest dico inferius, in verbo, Ne Iudex laicus, Exceptio 93.

7 Septima sit Conclusio † in Exceptione falsi Rescripti, quæ opponi potest coram mero executore Dominic. in cap. Sicut, col. penult. 2. quæst. 1. per text. in cap. Super eo, de Crimin. fals.

8 Quod verum, † quando notoriè constat de Crimine falsi. Felin. post relatos in cap. De cætero, num. 11. de re iudic. vbi etiam coram nudo executore, potest, opponi exceptio, dummodo sit notoria; Asinius in Practica, §. 31. cap. 19.

EXCEPTIO LXV.

Causa de nouo postea superuenta.

S V M M A R I V M.

1 *Exceptio superueniens post sententiam, vel per prius incognita, opponi potest in executione.*
2 *Testem à me inductum reprobare possum ex causa de nouo superueniente, vel antiqua incognita.*
3 *Procurator satisdare non tenetur ex noua causa superueniente.*
4 *Appellatio datur a sententia Iudicis requisiti exequẽtis, si modum excesserit.*
Iudex appellationis nil vltra cognoscere potest nisi articulum appellationis, nec appellans aliam causam addere.

EXceptio superueniens post † sententiã, potest opponi ad impediendam executionem sententiæ, etiã si simus corã mero executore. Abb. in c. De cętero, vbi Felin. n. 6. de re iudic. per l. si hominem, ff. mandati. Idem Felin. in c. 1. sub n. 49. De Constitut. vbi habes ornatum l. si hominem, ff. mandati Lanfranch. in cap. Quoniam contra, in titulo, de Except. sub nu. 16. versic. Item post sententiam, vbi exceptio, vel orta post, vel quæ post ad notitiã deuenit primo iudicanti, non deducta, nec ad notitiam deducta, post sentẽtiam in executione opponi potest; & licet Abb. & Felin. in supra citatis locis fundẽt se in l. si hominem, ff. mandati, tamẽ vltra eos, confirmo alio fortasse medio non contemnendo.

2 Nam testem aliàs, à me † inductũ cõprobare nõ possum, nisi ex post superuenerit noua causa, vel antiqua per prius incognita, l. si quis testib. C. de testib. vbi Glos. in verbo, Ostẽderit, vers. idem dico, vbi Bart. in verbo, nisi causa de nouo emerserit. Alberic. n. 3. vers. & licet hæc Lex. Bald. n. 1. vers. est verũ istud, Salicet. n. 2. in fine, Ioã. Sicard. n. 4. in fine, Specul. de teste, §. Sępè, n. 5. in fine, iuncto n. 7. Cãpeg. de Teste. Regula 292. in 2. Fallẽt. Nell. de Teste, nu. 57. Marantha, in Specul. par. 6. verbo, Repulsa, nu. 11. Grammat. Decis. 34. nu. 11. Boer. Decis. 245. n. 4. Farinacc. quæst. 62. nu. 240.

Secundo, facit l. 1. C. de re iudicata.

3 Tertio facit, quod † procurator satisdare non tenetur, si noua causa, postea superueniat, l. filiusfamilias, §. finali, cum ll. sequentib. ff. de procurat.

Quarto, facit l. si fullo, cum ibi not. ff. de condict. causa data, & à sententia † talis Iudicis in exequendo requisitis, datur appellatio, si modum in exequendo excesserit, & Iudex appellationis, nõ cognoscit nisi articulum appellationis tantum, & non vltra; & non poterit appellans aliã causam addere. Guido Papę, quæst. 574. num. 2.

EX-

EXCEPTIO LXVI.

Vsurariæ prauitatis.

S V M M A R I V M.

Vdex qui in eius, sententia mãdat exequi Instrumentum vsurarium, an possit opponi non mereri executionem quia vsurarium?

1 Et illud in primis præsciendum, quod † Notarius non potest conficere Instrumenta vsuraria, & conficiendo est periurus, infamis, nec amplius Instrumenta facere potest. Hostiens. in Summa, titulo, De Vsur. §. in aliquo, circa finem; Quod valde commedat Archidiac. in Canone Sicut, 40. Distinctione. Dixit singulare Roman. consil. 385. Bonif. de Statutar. præscript. glos. 5. numero 5. & facit Clementina 1. de vsur. vbi Notarius scribens Statutum aliquod.

2 Vsurarium Instrumentum † extrahens, & in publicam formam redigens, est Excommunicatus. Nauarr. in Manuali, cap. 25. numero 54. Marsil. Singulari 181. numero 4. Borgnin. Decisione 2. numero 4. parte 2. Tesaur. de error. notar. cap. 15. Marsil. in l. si sciente, numero 6. de Sicar. Bald. in cap. 1. §. Callidis, versiculo, Scriba, colum. 1. in fine, de prohibita feudi alienat. per Fe-
3 deric. vbi † nec Instrumenta vsuraria valent, & ibi Afflict. numero 40. Ioan. Lup. ad cap. Nauiganti, Commentar. 3. §. 1. numero 25. Ioan. de Anan. in cap. Michael, colum. vltima, de Vsur. Alexand. in l. 3. §. si procurator, num. 11. ff. quod quisque Iur. Alciat. Regula 3. præsumpt. 13. numero 13. Alexand. consil. 77. libro 1. Felin. in cap. Si aduersus, colum. 5. de hæretic. Cagnol. ad l. si librarius, numero 39. de Regul. iur. Menoch. cõsil. 100. num. 84. lib. 3,

4 Et in foro conscientiæ Notarius † faciens contractum vsurarium, tenetur ad restitutionem. Dictum est singulare Rainer. ad l. si sciente, ff. ad l. Pompei de parricid. quod mente tenendum dixit ibi Angel. dicens sæpius in facto euenire. Dixit etiam notatu dignum Ioan. de Platea, ad l. 1. numero secundo, in fine, C. Vt nemo ad suum patroc. libro 11. Valde commendat Alexand. in l. 3. §. si procurator, numero 11. ff. quod quisque iur. Vnde à sacerdote de hoc interogari debet in actu Confessionis, An fecerit contractus vsurarios, & illicitos. Iacob. de Graffijs in Decision. Aureis, libro tertio, cap. nono, in 3. interrogatorio.

5 Quæ Conclusio videtur † confirmabilis ex l. ordine, §. in fraudem, secundum vltimam dispositionem glos. ff. ad municipal. Nec illud silentio præteribo verba illa per tacitam fidem non clam Cum Acurs. exponerem sed actum inter partes vt non obstante Instrumento bona remaneant in fructu, & Dominio alienantis.

6 Et Conclusio vera est, † & procedit, multis cõcurrentibus. Primo, in vsura palliata puta verum mutuum, siue cautum, & Instrumentum cautũ de decem plus; Secundo, data impotentia debitoris, Tertio si vsura est aperta, quando in loco talia Instrumenta mandentur executioni; Quarto, nisi id omne sit factum, quia mutuans non erat aliter mutuaturus, & necessitate debitoris recipientis; Quinto, data scientia Notarij. Siluest. in verbo, Vsura, 7. num. 7. Menoch. consil. 300. numero 85. lib. 3.

Addo Nauarr. in Manuali, cap. 17. num. 276. Sotum succincte tamen loquentem, de Iustitia & iure, libro 6. Articulo 1. colum. finali, versic. At verò. Summa Angelica, in verbo, Restitutio, numero 6. Ioan. Lup. de Vsur. ad cap. Nauiganti, Commentar. 3. §. 1. num. 25. Bertaz. consil. 189. libro primo,

7 Et ad propositum de quo agitur, † Exceptio vsurarum impedit executionem sententię. Bald. in l. cum allegas, colum. 1. numero 7. versiculo, Item in sententia, C. de Vsur. per textum quem dicit singularem in l. si sponsus, §. si vxor. il secundo. ff. de donat. inter virum & vxor. vbi etiam

Alexand.

Alexand. in Addition. ad Bartolum.

8 Ex quo textu † duo colligi videntur. Primum, quod ante sententiam potuisset opponere, sed studiosè omisit; Secundum, quod sententia valet, sed competit repetitio. Singularem quoque dixit Alexand. consil. 8 1. colum. secunda, versiculo, ad idem adduco, libro 3. Imola, in l. stipulatio ista, §. alteri, ff. de verb. obligation. Decius, cons. 306. numero quarto, vbi vti singulare commendat. Duenn. Regula 221. numero 7. Arno. Soliloq. 74. Cotta, in verbo, Sententia lata, Veronens. Cautela 112. Roman. Singul. 313. Tu scis. Tiraquel. de Retractu conuention. §. 1. glos. 2. numero 36. Ioan. Lup. in Rubr. de donation. inter virũ & vxor. §. 46. Borgnin. Decisione secunda, numero 36. parte 2. Bonacoss. in verbo, Exceptio vsurariæ prauitatis.

9 Et ratio esse videtur, quia † sententia nutritiua peccati, & continens vitium à partibus irremissibile, numquam transit in iudicatum, & quandocumque retractari potest. Canone, Lator, & ibi glos. 1. Canone, Consanguinei, de re iudicata. c. Fraternitatis, de frigid. & maleficiat. glos. 1. cap. Inter Monasterium, in verbo, confirmantis, versiculo, item vbi vertitur, de re iudicata, & in Sũma, 35. quæst. 9. Ioan. Andreas, in Rubrica de re iudicata, Hostiens. in cap. Cum dilectus, colum. vltima, de Electíon. & in Summa, de re iudicata, §. quot sunt eius species. Abb. in cap. Iurauit, de Probation. Butr. consil. 28. columna secunda, versiculo, Tales enim. Decius cons. 306. numero 3. Tiraquell. de Retractu conuentionali, §. 1. glos. 2. num. 37. latè Alberic. in Rubrica, C. de Vsur. columna tertia, post medium, versiculo, Aliam quæstionem. Matthesilan. in l. secunda, numero 7. C. de tempor. & reparation. vbi etiam latè, dicens se pluries in facto habuisse, & obtinuisse. Marsil. in Practica, §. ordine, numero 9. Lap. Allegatione 89. numero 6. Ias. in l. causas, numero secundo, C. de Transaction. Menoch. de Arbitrar. Casu 202. num. 51. qui Ias. in citato loco non allegat.

10 Declaratur, dummodo † incontinenti probetur, ex not. in l. ille à quo, §. si de testamento, ff. ad Trebellian. Cabballin. parte 1. Milleloq. 311. Ioan. Lup. de Vsur. ad l. 2. C. de pact. inter emptor. & vendit. sub numero 91. & fuit opinio Baldi, consil. 3. lib. 2. Card. consil. 120. Barz. de Guarentig. parte tertia, quæst. 7. Bernard. Pand. parte quinta, Declar 17.

11 Exceptio enim † requirens altiorem indaginem, si statim offeratur probatio, admittitur in quocumque iudicio celebri, & executiuo, & summario.

12 Vt in quorum † bonorum, est textus in l. finali, C. quorum bonorum, & ibi Bart. Bald. & Salicet. idem Bart. in l. si de vi, circa finem, post glos. ibi, & Castr. ff. de Iudic. numero 13. Bart. in l. naturaliter, §. nihil commune, numero secundo, & ibi Alexand. colum. 6. Rubeus numero 184. ff. de acquiren. possess. Angel. consil. 135. latius Anchar. cons. 145. In prædicta quæstione. Corneus consil. 232. numero 15. libro 4. Aretin. in §. quadrupli, numero 41. Institut. de Action. Afflict. De cisione 14. numero 4. Socin. iunior, consil. 73. numero 6. lib. 1. Cacheranus Decisione 26. numero 1. Menoch. de Adipiscenda, Remed. 1. num. 104. versiculo, secundus casus, vbi de Communi. Personal. de Adipiscenda, num. 109.

13 Et in remedio † l. finalis, C. de edicto Diui Adriani tollendo. Bald. ibid. numero 42. versiculo, sexto apponendo. Decius num. 20. Zuchard. numero 162. Bald. in l. vnica, numero 6. C. si de moment. possess. Gozad. consil. 7. numero 3. Neuiz. consil. 76. numero 9. consil. 80. numero 40. Alciat. Responso 257. & responso 350. Crauetta, consil. 258. columna prima, Natta, consil. 234. numero 7. libro 2. Roland. consil. 2. numero 35. libro 3. Menoch. de Adipiscenda, Remed. 4. numero 7. & 51. & consil. 180. numero 28. libro secundo.

14 Declaratur secundo, vt non † retardata executione detur actio ad repetitionem. Ambros. de Vignate, in cap. Salubriter, numero 21. & 234. de Vsur. Caball. Milleloq. 311. parte 1. Ioan. Lup. de Vsur. ad l. 2. §. 3. num. 91. C. de pact. inter empt. & venditor.

Sed ponamus vnum satis notabile, dictum est

15 superius, quod † sententia in causa vsuraria numquam transit in iudicatum; ponamus, quod in causa vsuraria, quis sit verus contumax, appellare ne poterit? vtique non; Dictum est singulare Buttij in cap. tenor de re iudicata, quod valde singulare dixit Ias. in l. 1. §. si procurator, numero duodecimo, ff. si quis ius dicenti nõ obtemperauerit.

16 Poterit ne iudex † eam diffinitiue latam reuocare contrario imperio? vtique sic. Ripa, ad l. quod iussit, num. 61. de re iudicata.

Declaratur, nisi esset confirmata, Rebuff. ad l. quod iussit, in 2. notabili, numero 146. de re iudicata.

17 Et exceptionem † requirentem altiorem indaginem, Iudex vel reijcere debet, si in alio iudicio cognosci potest, vel reseruare in fine litis. Latè Menoch. de arbitr. Quæst. 53.

Sed quid stante iuramento? vtique ad earum solutionem compelli potest; sed datur postea repetitio. Bald. in Authent. Ad hæc, numero 4. C. de Vsur. & cap. Debitores, de Iureiurando, & ibi etiam sequitur Castrens. sub numero tertio, in 3. quæstione.

18 Hinc est, quod † qui iurauit soluere vsuras, nõ debet, nec potest obtinere iudicem delegatum in causa Vsuraria, nisi prius petita absolutione à iuramento, aliàs esset periurus. Salicet. dicens diligenter notandum, ad l. si quis maior, numero 6. C. de transaction. Hanc eamdem opinionem quod cogi possit tenet Bcrous cap. 1. num. 188. de Iudic. Imola, in cap. Ex administrationis, numero 3. de iureiuran. Ant. a Iautis, consil. 18. numero 15. Crimin. diuers. tomo 2. Rondanell. consil. 21. numero 19. eodem volum. Menoch. cons. 24. numero 29. volum. 1. Roman. consil. 466. numero 4. vbi dat remedium, quod promittens denunciet Ecclesiæ quæ prouidebit. Serafin. de iurament. priuileg. 26. num. 5.

Curt. iunior, ad l. creditori, numero 12. C. de

19 pact. † declarando cap. Debitores, de Iureiurando, dicit

do, dicit illud procedere in dubio, secus si à principio clarè, & specificè fuissent promissę vsuræ.

20 Et Regula, Non est obligatorium, lib.6. procedit, quando iuramentum est contra bonos mores, de Iure naturali, ita vt naturalis ęquitas sit causa immediatè, secus si iuramentum sit contra bonos mores ciuiles, quia obligat. Bald. in l. pactum quod dotali, quęst.19. C. de Collation. Commendat Ias. in l. is, cui bonis, num.19. ff. de verborum obligat. Crot. in l. stipulatio hoc modo concepta, colum.6. in princip. ff. de verbor. oblig. Corneus, in Authentica, Sacramenta puberum, numero 28. C. si aduers. vendition. Abb. in cap. Si vero, de Iureiurand. Alciat. in cap. Cum contingat, num. 70. de Iureiurando, Couarruuias de Communi, ad cap. Quamuis, in 2. parte, in principio.

21 Dantur etiam in Practica † plura remedia; vel petere absolutionem à iuramento; vel instare coram Iudice, vt faciat relaxari iuramētum; vel excipere, vt desistat ab exactione, cum detur repetitio, vt tale deducit Asinius, de executor. §.9. cap. 125. fol.321. vel Iudex Ecclesiasticus inhibeat iudici laico, vt supersedeat, donec cognoscatur de qualitate contractus. Tiraquel. de Retractu Conuention. glos. secunda, num.36. in fine. Natta consil.497. in fine, Bonacos. in verbo, Exceptio vsurariæ, & hoc ante executionem commissam, non post. Anchar. consil.234.

22 Et iurans soluere † vsuras in certo termino, nō soluendo, non incidit in pœnas l. si quis maior, C. de transaction. Felin. in cap. Testimonium, col.7. de Testibus. Gabr. de Transact. Conclus. prima, num.71. Vnde est periurus, sed non in famis, vt per Cagnol. num.118.

23 Vbi autem esset † dubium de vsuris, exequenda esset sententia, reseruata exceptione, & cognitione de vsuris. Angel. & Imola, in l.4. §. condemnatum, ff. de re iudicata. Anchar. consil.234. Alexand. consil.92. lib.2. consil.82. num.5. lib.3. Ambros. de Vignate, in Tractatu de Vsur. num.11. & 134. Menoch. consil.300. num.95. volum.3. & consil.109. num.40. volum. secundo, vbi tunc executionem retardat, quando extant coniecturæ commissi facinoris, aliàs non. Barz. de Guarentig. parte 3. quæst.7. Asinius ad Statut. Florent. §. 31. cap.49.

Additur etiam singulariter, quòd si reus poterat opponere exceptionem vsurariam, & non opposuit, & passus est se condemnari, adhuc contractus rescindi debet. Bald. ad l. cum allegas, colum. secunda, versiculo, sed quæritur, C. de Vsur. per l. si sponsus, §. si vxor, ff. de donation. inter virum, & vxor. vbi Alexand. dicit valde singulare. Roman. Singul.310. Tu scis. Veronens. Cautela 180. tertia Cautela. Decius consil.306. colum. prima. Cotta in verbo, Sententia quæ.

24 Nec exceptio † vsurarum, impedit executionem Laudi, ex eo quod causa vsuraria non potuit in laicum compromitti, Alex. consil.91. colum. prima, volum.2.

EXCEPTIO LXVII.

Quod debitor vel condemnatus mortuus est.

SVMMARIVM.

1 *Executio fieri potest contra hæredem, mortuo testatore.*
2 *Ampliatur hæc Conclusio, etiam si hæres esset Minor.*
3 *Subampliatur, quod etiam Minor potest capi personaliter, & carcerari.*
4 *Statutum de capiendo debitorem, comprehendit hæredē.*
5 *Etiam si dicat contra promissorem, vel debitorem scriptum.*
6 *Declara liquidato prius quod sit hæres, & eo citato.*
7 *Executio fieri non potest contra hæredem nisi cum beneficio Legis, & Inuentarij.*
8 *Etiam data hæreditate lucrosa, & opulenta.*
9 *Sententia in Interdicto Retinendæ, exequi non potest contra hæredem.*
10 *Practica circa hoc.*
11 *Declara non procedere quo ad fructus, & interesse.*
12 *Declara secundo, non procedere in sententia triginta Annorum.*
13 *Pactum de capiendo, exequi potest contra hæredem.*
14 *Hæres, & defunctus reputantur eadem persona.*
15 *Clericus hæres laici, debet excipere coram Ecclesiastico iudice.*
16 *Limita in Monasterio, vel Ecclesia, alio titulo succedentibus.*
17 *Hæres in bonis proprijs non gaudet beneficio Inuentarij.*
18 *Promissio pœnalis contra hæredem exequi potest.*
19 *Sententia exequi potest contra Fiscum, & eius successorem.*
20 *Declara considerandos esse plures casus, & plura tempora, vt hic, & num. seqq.*
21 *Moribundum vexans qua pœna puniatur.*
22 *Qui hominis naturam non erubuit, omni pœna dignus est.*
23 *Moribundum vexans incurrit pœnas ipso iure, sine aliqua Iudicis sententia.*
24 *Declara tamen, vt hic.*
25 *Exequias impediens punitur.*
26 *Coniuncti, & domestici defuncti, infra nouem dies molestari non possunt.*
27 *Amplia in causa descendente ab eis.*
28 *Executio fieri non potest contra domesticos infra nouem dies.*
29 *Fideiussio infra nouem dies à morte defuncti non valet.*
30 *Protestatio facta infra nouem dies à morte defuncti non valet.*
31 *Associans prohibitum sepeliri, non gaudet beneficio nouem dierum.*
32 *Associans famulum, vel Ancillam non gaudet beneficio nouem dierum.*
33 *Authent. defunct. seu funer. & §. sancimus, Vt cum de appellat. declarantur.*
34 *Mulier habet annum, & nouem dies ad petendum tutorem filijs.*
35 *Executio fieri non potest contra hæredem conuentionalem.*

Execu-

36 *Executio fit contra hæredem, si hæreditatem adiuit.*

37 *Executio fieri non potest contra singularem successorem.*

38 *Sententia lata contra defunctum, non nocet successori ex persona propria non citato, vt agnato succedenti in feudo.*

39 *Executio fieri potest pro pœnis pecuniarijs post mortem delinquentis.*

40 *Hæres tenetur ex dolo defuncti in contractu, vel quasi, etiam lite non contestata.*

1 EXecutio fieri † potest cõtra hæredem mortuo testatore, l.vnica, C.vt actio. ab hæred. & contra hæred. l. 2. C. de hæredit. action. l.si seruus legatus, §. qui margaritam, ff.de legat.1.facit l. 1.circa principium, ff.ad Trebellian.l. hæredem, ff.de Regul.iur.bonus text.in l.Miles, §.finali,de re iudic.& ibi not.Ias.Sebastian. Medic. de morte, parte 3.numero 11.Papiens. in forma Definitiuæ, glos.1.num.26.

2 Ampliatur hæc Conclusio, † etiam si hæres esset Minor, l.pupillus, §.finali, ff.de author.tutor. in l.1.C.quando decreto opus non est.

3 Subampliatur, vt † Minor etiam personaliter capi, & incarcerari possit. Bart.de carcer.quest.7. numero 7.per l.finalem, C.de custod.reorũ, ibi; Aetatem, &c.

Contrarium tenet Angelus in Repetitione l. nemo carcerem, colum.10.C.de exact. tribut.libro 10.quem commendat, & sequitur Roman. consil.120.num.4.

Sed cum prima opinione tenet Ias.in l. neque impuberes, ff.de in ius vocãdo quod carceretur; sed quod ei competat restitutio in integrum. Cũ Romano tamen tenet Barbac.consil.6.colum.1. volum.4.Seraf.de iurament. priuileg. 83. numero 22.... in capitul.final.q.14. de consuetud. Roland.consil.57.num.7.volum.2.

4 Ampliatur † secũdo, vt si Statutũ dicat, quod debitor capi possit ad instantiam creditoris, tum & hæres capi poterit, licet Statutum de hærede nullam mentionem faciat. Bart. in l. postulante, in fine principij, vbi Castr.numero 3. Alexand. numero secundo, subdens, quæstionem hanc quotidie in Palatijs occurrere, ff. ad Trebellian. Ias.in l.diuortio, §.interdum, numero 7. ff. soluto, matrimon.in §.fuerat, num 61. vbi Gomes. numero 35.Institut.de action.Cassanęus in Consuetud.Burgũdiæ, titulo, *Des cens.* Rubr.11.§.6. fol. 262. colum.4. numero 1. cum sequent. Abb. consil. 86.numero 4.libro 2. Decius consil. 536. numero secundo, Duenn.Regula, 277. numero secundo.

Addo Bald.in l.per diuersas, C. mandati.Castrens.in l.si decesserit, numero 10.vbi Ias.numerõ 13.ff.qui satisd. cogantur. Roman. in l.alia, §. eleganter, ff.soluto matrimon. Imola, in l.1.in fine, ff.de his quæ in testam.delentur. Rodet. Soarez.ad l.post rem iudicatam, in prima extẽsione, Angel.in l.1.C.Qui bonis cedere poss.Iacob.in l. 1.numero 18 ff.si certum petatur. Caunar.de executione Instrument.quæst.30.Barz.parte prima, quæst.9.Galiaula, in l.2.§.ex his, colum.secunda, ff.de verbor.obligation.Ruin.in l.4.§.Cato, in fine, ff.eodem titulo, Sapia.in l.hæres absens, ff.de Iudic.Crot.ad l.nemo potest, colum.8. ff.de legat.1.Bernard.Pand.de Execut. Instrument.parte secunda, declaratione 3. Barbac.consil.15.volum.1.Serafin.de iurament.priuileg.77. numero 40. & hanc dicit Communem Vasquius de successi.creat.lib.2.§.6.numero 39.Crass.in §.hęreditas, quæst.12.num.3.Socin.Regula, 135.Fallent 1. Boer.Decis.295.

5 Ampliatur hæc Ampliatio, † etiam si Statutũ dicat, contra promissorem, vel debitorem scriptum, adhuc enim hæres capi poterit. Castrens. in d.l.postulante, numero 3. vbi Alexand.numero 4.dixit singulare.Ias.in l.si cui legetur, §.si Titio, numero 6.ff.de legat.1.Barbac.consil.15.in fine, volum.5.Asinius de executor.§.1.cap.45.in fine.Ias.in l.cum filiusfamilias, colum.4.ff.de verbor.obligation.Ruin.consil.38.numero 6. vol.5. Boer. Decis.221. Anton. Gabr. de Statut. Conclus. vltima. Et hæc est Communis opinio. Viuius in Silua, Opinione 752. Vasq.d.§.6.numero quadragesimosecundo.

6 Declaratur, † liquidato prius quod sit hæres, & eo citato. Bald.in l.per diuersas, columna octaua, quæst.10. C.mandati. Angel.in l.oratione, ff. de ferijs.amplians etiam super re petita, in l.4.§.si ex conuentione, ff.de re iudicata, in Repetitione l.1.numero 7. C. de iudic. Bald. in Repetitione l. tale pactũ, §.qui prouocauit, quæst.10.ff.de pact. Idem Angel.in l.ex contractu, & in l.infra vtile, ff.de re Iudic.Alexand.in l.à Diuo Pio, §.in venditione, numero 34.in 2.limitatione, ff. de re iudicata. Calcan. consil. 18.numero 6. Capic.Decis.1.numero 14.Alexand. consil.188.volum.2. Sebast.Medic.de morte, parte 3.in 6. limitatione, Socin.consil.103 libro 1.dicens sufficere apparere in processu executiuo. Cagnol.ad l.hæredẽ, numero 5.ff.de regul.iur.Boer. Decis.10.numero secundo, Roland.consil.20.volum.1. Pulchre Felin.videndus in cap.Quia G.num. 4. de iudic. vbi hoc extendit si esset simplex detentor, dicẽs singulare.Borgnin. in Repertorio, Decision.in verbo, Hęres debitoris.Serafin.de Iurament.priuileg.77.numero 42.vel saltem sit notorium.Afflict. Decisione 326. & in eodem processu deducuntur omnia, & quod sit hæres, & exceptiones oppositæ.Soarez.ad l.post rem iudicatam, extensione prima, numero 3.Ioseph.de Ludouic. Cõclus.14.Illatione 132.Anton. Gabr.de Citatione, Conclusione 1.numero 134. Phanucc.de Inuentar.parte 5.numero 129. dicens summariam cognitionem, & executiuè procedi. Grammatic. consil.45.numero vndecimo, in Ciuil. Vrsill.ad Afflict. Decis.145. Capic. Decisione 1.& Decis. 20.& in fine Decisione 91.Et citatur hæres ad dicendum causam quare sententia exequi non debeat, & summatim auditur. Vrsill.sic practicare docens, ad Afflict. Decis.145.pulchrè Roland. consil.20.volum. 1.vbi latè Boer. Decisione 10. numero secundo, Gallesi. ad formam Cameral. parte 3.titulo, de person. obligat. est Communis opinio. Alexand.in l.si eo, §.transgrediamur, numero decimo, ff.soluto matrimon. Gratian.Decisione

cisione March.138. Menoch. consl.75.num.101. Gabr.de Citatione, Conclus.1.num. 134. Menoch.de adipiscenda, remed.5.num.135. Caunar.de executione Instrument. quæst.14. vbi attestatur de Communi Practica quod in executione liquidetur, & summariè procedatur, & sufficit capi in formationem. Frecia, de præsent. Instrument. parte 3. quæst.1.num. 5. Pand.de executione instrument.parte 3. Declarat.21.num.69. Ofasch. Decis. Pedemont.129. Borgnin.decis.21.nu.35. par.1. Asinius de executor, §.1.c.29.n.16.& c.49.

7 Subdeclaratur † in hærede cum beneficio Legis, & inuentarij, contra quem personalis executio fieri non poterit. Imola, in l. postulante, vbi Alex.num.4.ff.ad Trebellian. Barbac.in cap.causam, num.121.& 136.de Rescript. Asinius de executor.§.1.cap.46. Socin.dicens singulariter notandum, in l. si decesserit, num.7.ff.qui satisdare cogantur. Sebast. Medic.de morte, parte 3.num. 12.in 4. Fallentia. Monticul.de inuentar.versiculo, nono principaliter, num.20.fol.6. Gabr.de Statut. Conclus. finali, num.3. Vital.in Clausula, nihil nouari pendente confectione inuentar. Aufrer.ad Tolosan. decis.257. Roland.de inuentar. fol.112.& 106. Duen. Regula, 277. limitat.1. Tiraquell.de privileg. piæ causæ, priuileg.24. de Communi Viuius in Silua, Opinione 257. Matsil.in Practica, §.attingam.num.60. Machol. patrocin. 35.num.18. qui loquitur quando Statutum loqueretur de capiendo hæredem: nam hunc cum beneficio inuentarij non comprehendit. Plot. de in litem iuran.§.12.num.15. Borgnin.in repertorio, decision.in verbo, hæres debitoris, prope finem.

Et si hæres cum beneficio Legis, & inuentarij citatus, fuerit contumax, relaxa tur captura cōtra eum, qui postea si exhibeat inuentarium, & appareat nō esse bona, dimittitur, si apparet adesse, non dimittitur nisi facta solutione, si casus est dubius relaxatur sub fideiussione, Phanuccius de inuentar.parte 5.num.130.reiecta opinione Beroi, q.57.in fine, de agendo in hoc via ordinaria.

8 Et prædicta vera sunt, etiam † si hæreditas sit luerosa, & opulenta adhuc enim conficiendo inuentarium, molestari non potest. Bal.in l.finali, §. cum igitur, num.1.C.de iur.deliberādi, vbi Monticul.fol.123. dicit Communem.

9 Declaratur tertio, † in sententia lata in interdicto retinendæ, turbatæ possessionis contra hæredem exequi non potest, in quo prætenditur noua possessio, & noua turbatio Innoc.in cap. Abbate col.2. de verb. signific. quem ibidem secuti sunt Butrius, & Io. Andr. Bald.in l. si de eo, §. hæres, ff. ad exhibend. Faber, in §. æque num.30. Instit.de action. Clare Afflict. Decis.145. Capic. Decis.5. num.11. Rebuff.ad Regias Constitution. tomo 3. titulo de caus. possessio benefic. articulo 11. glos.1.num.1.& ratione quod factum hoc hæredis nouum factum dicitur, & non turbatio, cum noua sit possessio, cum illa defuncti sit iam extincta, l.cum hæredes, & ibi Castrens.ff.de acquiren da possessione.

10 Vnde practica † est, quod hæres moneatur, vt desistat a molestijs quod si nō faciat, reproductio fiet actorum, & condemnatur ad restituendum, si aliquod releuans non deducat. Menoch.de retinenda, remed.3.numero 833.melius. Vrsill. ad Afflict. Decis.145. vbi attestatur se ita pluries practicasse.

11 Declaratur † hæc Conclusio, vt non procedat quo ad interesse, & fructus pro quibus in iudicio retinendæ fieri potest executio contra hæredem ex sententia lata contra defunctum. Capicius, Decisio.1.num.15.

12 Declaratur † secundo, nisi sententia sit confirmata lapso triginta Annorum, quo casu contra hæredem exequi poterit. Menoch. de Retin. Rem.tertio, numero 835.& Afflict. Decisione 245. in fine, qui videtur loqui in diuersis terminis, vt contra petentem executionem præscribatur, spacio triginta Annorum, non ex parte hæredis excipere valentis, melius aliquantulum facit idem Afflict. Decis. ducentesimaquadragesimasexta, vbi excipiens, per exceptionem metus præscribit 30.annis.

Declaratur tertio, vt detur actio iudicati contra hæredem Asinius, in Practica, §. trigesimoprimo. Limitatione vigesimaoctaua, numero tertio.

13 Ampliatur tertio, etiam † in pacto de capiēdo, exequi poterit siue sit eiusdem conditionis cum hærede, puta maior, & legitimæ ætatis, sicut principalis; siue pupillus, & minor. Negusan. de pignor.parte quarta, numero decimoseptimo, Afflict.ad Constitut. Regni, Pacis cultum, numero vigesimooctauo. Anton. Gabr. libro quinto. Cōclus.octaua, numero trigesimosecundo. Paris.cōsil.29.numero 22.libro 1. Rmn.consil.152.numero 106.versic.si vero hoc, libro 4.& consil.119.numero 8.libro 5. Soc.iun.consil.125.nu.5. libro secundo. Roland.consil.vigesimo, numero primo, libro secundo.

14 Et ratio videtur, quia † hęres, & defunctus, vna & eadem persona censentur, & priuilegiatus succedens non priuilegiato, non gaudet priuilegio suo, cum priuilegium est intuitu personæ. Cin.in Authentica Quasactiones, quæstione quinta, vbi Bart. numero 14. C. de Sacrosanct. Eccles. Aliud in Ecclesia cui intuitu, totius Religionis, priuilegium concessum, est Menoch. de Adipiscenda. Remed.quinto, sub numero centesimodecimo, versic.in Ecclesia vero. Vnde, & si fieret

15 † executio contra bona laici condemnati, iam defuncti, cui successit clericus, vti hęres, & vult opponere contra executionem aliquas exceptiones, debet opponere coram iudice. Ecclesiastico, & corā eo audietur. Rota. Decis.152. in antiquis. Et ita in Practica seruatur. Iacob.ad l. heres absens, ff.de iudic. & Decius, in c. Quia V. de iudic.

16 quod † verū in Monasterio, & Ecclesia, si habeat iudices speciales, vel succedat alio titulo quā hęreditario, directo, Didac. Practic. quęst.cap.8. sub num.3. prope finem, dummodo quando executio fit contra pupillum, iuris solemnia seruentur, aliàs secus. Socin.iunior consil.115.num.55.versiculo, ex quibus, lib.2.

17 Et talis † facultas operatur in bonis tantum testatoris, secus ipsius hæredis, etiā si nō cōfecisset,

Inuen-

Inuentarium, scilicet, in d.l.creditores, q.5.col. 8.versiculo.Hor atrende.

18 Ampliatur quarto, etiam † in promissione pœnali, quæ contra hæredem exequi potest. Borgn. Decis.41.num.15.parte 1.Tiber. Decian. consil. 4.num.20.volum.1.

19 Ampliatur † quinto, etiam in Fisco, vel in eo cui Fiscus bona dedit, iuxta l.1. C.de hæred.vel action.vendit.Ias.consil.88.volum.3.quia Fiscus non intendit præiudicare iuri Tertij, l.1.§.si quis à Principe, ff.ne quid in loco publico.

20 Limitatur primo, iuxta † dispositionem Authenticæ. Vt defunct.seu funer. corũ, à qua sumpta est Authentica, Item qui, C.de sepulch. violat. in qua materia considerandi sunt plures casus, & plura tempora.

21 Primus casu est, † si quis accedat ad domum moribundi molestando ipsum, vxorem, vel filios, vel domum, incurrit quattuor pœnas, cadit ab actione, refundit tantundem hæredibus, publicatur terria pars bonorum, & noratur infamia.

22 Qui enim † hominis naturam non erubuit, dignus est, vt in pecunijs, & gloria, & alijs rebus cõdemnetur, vt ibi textus dicit.

23 Ampliatur, vt † incurrat ipso iure, sine aliqua iudicis sententia, vt ibi per glos.in verbo, modis omnibus, quam commendat, & sequitur Angel. dicens notabilem, & sic statim opponi potest.

24 Videtur tamen textus † hoc restringere, si fiat propria authoritate, & sine Iudicis Decreto, sed ratio finalis videtur in contrarium.

25 Secundus † casus est, quod pœnis subiaceant impedientes exequias, iuribus superius adductis.

26 Tertius casus † est, infra nouẽ dies, in quibus solent exequiæ celebrari, nullus actus Iudicialis exerceri potest contra hæredes filios, vxorem, parentes, agnatos, cognatos, affines, & fideiussores, & si quid fiat, id nullum est, §.Sancimus, Authentica, Vt cum de appellation.cognosc.Authentica, Sed neque. C.de sepulch.violat.

27 Ampliatur † hoc esse verum, siue causa descẽdat à defuncto, siue specialiter à memoratis personis, d.§.sancimus, quod omisit Irner.in Authẽtica.Sed neque.

28 Hinc postea † infertur, quod nulla exequutio fieri potest contra prænominatos infra dictos nouem dies. Roderic.ad l.post rem iudicatam, limitatione 9.num.2.

29 Pariter fideiussio † infra dictos nouẽ dies præstita, est nulla, Ripa de Remed.præseruatiu.pestis, num. 105.Menoch.de Arbitrar.Casu 387. num.23.

30 Similiter † protestatio facta tempore quo quis funus familiare prosequitur, non afficit. Ripa ad cap.Cum M. Ferrariensis, num.147. de Constitution.ex l.2.ff.de in ius vocando.

31 Declaratur † in associante iuris permissione, secus iure prohibente, prout in associante ad sepulturam cadauer Excommunicati; Ripa in citato loco; Vnde associans funus, tunc excusatur, si sit cadauer quod de iure non prohibetur sepeliri, aliàs non gaudebit tali priuilegio.

32 Declaratur † secundo, in faciente funeralia alicuius sanguine coniuncti, secus alicuius famuli, vel alterius seruientis, Ripa dicto Remedio præseruatiu.pestis, num.107.

33 Et dicit † glossa in d.§.sancimus, cõciliando iura; Aut quis iniuria afficit moribũdi personã, vel eius exequias fieri prohibet, & tunc procedant pene de quibus in Authentica, Vt defunct.seu funer.eorum. Aut venit ad aliquos actus Iudiciales post mortem, & tunc procedat dispositio §. sancimus, vt cum de appellat.cognosc.

Et per prædicta dicebat Bart. in l.interdum, ff. 34 de Iudic. † quod mater habet vltra annum, nouem dies ad petendum tutorem filijs.clarius in l. 2.§.confestim, numero 2.ff. ad Tertullian. Ias.in l.2.num.7.ff.de in ius vocando. Roderic.ad l.post rem iudicatam, limit 9.Gabr.de tutel.Conclusione 1.in fine.

35 Limitatur † secundo, in hærede conuentionali. Masuer.de execution num.2. Duenn. Regula 277.limitat.7.Sebast. Medic. de Morte, parte 3. num.12.Limit.3.

36 Limitatur † tertio, adita hæreditate per hæredem, & non prius, Alexand.consil.36.num.1.volum.4 Decius in l.hæred.numero 8. ff.de Regul. iuris.

37 Limitatur quarto, in singulari † successore, contra quem executio fieri non potest. Caball. Milleloq.987.

38 Limitatur † quinto, in successore, & persona propria; prout est Agnatus in feudo, cui non citato non nocet sententia lata contra defunctum. Osasch.Pedemont.Decisione 157.numero decimooctauo, Vide latè Exceptione 224.numero vigesimo.

39 Limitatur † sexto, in pœnis pecuniarijs, pro quibus fieri potest executio post mortem delinquentis. Alba, ad quem recurritur, consilio nonagesimo, vbi declarat, si conclusum sit in causa cum defuncto, eo viuente, Iul.Clar.§.finali, quæstione quinquagesimaprima, versiculo, sic etiam.

Addo latè, & benè, Osasch.Pedemont. Decis. 148.Magon Rotæ Florentinæ, Decis.quadragesimaseptima, numero 16.dicens hanc esse Communem tu opinionem.

40 Limitatur septimo, † vt hæres teneatur ex dolo defuncti in contractu, vel quasi, etiam lite non contestata, etiam quod ad eum nihil peruenerit, l.ex contractu, l.ex depositio, de action.& oblig.l.1.C.ex delict.defuncti, cap. finali, de sepultur. Tigrin. cons.16. nu. 6. Vgolin. cons.17. nu.7. vltimo volumine.

EXCEPTIO LXVIII.

Inuentarij.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio Inuentarij est peremptoria.*
2 *Exceptio Inuentarij modificat sententiam.*
3 *Inuentarium non prodest ei, qui ex proprio facto vel cõtractu conuenitur.*
4 *Hæres fideiussor defuncto, non iuuatur beneficio Inuentarij.*
5 *Inuentarium non iuuat hæredem de propria culpa, & mora.*
6 *Hæres non iuuatur beneficio Inuentarij contrahendo super re hæreditaria.*
7 *Exceptio Inuentarij potest opponi post sententiam.*
8 *Etiam in Iudicio summario, & executiuo.*
9 *Etiam stante Statuto, quod debitor non audiatur per procuratorem.*
10 *Limita vt ibi.*
11 *Limita secundo, nisi esset opposita ante sententiam.*
12 *Declara limitationem, vt ibi.*
Declara secundo eamdem limitationem, num. 13.
14 *Cognitum de causa dicitur quando fit in materia exceptionis opposita, & num. 15.*
16 *L. Peremptorias, C. sententiã rescindi non posse, declaratur, & quotuplex sit exceptio peremptoria, & nu. 17.*
18 *Hæres molestari non potest, nec sententia lata contra defunctum exequi potest pendente termino ad inficiendum Inuentarium, nisi in tribus casibus, vt hic.*

QVæro an Exceptio Inuentarij confecti executionem impediat? Et videbatur post sententiã opponi non pos-
1 se: quia ista Exceptio † est peremptoria, quæ post sententiam opponi non potest, l. peremptorias, C. sentent. rescindi non posse.
Secundo videtur impugnare sententiam, nã
2 si quis est cõdemnatus ad totum, † ista exceptio modificat, ne vltra vires, ergo moderat sententiam. Ita arguit Bald. in l. ab executione, col. finali, vers. sed dubitatur, C. quorum appellation. & cons. 382. lib. 3. vbi inquit, quod obligationem solidi reducit ad solidum.
3 Tertio pro hac parte facit, † quia beneficium Inuentarij non prodest ei qui ex proprio facto,
4 vel contractu conuenitur. Hinc, si extitisset fideiussor defuncti, beneficio Inuentarij non iuuaretur. Francisc. Marc. Decis. Delphinali 313.
5 parte prima. Hinc etiam † inuentarium non iuuat hæredem de propria culpa, & mora. Alexan. ad l. postulante, col. 3. ff. soluto matrimon. Vasquius, de creation. success. lib. 1. §. 6. nu. 46. Abb. consil. 73. in fine, lib. 2. Corneus, consil. 31. num. 9. lib. 1.
6 Et propterea † sæpissimè in Iure responsum est, hæredem non iuuari beneficio Inuentarii, si super re hæreditaria egit, aliquid compromittendo, contrahendo, paciscendo, addendo, vel mutando, Angel. consil. 31. Aretin. consil. 148. col. finali, versiculo, & pro ista decisione, Decius consil. 137. col. 4. consil. 300. num. 8. & cons. 496. num. 12. in Authentica, Præterea, num. 12. C. Vnde vir, & vxor. Bolognet. consil. 59. col. 2. Corneus, consil. 146. lib. 1. Socin. consil. 160. libro 2. Phanuc. de Inuentar. parte 6. num. 108. Monticul. fol. 62. num. 3. Roland. de Inuentar. fol. 155. Boer. decis. 53. Anchar. quæst. 69. num. 9.
7 Cõtrarium † quod Exceptio Inuentarij possit opponi post sententiam, tenet Martin. Siliman. Bart. Bald. Salicet. & Angel. in l. ex diuerso, §. si in Iudicio, ff. soluto matrimonio. Ancharan. cõsil. 6. colum. secunda, & finali, Specul. de Instrument. editione, §. finali, versiculo, sed numquid hæres, & ibi Ioan. Andr. in Addit. incipiente, secundum Vbert. de Bobbio. Bart. in l. cum fideicommissum, in princip. ff. de confess. vbi Castr. colum. finali, vers. & ideo videtur, Alexand. ad Bart. in l. prima, colum. secunda, versic. Tertium exemplum, C. de Iur. & facti ignor. vbi etiam Paul. de Castro, col. secunda, versic. ex his dicũt. Bald. in l. peremptorias, colum. prima. C. sentẽt. rescindi non posse, in l. ab execut. C. quorum appellation. Ias. in l. prima, num. 17. C. de Iur. & facti ignorant. Marantha, in Specul. in 9. membro, de Except. num. 17. Brun. de Cessione bonorum quæst. 20. quartæ quæst. principalis, num. 27. Castrens. consil. 167. colum. penult. volum. primo. Corneus, consil. 147. volum. primo. Socin. cons. 242. num. 7. lib. 2. & consil. 14. colum. penult. lib. 4. Bald. consil. 219. lib. 1. in nouis, aliàs 189. lib. 3. Calcan. consil. 18. col. penult. Boer. Decis. 53. nu. 3. Capella Tolosana. Decis. 321. Socin. iunior, cõsil. 48. num. 10. lib. 1. Roland. cons. 78. lib. 1. cons. 28. num. 5. eod. vol. 1. Lanfranch. in titulo, de Exception. sub num. 16. Brun. de Cessione bonorũ, quæst. 19. princip. n. 2. Paris. consil. 107. n. 13. lib. 4.
8 Ampliatur vt procedat † & locum habeat, nedum in Iudicio Ordinario, sed Summario, & executiuo, prout Instrumentorum. Bald. consil. 219. lib. 1. clarè Calcan. consil. 18. & hanc dicit Communem, & secũdum eam iudicatum, Valasc. Decisione 87. in fine.
9 Ampliatur secundo, etiam † stante Statuto, quod debitor non audiatur per procuratorem, sed personaliter compareat, nam intelligitur in exceptionib. tẽdentibus contra Instrumentum, & illius impugnationem, secus in exceptione Inuentarij, quæ non impugnat, merito in ea procurator audietur. Anchar. pulchrè cons. 6. Vnde tenetur comparere personaliter allegare volens exceptionem impugnatiuam, secus compatibilem, & solum modificatiuam.
10 Limitatur primo, † nisi esset datus terminus ad probandas exceptiones dilatorias, anormales, & perẽptorias. Bald. in l. ab executione. n. 15. versic. sed dubitatur, C. de appellat. Dixit singulare, & signãdum Alex. in l. ex diuerso, §. si in iudicio, n. 4. ff. soluto matr. Commendat Ias. in l. 1. nu. 19. C. de Iuris, & facti ignor. Boer. Decis. 53. num. 3. Capella Tolos. Decis. 322. Io. Dilect. de arte testã di, tit. de acquir. hæred. Cautela 9. Monticul. de Inuentar. fol. 111. num. 10. monens creditores, vt faciant, præfigi terminum istum facit cap. Pastoralis, de Except. licet in dilatorijs loquatur,

Asinius in Practica, §.13.cap.5.num. 2. Felin.in d.cap. Pastoralis, limitatione 2. Roland.de Inuentar. parte 4. versiculo, exceptio Inuentarij, fol.217.Phanuc. parte 8.num. 3. Decisio Mantuana apud Surd.332.parte 2.

11 Limitatum secundo, † nisi talis exceptio Inuentarij fuisset opposita ante sententiam, & reiecta, quo casu amplius post sententiam in executione opponi non poterit. Bald.in d.§. si in iudicio,col.finali,est glos.in l....§. finali, vbi Castr. not.ff.de re iudicata. Alex.in d.§.si in iudicio, in 2.limit.Ias.ad l.1.num.19.in 2.limit.C.de iuris & facti ignor. latè Brun. de Cessione bonorum, quæst.20.principali,num.27.

12 Declaratur † hæc limitatio militante eadem causa: nam si ante sententiam fuit hæc exceptio opposita,ex vna causa,pro eadem amplius allegari non poterit.Castr.in l.finali,num.11.C.de fide instrumentor.

13 Declaratur secundo, † dummodo fuerit cognitum super illa exceptione, aliàs opponi iterũ poterit.Ioan.Andr.in cap. Inter Monasterium, col.penult.vbi Felin. col. 10. de re iudicata. Castrens.in d.l.Nesennius,§.finali, in l.nam, & postea,§.si damnetur,de iureiurando, Bart. & Angel.in l.à procedente,C.de dilat.in l.quod in diẽ, §.1.ff.de compensation. in l.2. §. si dubitetur,ff. de Iudic.consil.217.col.2.vers.quinto probatur. Roman.consil.220.colum.20.vers. Tertio ista Conclusio probatur.& consil.241.col.2. in fine, Corneus consil.114.in fine. Aretin.ad §.nihil cõmune,col.4.ff. de acquir. possess. Socin. consil. 264.col.8. Frãch.in cap. Si duobus, col.8.de Appellation. Aretin.consil. 106.col.2.in principio, Castrens.in l.prima,in fine principij, ff.si cert.petatur.

14 Et dicitur † cognitum de causa, si ad eam probandam,est data dilatio. Menoch.de Recuperãda, Remed.1.numero178.Phanuc.de Inuentar. parte octaua,num.9.

15 Vel tantum † temporis interuenit, vt de ipsa exceptione cognoscere potuerit. Grat.de Communi,consl.37.num.35.volum.primo.Menoch. de Recuper.Remed.primo, num.171.

16 Et respondendo † ad Contraria, dicitur, quod exceptio peremptoria est duplex; vna quæ rescindit iudicatum, & ista prohibetur post sententiã; & ita loquitur l.peremptorias; alia quæ modifica tantum,& ista non prohibetur, prout est ista Inuentarij.

17 Ad aliud † respondetur, quod moderatur illud in solidum,non illud negando,sed eo presupposito pro vero,allegat impotentiam,& dicit,vt tantum in hæreditate esset.

Ad aliud respondit Bald.in d.l.ab executione,

18 Et † pendẽte termino confectionis Inuentarij, hæres molestari non potest, nec exequi sententia lata contra defunctum, nisi in tribus casibus, qui dilationem non patiuntur; scilicet,pro vsuris extortis; pro relictis pro Anima; & quando conueniretur rei vendicatione, vt simplex possessor. Alexand.Ias.& alij,in l.finali,§. Donec,C. de Iure dot.Dec.consil.633.colum.secunda,versic.& ista Conclusio. Porcill.cap.quarto,numero nono. Boer. Decis.decima, numero nono, & quinquagesimotertio,in principio. Duenn. Regula,267. Guido Papę,quæst.571. Roland. dicens Communem,de Inuentar. versic. quarta vtilitas, fol.104. Viuius in Silua,Opinione 257. & 351.numero duodecimo. Vital.in Clausl. Nil innouari pendente confectione Inuentarij.

EXCEPTIO LXIX.

Tertij audiri volentis.

SVMMARIVM.

Amplia

EXceptio Tertij audiri volētis, pulcherrima, & valde practicabilis est, & integrum contineret Tractatum. Vtilia tantum, & practicabilia ponam.

1 Tertius † in executione sententiae, audiri volens admittitur, glos. singularis ab omnibus commendata, in l. ea lege, in glossa magna, in fine, C. de Condict. ob causam, quam singularem dixit Ias. ad l. si vnus, §. ante omnia, num. 5. ff. de pact. vbi allegat Bald. in l. 2. C. si aduers. credit. qui in meo libro non reperitur; prout etiam dicit Roderic. Soarez. ad l. post rem iudicatam, fol. 171. col. 1. Angel. exemplificans in fideiussore Iudicatum solui, in l. tale pactum, §. qui prouocauit, in prima lectura, num. 3. ff. de pact. Socin. de Citatione, Articulo septimo, versiculo, decimooctauo, &c. circa medium. Socin. consil. 358. num. 20. lib. 2. Paris. consil. 116. num. 16. lib. quarto. Afflict. in Constitution. libro secundo, titulo, de Dilation. num. 22. Contard. ad Aegidian. quaest. 24. n. 33. Rota, Decis. 422. Si sentētia, in nouis. Capic. Decis. 128. Vātius, Quis posset dicere de nullitate,

sub num.17. Menoch.de recuper.remed.8.sub nu.8o. Asinius in Practica, §.31.cap.35.

Facit dictum glossæ notabilis, in Clementina 1.in verbo,contra se, de re iudicata.quam ibi sequuntur Cardinal.quæst.4.Bonifac.col.7. Roman. Singulari 291.in 6.limitatione, Felin.in c. Cum super,col.2.in fine, vers.pro his facit, de re iudicata, Alex.consf.83.col.fin.num.13.volum.3. Miis, in verbo,executio sententiarum conformium,il secondo. Bertrand.cons.213.in fine,volum.3.Felin.in cap.Qualiter,& quando,col.6.de Accusat.Rebuff.ad l.quod iussit, in primo notabili,sub num.91.versiculo, Item facit,de re iudicata, Ruin.consil.3.sub num.8.col.4.vol.5. Ant. Gabr.de execut.rei iudicatæ, Conclus.1.num.19. Decius in cap.Sua, nu.28.de Appellation.Vant. Quis possit dicere de nullit.nu.19. Roderic.ad l. post rem iudicatam, limit.1.num.3.& seq.& hæc est Communis opinio.Corn.Pract.q.c.xv. sub num. 9. Additionator ad Romanum, Singulari 291. in fine.

2 Ampliatur, etiam † si alienatio facta sit in Tertium lite pendente, Crauetta, cons.235.num.3.

Licet reuera mihi magis placeat opinio Ias.in d.§.si super rebus, num.1c.Quod si alienatio facta sit lite pendente, Tertius non possit impedire executionem; Nec videtur dissentire Alex.ibidem.num.11.

3 Nisi creditor missus ex primo Decreto,† non cecidisset culpa, & facto suo; & Bart.in l.si quis missum,§.index, quæst.finali, ff.de damno infecto,quem ibi Castrens. valde commendat.

4 Ampliatur secundo, vt † Tertius absens in cuius bonis facta est executio, propria authoritate possit recuperare possessionem. Imola,in l.a Diuo Pio,§.si post aditam, & ibi Alex.col.finali, ff. de re iudic.Idem Alexan.in l.Clam possidere, §. qui ad nundinas,colum.prima, in fine, ff.de acquir.possessione, consil. quinquagesimosecundo,colum.tertia, in principio, volum.septimo, Crauetta consil.235.colum.prima,in fine. Roland.consil.quinto, numero decimotertio,vol. secundo.

5 Ampliatur tertio,†etiam si ille Tertius nō habeat nisi ius pignoris in re. Alex.consil.decimoseptimo, volum.secundo, Asinius de Execut.§.4. capit. centesimvigesimonono , numero secundo.

6 Ampliatur tertio,vt Tertio, sic † grauato succurratur via nullitatis,& spolij.Rom. consil.158. num.1.vbi de nullitate,& nu.6.vbi de spolio.Natta consil.401.num.6.vsque in finem, & cons.502. num.23.& 24.Bald.consil.257.lib.4. Alex.consil. 52.col.2.lib.7.Anchar. consil.292.Zuchard.ad l. finalē,num.129.& 411. C.de Edicto Diui Adriani tollendo, Crauetta cons.235.prope finem. Contard.ad Aegidian.q.24.num.32.

7 Ampliatur quarto, vt si † Tertio citato petatur confirmatio,concedi non debeat. Roman.cons. 158.num.6.

8 Bonum † tamē est, semper protestari, & in protestatione inserere causam. Ias.ad l.de pupillo, §. si quis,ff.de noui oper.nunciatione, num.15.in l. non solū,§.morte,nu.28.ff.eodem late Ripa,in c. Cum in,num.149. de Constitution.Berous consil.44.nu.53.vol.2.

9 Ampliatur quinto, † idem esse in executione publici,& guarentigiati instrumenti,quæ contra Tertium fieri non potest.Bal.in l.1.nu.6.C.Commun.de legat. Ancharan.in cap. Canonum statuta,versiculo,circa istam extensionem ad Constitutiones.Imola,in Clementina 1.num.11. de re iudicata.Ias.ad l.quędam,§.nihil interest, numero 7. ff.de edendo,ad l.si vnus,§.ante omnia,num.5.ff. de pact. ad l.mutigentium , §.Prætor ait, num.9. ff.eod.in l.certi condictio,§.quoniam, nu.11.ff.si certum petatur. Dec.consil.198.num.5. Aretin. consil.86.in fine. Ruin.consil.209. num. 21.volum.1.Imola, in l.finali, ff. Quorum appellation. non recipiatur. Asinius in Practica,§.31. num.25. limit.25.Roderic.ad l.post rem iudicatam, limit. 2.fol.175.Duenn.regula, 275. num.6. Menoch. ita declarans Statutum Papiæ,de Adipiscenda,remed.4.num.848.Vant.in titulo, Quis possit dicere de nullitate, nu. 17. Galles.ad formam Cameral.parte 2.nu.2.Paris.cons.107.nu.121.lib.3.Marsil.Singulari 295. Zuchard.ad l.finalē, num.246. C.de Edicto Diui Adriani tollendo.Contard.ad Aegidian.limit.23.num.4.Felin.in cap. Cum super, col.antepenult.vers. Amplius dixit, de re iudicata, Asinius de Execut.§.2.nu.44.Ruin.cons. 3.num.8.vol.5.

10 Subampliatur, etiam si Statutum daret executionem instrumenti dotis:nam adhuc non datur cōtra tertios possessores, qui si essent anteriores, possent vti retentione. Bal. Nouell.de Dotc, parte 10.priuileg.20.num.20.

11 Subampliatur secundo, etiam si ageretur hypothecaria, adhuc enim Tertius possessor conueniri non potest. Alex.in d.§.si hæres, num.1.vbi Ias.num.5.

12 Et ratio est secundum prędictos:quia † talis cōfessio est priuilegiata, vnde non extenditur con-

13 tra Tertium. & prædicta † sunt vera, nedū in hypotheca, sed etiam si esset pactum de capiendo propria authoritate, Clausula Cōstituti, & Precarii,& Cameralis obligatio . Amatus Decisione Marchiæ 48.

14 Subampliatur tertio, econtra † nam stante dicto Statuto de quo supra, executio peti non poterit ad instantiam Tertij, etiam interesse habentis. Bald.reputans hoc vald e notabile, in l.si pro te,in principio, C.mandati. Cōmendat Ias.in l.si vnus, §.ante omnia,num.5.ff.de pactis, in l.certi condictio,§.quoniam, num.12.ff.si cert.petat. Alexan. cons.115.lib.7.

15 Nisi † ille Tertius possit agere de iure Cōmuni, prout principalis, vt hæres, fideiussor, & similes. Ias.ad l.Imperatores, in fine, ff.de pact.per textum quem reputat notabilem, in l. si cui legetur,§.finali, ff.de legat.1.qui facta executione, probare debet se esse hæredem, aliàs processus esset nullus. Boer. Decisione decima, numero quinto.

16 In † aliis autem requiritur vt doceat in præmissis interesse. Roland.consil.vigesimo, volum. secundo, Galles.ad formam Cameral.parte 2.q. secunda.

Sed

17 Sed circa † hanc Subampliationem dubitatio nem facit: quia ex Statuto oritur Actio etiã Tertio, licet verba dispositiua Statuti ad eum non dirigantur, l. seruo legato, §. si testator, vbi Iaſ. num. 3. dicit magis Communem opinionem, ff. de legat. primo. Alexand. conſil. 39. ſub num. 25. verſiculo, comprobatur, volum. 6. conſil. 207. colum. 1. verſ. Secundo reſpondeo, vol. 3. vbi idem dicit ſtante iuramento.

18 Declaratur id † quod dictum eſt circa præſentem Ampliationem, de executione inſtrumenti, vt non procedat, quando adſit pactum executiuum, cum licentia capiendi propria authoritate, iuncta Clauſula Conſtituti, vel Precarij. Bald. id commendans, in l. prima, C. ſi mancip. Aretin. conſil. vigeſimoprimo, colum. penult. & finali, verſiculo, His tamen non obſtantibus, Gozad. conſil. quadrageſimoſecundo, numero vndecimo, vbi ſub num. decimoquinto, colum. penult. verſiculo, nõ obſtat quartum. Idem tenet etiam per mortem conſtituentis, ne in hoc præiudicet conſtitutario, conſil. 95. numero 9. vbi Ampliat, etiam ſi eſſet Statutum in cõtrarium, vt pactum executiuum nõ poſſit exerceri contra Tertium: nã ſtante Conſtituto, vel Precario, poterit. Ruinus, conſil. 93. num. 8. Alexand. conſil. 95. num. 5. volum. 6. poſt Bart. in l. creditores, numero vigeſimoquinto, vbi Salicet. colum. 8. quæſt. 8. Bald. conſil. 58. volum. quinto. Imola, in cap. Potuit, colum. decimatertia, verſic. nota etiam, de locat. Caſtrenſ. conſil. decimo, numero quarto, verſic. ex his etiam, libro primo, pulchrè Tiraquell. de Conſtitut. parte prima, num. quadrageſimoſecundo. Duenn. Regula 275. limitatione 6. Aſinius, in Practica, §. 31. limitat. 25. Galleſ. ad formam Cameral. par. 3. quæſt. 2. vbi valde commendat. Neguſ. de pignor. in 4. parte principali, num. 8. cum ſeq. Commendat proadmodum Practicabili Marantha, in verbo, Executio, nu. 33. dicens, quod multi Doctores contrarium dicerent, facta prius liquidatione, quod ille Tertius habuerit cauſam à debitore. Socin. conſil. 82. colum. 2. vol. 3. Alexand. conſil. 188. col. 1. volum. 2. conſil. 96. colum. 2. volum. 4. diſtinguẽdo, vt per Menoch. de Adipiſcenda, Remed. 5. quæſt. 18. numero 11. Deciſio Maceratenſ. 48. qui licet prima facie videatur ſentire contrariũ, tamen, n. 15. concurrit.

19 Declaratur † ſecundo, de executione contra Tertium, niſi adſit pactum de re non alienanda, vt latè dixi in Tract. Locati, & Conducti, parte 4. in verbo, Succeſſor, quęſt. 25. numero trigeſimoſexto.

20 Declaratur tertio, niſi † in Tertium fuiſſet facta alienatio in fraudem: quia tunc alienatione reſciſſa, iuxta §. Item ſi quis in fraudem, Inſtit. de Action. poteſt fieri executio contra Tertium, l. 3. C. de alienat. Iudic. mutandi cauſa fact. Angel. in l. creditores, col. 5. C. de pignor. Ruin. conſil. 88. vol. 4. Roland. conſ. 5. num. 10. vol. 2. Roderic. ad l. poſt rem iudicatam, limit. 1. in finalib. verbis.

21 Declaratur quarto, † in Inſtrumentis factis cũ Communitate, vel eius legitimo Syndico, quo caſu omnes obligantur, etiam qui non ſint de Conſilio, ex cauſa publicæ vtilitatis, & in pertinentibus ad Communitatem. Bart. in l. penultima, C. de donat. inter virum, & vxorem, in l. Cæſar, num. 2. ff. de publican. Iaſ. ad l. Ciuitas, numero 10. vbi Decius, num. 6. ff. ſi cert. petatur.

22 Sed † Caſtrenſ. in d. l. Cæſar, prope finem, videtur facere differentiam inter cõtractum Concilij publici, de tot hominibus, vt primo caſu procedat declaratio ſuperius poſita.

23 Procedit † etiam in contractibus legitimis, qui non ſint contra bonos mores, cap. 1. §. pactiones, vbi gloſ. & Bald. de pace Conſtant. ita declarantes l. Cæſar, ff. de publican.

24 Declaratur quinto, ex præſumpta voluntate paciſcentium. Angel. in l. tale pactum, §. finali, ff. de pact. Iaſ. ad l. ſi vnus, §. ante omnia, numero ſeptimo, in l. Iuriſgentium, §. Prætor ait, numero 15. ff. de pactis.

25 Declaratur ſexto in ſubſidium, Iaſ. in l. prima, §. ſi hæres, numero octauo, vbi Alexand. colum. ſecunda, in principio, & idem Iaſ. in §. finali, eiuſdem legis, numero ſecundo, ff. ad Trebellian. Menoch. conſil. ſexageſimotertio, numero vigeſimoprimo, appellans hanc declarationem egregiam. Roland. conſil. vigeſimo, numero duodecimo, libro primo, vbi pactum executiuum non poteſt exequi contra Tertium, niſi facta diſcuſſione, & quod cauſam habeat à paciſcente.

26 Declaratur ſeptimo, in † caſu l. finalis, & ibi Bart. C. Quo quiſque ordine conuen. libro vndecimo.

Ampliatur ſexto, vt Tertius audiatur, etiam ſi cauſa commiſſa ſit quibuſcumque nullitatibus, & appellatione remota. Dixi ad Decium, conſil. quadrageſimonono.

Ampliatur ſeptimo, vt non repellatur Tertius licet principalis repellatur, Vant. Quis poſſit dicere de nullitate, num. 18.

Ampliatur octauo, etiam ſi principalis cõtradiceret, vel tranſegiſſet, & liti ceſſiſſet. Felin. in cap. Cum ſuper, numero vndecimo, de re iudic. Crauetta, conſil. ducenteſimovigeſimo, numero tertio. Perſonal. de Adipiſcenda, numero 339.

27 Principalis autem Concluſio, quando † Tertius audiatur ad impediendum executionem ſententiæ, intelligitur tunc demum Tertium admitti, ſi incontinenti offerat probare, & deducere intereſſe allegatum per eum, aliàs fertur ſententia contra condemnatum, abſque præiudicio iuris ipſius Tertij, gloſ. & Abb. in cap. veniens, il ſecondo, numero vndecimo, vbi Felin. num. decimoquinto, de Teſtibus, in cap. Super eo, de offic. Delegati. Imola, in l. à ſententia, ff. de Appellation. Bald. in l. penult. ff. de petitione hæreditat. Felin. in cap. Cum ſuper, de re iudic. Dec. conſil. 418. numero decimo, & decimoſexto. Curt. iunior, conſ. centeſimoquinquageſimoſexto, in fine, Mannos, formul. 9. Commiſſion. in gloſ. pro ſuo intereſſe. Bouer. in Singul. in verbo, Executio, numero primo. Rota, Deciſione ſecunda, in antiq. Vantius, Quis poſſit dicere de nullitate, numero vigeſimoſecundo, vbi ſufficit probare intereſſe apparenter tantum, nec datur replicatio nullitatis. Gemin. cõſ. decimoſexto, in fine,

& consil. 57. colum. 3. post num. 3. vbi ad finem aperiendi viam ad aliud iudicium, sufficit probatio solum prima fronte concludens. Decius in l. finali, numero 45. C. de Edicto Diui Adriani tollendo. Marsil. in l. si quis ne quæstio, numero 146. de quæstionibus. Decius, cons. 419. numero quarto, vbi non admittitur replicatio nullitatis. Gozad. consil. septimo, numero septimo, consil. 103. numero decimo. Marantha, de ordin. iudic. in 4. parte, distinct. nona, numero 62. Zuchard. ad l. finalē. C. de Edicto Diui Adriani tollendo, numero 254. & 295. Menoch. de Adipiscēda, Remed. 4. numero 623. vbi Personal. numero 66. Mascar. in verbo, interesse, num. 8. Roland. consil. 1. num. 3. volum. 1. Abb. consil. 92. numero 6. Commendat pro valde singulari ad impediendum executionem conformium, Marsil. Singul. 274. & 295. numero 4. vbi Clausula, Appellatione remota, non præiudicat Tertio. Singulare quoque dixit Vrsill. ad Afflict. Decis. 235. numero 2. Immo, Rota Bononiens. Decis. 67. numero 12. ait solam suspitionem sufficere pro interesse, glos. in l. à sententia, in gl. 1. ff. de Appellation. in Canone, Non solent, 2. quæst. 6. Contard. ad Aegid. limit. 33. numero 10. & sufficit quod possit interesse. Gahaula, ad l. 3. §. si tamen, numero 16. de verb. obligat. Boer. Decisio. 79. numero 1. Berous, consil. 32. numero 13. lib. 3. Osasch. Pedemont. Decis. 38. nu. 5. Anchar. quæst. 44. parte 2. Borgnin. Decis. 45. nu. 11. parte 1.

Et sufficit, etiam quod titulus non sit validus, Marsil. Singul. 274. Gozadin. consil. 103. numero decimo.

Nisi titulus esset procreatus ab eo cum quo lis erat. Vrsill. ad Afflict. Decis. 228. & 235. num. 2.

28 Et dicitur † hoc casu, incontinēti, arbitrio iudicis. Abb. in capit. Veniens, numero 11. vbi Felin. numero 15. de testibus. Menoch. de Arbitr. Casu 18. in fine, dummodo nō excedat tempus in quo causa debet terminari. Ioseph. Rotæ Lucanæ Decis. 34. numero 16.

29 Subdeclaratur † primo, in Tertio nominato in iudicio, qui causam defendere tenetur, etiam non docto de interesse. Bald. in Authentica, Nūc si hæres, numero sexto, C. de litigios. vbi dat ei multa priuilegia, de quibus ibi per eum; etiam reluctante Statuto, Ioseph. Rotæ Lucanæ Decis. 34. numero 12.

30 Subdeclaratur secundo, in Tertio, † qui sit possessor, cui sufficit allegare possessionem, & protestari nihil fieri in præiudicium suæ possessionis. Socin. consil. 158. colum. 6. Gozadin. consil. 103. col. 3. Roland. consil. 5. num. 15. libro 2. subdens, quod si executio fieret protestatione pendente, esset nulla, & datur ei appellatio, si non audiatur. Personal. de Adipiscenda, numero trecentesimoquadragesimo.

31 Subdeclaratur † hoc in possessione iusta, secus si possessio non esset iusta, Castrens. de Communi, in l. vis eius, per illum textum, C. de Probat. in §. si super rebus, sub numero nono, est enim extra mittendus Aduersarius, qui tenet iniustè. Bald. in capit. Cum super, numero tertio, de caus. possession. & proprietat. ex notat. in l. & ideo, §. vel alius. ff. de Condict. furtiua. Idem Bald. in l. ob maritorum, numero primo. C. Ne vxor, pro marito.

32 Nemo etiam † debet reportare commodum ex possessione illegitimè capta. Ias. consil. 146. numero quarto, libro quarto. Decius, consil. 424. numero decimonono, consil. 467. in l. finali, numero 48. versiculo, sed potest responderi, C. de Edicto Diui Adriani tollendo, vbi Corneus, numero 43. versiculo, & hæc vera, Zuchard. numero 423. Fernand. Vasquius, capit. 87. numero 26. & 27. Contard. ad Aegidian. quæstione vigesimaquarta, numero 13.

33 Si tamen tertius † sit possessor, potest transferri in victorem, ex sententia ad sui fauorem obtenta, ius victi, saluo iure possessionis ipsius Tertij. Ita Bar. in d. §. si super rebus, quæst. vltima, vbi Castrens. numero 9. Ias. numero 12. per l. si finita, §. si de vectigalibus, ff. de damno infecto, vbi Bart. num. 11. Alexand. nu. 17. dicunt esse textum notabilem. Couarru. Practicab. quæstion. cap. 16. colum. 16. vers. quartum tribus, & facit glos. notabilis in l. si fundum, ff. de fundo dotali, vbi maritus quærit dominium rei dotalis sine possessione.

34 Declaratur tamen † præsens materia, vt victor probare debeat dominium victi summariè, prout conuenit in iudicio executionis, siue contradictor alleget dominium, & possessionem, siue possessionem tantum. Didac. in citato iam loco, col. 15. versiculo. Primum, &c. nisi cōcurrat præsumptio dominij pro possessore, nam tunc erit plenius de dominio probandum, ex l. si adulterium, §. Idem Pollioni, ff. de adulterijs.

35 Declaratur secūdo, ex † mente eiusdem, quod si contradictor fatetur victum dominum, & allegat suam possessionem, si allegat causam possessionis, auditur, aliàs non.

36 Et quod dictum est † de possessione, procedit, & locum habet, si actualis possessio reperiatur penes ipsum Tertium allegantem, secus si resultet ex deposito, vel locatione per ipsum facta, quia possessio probanda erit. Didac. in citato loco, col. 18. in principio; & crederem sufficere instrumentum locationis, iuxta ea, quæ dixi in tractatu Locati, & Conducti, parte 6. quæst. 11.

Hinc dicebat Faber, in l. 1. C. de priuileg. Fisci,
37 quod † Tertius non est legitimus contradictor, ex eo solo, quod allegat se habere ius, & actionē ad possessionem victi; nam facta executione, agat remedijs possessorijs sibi competentibus, contra eo tempore possidentem. Commendat Io. Rupellan. forens. Institut. lib. 1. c. 56. in fine, vbi dicit Ioan. Fabri opinionem esse in illis Regionibus sacrosanctam.

38 Tertius † etiam admittitur in respiciētibus publicā vtilitatē, vel vbi iudex potest supplere ex officio, etiā nō docto de interesse. Bar. in l. vbi pactū, nu. 11. C. de transaction. Decius, in c. Quę in Ecclesiarum, nu. 4. de Cōstitut. in c. Cum parati, nu. 8. de Appellation. cons. 429. nu. 4. & hæc est Communis opinio, & tota die practicatur. Marsil. cōs. 73. num. 76. Gabr. de Malefic. Conclus. 9. numero 28. Vant. Quis possit dicere de nullitate, numero sexto.

Declaratur

Declaratur secundo loco principaliter princi-
39 palis Cõclusio, si † tertius ignorauit causam agi, & tractari, secus, si à principio sciuit, quia sibi imputet, cur non prouiderit. Bart. in l. à sententia, numero 9. ff. Quorum appellation. non recipiantur Dec. in cap. Tua nobis, numero 25. de Appellation. in 4. limitatione, vbi dat pro Cautela, vt
40 Tertius † comparens iuret de nouo se notitiam habuisse. Felin. in cap. Veniens, columna quarta, sub numero 10. limitatione 2. de testibus, vbi post
41 Calderin. ab eo allegatum, ampliat idem † esse in beneficialibus. Idem Felin. in cap. Quamuis, limitatione 2. numero 3. de re iudicata, vbi dat scientiam formulæ Actionis Iuris competentis pendentiæ processus, & ante litem contestatam, Boer. Decisione 79 numero 3. vbi non auditur, etiam cum cautione, de qua in l. is à quo, ff. de rei vendicat. Contard. ad Aegidian. limitatione 23, numero 6. vbi declarat hoc verum, si à principio sciuit, & non prouidit, vnde obstabit prima, & secunda sententia, secus si sciuit post vltimam sententiam tantum, ex Angelo in l. si suspecta, num. 3. ff. de inofficioso testamento, qui pulchrè loquitur. Vant. in titulo, Quis possit dicere de nullitate, sub numero 26. vbi infert, sententiam numquam nocere, si sit lata contra absentem, vel indefensum, Alexand. consil. 84. libro 3. Matthesilan, notabili 24. Marsil. Singulari 4. Menoch. cõsil. 79. numero 23. libro 1. Socin. consil. 240. columna finali, versiculo, circa aliam difficultatẽ, vbi de Communi. Puteus Decisione 12. libro primo.

Vnde Cautela est, vt iste Tertius citetur in quolibet Actu. Castrens. ad l. cum filiis, in fine principij, ff. de verbor. obligat. dicens fecisse remanere cõfessum magnum Aduocatum. Borgnin. Decisione 45. numero 72. & Decisione 10.

Vel saltem intimare sententiam. Ioseph. Rotæ Lucanę Decis. 56.

Et vltra prædicta, bene scribit Crauetta consil. 14. numero 3. & consil. 58. vbi loquitur in Criminalibus.

42 Subdeclaratur, † nisi natura causæ repugnet, quia tunc etiam aduersus Tertium ignorantem transit in Iudicatum. Couarru. Pract. quæstion. cap. decimosexto, colum. sexta, versiculo, sed si Tertius.

43 Subdeclaratur secundo, † in minore, muliere, & similibus personis, etiam scientibus, quæ restituuntur. Vrsil. ad Afflict. Decisione 15. & 235. attestans, ita iudicatum in facti contingentia.

44 Declaratur tertio loco principaliter, in † Tertio, qui se opponit lite pendente, quo casu auditur, sed per cautionem succurritur, iuxta materiam l. is à quo fundus, ff. de rei vendicatione quę procedit etiam post sententiam, ante tamen executionem; vel si fiat in potentiorem; vel possessio vacet; vel asserit se possidere; vel bona esse ipsiusmet Tertij opponentis; his enim casibus Tertius auditur, ex his quæ notantur per longam digressionẽ à Couarru. Pract. quæstion. cap. 16. qui tandem in his tribus casibus se restringit admittendo Tertium, si compareat in reali lite inter duos pendente; quo casu succurritur per satisdationẽ secundum d. l. is, à quo. vel possessio est vacans; vel possidetur ab ipsomet Tertio; vel in personali, Tertius allegat bona in quibus facta est executio, esse propria, offerendo statum probare. Crauetta consil. 14. numero 3. Papiens. de Executione sentent. numero 16. Lanfranch. de Interlocut. numero 70. Anchar. loquens, si victor sit nobilis, & potens, quæst. 42. parte 2. Minsyng. Centuria 3. Obseruatione 73. qui loquitur in tribus casibus superius à Didaco expressis. Crescẽt. de Rescrip. Decis. 11.

Et notandum est, quod dispositio l. is à quo, ff. de rei vendic. procedit in beneficialibus, & in feudis. Duenn. Regula, 274. Grauat. ad Vestr. libro 5. cap finali, numero 26. Ancharan. quæst. 42. parte secunda.

Nec procedit in intruso lite pendente. Crescent. Decisione 20. de re iudicata.

Et procedit, quando sunt plures competitores agentes contra possessorem, & vnus prius quam alius victoriam reportauerit. Felin. in cap. Super, colum. 3. numero 5. de re iudicata, in cap. Veniens, de testibus, Ias. in l. à Diuo Pio, §. si super rebus, colum. penult. de re iudicata.

Et data scientia ipsius Tertij, si nõ comparet, nõ auditur, etiam pręstita cautione. de Communi Alexand. in d. §. si super rebus, numero decimoquarto.

Si verò Tertius possideat, auditur præstita cautione. Duenn. Regula 274. num. 2.

Præterea, dispositio d. l. is à quo, non procedit, vbi est periculum animarum; vel Tertius se opposuit post sententiam: quia tunc cautio non attenditur, secus si ante. Diaz. Regula, 266. Addo prædictis Minsyng. libro 3. Obseruation. 73. vbi in duobus casibus admittit Tertium ad executionem impediendam, si possessio rei sit vacans; vel ab ipso Tertio possideatur. Sequitur Grauatius ad Vestr. lib. 5. cap. finali, numero vigesimosexto, & debet etiam soluere expensas. Caputaq. Decisione 327. parte prima, Match. Decisione 272. parte 1.

45 Declaratur tertio, † seu quarto loco principaliter, vt iste Tertius admittatur in statu in quo causa reperitur, per cap. finale, §. finali, vt lite pendente, libro 6. vbi glos. rationem reddit: hoc introductum, vt sit litium finis; & notat illum textum ibi Franch. in vltimo notabili, dicens, quotidie ad hoc allegari. vbi Ampliat idem in subrogato à Summo Pontifice in locum mortui, qui potest prosequi causam cum procuratore superstitis, sine nouo mandato, ex Decisione Rotæ 440. Si agens, in antiq. Quod mirum videtur in subrogato: quia ante venire non poterat; Sed hoc fortasse ex persona illius, in cuius locum subrogatur. Idem notat ibidem Anchar. numero 4. data scientia, & non aliter; & clarius extendit se Ioan. Monach. vbi semper intelligit data scientia, & non aliter. Ferrett. consil. 46. numero decimotertio, Crauetta, consil. 14. numero tertio, & consil. 58. vbi Ampliat idem esse in criminalibus. Cassador. Decisione prima, de Except. vbi Ampliat ad Tertium venientẽ virtute Commissionis, omnesq. alios interesse putantes. Vant. Quis

possit

possit dicere de nullitate,nu.25. Specul. de compartitio.in terminis,numero 6.versiculo, attendas insuper. Lap.Allegatione 112.post numerum 3. Nisi Tertius commissionem obtineat,quod cōstito de interesse, admittatur; quo casu est renouandus processus. Rota apud Cassador in allegata Decisione 1.Grauat.ad Vestrium,lib.5.cap.vltimo,num.26.in fine.

Et veniens ad causam Tertius,in tertia instantia,sciens litem motam,dicitur tertia instātia, ita vt amplius appellare non possit. Puteus, Decis. 71.libro terio. Quam opinionem dicit veriorem Minnos,formula 9. in glos.In statu, & terminis, in fine. Aufrer. ad Tolosan. Decis.430. Anton. Gabr.de Executione rei iudicatæ. Conclus. prima,num.20.

46 Et Tertius duobus modis † comparere potest; Vno modo, ad adiuuandum, vel incitandum, vnum ex principalibus; Secundo modo, pro suo interesse principaliter; Primo casu intrat in causā in statu in quo reperitur, data scientia; Secundo casu intrat,nec nocet scientia,nec causæ progressus.Bald.in l.si eo tempore,in fine,C.de remissione pignorum. Anchar. consil. 87. in prima, colum. & dubio; clarius Vrsill. ad Afflict. Decis.

47 235.quibus in locis dicunt, quod quando † Tertius venit ex se principaliter, licet possit omnia, vt principalis,nulla facta distinctione scientiæ,nō tamen potest opponere exceptiones dilatorias, vel declinatorias,nec dicere de nullitate ex defectu citationis: tamen poterit recusare iudicem vti suspectum.Ias.ad l.ita demum, numero quinto.C.de procurat.Francisc.Niconit. Allegat. 34. num.17.Grauat.ad Vestr.libro 5.cap.finali,num. 26.in fine. Abb.in cap. Cum super, numero 2.de offic.Delegati, dicens perpetuo esse notandum, nec se alibi legisse.

Et in causa spolij, auditur Tertius, etiam post tres conformes, eas impediendo in causa mali exempli; & scandali, dummodo incontinenti probet.Puteus, Decis.trecentesimauigesimasexta,libro secundo.

48 Et Tertius † Commissionem impetrans, & constito de interesse: nam tunc non venit in statu,sed renouatur processus.Cassador. Decis.1.de Exception.

49 Et auditur Tertius † in reiteratione terminorum non ritè seruatorum.Papazzon.ad Rotę Decis.secundam,numero trigesimoseptimo,de Rescript.

50 Declaratur principaliter † quarto loco, nisi Tertius,qui comparet, haberet præsumptionem calumniæ contra se,quo casu repellitur, nec auditur,capit. Suscitata, de restitutione in integrum; nisi præstita cautione de restituendo rem, iuxta d.capit. Suscitata, quod in hoc est singulare, secundum omnes.Felin.in cap.Veniens, limitatione 1.numero 10.de testibus.Vant. Quis possit dicere de nullitate,numero 27.

Addo Castrens.consil. 460. numero 6. libro 4. Alex.consil.223.in fine,versiculo, & licet, libro 6.Zannet.de different. Iur.Ciuil.& Canonici, numero 217.Vital.in Clausula, Nihil innouar.pendente Restitutione in integrum, numero 4. Bartol.in l.defendente,numero 3.ff.de author. tutorum.Lap.Allegat.53. An oporteat, numero octauo,pulchrè Minsyng. Centur.1. numero 48.vbi subdit,quod si cautio non prouideat sufficienter, quod non differtur executio:quia dispositio cap. Suscitata,correctoria est, ideo iure merito strictè interpretanda; & ita tenuit Rota in vna Beneuētana bonorum.vt refert Lancelott. de Attentat. parte secunda,capit.decimooctauo, numero trigesimoseptimo.

51 Subdeclaratur, † si à parte petatur, aliàs non. Vestr.in Praxi, libro 8.capit.3.numero 15.attestans ita seruare Palatium,nisi esset suspectus,vel aliàs dilapidator. Rota Decis.435. in nouis.Minsyng. Centuria 1. Obserua.5.attestans in Camera Imperiali ita pluries iudicatum, ex notatis in l. Vniuersa, vbi las. numero secundo. C.de precibus.Imperat.offerendis.

Addo Marsil.in l. Vnius, §. Cogniturum, numero tertio, ff.de quæstion.

52 Vltra quos facit, quia † dilationes non dantur nisi petantur,l.prima.C.de dilation. ibi: postulāti dare conuenit,& etiam si statutum daret formā dilationibus dandis. Vant.de Nullitate process. numero quadragesimotertio. Asinius, de Execut.§.3.capit.12.

53 Et hoc procedere videtur etiam † in defensionibus in causis criminalibus. Boss.ex Communi, de Indic.& considerat, ante tortur.numero 99. Roland.consil.12.numero quadragesimosecundo,libro tertio. Vulpell. Responso septuagesimo quarto, numero septimo, vbi de magis Communi.

Sed in hoc Contraria est magis Communis. Farinacc.quæstione trigesimanona,numero nonagesimooctauo,attestans ita passim in Vrbe practicari.

54 Subdeclaratur † secundo, in calumnia velata, vel præsumpta, quo casu succurritur per satisdationem, secus si sit euidens, & manifesta: nam tunc nullo modo impedit executionem; ita pulchrè Bald.in Authentica, Quæ supplicatio, num. 3.colum.1. C. de precibus Imperatori offerend. Commendat Boer.in Singularib. suis, in verbo, Executio,numero 26.vbi bene loquitur. Benedict.BarZ.de Guarentig.par. 3.quæst. 21. Afflict. Decis.356.sub numero 3.ibi: nisi constet iudici, quod malitiosè. Robert. de Attent. parte secunda,cap.18. num.58.59. & 60. vbi Ampliat, quod data manifesta calumnia, non auditur, offerendo cautionem,nec probationem incontinenti.

55 Calumnia igitur vera est, † quando nulla causa adducitur,vel talis quæ sit crassa, & ridiculosa, puta,si dicat velle audiri,quia reperit de nouo inter suas Scripturas testamentum, vel quid simile, quod hactenus ignorauit; vel apertè iactaret comparuisse ad executionem impediendam.

56 Calumnia præsumpta est, † quæ colligitur extrinsecus ex dictis vel factis, vel ex qualitate iudicis,vel ipsius opponentis; & si excipiatur contra sententiam Principis,vel tres conformes; vel solitus fuerit calumniari, & lites immortales facere;vel sit lata sententia ex confessione partis. Crot. consil.276.in fine,libro 2.Bero. consil.36. numero 11.&

ro 11. & 12. libro 1. Robert. de Attentat. parte 2. cap. 18. numero 64. vbi adiicit alia exempla. Sfort. de Restitutione in integrum, quæst. 43. Articulo 5. num. 67. dicens, in hoc multum versari iudicis arbitrium, & prudentiam.

57 Subdeclaratur † tertio, quando victor qui tenetur præstare cautionem, esset non soluendo, vel timor dilapidationis, adesset, aliàs non est necessaria ista cautio. Butrius in d. cap. Suscitata, numero 22. Rota Decis. 435. num. 2. in nouiss. Vestr. in Practica, lib. 8. cap. 3. num. 5. dicēs indistinctè, ita tenere Palatium; sed hoc in Actis allegari, & deduci debet. Lancelott. de Attentat. lib. 2. cap. 18. num. 72. dicens, hoc esse elegans dictum.

Contrarium tenet Abb. in d. cap. Suscitata, numero 9. per illum textum, qui indistinctè loquitur, & potest esse quod securitas sit bona, & victor sit potens, & cum difficultate ab eo haberi possit.

58 Subdeclaratur † quartò, in executione negocij principalis, secus in executione pro expensis. Rota in allegata Decis. 435. Milis, in verbo, Restitutio, el tertio.

59 Subdeclaratur † quinto, dummodò reperiat cauentem, vel idoneā cautionem, aliàs sufficit iuratoria cautio. Guido Papæ Decisione 50. Afinius in Practica, §. 31. cap. 2. Ampliat. 9. vbi tandem distinguendo concludere videtur in homine suspecto cautionem iuratoriam nō sufficere; & dicit mente tenendum, & quotidianum.

Et sic patet, quod verior est opinio Butr. ad d. cap. Suscitata, de qua supra, Subdeclaratione 3. quod in homine suspecto est necessaria ista cautio, ita vt iuratoria non sufficiat.

60 Et poterit † iste Tertius coram executore met suas exceptiones proponere, vt latè deducit Didac. Practicabil. Quæstion. cap. 16. versiculo, illud tamen, vbi etiam subdit, quod poterit executor decernere copiam, & facere iudicium summarium.

61 Et cautio † de qua in cap. Suscitata, coram executore peti potest, & debet. Milis, in verbo, Restitutio, 3. Robert. de Attentat. parte 2. cap. 18. numero 79. Sforz. de Restitutione, quæst. 43. numero 85.

62 Et præsumptio † calumniæ cessat, si de interesse Tertij constet ex Actis. Alexand. consil. 232. numero 17. libro 4. consil. 77. numero 2. lib. 2. Decius consil. 8. sub num. 7. in 2. responsione. Lancelott. de Attentat. parte secunda, cap. 17. numero 126.

63 Declaratur quinto † loco in Tertio habēte legitimam personam, Felin. in cap. Significauerunt, colum. 6. & in cap. finali, colum. 3. in 6. Fallentia, de Exception. Vant. Quis possit dicere de nullit. num. 29.

64 Declaratur sexto loco, † vt licet Actio personalis non possit mandari executioni contra Tertium, conueniri tamen poterit Tertius, vti possessor, aliquo Iudicio possessorio, vt ex l. finali, C. de acquiren. possess. vel simili. Crauetta consil. 235. columna secunda, versiculo, & si dicatur. Mulanes. autem Decisione Siciliæ 12. à numero 117. vsque ad finem, libro 2. materiā sic resoluit: Aut Tertius habet possessionem, dominium, vel Constitutum, vel ius in nominibus debitorum, & tunc auditur, ad impediendum executionem; aut prætendit simplicem hypothecam, & tunc Tertius non impedit, sed fit executio saluo iure Tertij.

65 Et licet apud † multos dubium fuerit, an iste Tertius sic comparens pro suo interesse, possit, & debeat dici Actor, vel Reus. Rota autem tenet esse reū, quia prosequitur causam in statu in quo est; & ita tenuit in vna Carthaginensi 1542. vt refert Mainos, ad formul. nouam, in gloss. finali, & capienda est Cautela Vrsilli ad Afflict. Decis. 235. vt Tertius compareat ad infringendum iura competitoris. Et vlterius, si erit Priuilegiatus iste Tertius, poterit illis suis priuilegijs vti, attestans ita iudicatum; vel si venit ad impediendam immissionem ex primo Decreto, dicitur Reus, sed quando est concessum primum Decretum, & vult illud impugnare, tunc dicitur Actor. Borgnin. Decis. decimaseptima, numero septimo, parte prima.

66 Et quando † Tertius non est in tempore veniendi per viam adhæsionis, quæ fieri debet modis prædictis, appellet, quod in omni statu facere debet, & potest, insistendo tamē causam in appellatione, & cautus sit in conclusione, si enim appellat, quia ignorauit causam agi, & sic ratione qualis qualis præiudicij, & tunc concludat declarari præiudicium non fieri; si vero appellat à totali præiudicio, & tunc concludendo, petat rescissionem sententiæ. pulchrè Angel. practicare docet, in l. si suspecta, numero quarto, C. de inoffic. testamento. Commendat Contard. ad Aegidian. limitat. 23. numero 16. & appellans auditur, etiam contradicente principali, vel etiam si cum aduersario transegisset. Felin. in capit. Cum super, num. 11. de re iudicata. Crauetta, cons. 220. nu. 3. Personal. de Adipiscenda, numero 339.

67 Et Tertius † veniens ad causam, non dicitur attentare. Lancelott. de attent. à Tertio, vbi datur Regula cum Limitationibus.

Et hæc dicta sunt, in materia Tertij, audiri volentis, vltra Felinum plenè profitentem, in capit. Veniens, de Testibus, in capit. Cum super, de re iudicata, & in Practica vtilia sunt & quotidiana.

68 Et iuxta prædicta infertur ad decisionem, † an cessionarius agere volens, debeat ex se, etiam nō requisitus, exhibere cessionem, ad hoc, vt agere possit; & vtique sic, ex prædictis, maximè ex Baldo, in l. per diuersas, quæstione decima, C. manda ti, Alexand. consil. 96. colum. secunda, volum. 4. consil. 115. in fine, volum. septimo. Boer. Decisione decima. Roland. consil. 20. numero decimoquarto, volum. 1.

69 Pariter ad † Statutum Tudertinum, de Guarentigia, vt ad instantiam creditoris, vel cessionarij capi possit, intelligitur enim modo prædicto.

70 Et Tertius comparens † ad impediendam executio-

cutionem, & succũbens, sententia contra eum licet non nominatum, exequi poterit. Ioseph. Rotæ. Lucanæ Decis. 56.

71 Sed numquid † sententia Admissionis Tertij pro suo interesse est Diffinitiua, vel Interlocutoria? & vtique Interlocutoria; & in Curia Romana citatur ad videndum admitti N. pro suo interesse, & si nihil releuans deducat, pronunciatur admmittendum, à qua pronuncia datur etiam repositio, Mannos, formul. 9. in verbo, Admitrat.

72 Sed numquid † appellatio Tertij proderit victo? Vtique sic; Bart. in l. à sententia, ff. de Appellation. Abb. in capit. Cum super, de re iudicata.

73 Ampliatur primo, † etiam Reo inuito. Bart. in l. non tantum, ff. de Appellation. Imola, in d. cap. Cum super.

74 Ampliatur secundo, etiam † si victus sententiam approbasset, vel appellationi renunciasset, Bald. in d. l. finali, §. finali, C. de temp. appellation. Nouell, Regula, ducentesimatrigesimasexta.

Declaratur, vt si Tertius appellasset, & appellatio esset deserta, non exequitur sententia contra eum in possessione. Rota apud Crescent. 17. aliàs 147. de sententia, & re iudicata.

75 Pariter auditur Tertius ad impediendam executionem rei vacantis, cum eius plurimum intersit, non habere Aduersarium, præcipuè potentiorem, ne illo ingrediente, numquam, vel cum magna difficultate recuperet. Rota apud Bisignett. Decisione prima, de sequestr. possession. Contard. de momentanea possessione, limitatione prima, numero nonagesimotertio. Vt sententia noceat Tertio; vide Cautelam infra, Soliloquio trecentesimooctuagesimoquinto. Sed numquid Delegatus in causa principalis, erit Iudex competens si Tertius audiri velit? Vtique sic, ratione connexitatis. Franc. Marc. Decis. sexcentesimatrigesimaoctaua, parte secunda.

EXCEPTIO LXX.

Manifestæ Iniustitiæ.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio manifestæ iniustitia opponi non potest si non est appellatum.*
2 *Non appellans in tempore, videtur renunciare iuri suo.*
3 *Querelari quis non potest post sententiam.*
4 *Manifesta indigent probatione.*
5 *Iudicia non debent esse elusoria, & debet dari status in quo homines possint esse in pace.*
6 *Exceptio manifestæ iniustitia non potest opponi in executione sententiæ.*
7 *Exceptio manifestæ iniustitia non potest opponi contra sententiam ambitiose latam, licet seruato Iuris ordine.*
8 *Exceptio manifestæ iniustitia non potest opponi contra sententiam latam contra Constitutiones.*
9 *Exceptio manifestæ iniustitia in executione opponi non potest etiam si iniquitas resultaret ex verbis, vel tenore sententia.*
10 *Exceptio manifestæ iniustitiæ opponi non potest contra sententiam Iudicis Delegati, qui sententiauit contra formam Commissianis, & non est appellatum.*
11 *Sententia iniqua mandatur executioni etiam quo ad pœnam.*
12 *Declara vt ibi.*
13 *Sententia iniqua, & iniusta, facit ius etiam in fructibus, vt iusta etiam causa non excuset ab eorum condemnatione.*
14 *Hæres missus in possessionem per sententiam iniquam, & iniustam, tenetur satisfacere creditoribus.*
15 *Fideicommissum quæsitum per sententiam iniustam non restituitur.*
16 *Solum per sententiam iniustam ex dolo Aduersarij repetitur.*
17 *Sententia manifestè iniusta, an sit exequenda de Iure Canonico.*
18 *Electio nulla, vel inualida, & defectuosa, quando mandetur executioni.*
19 *L. Veteranis, C. quando prouocare non est necesse declaratur.*
20 *Electus iniustè debet comparere, se excusare, & allegare.*
21 *Exceptio notoriæ iniustitia opponitur in executione sententia.*
22 *L. ea quidem, C. de accusation. declaratur.*
23 *Appellatio in possessorijs admittitur ratione notoriæ iniustitiæ, & euidentis iniquitatis.*
24 *Clausula, Appellatione remota, non operatur contra notoriam iniustitiam.*
25 *Statutum prohibens appellationem, non operatur vbi est notoria iniustitia.*
Declara vt ibi, num. 26. & 27.
28 *Sententia notoriè iniusta reuocari debet, etiam si ab ea, non fuerit appellatum.*
29 *Sententia notoriè iniusta non est exequenda etiam quod ex post facto detegatur.*
30 *Sententia notoriæ iniusta non est exequenda in criminalibus, & capitalibus.*
31 *Sententia notoriè iniusta non est exequenda fauore etiã piæ causæ.*
Sententia notoriè iniusta est nulla, ibid. sub eodem num. 31.
32 *Articulus notorij grauaminis an sit ante omnia discutiendus, & num. 33. & 34.*
Declara, vt ibi num. 35.
36 *Iniquitas notoria quando dicatur.*
37 *Declara vt ibi.*
38 *Sententia absolutoria ab obseruatione Iudicij valet sine probatianibus.*
39 *Sententia fundata super probationibus ibidem relatis est inualida.*

Concilia,

1 Quæro, An in executione sententiæ possit opponi, quod sit manifestæ iniustitiæ? Vtique non, si non est appellatum, l. Ciues, C. de appellation. cuius decisionis triplex ni fallor videtur ratio.

2 Prima est, quia † non appellando in tempore, videtur iuri suo renunciare.

3 Secunda ratio: quia post sententiam non videtur posse quæri de Iure, quod per sententiam est consumptum.

4 Tertio, quia † manifesta indigent probatione, & ad hoc semper allegatur ille textus. Ad idem l Præses, vbi Iaf. in summario, ff. de re iudicata, bonus textus in l. seruo inuito, §. cũ

5 Prætor, ff. ad Trebelli. vbi rationem reddit † ne Iudicia sint elusoria, & ibi num. 3. clarius exprimit Paul. Castrens. quia numquam esset litium finis, nec vmquam homines starent in pace.

6 Ampliatur † hæc Conclusio, etiam in sententia manifestè iniusta; ita colligitur, ex allegata l. Ciues.

7 Ampliatur † secundo etiam in sententia quæ lata sit causa cognita, id est seruato iuris ordine, sed sententia lata sit ambitiosè id est non visa veritate, & ratione amicitiæ, vel maleuolentiæ alterius partis, d. l. seruo inuito, §. cum Prætor, vbi Castr. num. quarto.

8 Ampliatur tertio, in † sententia contra Constitutiones, l. 1. §. item cum contra, C. quæ sentẽt. sine appellat. rescind. declarando prout infra.

9 Ampliatur quarto, etiam † si iniquitas resultaret in verbis sententiæ. Corneus in l. 1. C. de execution. rei iudicatæ. Contard. ad Aegidian. limitatione nona, num. 8. in fine.

10 Ampliatur quinto, etiam † in sententia lata à iudice Delegato contra formam Commissionis, quæ transit in iudicatum, si non appelletur. Butr. Panor. & alij, in cap. finali, de præbend. reprobando dictum Ottonis Cardinalis Portuensis Contrarium tenentis. Et hæc est Communis opinio. Felin. in cap. Causam quæ, columna tertia, de re iudicata. Iaf. ad l. qui Romæ, §. duo fratres, numero septimo. Ripa, numero sexto. Socin. iunior, numero vigesimoquinto, ff. de verborum obligatione. Viuius, Opinione 713. num. 6.

11 Ampliatur sexto, vt † sententia iniqua, mandetur executioni, etiam quo ad pœnam, vt per Doctor. in d. §. duo fratres, vbi Alex. col. 1. Iaf. col. 9. sub nu. 22. Ripa, num. 13. Crot. num. 17. Socin. iunior, num. 36. ff. de verbor. obligat.

Decla-

12 Declarando, † vt procedat contra victum nō contumacem, & eadem causa plenè discussa, vt ibi per scribentes.

13 Ampliatur septimo † in sententia iniusta, & erronea, quæ facit ius etiam in fructibus; ita, vt etiā iusta causa non excuset ab eorum condemnatione, prout nec ab expensis, l. ex diuerso, §. 1. vbi Bart. num. 5. Castrens. numero tertio. Angel. num. 2. de rei vendicatione.

14 Ampliatur † octauo, vt hæres missus in possessionem hæreditatis per sententiam iniustam, vel erroneam, teneatur satisfacere creditoribus, & legatarijs; Casus est singularis in l. si seruus plurium, §. primo, vbi Angel. & Castrens. in fine, Ias. num. 4. dicunt esse casum singularem, & notabilem, ff. de legat. 1.

15 Fallit in † restitutione fideicommissi, vbi non restituitur quæsitum per sententiam erroneam, l. debitor, §. finali, ff. ad Trebellian.

Declaratur, nisi dolo, & falsis allegationibus
16 talis sententia lata fuisset, nam & † tunc solutū per sententiam iniustam, repetitur, vt per Alex. & Angel. in d. §. finali, qui dicunt benè notandum.

17 Ampliatur nono, † etiam de Iure Canonico, cap. Cum inter, de re iudicata.

18 Limitatur primo † ex mente glossæ, in d. l. Ciues, vt non procedat in casu legis nominationes, C. eod. titulo, sed ibi non sumus in electione iniusta, sed nulla, quia non est seruatus ordo, nec locus; & hoc in electione onerosa; si verò sumus in electione gratiosa, tunc aut est defectus in materia, quia eligitur indignus, & tunc electio, ipso Iure non tenet; aut est defectus in forma, & solemnitate, & tunc ipso Iure valet, sed rescinditur iuxta cap. Quemquam, de Election. lib. 6.

Et sic habentur conciliationes istorum duorum iurium.

Limitatur secundo loco, ex mente glossæ ibi-
19 dem, in † casu legis Veteranis, C. quando prouocare non est necesse, vbi speciale est in veteranis, non ignominiose à militia missis, vt nominati ad munera personalia, electio non teneat, ipso iure; & sic non sit opus appellatione; deberet tamen comparere ad se excusandum, aliàs sibi præiudicaret, l. 2. vbi Bald. C. de excus. veteran. Vnde aut sumus in alijs priuilegiatis, & electi debēt appellare, l. hi qui, l. Ciues, C. de appellat. Aut sumus in militibus veteranis, & nominatio non tenet, d. l. veteranis; tenentur tamen comparere ad se excusandum, aliàs cogi possent l. 2. C. de excus. veteran. l. finali, in fine, ff. de priuil. veteran. Sentit Thomas de Collect. fol. 370. num. 20.

20 Et sic licet † electio sit ipso iure nulla, ex priuilegio à iure concesso, comparendum tamen est ad se excusandum, aliàs sibi præiudicaret; & crederem sufficere allegare se talem. & Bald. in Authentica, Statuimus, col. 2. versiculo, ego dico, C. de Sacros. Eccles.

21 Limitatur tertio † ratione notoriæ iniustitiæ, vt post glos. in d. l. Ciues, C. de appellat. Concludit ibi Angel. in primis verbis, per l. ea quidem,
22 † C. de accusat. de cuius legis intellectu pulchrè Alciat. in lib. 1. de verb. signif. num. 69. Coras. lib. 1. Miscellaneor. cap. 16. num. 6. Rebuff. ad l. detestatio, col. 3. versic. 3. erant, de verb. signific. Menoch. de Arbitr. Casu 166. aliàs 169. Surd. consil. 61. num. 50. Decisio 260. num. 30.

Ampliat hæc Cōclusio, & limitatio, vt in aliàs appellare prohibitis, admittatur appellatio, ratio
23 ne notoriæ iniustitię. Vnde † in possessorijs executio retardatur, & appellatio admittitur, ratione notorię iniustitię, & euidētis iniquitatis. Alexand. consil. 91. nu. 3. lib. 6. & cons. 113. nu. 8. lib. 5. Barbac. consil. 82. col. antepenult. lib. 5. Dec. consil. 49. num. 2. Ripa, in cap. 1. num. 3. de Rescript. Ruin. consil. 46. num. 17. versiculo vltimo, lib. 1. Calcan. consil. 83. col. penult. Aufrer. ad Tolosan. quæst. 500. in principio. Iaffred. Decis. 445. Bald. consil. 141. col. 2. versiculo, vnde si Iudex, & col. vltima, versiculo, vel quando est notorium, lib. 1. Natta, consil. 51. num. 21. consil. 172. num. 4. libro 1. Zuchard. ad l. finalem, C. de edicto Diui Adriani tollendo, num. 447. vbi Menoch. de Adipiscend. Remed. 4. num. 850. Boss. de Princip. num. 377. Bolognin. ad l. naturaliter, §. nihil cōmune, nu. 23. ff. de aquir. possessione, Osasch. Pedemont. Decis. 25. num. 13. Neuiz. cons. 81. num. 31. Ioseph. de Ludouic. Decis. Perusina 20. num. 13. & 25. Contard. ad Aegidian. limit. 9. num. 2. pulchrè Pōtan. de Spolio, lib. 4. num. 50. Thom. Ferrett. de Appellation. quæst. 5. nu. 47. Addo prædictis bonum locū apud Curt. iunior. in l. penult. sub num. 12. C. de Pact. vbi limitat l. diem. §. stari, ff. de arbitr. nisi laudum sit notorè iniquum. Similiter sententia Pastoris, etiā iniusta timenda, nisi sit notoriè iniusta, concurrente causa impossibili. Ant. Gabr. lib. 2. de sententia. Conclus. 10. num. 3. versic. Contrarium. Vel nisi sit lata à iudice incompetenti, & non contineat intolerabilem errorem. Sot. de Iustit. & iure, lib. 5. quæst. 7. Articulo 4. col. penult. in fine, fol. 488. vbi nec in foro conscientiæ ligat. Barbac. consil. 47. num. 29. lib. 1. Contard. de momentanea poss. limit. 9. num. 47. Vel lata sit ab Ordinario, secus à Delegato. Innoc. in cap. Cum cōtingat, de offic. Delegati, Roman. consil. 327. Milis, in verbo, Sententia, 2. Marsil. de probatio. num. 170.

24 Idque † adeo verum est, vt iudex teneatur appellationi deferre, licet non teneretur, quando causa est commissa cum Clausula, Appellatione remota. Berous, authoritate dictæ glos. in cap. 1. num. 4. de Rescript. est glossa, in cap. Ex conquestione, in verbo, post appellationem, de restitut. spol. cap. Inter, de re iudicata.

25 Idque † procedit etiam in Statuto prohibente appellationem. Abb. in cap. Pastoralis, col. penult. num. 15. & 16. de Appellation. cons. 44. col. 2. lib. 2. Decius, qui clarius loquitur, cons. 49. nu. 2. Natta, consil. 172. lib. 4. Paris de Puteo, de Syndicatu, in verbo, Appellatio, cap. 2. nu. 2. Roland. consil. 29. num. 37. lib.... vol. 1. Hippolyt. Riminald. ad l. vt vim, numero 288. ff. de Iust. & iure. Marsil. in l. prima, num. 158. ff. de Raptu virginum.

26 Quod videtur declarādū † ex Ruino cons. 82. vol. 5. vbi videtur considerare plures casus remotę appellationis, qñq; principalis, qñque Statutū,

quan-

quandoque partes, quandoque Princeps, partibus cōsentientibus. Primo casu non intelligitur sublata appellatio, ratione notoriæ iniustitiæ, nisi opposuerit alia verba prægnantia, puta, siue sententia sit iusta, siue iniusta. Secundo casu, per Legem vel Satutum nunquam censetur sublata notoria iniustitia, etiam per verba generalia, & prægnantia, ne quis indebitè grauetur; Tertio & Quarto casu, non potest appellari a notoria iniustitia, dummodo dolus malus absit.

27 Et licet † Marantha in suo Speculo, Actu secūdo principali, numero 300. Abb. consil. 55. lib. 2. Duenn. regula 44. limit. vltima, videantur indistinctè tenere, quod sufficiat iniustitia simpliciter, tamen benignè accipiendi sunt de notoria iniustitia, iuxta ea, quæ iam dicta sunt, c. Inter ceteras, de re iudicata.

Addo eiusdem sententiæ Anchar. consil. 382. colum. penult. Felin. in cap. Et si clerici, de iudic. colum. quarta, Afflict. in procem. Constitution. Neapolitan. incip. Post mundi machinam, num. 55. Curt. iunior, & Purpurat. in l. magistratibus, ff. de iurisdict. omn. iudic. Couarr. variar. resolution. libro primo, capit. primo, numero decimo.

Ampliatur secundo hæc limitatio, notoriè
28 iniustitiæ, † vt talis sententia reuocari debeat, etiam si ab ea non fuerit appellatum. Est singulare dictum Innocent. in cap. Fraternitatis, de frigid. & maleficiat. quod pro valde singulari commendat Marsil. Singulari 473. dicens, se pluries obtinuisse, & oretenus allegasse Maranth. in Specul. verbo, Sententia, num. 141.

29 Ampliatur tertio, etiam † si notoria iniustitia ex post facto detegatur. Abb. in cap. Fraternitatis, de frigid. & maleficiat. quod pro valde singulari commendat Corsett. in verbo, Sententia, nu. 7. dicens perpetuo mente tenendum.

30 Ampliatur quarto, † in sententia confiscationis bonorum in quouis delicto, etiam capitali, de iure Cōmuni loquēdo. Bal. in cap. 1. col. 3. versic. sed hic quæro, & versic. sed quid iudex, de pace tenenda, Marsil. in l. finali, nu. 192. de iurisd. omn. iudicum, Cagnol. in l. ea sola, col. 3. de regul. iur. Roland. cons. 98. nu. 4. vol. 2. Tobias Non. consil. 104. num. 3. Farinacc. q. 25. num. 3. & 4.

31 Ampliatur quinto, † etiam si lata sit fauore piæ causæ. Angel. in l. si pars, ff. de inoffic. testamento.

Ampliatur sexto, vt sententia notoriè iniusta sit nulla. Cōtardus de magis Communi ad Aegidian. limitatione 9. num. 46. Menoch. de Adipiscēda, remed. 4. num. 852. Didac. Variar. resolut. libro 1. cap. 1. nu. 10. Afflict. Decisione 47. & 354. Late Vrsil. ad Afflict. Decisione 28. Late Viuius de magis Communi opinione, 51. a num. 3. vsque in finem, vbi ampliat, etiam si esset sententia Principis. Hieron. Gabr. cons. 43. nu. 48. vol. 1. Ant. Gabr. lib. 2. de Sentent. Conclusione 10.

32 Et debet in primis, † & ante omnia discuti articulus notorij grauaminis, & notoriæ iniustitiæ Corneus pulchre cons. 10. col. 2. in principio, vol. 1. vbi firmat non valere consequentiam, Constat ex Actis, ergo est notorium; potest enim in Actis apparere aliquid, quod poterit in dubium reuocari. Vnde circa causarum decisionem, notorium non dicitur quod constat ex Actis, nisi post conclusionem in causa, glos. in cap. Significauerunt, in verbo, liquere, de testibus. Decius in cap. Ex insinuatione, num. 20. & 21. de Appellation. Ias. in l. si vnus, §. pactus, num. 43. de pact. in l. eius qui, num. 3. ff. si cert. petat. Puteus Decis. 284. lib. 2. secus, quo ad alia: quia dicitur notorium etiam ante conclusionem in causa, id quod constat ex Actis. Crauetta, de Communi, consil. 248. num. quinto, Contard. ad Aegid. limitatione 9. numero vigesimotertio. Mascard. de magis Communi, Conclusione 1102. numero vigesimotertio.

33 Contrariam † tamen opinionem vt etiam ante conclusionem in causa, dicatur notorium circa decisionem causarum, dicit magis Communem Farinacc. quæst. 21. sub numero 15. dicens, Aut est in potentia impugnādi; aut in actu, saltem colorato. Primo casu dicitur notorium, secundo casu non, & sic posse impugnare non releuat. Roland. consil. 63. numero 46. volum. 4. Cephal. consil. 41. num. 34. Bursat. consil. 73. num. 3. & 93. lib. 1. etiam si oppositio cōtineat meram iuris subtilitatem; & ita passim in Rota seruatur. Lancelott. de Attentatis cap. 17. num. 111.

34 Et primo discutiendum † est, an sententia sit iniusta, & postea, an sit notoriè iniusta: nam qualitas notorietatis est accidens iniustæ sententiæ, vnde cessante principali subiecto, cessat qualitas subiecta in eo, glos. notabilis ad hoc propositum, in l. si arbiter, in fine, & ibi not. Bald. ff. de publican. quam singularem dixit Bald. in cap. Bonæ, sub num. 13. de Election. nec dissentit alia glossa, in cap. 1. in glossa magna, de offic. Delegati, libro 6. Decius in capit. Consuluit, el primo, in 3. notabili, num. 6. de Appellation. Felin. in cap. Super literis, nu. 32. de Rescript. pulchrè Ias. de Actionibus, in procemio, in primis verbis. Iniquitas enim sententiæ est quædam qualitas, quæ non est sine subiecto. Bellamera, in cap. Cum contingat, num. 10. de offic. Delegati, & ideo quamuis habeat probare notorietatem, debet prius probare veritatem, & post, quod illud verum sit notorium. Bellamera Decisione 737. col. 2. Rota Decis. 6. de Except. in nouis.

35 Quæ Conclusio † vera est in probatione directa, secus in probatione indirecta, quę resultat ex probatione ipsiusmet notorij, in facto recenti, & ad ferendum sententiam diffinitiuam. Io. Andr. ad Speculat. titulo de notorio crimine, §. Iam de notorijs. Butr. in tract. de notorio, articulo 4. nu. 33. Milis, in repertorio, in verbo, notorium facti, Capra in tract. de Notorio, membro 4. numero 77. Lancelott. Corrad. de offic. Prętor. in causis crimin. lib. 1. §. 13. cap. 9. nu. 15. Mascard. Conclus. 1103. num. 13. & num. 22. cum sequenti.

36 Et notoria † iniquitas dicitur illa, quæ constat ex Actis. Angel. hoc valde commendans, in l. si pars, in principio, colum. prima, ff. de inoffic. testamento, Late Franch. in cap. Dilecto, q. 54. versic. secundo aduerte, de Appellation. Commendat Felin. in cap. Inter ceteras, colum. finali, numero 10. in fine, de re iudicata, vbi Ampliat, etiam si superueniat notorietas iniustitiæ post senten-

sententiam, dicens, hăc esse magis Communem opinionem. Calcaneus, cons. 83. numero primo, Natta, consil. 51. numero 21. & consil. 172. numero 4. libro 1. Osasch. Pedemont. Decis. 25. numero 11. Menoch. de Adipiscenda, Remed. 4. num. 851. Aretin. consil. 42. nu. 5. Socin. consil. 38. col. 8. versiculo, septimo principaliter, lib. 1. Paris. consil. 111. num. 7. lib. 1. Socin. iunior, cons. 36. nu. 18. lib. 1. Decius, in cap. Ex insinuatione, numero 9. de Appellation. consil. 191. numero 9. Roman. consil. 327. in fine. Neuizan. consil. 30. numero 3. Angel. in l. prima, numero 22. C. de iudic. Decius in l. cum quid, numero vigesimosexto, ff. si cert. petat. Crauetta, consil. 299. nu. 8. Decianus, consil. 10. numero 79. volum. 1. Cephal. consil. 57. numero 32. lib. 1. Borgnin. Decisione 12. num. 24. de Communi. Mascard. Conclusione 1102. numero 14. Menoch. de Arbitr. Casu 166. numero 6. Innoc. Singul. 26. Guido Papæ Singul. 295. in verbo, sententia.

37 Declaratur † tamen id verum, si constet ex Actis substantialibus iudicij, vt libello, citatione, litis cōtestatione, & similibus, secus in Actis probatorijs, quæ non sunt de substantia iudicii. Bald. in l. 2. sub numero 7. C. de edendo. Commendat Alex. cons. 105. col. 2. in principio, lib. 5. Felin. loquens de ineptitudine libelli, in c. Cum ordinarij, nu. 12. de Rescript. Alex. cons. 77. col. penult. libro 2. Latè Decius, in c. Quoniam contra, numero 155. & 156. de Probation. nec in d. cap. dissentit Lanfranch. videndus in princ. nu. 37. & hanc dicit Communem opinionem Vant. de nullitati process. nu. 37. vbi notabiliter Ampliat, etiam, si iudex expressè probationes recipere noluisset: quia in eo casu debebat appellare, & non appellādo, sententia transit in iudicatum; & hoc verum est, nisi sine iusta causa admittere noluisset. Ant. Gabr. de Sentent. Conclus. 9. num. 8. Nisi iudex expressè se retulisset ad Acta probatoria. Afflict. Decis. 47. numero 5. Vrsill. ad eum, Decis. 28. vbi distinguit inter sententiam condemnatoriā, & liberatoriam: nam liberatoria valet, etiam si probationes ad quas se refert, sint nullę, & hoc fauore liberationis, secus in cōdemnatoria, & hoc in effectu post longam seriem tenet Ant. Gabr. de sentent. Conclus. 10.

38 Illud etiam addam, † quod sententia lata sine probationibus, valet, si est absolutoria ab obseruatione iudicij, non autem in absolutoria diffinitiua; & ita conciliat Felin. in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ, col. 11. de Constitution.

Et iuxta prædicta infertur ad vnum, quod sæ-
39 pius in facto occurrit, si † iudex in sententia dicat: Condemno Titium ad soluendum decem, quia per A. & B. est probatum; talis sententia nō valet, si A. & B. non probant. Innocent. in c. Cum Bertoldus, in verbo, concessionis, & ibi Butr. col. 6. versiculo, secundus casus, de re iudicata, idem Butr. in c. Quoniam contra, col. penult. versiculo, si ex Actis, vbi Imola, col. 4. versiculo, interdū. Decius, nu. 37. de Probation. Ias. in l. si is ad quē, col. 4. versiculo, nota diligenter, ff. de acquir. hæredit. Imola, in l. Qui Romæ, §. duo fratres, col. 7. versiculo, Tu adde, ff. de verb. obligation.

Et hæc est magis Communis opinio. Abb. in c. Inter ceteras, col. 2. versiculo, si vero apparet, de re iudicata.

40 Duobus † tamen concurrentibus pro conciliatione omnium opinionum, quod sit circa dicta testium relatio facta in Actis, puta, quia per A. & B. est probatum, prout in Actis, secus si non apparuisset Clausula, prout in Actis; quia potuit habere testes non registratos in Actis; Secundo, quod simus in sententia cōdemnatoria, quæ magis præiudicialis est, secus si in absolutoria, quæ fa uorabilior est, vt dixi superius ex Vrsill. ad Decis. 28. & propterea in hac practicabili materia, aut iudex sententiauit simpliciter, & tamē ex Actis substantialibus constat de iniquitate, & hæc est notoriè iniusta, & nulla; aut retulit se ad Acta probatoria, quæ nō sunt, vel sunt inualida, aut nulla, & defectuosa; & tūc sentētia absolutoria, vel liberatoria iudicij, valet, & tenet, secus in cōdemnatoria.

41 Pariter illa † Clausula, Visis, &c. nō inducit relationem: quia sunt verba enunciatiua; & hæc est magis Communis opinio. Afflict. Decis. 47. numero 4.

Et vltra. Anton. Gabriel. & alios supra nomi-
42 natos, † quod si reperiatur lata sententia contra testamentum in Actis productum, si instrumentum in nulla sui parte vituperatum, vel vitiatum erat, & tunc sententia est notoriè iniqua, & consequenter nulla, secus, si in aliqua sui parte erat suspectum: quia potuit fidem non adhibere. Ita Additionator ad Lanfranch. in capit. Quoniam contra, in principio, sub numero trigesimoseptimo, de Probationibus, dicens, ita in facto iudicatum fuisse.

43 Dicitur † etiam sententia notoriè iniqua, per inspectionem facti euidentis. Bald. ad l. primā. C. sentent. rescindi non posse. Alex. consil. tertio, volum. quarto. Ias. ad l. admonendi, numero 82. de iureiurando.

44 Limitatur quartò, † in foro conscientiæ, in quo non tenemur obedire sententiæ iniustæ; pulchrè. Innocent. in capit. Quia plerique, iuxta principium, versiculo, item in eo qui condemnatus est, vbi rationem reddit: quia inducit fratrem ad peccandum, in recipiendo iniustè, quod non debet. Ioan. Andr. in capit. Quod sicut, columna nona, in principio, de Election. vbi limitat, nisi iudex de facto cogat. Afflict. Decisione vigesimaoctaua, numero septimo. Bal. in Margarita, in verbo, iudex, & verbo, victor. Firmian. in verbo, Sententia iniqua, Sotus, de iust. & iure, libro quinto, quæstione septima. Articulo quarto, in fine, vbi modificat in causa scandali.

45 Et licet † iste peccet mortaliter, sibi tamen non videtur obstare denunciatio Euangelica. Bart. in Extrauag. Ad reprimendum, in verbo, per denunciationem, numero quinto, nisi ipsemet victor fateatur sententiam iniustam, vel eius dolo latam. Bald. in Authentica, Ad hæc, numero decimoquinto, C. de Vsuris.

46 Limitatur † quinto, in sententia priuatiua Beneficij, quæ licet sit iniusta, si non appellat manda-

mandatur executioni, quia non appellando, videtur renunciasse, & vti vacans potuit alteri concedi. Summa Angelica, in verbo sententia, nu. 8. vbi sublimitat, nisi talis fuerit causa iniustitiæ, vel in beneficio, siue aliæ res temporales, quia hæ restitui debent, vel nisi bona fide præscripserit.

47 Limitatur sexto, in sententia † Arbitri, in quẽ est factum compromissum de iure, & de facto, in procedendo, & de iure tantum in sententiando: nam si iniquè arbitretur, sententia est omnino nulla, nec executioni demandanda. Bart. in l. diem proferre, §. stari, ff. de Arbitr. dicens, bene in Practica notandum. Raphael. in l. 1. C. de Arbitr. relatus à Felino, in cap. Causam quæ, col. penult. in fine, de re iudicata. Alex. consil. 22. vol. 5. qui bene loquitur. Ruin. consil. 149. num. 9. vol. 4. & ita cum eo Practicatur. Imola, in cap. Ex insinuatione, in fine, de Rescript. Socin. Regula. 31. Appellare, Fallent. 1. & hæc est tutior opinio. Alex. consil. 22. in fine, vol. 5.

48 Contrarium † tenet Butrius, in cap. Quintauallis, col. finali, de Iureiurando, in cap. Ex insinuatione, de Rescript. Bald. in cap. Consanguinei, de re iudic. consil. 351. colum. 4. volum. quinto. Fulgos. in l. prima, C. de Arbitr. dicens, in Scholis legendo tenuisse contra Bart. opinionẽ. Caccialupus in l. omnes populi, colum. 2. de Iust. & iure. Et opinio Bartoli Communiter reprobatur. Felin. sibi contrarius, in cap. Exhibita, col. 3. in fine, sub num. 6. de Iudic. Anton. Gabr. de Arbitr. Conclus. quinta.

Addo, de Communi attestantem Ias. in l. Qui Romæ, §. duo fratres, sub num. 9. ff. de verb. obligationibus.

49 Verior tamẽ † mihi videtur opinio Bartoli superius adducta; Primo, quia verba intelliguntur iuxta mentem proferentis, l. plenum, §. equitij, ff. de vsu. & habitatione, quam pulchrè & doctè exornat Felin. in cap. Causam quæ, sub num. 17. de Rescript. Vnde compromittentes, dicendo, vt de iure tantum procedatur in sententiando, verisimiliter se intelligere voluerunt, de iure quod dicitur litigatoris, & interesse eorum met, non curando de ordine Iuris Communis in se. Vnde si sententia erit contra ius partis, erit contra formam compromissi, & partium voluntatem, & consequenter nullum laudum, nec modo aliquo executioni demandandum.

50 Secundo † pro hac parte facit, quando ordo iuris deducitur in mandato hominis, tũc dat formam, qua omissa, Actus est nullus, cap. Cum dilecta, vbi Abb. numero quarto, & decimotertio, in fine, quem commendat Felin. dicens, diligenter notandum, col. 5. versic. primum signum, de Rescript.

51 Tertio † pro hac parte facit expressio eorum que tacitè insunt, nihil operatur, l. 3. ff. de legat. 1. tamen si tacita inhærentia alio modo exprimatur, quam tacitè inesse dicatur, multum operabitur, vt ibi per Scribentes, vbi Ripa, numero trigesimooctauo, p. l. Titia, ff. ad leg. Falc. licet hic textus parum mihi facere videatur, cum exprimatur eo modo quo inest, vt fideicommissario restituat, retenta quarta parte. Bart. in l. vbi expressè, facit inductionem, ff. si pendent. appellat. mors interuenerit.

52 Vnde licet quo ad hoc ne faciat litem † suam, tenetur Arbiter iustam ferre sententiã, l. penult. iuncta glos. in verbo, suam, C. de pact. Felin. in cap. Pastoralis, numero vigesimo, de offic. Delegati, etiam de iure nouissimo Authenticorum, quando iurauit ex se, non ad requisitionẽ partiũ.

Etiam non admittendo, nec obseruando apices iuris, prout in non admittendo exceptiones declinatorias, quæ sunt de apicibus iuris, iuxta not. in l. si fideiussor, §. quædam, ff. mandati, & ita tenere dicitur Bald. in cap. primo, numero septimo, de Constitution. licet à multis, qui in fonte non viderunt corruptè allegetur, in capit. secundo, vbi sublimitat in Arbitratore, † qui pro bono Pacis potest leges transgredi, scilicet in parua quãtitate, in qua verisimiliter partes met in odiũ litiũ trãsgrederentur; ita sentire videtur Aretin. de obligation. quæ ex quasi contractu, in principio, num. quinto. 53

54 Et procedit † etiam negligendo, puta, patiendo labi tempus compromissi. Roman. Singulari 707. per textum quem dicit singularem, in l. prima, §. sciendum, versiculo, Diuus, de Magistrat. conueniend. singularem quoque dixit. Alexand. ad Bart. in l. prouidendum, numero primo, C. de Decurion. libro decimo, Gomes. de Triennali, quæst. vigesimaoctaua, Casu negligentiæ trigesimosexto.

55 Et Arbiter † facit litem suam, respectu sortis, non respectu pœnæ, & negligendo facit litem suã respectu damni emergentis, non respectu lucri cessantis. Bald. in cap. Ne innitaris, num. 8. de Constitution..

56 Quando tamen † lucrum est iam radicatum, perdere tale lucrum, est damnum pati, glos. notabilis, in l. prima, §. si quis ita propter inundationem, vbi Angel. numero secundo, ff. de itiner. actuq. priuato. Commendat Alexand. in l. non amplius, in fine principij, vbi Ias. in §. si eiusdem legis, ff. de legat. primo.

57 Tamen † vt sentẽtiæ Arbitri stetur, siue æqua sit, siue iniqua, iuxta l. diem proferre, §. stari, ff. de Arbitr. hoc esse videtur alteratum per illa verba, & sic exprimitur alio modo, quam inesset, & sic operabitur, vt executioni demandari possit.

58 Declaratur † tamen dispositio §. stari, vt non procedat, quando constat de notoria iniquitate, & notabili læsione, nam tunc standum non est. Veronens. Cautela trigesimasecunda. Licet à sententia, dicens ita Practicari. Curt. iunior, hoc admodum commendans, in l. penultima, numero decimotertio, C. de pact. pariter limitans textum in ore omnium, in Canone, Sententia Pastoris, 11. q. 3. vt non procedat in sententia Pastoris notoriè iniusta.

59 Declaratur † secundo, dispositio §. stari, vt nõ sit standum sententiæ Arbitri, quę sit lata contra Ius Constitutionis, & sic ius expressum, Imola, in l. 3. col. finali, ff. de legat. primo, per Regulam, quod arbitria sunt redacta ad instar iudiciorum, l. 1. ff. de arbitris.

60 Declaratio tertio, vt non procedat de iure Canonico. quia si iniquè arbitretur, datur reductio ad arbitrium boni viri, si læsio non sit modica, sed enormis. Alex. consil. vigesimosecundo, in fine, vol. 5. & hæc est Communis opino, Practica, & Obseruantia. Decius, consil. 39. num. 6. Emanuel, in suo Thesauro, litera A. numero 46. & 49. Ant. Gabr. qui Communem non allegat, de arbitr. Conclusione 3. Ampliat. 15. nu. 29. Pulchra Apostilla ad Dinum in Regula, Seienti, litera C. lib. 6. Caball. late ad consilia Butrij 29. & in terris Imperij, est etiam Cõsuetudine receptum. Bonacoss. de æquitate Canonica, Conclus. 53. Curt. iunior, ad l. penultimam, nu. 13. C. de Pact. Bursat. cons. 99. num. 10.

61 Declaratur † quarto. quando argueretur dolus Arbitratoris. Comẽs. qui declarat, cõs. 136. col. 2.

Quare Crot. ad l. qui Romæ, §. duo fratres, & eo tacito Turzan. Conclus. 161. tenẽt Bat. opinionem, & dicunt veriorem, cum cõpromissum in
62 illis verbis, de iure † tantũ, sit dispositiuè, non cõditionaliter, accipiendum, quo casu, expressio eorum, quæ tacitè insunt, multum operatur, vt per Ias. post alios, in l. 3. num. 44. ff. de legat. 1.

63 Et ita etiam † saluari potest sententia indicum Delegatorum: nam si in eorum Cõmissionibus, procedatur simpliciter, iustitiam faciat, nihil tribuitur, secus si committatur, vt de iure aliquid faciat.

64 Limitatur septimo, † in sententia erronea in actione reali, per quam transfertur solum vsucapiendi conditio Angelus pulchre per illum textum, in l. ex diuerso, §. 1. ff. de rei vendicatione. Firmian. in verbo, dominium transfertur, sub num. vigesimo.

Quæ addi possunt ad ea quæ ponunt Doct. ad l. ex hoc iure, ff. de iustitia, & iure, vbi Ias. numero 44. in fine, Saisel. numero quadragesimoseptimo. Aretin. in §. finali, Instit. de offic. iudic. numero 3.

65 Limitatur octauo, † in sentẽtia iniusta lata dolo, & per falsas allegationes vincentis, quo casu datur repetitio per condictionem sine causa, Angel. dicens hoc valde notabile, in l. debitor, §. finali, ff. ad Trebellian.

66 Limitatur nono, † in sententia iniusta lata contra emptorem, quæ venditori non nocet, nec contra eum habet regressum, l. si per imprudentiam, vbi Bart. notat, ff. de euict. emptor, l. a. responso, l. si non incuria, C. de euiction. Bart. in l. exceptione, numero quarto, & ibi Castrens. & Angelus sequuntur, ff. de euiction. Bald. consil. 460. in fine, volum. quarto, Corneus consil. 335. colum. 1. in fine, volum. 1. Ruin. consil. 171. numero 7. volum. 4. Didac. Variar. resolut. lib.
67 3. cap. 17. Illatione 10. ea ratione: † quia sententia iudicis iniusta, est casus fortuitus, qui emptori currit, l. necessario, ff. de pericul. & commod. rei venditæ, lib. 1. C. eod. titulo, §. cum autem, Instit. de empt. & vendit.

68 Ampliatur † hæc limitatio, siue sine culpa emptoris, siue culpa iudex per iniuriã iudicauerit, sẽper enim periculum est emptoris. Burg. in cap. vltimo, num. 14. de empt. & vendit. Caball. de euiction. §. 5. num. 8. & 9.

69 Ampliatur † secundo, etiam si sententia iniusta, lata sit contra vẽditorem, qui litem suscepit, nã adhuc nocet emptori, ratione prędicta, quia est casus fortuitus, l. 2. §. solet, vbi Bald. not. ff. de hæred. vel action. vend. Ign. in l. propter veneni, §. vltimo, num. 4. ad Sillanian.

70 Declaratur † hęc Ampliatio, nisi iudex iniquè sententiasset propter inimicitias habitas cum vẽditore, quia hoc debet nocere emptori. Bart. in l. stipulatio ista, in fine principij, ff. de verb. oblig. per l. si merces, §. culpæ, ff. locati. De qua latius dixi in tract. Locati, & Conducti parte 4. titulo, de Culpa, quæst. 8.

71 Declara hoc verum, si † inimicitia orta sit ante venditionem, secus si post: quia casus fortuitus contingens post venditionem emptoris est, l. Lucius, ff. de euiction. Ias. in d. l. stipulatio ista, col. vltima, versic. 5. Addo Didac. Var. resolution. lib. 3. cap. 17. sub num. 10. vers. hoc tamen admittendum. Ruin. consil. 59. num. 14. lib. 4. Caballin. de Euiction. §. 5. num. 14.

72 Vnde in actu Practico duo sunt † deducenda, & articulanda, scilicet odium, & hoc non simpliciter, sed quod pręcesserit, ex quibus venditor po
73 stea tenebitur. Ruin. in citato iam loco, & † in dubio non præsumitur odium præcessisse, & sic venditorem esse absoluendum, iuxta notata in l. eum actum, ff. de negoc. gest. Ias. post Bart. in l. non solum, §. sciendum, numero nono, de noui oper. nũciatione. Alciat. regula tertia, præsumpt. prima, numero secundo, Crauetta, consil. 205. numeto nono, Bald. in l. matrem, colum. secunda, versic. & hoc facit, C. de Probation. Aretin. in cap. In præsentia, colum. quarta, versic. videns tamen, vbi Dec. colum. sexta, versiculo prædicta Conclusio, de Probation. Abb. in cap. Per vos, colum. prima, in fine, versiculo, licet in criminalibus, de cond. appos. & in capit. Dudum, colum. prima, versiculo, tertio facit, de Elect. Bald. in l. secunda, colum. secunda, versiculo, circa ordinem, ff. soluto matrimon. Marsil. in Rubr. de fideiuss. numero quadragesimoseptimo, Roman. consil. centesimodecimotertio, colum. prima, versiculo, tertio quod. Felin. in capit. Significasti, el secondo, colum. quinta, versiculo, & istud probatur, de Simon. in cap. auditis, colum. decimasexta, versiculo, in quantum, de Præscription. Cassanęus in Consuetud. Burgund. fol. trecentesimononagesimoquarto, versiculo, & aduerte, colum. secunda, in cap. in præsentia, colum. sexta, versicul. aduerte, de Probation. in cap. Ex parte, colum. secunda, versiculo, tertio respondetur de offic. Delegati. Barbac. consil. septuagesimoseptimo, colum. prima, versic. & hoc adduco, volum. quinto, Cassador. de regul. Cancellar. Decis. 1. nu. 5. Marsil. consil. 2. num. 4. Rebuff. in tract. Nominationũ, q. 14. principali, q. 2. vers. 3. facit. Aret. in tract. malefic. in verbo, de anno præsenti, nu. 5. Dec. cõs. 175. col. 5. Trigon. Singulari 70. & ita totus mundus obseruat. Alex. in l. nõ solum, §. sciendum, col. finali, de noui oper. nunciat. Gabr. de Malefic. Conclus. 2. nu. 26. Menoch. de Præsumpt. lib. 5. Præsumpt. 2. num. 10.

Et ven-

74 Et venditor † suscipiens defendere causam, etiam si per sententiam Iudicis sententia feratur, non tenetur, si nullo iuris ordine processerit, ita pulchrè Angel. consil. 176. quem commendat Gozad. consil. 94 num. 92. vbi rationem reddit: quia est casus fortuitus insolitus, de quo non videtur modo aliquo cogitatum, l. fistulas, §. frumenta, ff. de contrah. emptione.

75 Declaratur † notabiliter, nisi essent apposita verba prægnantia quomodocumque, & qualitercumque, per quæ venit in materia euictionis etiam casus fortuitus insolitus, & inopinatus. Ita Alex. ad Bart. in l. exceptione, litera B. in fine, ff. de fideiussor. per glos. singularem, in l. cum pena, ff. de arbitr. quam singularem, & valdè notabilē dixit Aretin. in §. finali, num. 5. Instit. de contrah. emptione. Alex. consil. 4. num. 3. lib. 1. in l. si domus, §. 1. ff. de legat. 1. Valde commēdat Gozad. consil. 14. num. 22. & consil. 63. num. 9. consil. 1. num. 19. consil. 76. num. 3. consil. 82. nu. 18. Grat. valde commendans, consil. 163. num. 22. volum. 2. Riminald. consil. 362. num. 6. vol. 2. Iason in l. fideiussor, §. prætor ait, num. 4. ff. qui satisdare cogantur. Socin. ad l. quidam relegatus, ff. de rebus dubijs. Dec. consil. 287. in fine, vbi dixi. Alex. ad l. cum hæreditas, col. 2. ff. ad Trebellian. Dixi latius Singulari 4. vbi videre placeat. Et Caballin. de Euiction. §. 5. num. 11. videtur male allegare supradictum Angeli consilium, ex præpostero modo.

76 Vel clarius † conueniendo caueatur, vt venditor de euictione teneatur, etiam si res euincatur per iniustitiam iudicis. Cautela Rubei ad l. non solum, §. morte, num. 474. de noui operis nunciatione.

77 Declaratur † secundo, l. si per imprudentiam, vt non procedat in Fisco, vel Communitate venditoribus, qui tenentur ad pretium restituendū, si res fuerit euicta, l. 2. §. graui, ff. de administr. rerum ad Ciuit. pertinent. quam ad hoc dixit singularem Roman. Singulari 761. Ioan. de Arno. Problemate 86.

78 Notandum † tamen videtur cum Bart. ibi, quod si per sententiam iudicis iniustam, res vendita euincatur, non datur condictio indebiti, vt not. in l. 1. C. de Cōdict. indebiti, in l. fine, §. si procurator, ff. rem rat. haberi. in l. si fullo, ff. de Condict. sine causa. Vnde non videtur dari aliqua specialitas, cum ille text. secundum Bart. ibi restringatur, si de facto, secus si per sententiam Iudicis iniustam.

79 Venditor † igitur de euictione non tenetur re euicta per errorem, imprudentiam, & iniustitiā iudicis, etiam si sententia lata fuerit sine vlla emptoris culpa, & fuerit in defensione diligentissimus; Et hæc est Communis opinio. Burgos, in cap. finali, num. 14. post Imolam, nu. 4. de emptione, & vendit. Didac. Variar. resolution. lib. 3. cap.

80 16. in fine, vbi sub nu. 10. † Ampliat, etiam si venditor litem suscepisset, &c.

EXCEPTIO LXXI.

Assecurationis Dotis.

Vxor impedit executionem sententiæ ad instantiam creditoris contra illa met bona, petendo assecurationem in bonis mariti. Rebuff. ad Constitut. Franciæ, tomo 2. Articulo 1. glos. 14. n. 43. Cassanæus in Consuetud. Burgundiæ, Rubr. 4. §. 17. versiculo *Par son mari*, num. 9. & ita fuit aliàs in facto iudicatū. Vincent. de Anna, Singulari, 598.

EXCEPTIO LXXII.

Excommunicationis.

SVMMARIVM.

1 *Sententia lata à iudice Excommunicato est nulla, nec meretur executionem.*
2 *Amplia ad quemlibet iudicem incompetentem.*
3 *Quid in Iudice Ordinario.*
4 *Amplia etiam in Iudice Delegato.*
5 *Amplia in Arbitro.*
6 *Quid in sententia lata a iudice Excommunicato occulto.*

1 Sententia lata † à iudice Excommunicato, est nulla, nec meretur executionem. glos. in c. Scissitatus, in verbo, infamen, de Rescript. in cap. Proposuisti, in verbo, Tempore, de cleric. excōmunic. ministrant. Butr. & Abb. in cap. Fraternitatis, de Testibus. Crott. de Testibus, in princ. nu. 3. Peregrin. de iure fisci, lib. 3. Titulo 11. nu. 8. Vant. de nullitate ex defectu Ordin. num. 137. & ex defectu Iurisd. nu. 61. Lanfranc. in Practica, titulo, de Except. num. 17. Marantha, in Specul. distinct. 16. num. 53. vbi idem dicit in iudice hæretico. Staffileus, de literis Gratiæ, & Iustitiæ, fol. 150. versiculo, hinc est, vbi † Ampliat ad quemlibet

2 iudicem incompetentem. Vant. de nullit. ex defectu Iurisdictionis, num. 137. & num. 61. Gregor. Tolos. de Appellation. lib. 2. cap. 11. num. 15. Brunor. à Sole, in Compendio Resolution. in verbo, Excommunicatus. Carauita, Ritu 236. num. 19. Felin. in cap. Rodulphus, nu. 40. de Rescript. Ias. ad l. 1. n. 23. vbi Padill. n. 47. & 51. C. de iuris & facti ignor. restringentes, dummodo excommunicatio sit notoria.

3 Contrarium † in iudice Ordinario tenet Rota Decis. 24. de offic. Ordinar. & de sentent. excommunic. in antiq. Sed in hoc contrariū tenet Vāt. de nullit. Iurisdict. delegatæ, n. 61. Peregr. de Iure Fisci, lib. 3. tit. 11. sub num. 8. col. 3.

4 Amplia † etiam in iudice Delegato, idem Peregr. de Iure Fisci, lib. 3. titulo 11. num. 8.

5 Amplia secundo, in † Arbitro. Blanch. de Cōpromiss. quæst. 2. principali, numero nono. Crass. de Except. ad Statutum, Exceptione 4. numero decimonono, secus in Arbitratore. Aluisius, Singul. 999. Guido Papæ, Singul. 900. & potest esse

Arbiter inter excommunicatos, vel si publicè, non habebatur pro tali; vel sit occultus, & infra annum. Duenn. Regula 269.

6 Quid in sententia † lata à iudice excommunicato, occulto, vide infra Sohloquio ducentesimoquinquagesimoquinto.

EXCEPTIO LXXIII.

Propriæ Confessionis.

SVMMARIVM.

1 *Victus confessione sua affirmans sententiam iniustam, impedit illius executionem.*
2 *Ampliatur etiam si in criminalibus absolutus fateatur se iniustè absolutum.*
3 *Condemnatus si sciat iniustè se condemnatum, tuta conscientia retinere potest rem, ac recusare solutionem.*
4 *Declara procedere in confessione clara, liquida spontanea, & quæ dubitationem non recipiat.*
5 *Confessio extraiudicialis per testes probata, sufficit.*

1 Executio † sententiæ impeditur si victor meet eam fateatur iniustã; est celebre dictum Innocentij, in capit. Quia plerique, vbi Abb. numero 22. de immun.eccles.idem Abb.in cap. Is qui, numero 5. & ibi Butr. de Sponsal. in cap. finali, de Success. ab intestat. Abb. in sua disputatione secunda, numero 12. Bald. in Authentica, Ad hæc, numero 15. C. de vsur. Iasin repetitione l. Admonendi, num. 46. & ibi Curt. numero 17. de iureiurando, Alberic. in l. sub specie, in fine, C. de re iudicata. Barbac. consil. decimooctauo, numero 11. libro primo, dicens hoc dictum valde singulare. Grammatic. consil. 161. numero quinto, in Ciuilibus. Marantha, in Specul. in verbo, Sentẽtia, numero 138. Serafin. de iurament. priuileg. quarto, numero 55. Surd. Decisione 24. num. 9. Minsyng. Centuria 1. Obseruat. 94. Marsil. de Probation. numero 165. Asinius, §. 31. cap. 39. Menoch. libro primo, quæst. 61. num. 5. de Præsumpt. Cotta, in verbo, Confessio, prorogatio, sententia. Nouell. Regula 160. numero 2. Mascard. quæst. 10. numero 20. in Euidentialibus. Conclus. 1223. Felin. in capit. Quoniam contra, num. 30. de Probation. Ias. in l. Si seruus plurium, §. 1. num. 6. de legat. 1. Rebuff. ad l. quod iussit, nu. 138. de re iudic. Prosper Farinacc. q. 4. num. 43.

2 Ampliatur hæc † Conclusio, etiam in criminalibus, si absolutus fateatur se iniustè absolutum. Foller. in Practica crimin. in 1. parte 3. partis, in verbo, & si confitebuntur, num. 40.

3 Ampliatur secundo, vt † sciens se iniustè condemnatum, qui iustè rem retinet, & si soluere recusset, est tutus in foro conscientiæ. Innoc. ibi c. Cum dilecti, de Election. Commendat in l. Iulianus, verum debitorem, de condict. indebiti. Dixit valde menti tenendum Ias. in §. sed ista, numero 133. de Action.

4 Declara † id procedere in confessione clara, liquida, & spontanea, quæ dubitationem non contineat. Felin. in cap. Inter ceteras, col. penult. versic. secunda declaratio, de re iudic. Alba, consil. 24. nu. 3. Asinius, in Pract. §. 31. Limitatione 10.

5 Nec in Practica requiritur † quod talis confessio sit iudicialis, & sufficit extraiudicialis, per testes probata. Menoch. contra Alciat. libro 1. præsumpt. Quæstione 61. prope finem; Et est casus sæpè frequens, licet aliter teneat Farinacc. Quæst. 4. numero quadragesimoquarto.

Declaratur vlterius in causâ matrimoniali, in qua non præiudicat, cum vertatur periculũ Animæ. Duenn. Reg. quadragesimaprima, numero 3. Asinius, in Practica, §. 31. cap. 18. limit. 18.

Vide latè de materia exceptionis, in titulo, instrumenta nouiter reperta, numero quadragesimo, & infra. Sohloquio 392. numero 3.

Et latius Exceptione 50. num. 90. vbi latissimè posui.

EXCEPTIO LXXIV.

Denunciationis Euangelicæ.

SVMMARIVM.

1 *Iniquitas, vel notoria iniustitia detecta ex denunciatione Euangelica an impediat executionem; & quando, & quomodo.*
2 *Retinens beneficium per sententiam iniustam, potest cogi per viam denunciationis Euangelicæ ad docendum de titulo, nec tutus est in foro conscientiæ.*

1 Et successiuè infertur ex prædictis, quòd impetrari poterit Denunciatio Euangelica, † vel, vt dicunt, literæ monitoriales super detegenda iniquitate, vel iniustitia sententiæ, maximè quando de ea emanauit iam confessio partis, vt dictum est; vel iniustitia est notoria; vel aliàs iudicis Ecclesiastici arbitrio, qui receptis ex officio informationibus eas concedere valeat, si cognoscat possessorem, vigore sentententiæ esse in peccato, & sic iniquè possidere. Bal. in Authentica, Ad hæc, numero 14. versiculo, Item dubitatur, C. de vsur. & in Authentica, Clericus, C. de Episcop. & Cleric. Curt. iunior, consil. 104. nu. 4. Abbas, & Decius, in c. Nouit, ille nu. 7. iste nu. 8. de iudic. Berous, in capit. Item cum quis, nu. 37. de Restit. spoliat. Asinius, in Practica, §. 31. c. 34. nu. 8. Menoch. de Præsump. lib. 1. q. 79. lib. 2. Præsump. 48. nu. 44. & 45. Crass. ad Statutum, Except. 42. in quibus locis nec contra Instrumẽtum recipitur. Pulchrè Marantha, in Specul. in verbo, Denunciatio, nu. 6. vbi dat Practicã quando præcessit confessio extraiudicialis ipsius qui obtinuit. Decius, in c. Nouit, nu. 40. de iudic. Et accedat prædictis, quòd pulchrè tradit Francisc. March. Decisione Delphin. 470. num. 3. parte 1.

2 quod † retinens beneficium per sententiam iniustam, cogi potest per viam Denunciationis Euangelicæ, ad docendum de Titulo, & non est tutus in conscientia; & talis sententia numquam transit in iudicatum, & competit ex officio, licet re vera talis Denunciatio parum practicetur. Crass. ad Statutum, Exceptione 21. in fine.

EX-

EXCEPTIO LXXV.

Sine Actione experitur.

SVMMARIVM.

1 *Sententia lata ad fauorem illius qui actione caret, est nulla.*
2 *Amplia idem in sententia sine probationibus lata.*
3 *Declara, vt hic.*

1 Sententiam latam † ad fauorem illius, qui actione carebat, nullam ex Communi, ponit Anton. Gabr. de Sententijs, Conclusione 8. à quo cauendum est, quia Ias. ab eo allegatus loquitur super Limitatione, non super Regula, & nullam affirmat. Vant. de nullit. process. numero vigesimotertio, propè finem, licet sicco pede. Matthesilan. Notabili 7. Tamen in executione opponi non poterit, nec eam impedit, cum sit contra ius litigatoris, Alexand. in l. si Titius, columna secunda, ff. de verbor. obligation. Serafin. de Iuramento, priuileg. 31. numero 14. l. cum putarem, vbi Bart. ff. famil. ercifcundæ, Capic. Decisione 1. numero 16.

2 Idem † in Sententia lata sine probationibus. Salicet. in l. 3. in fine, C. de sentent. quæ sine certa quantit. Anton. Gabr. de Sentent. Conclus. 9. num. 3.

3 Declara, hoc verum † si narretur talis causa, vt nullo modo competat ius agendi; secus si ex narratione apparere posset licet expressum sit falsum, nomẽ Actionis. Marantha, in Specul. in verbo, Sententia, sub num. 68.

EXCEPTIO LXXVI.

Aliàs reiectas.

Qværo, opposui ante sententiam exceptiones executionem impedire valẽtes, & fuerunt reiectæ, an iterum opponi poterunt? vtique non; ex quo semel reiectæ fuerunt, sed via ordinaria erit agendum. Borgnin. Decisione 10. num. 19. & 20. & Decis. 45. num. 64. parte 1. Guido Papæ Decis. 574. colum. 2. versic. & hoc.

Extenditur, idẽ si potuisset opponere, sed non opposuit. Machel. de Communi, Patrocinio 40. numero 6.

EXCEPTIO LXXVII.

Ineptitudis libelli.

SVMMARIVM.

1 *Libelli inepti exceptio opponi potest, etiam post sententiam, & impedit eius executionem.*
2 *Amplia opponi posse etiam stante statuto reijciente in specie nullitates.*
3 *Amplia secundo, tam in causa ciuili, quam criminali.*
4 *Limita in causa in qua non requiritur libellus.*
5 *Limita secundo, in summarijs in quibus admittitur libellus ineptus.*
Declara tamen hanc limitationem vt ibidem.
6 *Ineptitudo libelli duplex, vt hic.*
7 *Limita tertio in iuribus rea. ibus, vt hic.*
Clausula, Ius, & Iustitiam, quid operetur in casu de quo agitur, ibidem, sub eod. num. 7.
8 *Ineptitudo libelli purgatur, vt hic.*
9 *Libellus ineptus saluari potest pluribus modis, & præsertim improprīando verba eiusdem, & subsistentibus aptis probationibus, vel ex confessione, ita vt sententia sustineatur.*
10 *Quid si libellus sit ineptus non ratione Actionis, sed personæ libellantis.*
11 *Libellus, & sententia quando sustineatur probationibus aptis interuenientibus.*
12 *Libellus ineptus sustinetur coram Potestatibus Villarum.*

1 Exceptio † libelli inepti opponi potest post sententiam latam, ad impediendum eius executionem. Bald. in Authentica, Si quis litigantium, in 2. notabili, C. de Episcop. & cleric. per text. quem reputat valde notabilem, in cap. Cum dilecti, de emptione, & venditione, vbi Imola, numero 5. & 10. refert Anchar. dicere audiuisse Bald. in Scholis expendentem illum textum ad hoc propositum, prout expresè firmat idẽ Bald. in Repetitione l. edita, numero 44. C. de edendo, in l. 1. §. penult. C. vt quæ desunt Aduocat. Ias. in l. si patronus, numero secundo, ff. de Iureiurando; & sic incideret hucusque habetur exemplum ineptitudinis libelli, si venditor in remedio l. 2. C. de Rescindenda venditione, petat absolutè rem restitui, cum libellus deberet esse alternatiuus, vel iustum pretium suppleri. Et sequuntur pariter ibi Panor. in fine, & Berous vbi Burgos. numero duodecimo, Hanc Communem appellare ausus est Pantale. in d. l. 2. numero 199. Crauetta, consil. 151. columna prima, sed ibi Pinell. parte 3. cap. 3. numero 9. Contrariam opinionem dicit veriorem, & magis Communem, scilicet vt libellus vtroque modo sustineatur, & concludere alternatiuè, sit potius de consilio, quam de substantia. Et eamdem opinionem, quod exceptio libelli inepti possit opponi, in executione sententiæ, tenet expressè Ias. in l. 1. numero 14. vbi latius Padillia numero 34. C. de Iuris, & facti ignor. Lanfranch. in cap. Quoniam contra, in verbo, Interlocutoria, numero 24. dicens esse glos. singularem, Institut. de obligat. in principio. Cephal. consil. 190. numero 13. Emanuel, in suo Thesauro, litera L. numero 166. Ias. in l. 1. numero 5. de de offic. Assessorum. Crauetta, consil. 151. numero 3. qui bene loquitur in hac materia. Socin. Regula, 368. in paruis; aliàs libellus esset sine Conclusione, Iacobin. in l. 1. numero quarto, de interogat. actione. Ias. in l. finali, numero octauo, ff. de liber. & posthum. Ias. in §. omnium, numero 117. de Action. Vantius de nullit ex defectu process. numero 22. Marantha in verbo, Sententia, numero 65. & hæc est vera, & Cõmunis opinio. Padillia, ad d. l. 1. numero 34. in fine, C. de Iur. & facti ignorant. licet reprehendat Pinell.

Pinell, de quo supra, qui non loquitur in negocio principali; sed in tertia limitatione. Ias. in l. si quis forum in §. si quis post, numero septimo, ff. de cond. indebiti, Anna Singulari 613. Ias. pulchrè, in §. omnium, numero centesimosexagesimooctauo, de Action.

2 Ampliatur notabiliter, vt talis † Exceptio opponi possit etiam stante Statuto reijciente in specie nullitates. Felin. in capit. Ex parte, el secondo, numero 16. de offic. Delegati. Andr. Gayl. libro primo Practicab. Obseruat. cap. 66.

3 Ampliatur secundo, tam † in causa ciuili, quam criminali. Marsil. consil. 128. numero 8. & consil. 130. numero 17. Bossius, de Inquisit. numero 77. Socin. iunior, consil. 37. in princip. volum. 2. consil. 38. numero 21. eodem volum. Parif. consil. 163. colum. finali, volum. Galeaz. Maluasia, consil. 110. numero 37. Crimin. diuersorum. Roland. consil. 94. numero octauo, volum. 4. Prosper Farinacc. Quæstione 11. numero 34. attestans hanc esse receptissimam opinionem.

4 Limita in causa † in qua non requiritur libellus. Felin. in capit. Examinata, numero decimoquarto, de iudic.

Hæc autem Regula fallit, quando quis vsuras petit, quo casu admittitur libellus ineptus, vt euitetur periurium, capit. Debitores, de iureiurando, vt dicit ibi Cardinal. in fine, Felin. in capit. Dilecti, in fine, de iudic. Decius, in l. prima, numero 7. de offic. Assessorum, vbi Decius declarat, quod libellus dicitur ineptus, quando Conclusio non infertur ex narratis.

5 Limitatur secundo, in † summarijs in quibus admittitur libellus ineptus. Felin. in capit. cum ordinem, de Rescript. Marantha, in Specul. in verbo, Sententia, nu. 65. Afinius, in Practica, §. 4. nu. 2. Vant. de nullit. ex defectu process. nu. 24. idem si sit apposita Clausula, Sola facti veritate inspecta, vt procedat libellus ineptus. Ripa, ad §. nihil commune, numero 181.

Quæ limitatio in summarijs, intelligitur vera, hoc modo: si enim clarè constat, quod noluerit ordinariè procedere, tunc libellus ineptus nō admittitur, sed penitus reijcitur; Aut constat quod causa sit summaria, vel aliàs executiua, & tunc admittitur, vt dictū est; Aut sumus in dubio, & tunc saluatur, Ias. ad l.... in fine, numero 36. ff. si cert. petatur, dicens valde notabile.

6 Et † ineptitudo libelli est duplex; vna visibilis, vt, peto rem Sacram; alia inuisibilis, puto, peto rem, vti meam, quæ postea appareat Sacra; & quod talis Ineptitudo cognoscitur ex materia, & forma; materia constat ex causa & re, causa, ex facto & iure simul, puta, obligatione; vel iure tantum, vt dominio; Si igitur talia habent in se consonantiam, libellus est aptus, aliàs est ineptus. Rota, Decisione 33. in Nouis. in vltima Additione, aliàs est Decisio 10. de Sentent. excommunicatione. Idem sentit Crauetta, consil. 151. numero 1. Andr. Gayll, lib. 2. Obseruat. 66. num. 14. Latè Scaccia, in Practica, cap. 50. num. 11. à quo habes multa exempla.

7 Limitatur tertio, in † iuribus realibus, in quibus procedit libellus sine conclusione. Socin. Regula, 257. Libellus sine conclusione.

Nec aliquid releuat Clausula, Ius, & iustitiam, &c. quæ ex veriori non operatur circa ea quæ nō sunt narrata. Menoch. in prælud. Recuper. nu. 17. lib. 4. Præsumpt. 76. nu. 82. Bursat. consil. 52. num. 34. de Communi. Decisio Perusina 117 num. 22. Hieron. Gabriel. consil. 137. nu. 36. lib. 1. Ant. Gabr. de Clausul. Conclus. 4. nu. 9. Scaccia, in Practica, cap. 50. sub nu. 26. Borgnin. de Vsufructu, nu. 17.

8 Purgatur † tamen quandoque ineptitudo libelli per litis contestationem, ex aliquo superuenienti, vel purificato post litis contestationem. Bald. in l. nuda, numero 2. & 3. C. de contrahenda, & committ. stipulatione, Ias. in l. eleganter, §. si quis post, numero 7. de Condictione indebiti. Vnde
9 † si libellus saluari potest, vel impropriando verba, vel ex probationibus aptis, vel ex confessione, sententia sustinetur. Ias. in l. si patronus, ff. de iureiurando.

10 Idem † si libellus sit ineptus nō ratione Actionis, sed personæ libellātus, vel in parte sit ineptus, quæ reijcitur, & sustinetur ex parte apta. Idem, si error non sit expressus, sed tacitè colligatur. Socin. Regula 455. Sententia. Mascard. loquens in Confessione, Conclus. 357. numero 17.

11 Id autem quod dictum est, † quod libellus ineptus sustineatur ex probationibus, declaratur esse verum, nisi peccet in substantialibus: si vero non peccet in substantialibus, suppletur à probationibus, parte non opponente, vel non opponente suo debito tempore, puta, ante litem contestatā. Ias. in l. prima, numero nono, de offic. Assessorum.

12 Pariter libellus † ineptus sustinetur coram Potestatibus Villarum, Bald. in Authentica, Nisi breuiores, C. de sent. & breuiculo recitāda. Alex. consil. 203. col. penult. vol. 1. Neuiz. consil. 32. numero 7. Menoch. de Arbitr. quæst. 18. numero 5. Cotta, in verbo, Libellus, Borgnin. Decis. 19. nu. 9. Vant. de nullitat. process. num. 18.

EXCEPTIO LXXVIII.

Pretij non soluti.

POsui in verbo, Exceptio non impleméti; & in specie exceptionem hanc, pretij non soluti, &, Rei non traditæ, opponi posse in executione sententiæ, tenuit Bald. in Authentica, Præsente, C. de Fideiussor. in l. ex prædijs, C. de Euict. Et hanc dicit Cōmunem Alex. in l. si duo patroni, §. si quis iurauerit, numero 4. Ias. numero 5. de iureiurando. Decius, consil. 119. colum. 2. Roderic. ad l. post rem iudicatam, ad l. fori, num. 38. Padillia, dicens pariter Communem, ad l. 1. num. 41. C. de iuris, & facti ignor. Fabian. dicens hanc opinionem æquiorem, de Emptione, & vendit. quæst. 6. principali, numero 42. qui in terminis loquitur.

EXCEPTIO LXXIX.

Fideiussoris vel Correi non citati.

AN sententia lata contra fideiussorem non citatum exequi possit, posui latè Decisione 136. Casuum frequentium; vide Exceptione 45. numero 237. Papiens. in diffinitiua, glos. 1. numero 27. Anchar. quæst. 12. parte 2. Decium consil. 400. num. 10. Nattam consil. 435. Hercul. de Caut. cap. 50. numero 78. & cap. 29. Asinium, in Practica, §. 31. Ampliat. 22. Duenn. Regula, 27. Lancelott. parte secunda, cap. 20. limit. 6. numero nono.

EXCEPTIO LXXX.

Cedendarum Actionum.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio cedendarum Actionem in executione sententiæ opponi potest.*

2 *Secus est in exceptione discussionis, quæ post sententiam nō opponitur.*

1 ET hęc in executione † sententiæ opponi potest, l. alterius, §. finali, ff. de tutel. & ration. distrahend. Bald. in l. ex duobus, vbi Aretin. colum. penult. de duobus reis. Purpurat. in l. 1. num. 68. C. de Transaction. posui in Tract. Depositi, titulo, de Oblation. parte 2. quæst. 13. numero 2. Addo Neguss. de pignor. in 3. membro, quintæ partis, sub numero 15. Decium consil. 446. in principio. Marsil. de Fideiussor. numero 28. & 271.

Contrarium tenet Bald. in l. si nomen, in 2. lectura, ff. de hæred. vel action. vendit. Et cum prima opinione sentit Afflictus Decis. 343. Latè in materia Socin. cons. 200. & 206. Asinius, de Executor. §. 7. cap. 117. colum. penult. Ias. in l. 1. num. 18. C. de Iuris, & facti ignor. Bald. in l. si non sortem, numero 5. de Condict. indebiti. Marsil. Singul. 7. Roman. consil. 472. numero 2. Decius in cap. Ex parte, numero 58. de offic. Delegati, consil. 99. numero 2. & 3. consil. 27. numero secundo, Alexand. consil. 129. numero 4. lib. 1. & consil. 20. numero 2. & 3. libro 6. Crass. de Except. ad Statutum, Except. 10. numero 14. Dixi in Tract. de Excuss. bonorum, parte 2. quæst. 14. numero 12. Practica Lucæ Petri, libro 3. cap. 1. numero 17. vbi opponi potest etiam si Statutum loqueretur taxatiuè.

2 Secus † in Exceptione diuisionis, quæ post sententiam opponi non potest. Bart. in l. si dubitet, numero 4. ff. de Fideiussor. vbi Faber, in §. si plures, numero 6. Institut. de Fideiussor. vbi Port. colum. 2. & Aretin. numero 7. Communem dicit; Idem testatur Imola, in cap. Peruenit, num. 26. de Fideiussoribus.

Sicut & beneficium ordinis; ex Authenti c. Præsente, C. de Fideiuss. vbi Cin. quæst. 8. hoc tenet. Posui in Tract. Excussion. bonorum, qu æst. 18. num. 2. parte 2. & latius parte 3. quæst. 4. fol. 441. vbi tractaui quādo Exceptio Excussionis possit opponi post sententiam.

EXCEPTIO LXXXI.

Transactionis.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio transactionis super re iudicata est nulla.*

2 *Fallit tamen si in transactione apponatur hæc Clausula, Non obstante sententia.*

3 *Fallit etiam vbi fuerit transactum super re consignata vigore sententiæ.*

4 *Quid autem si Reus dixit sententia nullam, Declara vt ibi num. seq.*

1 LIcet trāsactio super re iudicata non valeat, l. si pars diuersa, vbi Alex. num. 4. l. si causa cognita, C. de transaction. l. post rem, ff. eodem, l. elegāter, in princip. ff. de condictione indebiti.

2 Tamen fallit, † si in transactione apponatur Clausula, Non obstante sententia, vt per Alex. in d. l. si causa cognita, numero septimo, vbi Ias. numero quinto, Asin. §. 31. cap. decimooctauo, limit. 8.

3 Vel transactio, † sit facta super re consignata vigore sententiæ; vel sit facta transactio super pristina Actione, vt per Salicetum, & Alexand. in citatis locis.

4 Sed quod † si reus dixit sententiam nullam, & lite pendente transegit eo pacto, vt ad diem pecunia non soluta, stetur sententiæ, vtique amplius de nullitate dici non poterit. Bald. in l. tale pactū, §. qui prouocauit, colum. 7. quæst. 2. de pact. Dixit singulare Ias. in l. 1. numero 15. C. de furt. Cotta, in verbo, sententiam reus. Vantius quomod. sentent. nullit. reparetur, numero decimoseptimo, & 161.

5 Declaratus, † vt exceptio transactionis impediat executionem, si victor sciuit latam sententiam pro se, aliàs executio non retardatur. Minsynger. Centuria 3. Obseruatione 91. dicens ita iudicatum.

EXCEPTIO LXXXII.

Compromissi.

DE hac patet in supra citatis locis. Est textus in cap. Exposita, de Arbitr. Roman. consil. 174. Felin. in cap. Inter Monasterium, column. 10. de re iudic. Paris. consil. 23. numero 130. volum. 2. Cephal. consil. 518. num. 57. Borgnin. Decis. 45. num. 35.

Ampliatur, etiam si partes scirent adesse sententiam, & aliquam mentionem fecissent, nisi ei formaliter, & clarè renūciassent. pulchre Surd.

Deci-

Decision: centesimaoctuagesimaquinta.

Ampliatur secundo, etiam si sententia posset rescindi ope restitutionis in integrum. Berous consil. 147. volum. 2.

Declaratur, nisi aliàs compromissum redderetur inutile. Surd. Decisione 185. numero decimonono.

EXCEPTIO LXXXIII.

Aceptilationis.

HAec opponi potest cõtra executionem sententiæ, l. si causa cognita, vbi Alex. & Ias. in summario, C. de Transaction.

EXCEPTIO LXXXIV.

Pacti contra rem iudicatam.

S V M M A R I V M.

1 *Exceptio pacti contra rem iudicatam an opponi possit. Sine illud pactum sit temporaneum siue perpetuum, numero 2.*

3 *Transactio inutilis iuramento vallata, habet vim pacti, & ideo in executione opponi poterit.*

1 EXceptio † pacti contra rem iudicatam, opponi potest, l. Iurisgentium §. si paciscar, & ibi Ias. in primo notabili, ff.
2 de Pact. † siue pacti ad tempus, siue in perpetuum. Gnid. Papæ q. 574. colum. 2.

3 Et transactio † inutilis iurata, habet vim pacti, & sic in executione opponi poterit, vt late per Alex. ad l. si quis maior, C. de transaction.

EXCEPTIO LXXXV.

Nouationis.

S V M M A R I V M.

1 *Sententia nouata executionem non meretur.*

2 *Nouatio facta in Iudicio, Iudice præsente, non impedit executionem.*

3 *Nouatio non inducitur, si debitor dat fideiussores, & pignora, & executio fieri potest in alijs bonis.*

1 SEntentia † nouata executionem non meretur, quia transiuit in aliam speciem, l. A Diuo Pio, §. si ex conuentione, ff. de re iudicata, vbi Ias. num. 1.

2 Limitatur, nisi † nouatio esset facta in iudicio iudice presente, quo casu nouatio sic facta, nõ impedit executionem. Accedat l. 2. vbi Bald. C. de execut. rei iudic. Alexand. cons. 85. lib. 5. Ferrett. consil. 129. numero 9. Roderic. ad l. post rem iudicatam, numero 1. Asinius in Practica. §. 31. cap. 2. limitat. 16. attestans ita indicatum, inferens in
3 Practica, quod † licet debitor dederit fideiussores, vel pignora, non ex hoc inducitur nouatio quia executio fieri posset in alijs bonis, dicens ita iudicatum in Ciuitate Hispalensi. Gregor. Tolosan. de Appellation. libro secundo, cap. 11. numero 18.

EXCEPTIO LXXXVI.

Actoris Excommunicati.

S V M M A R I V M.

1 *Excommunicati Actoris exceptio opponi potest post conclusum in causa.*

Amplia etiam stante Statuto prohibente opponi, ibidem sub eod. num. 1.

2 *In executione sententiæ opponi potest.*

3 *Excommunicationis exceptio opponi potest non solum per reum, sed etiã per Iudicem, idq. ex officio contra Actorem.*

4 *Iudex opponere potest etiam parte inuita.*

5 *Tertius etiam opponere potest, & impedire executionem.*

6 *Amplia tertio, non solum in Ciuili, sed si Criminaliter agatur.*

7 *Amplia quarto, repelli excommunicatum tali exceptione etiam si ageret nomine alieno, vt tutorio, vel procuratorio.*

8 *Amplia quinto, etiam si actio esset tempore peritura.*

9 *Amplia sexto, excommunicatum repelli etiam si ageret per procuratorem legitimum non maculatum.*

10 *Amplia septimo, excommunicatum non posse reconuenire, licet possit excipere.*

11 *Amplia octauo, repelli etiam mulierem excommunicatã agentem ad suas dotes, nisi tamen periculum esset in mora.*

12 *Amplia nono, hanc exceptionem opponi posse in quacumque Curia tam Seculari, quam Ecclesiastica.*

13 *Amplia decimo, Excommunicatum non posse opponi cõtra alium excommunicatum.*

14 *Amplia vndecimo, Testem excommunicatũ repelli a testificando.*

15 *Amplia duodecimo, idem in periuro.*

16 *Amplia tertiodecimo, opponi posse etiam coram mero executore.*

17 *Limita primo, vt non procedat in Excommunicato non notorio.*

18 *Notorius Excommunicatus quis dicatur, vide remissiuè hic.*

19 *Limita secundo, non habere locum in Excommunicato Excommunicatione minori, sed in maiori tantum. Nec sufficit maior, si fuerit per excipientem calside procurata, ibidem.*

20 *Excipiens contra Excommunicatum, vt audiatur, debet proponere in specie Excommunicatum, & nomen excommunicantis, aliàs non auditur.*

21 *Exceptio talis non obstat, dum agitur super attentatis.*

22 *Declara hoc verum in Excommunicato minori, secus in maiori.*

23 *Excommunicatus auditur etiam agendo, vbi versatur Animæ periculum.*

24 *Excommunicatus auditur in iurando, & capi faciendo debitorem fugitiuum suspectum, & hoc vt detineatur,*

tineatur, non ut soluat. ut numero 25.

Nec talis Exceptio obstaret, si opponeretur per spoliatū fugitiuum.ibid.

26 *Excommunicati, periuri, & similes admittuntur, excipiendo, licet non agendo.*

27 *Excommunicatus extrema famis necessitatē laborans, ne pereat; pro Alimentis executionem petere potest, & auditur.*

28 *Excommunicatus in appellatione à sententia contra eum lata, auditur.*

29 *Excommunicatus restituitur ad communionem hominū, & in multis alijs auditur.*

30 *Quos actus tam publicos, quam priuatos, Excommunicatus facere possit, hic vide remissiuè.*

31 *Limitatur decimo, si fuerit admissus ad agendum.*

32 *Excipiens debet clarè proponere talem exceptionem, alias cogitur eam declarare.*

33 *Et debet probare infra octo dies.*

34 *Terminus iste per Iudicem prorogari non potest.*

35 *Processus factus ab Excommunicato parte non opponente, ex mente Rotæ, valet.*

36 *Excommunicatus Actor, hodie de Consuetudine admittitur, ibidem.*

Vidimus superius de Iudice excommunicato, modo dicetur de persona Actoris, † contra quem petentem executionem sententiæ, opponi potest quod sit excommunicatus, cum talis exceptio contra Actorem opponi possit post conclusum in causa. Felin. in cap. Significauerunt, numero 8. de exception. in cap. De cetero, colum. secunda, sub numero 4. in 2. Casu, de re iudicata, vbi in fortioribus terminis contra merum, & nudum executorem facti. Anton. Gabr. de Action. Conclus. 6. num. 25.

1

Etiam stante Statuto prohibente opponi exceptiones personales. Berous in cap. Ex parte, num. 8. de offic. delegati. Asinius in Practica, §. 31. cap. 23. Barbac. in cap. Pastoralis, colum. 6. de Caus. possession. & proprietat. Marantha, in Practica, parte 6. membro 9. numero 5. Magon. Rotæ Lucanæ Decisione 71. numero 10. Peregr. de Iure Fisci, libro 3. titulo 11. numero 14. Carauita, Ritu 236. numero 6. & hæc est Communis opinio. Marsil. in l. maritus, numero 31. ff. de quæstion. in
2 Practica, §. sequens, numero 24. Sed † in executione sententiæ opponi poterit, Ripa ad l. 2. sub numero 10. ff. de re iudicata. Asinius in Practica, §. 31. cap. 2. limit. 13. Lancelott. de Attentat. parte 3. cap. 24. quæst. 2. numero 8. de exception. contra attentata, fol. mihi 485. Duenn. Regula 268. Guido Papę quæst. 215. numero quinto, Et ita tenet Rota 220. in Antiquis. Gabr. de Rest. spol. Conclus. 1. numero 69. & contra Executionem opponi posse, Guido Papæ. Singul. 422. Serafin. de Iuramento, priuileg. 77. numero 85. Guido Papæ Decis. 215. numero 5. Asinius §. 31. cap. 2. limit. 27. pulchre in terminis rei iudicatæ Lancelott. de Attentat. parte 3. cap. 24. de exception. contra attentata, quæst. 3. numero 6. Ant. Gabr. de Restitut. spoliat. Conclus. 1. numero 23. & 69. Pontan. de spol. lib. 3. cap. 2. Menoch. de Recuper. Remed. 1. quæst. 31. numero 322. Socin. Regula, 152. Duenn. Regula, 268. Latè Felin. in cap. Intelleximus, numero septimo, de Iudic. de Communi Milanes. Decisione 1. numero 4. parte secunda.

Licet contrarium post Felin. teneat Asinius in Practica, §. 23. cap. 6. limitatione nona, in terminis Guido Papæ Singul. 422.

3 Ampliatur, vt talis Exceptio † Excommunicationis, non solum possit opponi cōtra Actorem, per Reum conuentum, verum etiam, & Iudex ex officio, eam opponere potest, cap. 1. in fine, de Exception. libro 6. Vgolin. in Tract. de Censur. Ecclesiastic. titulo, de Excommunicatione, cap. 15. §. 7. numero 3. Gigas, de pension. quæst. finali, numero 17. Socin. sene. in cap. Sacris, numero 431. & 437. de Sentent. Excommunic. Carol. Grimald. ad Practicam Tartaliæ, cap. primo, numero 167.

4 Subampliatur, † vt Iudex hoc etiam facere possit parte licet inuita. Abb. in cap. Exception. numero 7. de Exception. Decius in cap. Intelleximus, numero 15. de Iudic. Contard. ad l. diffamari, in Ampliation. numero 102. Peregrin. de Iure Fisci, lib. 3. titulo 11. num. 16. Ferrett. consil. 11. num. 7.

5 Amplia secundo, vt non † solum Iudex, & Pars, sed & Tertius hanc exceptionem opponere possit, & impedire executionem sententiæ, cap. Cū parati, vbi Aabbas, & Decius, numero secundo, de Appellation. Decius, in cap. Intelleximus, numero 20. de Iudic. vbi Felin. num. 13. Ferett. consil. 351. num. 8.

6 Ampliatur † tertio, vt possit opponi contra Actorem, siue agatur ciuiliter, siue criminaliter. Placa in Epitome Delict. cap. 44. numero decimo.

7 Ampliatur † quarto, vt hæc etiam repellat Excommunicatum non solum agentem nomine proprio, sed etiam si nomine alieno; veluti tutorio, vel procuratorio nomine. cap. Intelleximus, vbi Felin. numero 13. Decius, numero 16. de Iudic. cap. Excommunicamus, §. Credentes, de hæretic. Lancelott. in Canonic. Institution. titulo, de Procur. §. hic verò, Cin. in l. res, C. de accusat. Bald. in cap. Domino guerram, vbi Afflict. num. 9. in Titulo, Hic finitur Lex Corradi. Carauita, Ritu 236. num. 20.

8 Ampliatur † quinto, vt Excommunicatus repellatur ab agendo, etiam si actio sit tempore peritura. Hostiens. in cap. Significauerunt, de Exception. Surd. de Aliment. titulo 8. priuileg. 83. numero 11.

9 Ampliatur † sexto, etiam si Excommunicatus ageret per procuratorem legitimum, nec maculatum, Ioan. de Lignano, in Tractatu de Censur. Ecclesiastic. §. 25. quæst. 42. Bonacoss. in verbo, Excommunicati Constitutio. Magon. Decisione Lucana 71. num. 3.

10 Ampliatur † septimo, vt Excommunicatus non possit reconuenire, licet possit excipere, cap. Decernimus, de sentent. excommunicat. in 6. Specul. de Actor. in principio. Lancelott. in Canonic. Institut. titulo, de mutuis petitionib. §.

idem

idem iuris, vbi glossa, in verbo, non conceditur.

11 Ampliatur octauo, vt † possit opponi mulieri agenti ad suas dotes, nisi periculum sit in mora. Lup. ad cap. Per vestras, numero 7. de donation. inter virum, ex vxor. Bart. in l. si constante, numero sexagesimoquarto, ff. soluto matrimon. Surd. de Aliment. titulo octauo, Priuileg. 83. numero nono.

12 Ampliatur nono, vt † hæc Exceptio opponi possit in quacumque Curia, Secularij, & Ecclesiastica, l. placet, C. de Sacrosf. Eccles. Bal. in l. quoties, numero 6. C. de iudic. Gigas, de Pension. quęstione vltima, numero decimonono. Tiraquell. de Retractu lignaier, §. 1. glossa 9. numero 281. Felin. in cap. Prudentiam, numero decimoquarto, de offic. Delegati.

13 Ampliatur † decimo, vt Excommunicatus, non possit obtinere contra pariter Excommunicatum, glossa, in capit. A nobis, de Exception. Decius, in capit. Intelleximus, numero decimonono, de iudic.

14 Ampliatur † vndecimo, vt repellat testē à testimonio; Late Gabriel. de testibus, Conclusione 19. Prosper Farinacc. quæstione quinquagesima-sexta. Articulo 7.

15 Ampliatur † duodecimo, idē in periuro. Bolognet. consil. 28. colum. 2. Ias. in l. nam, & postea, in 4. notabili, de iureiurando. Crauetta pro Genero, numero 6. Et notatu dignū dixit. Menoch. de Recuperanda. Remed. 9. num. 323.

16 Ampliatur † tertiodecimo, ad propositum nostrum, vt coram mero executore opponi possit, gloss. in Clementina 1. de seq. possess. & fruct. Gallesin. ad formam Cameralem, parte quarta, quæstione 1. num. 4.

17 Limitatur primo, vt † Conclusio procedat in Excommunicato notorio, secus si non sit notorius: quia iste non repellitur à limine iudicij. Ferrett. consil. 351. numero 3. & 6. Vgolin. de Censur. Ecclesiastic. cap. 15. §. 7. numero primo. Peregrin. de iure Fisci, titulo 11. numero 8. in fine, lib. 3. & ita tenuit Rota apud Puteum, Decis. 15. de restit. spoliator.

18 Quis autem † dicatur Excommunicatus notorius, ponit Felin. in capit. Prudentiam, numero 6. de offic. Delegati, in capit. Rodulphus, de Rescript. in cap. finali, de Exception. in capit. Ad probandum, colum. 3. de re iudic. Gigas, de Pension. quæst. 14. numero 15.

19 Limitatur secundo, † in Excommunicato Excommunicatione maiori, secus in Excommunicato Excommunicatione minori: quia talis non repellitur. Abbas in capit. Intelleximus, numero 6. de iudic. in capit. A nobis, de Exception. Surd. de Alimentis, titulo 8. priuileg. 83. numero septimo. Decius, consil. 321. num. 6. Mascard. Conclusione 691. numero quarto. Contard. ad l. diffamari, in limitationibus, sub num. 82. pulchrè Lanfranc. in Practica, titulo, de Except. sub numero decimosexto, vbi in dubio præsumitur de minori Excommunicatione. Nec etiam Excommunicatio maior suffragatur excipienti, si per eum fuerit callidè procurata. Romanus dicens valde notandum, Singul. 724. Illud. Corset. limit. decima-septima. Spolij. Pontan. de spol. libro tertio, cap. secundo, numero secundo.

20 Et illud in Practica notandum est, quod † excipiens contra Excommunicatum, vt audiatur, proponere debet speciem. Excommunicationis, & nomen Excommunicantis, & si aliter faceret, non audiretur. Socin. in cap. Sacris, num. 436. de Sentent. Excommu. Vgolin. de Censur. Ecclesiastic. titulo, de Excommunic. cap. 15. §. 8. Viuius, Decisione 104. num. 4. Insuper, si est Excommunicatio Canonis, vel ominis, & nomen Canonis. Gemin. in cap. 1. §. si quis igitur, numero 12. de Sentent. Excommun. libro 6.

21 Limitatur quarto, † quando ageretur super attentatis, quia talis Exceptio non obstat. Decius consil. 200. numero tertio. Marantha, in Speculo, parte 6. in verbo, Appellatio, numero 393. Cumia, super Ritu, capit. quadragesimo, num. 143. Crass. de Except. ad Statutum, Except. 4. numero 27. Hier. de Monte, in tractatu finium, capit. vltimo, numero 4. Menoch. de Recuper. Remed. 17. numero 31. Cras. ad §. nihil commune, parte 2. numero 123. vbi Rubeus, numero 301. Lancelott. de Attentat. parte 3. capit. 24. quæstione 3. numero 10. fol. 485.

22 Vltra quem † declaratur hoc verum in Excōmunicatione minori, secus in maiori. Herculan. de Attent. cap. 20. numero 1.

23 Limitatur quarto, † vbi versaretur Animæ periculum, Excommunicatus auditur, etiam agendo. Felin. in c. Significauerunt, col. vltima, de homicid. Marsil. de Bannit. in verbo, delictis, nu. 6.

24 Limitatur quinto, in † capiendo debitorem fugitiuum, & iurando eum suspectum, & capi faciendo, quia exceptio Excommunicationis non obstat. Felin. in capit. Cum inter, colum. decima, Limitatione secunda, de Exception. in capit. Dilectus, in quarta Fallentia, de Rescript. Surd. de Aliment. titulo octauo, priuileg. octuagesimo-tertio, numero octauo. Viuius Decisione 99. numero 13. Dixit singulare ad §. nihil commune,

25 numero 86. Ripa, † & hoc, vt detineatur, non vt soluat. Decius, in dicto capit. Cum inter, numero decimooctauo. neque hæc exceptio releuaret, si opponeretur per spoliatum fugitiuum. Abb. in capit. Cum inter, numero decimotertio, de Exception. Pōtan. de Spolio, lib. 3. c. 2. nu. 4. Serafin. de iuramento, priuileg. 7. num. 35.

26 Limitatur † sexto, vt hæc Exceptio repellat ab agendo, non autem ab excipiendo; & sic periurus, Excommunicatus, & similes, audiuntur excipiendo. Specul. de Exception. §. finali, num. 3. cap. Cum inter, de Exception. c. Intelleximus, de iudic. Decius, in c. A nobis, num. 37. de Exception. Scaccia, in Practica, cap. 107. numero 51. in fine. Peregr. de iure Fisci, libro tertio, titulo 11. numero 19. Marius Anguissol. consil. 39. numero 5. & consil. 141. numero 12. Et hæc est Cōmunis opinio. Galiaula, libro 1. Practicab. Obseruation. 71. num. 5.

27 Limitatur septimo, † nisi Excommunicatus laboret extrema famis necessitate, nam tunc pro Alimentis executionem petere potest. Franc. March. Decisione 888. num. vigesimooctauo,

Couarruu.

Couarruu.lib.3.Variar.Resolution. cap.13.versiculo duodecimo.

28 Limitatur octauo, † si excommunicatus appellasset à sententia contra eum lata, quo casu, à iudicio non repellitur. Osasch.consil.5.

29 Nono, auditur, vt † restituatur ad Communionem hominum vel ad actus sibi permissos, vel ad restitutionem vxoris, vel tenutæ ex primo Decreto. Ripa, ad §.nihil commune, num.87. Gabr. de rest.spol.Conclus.1.nu.69.& 70.

30 Et quos † actus, tam publicos quam priuatos, possit facere Excommunicatus, ponit Aufrer. ad Tolos.Decis.143.vbi magistraliter loquitur.

31 Decimo † limitatur, si fuerit admissus ad agendum. Crauetta, consil.199.numero 12. Rota Decisione 718. & ita seruat Rota, prout. Decis.718. aliàs vigesimaseptima, de sentent. excommunicat.in antiquis.

32 Et talis † exceptio debet clarè proponi, aliàs excipiens cogitur declarare. Felin. in cap. Prudentiam, in fine, de officio Delegati.

33 Et debet † probare infra octo dies non computato die termini, capit.primo, §. si quis igitur, de Exception.in 6. Socin.in capit. In sacris, numero 440.de Sentent. Excommunic. Mascard.Conclus.691.numero quarto. Lup. Allegatione 54. numero decimo. Marantha, parte 4. distinctione 20.num.14.

34 Nec iste † terminus per iudicem prorogari potest. Vgol. de Censur. Ecclesiastic.titulo, de Excommunicat.cap.decimoquinto, §.nono. Et debet apertissimè probari. Ias.in l.decem, numero

35 51.de verborum obligat. Rota † autem tenere videtur, quod processus factus ab Excommunicato, valet, tam coram Ordinario, quam coram Delegato, parte non opponente, sed parte opponente coram Ordinario valet processus, & sententia, sed coram Delegato, processus, sed non sententia. Caputaquens.Decis.388. seu quinta, parte secunda.

36 Hodie tamen † de Consuetudine, Excommunicatus Actor admittitur. Didac.Variar.resolut. libro primo, capit.decimooctauo, numero quinto, in Regula, Peccatum, in fine principij.

EXCEPTIO LXXXVII.

Velleiani, & Macedoniani.

SVMMARIVM.

1 *Executio Velleiani, & Macedoniani Senatusconsulti opponi potest in executione sententiæ.*
2 *Macedonianũ competit filio condemnato, si petatur cõtra eum executio, competit etiam fideiussori.*
3 *Competit etiam filiofamilias cum iuramento obligato, etiam in foro conscientiæ, data enormissima læsione, & extenditur etiam hæc Ampliatio ad mulierem, nam Senatusconsulto hoc Velleiano iuratur.*
4 *Limitatur in fratre mutuante alteri fratri, vt hic.*
5 *Limitatur secundo, in mutuo accipiente pecuniam, vt alteri creditori solueret, vt ab ipsius molestia liberaretur.*
6 *Limita tertio, in mutuo causa studiorum facto.*
7 *Quid in filio existente in Legatione, vel in Curijs Principis, seu Cardinalis.*
8 *Quid si inuito patre staret in studijs, legatione, & Curijs.*
9 *Amplia vt non solum à patre, sed eo mortuo à fratre repeti potest.*
10 *Patrimonium tamen patris, & qualitas bonorum ipsius considerari debent, vt hic.*
11 *Pater an teneatur vltra eam quantitatem, quam domi erat impensurus.*
12 *Pecunia recepta in dubio præsumitur causa studij, & similium erogata.*
13 *Quid in mutuo, & causa necessaria.*
14 *Filius in foro conscientiæ non iuuatur Macedoniano.*
15 *Quid faciendum, & ad quod remedium recurrendum sit in tali casu.*
16 *Filiusfamilias in foro iudiciali iuuatur Macedoniano.*
17 *Quid si mutuum non consistat in pecunia, sed in bonis datis ad vendendum.*
18 *Quid in filio fideiussore pro mutuo recipiente.*
19 *Quid in mutuo ex causa necessitatis & propter instãs periculum.*
20 *Mulier pro alio intercedens iuuatur, Velleiano.*
21 *Quid si mulier pro sua intercessione recipiat pignus, præmium, seu aliam securitatem, an iuuetur Velleiano, statur arbitrio iudicis tali casu.*
22 *Præsumptio hæc est iuris, & de iure, vt hic.*
23 *Confirmatio biennij est præsumptio iuris, & de iure, vt hic.*
24 *Iuramentum an tollat Velleianum.*
25 *Mulier iuuata Velleiano, repetit solutum tamquam indebitum.*
Filiusfamil. soluens non iuuatur Macedoniano, ibidem & sic fauorabilius est Velleianum, quam Macedonianum.

1 OPponi potest † in executione sententiæ exceptio Velleiani, & Macedoniani Senatusconsulti, l.tametsi, ff.ad Macedonian. vbi bona glossa, & vtilis in tota hac materia. Cannar. de Executione instrument.quæstione decimaoctaua, numero quadragesimosecundo. Roderic.Zuarez, ad l.post rẽ iudicatam, ad declarationem l. Regni, vers.sed pro euidentia, numero quadragesimonono, folio 656.

2 Et circa † Exceptionem Macedoniani, quę cõpetit filio condemnato, si contra eum petatur executio.

Ampliatur, vt talis exceptio competat etiam ipsi fideiussori, l. sed, & si pater, §. non solum, vbi Bartol. ff. ad Macedonian. Aretin. consil. centesimotrigesimo, numero sexto.

3 Ampliatur † secundo, vt etiam competat ipsi filiofamilias, qui se cum iuramento obligauerit, etiam in foro conscientiæ, data enormissima læsione; de Communi post relatos. Mozzius, de Contract. titulo, de Mutuo, in

S finali

finali, columna, num. 17. Extenditur hæc Ampliatio, etiam ad mulierem, quæ se cum iuramẽto obligauit, nam Velleiano Senatuscõsulto iuuatur. Alex. cons. 27. & 42. volum. primo. Guido Papæ, quæst. 227. Serafin. de Iuramẽto, Priuileg. 63. num. 9.

Hæc Regula recipit multas, & varias limitationes; ponam tamen vtiliores, & principaliter,
4 quando † vnus frater, mutuaret alteri fratri. Ias. dicens valde singulare, in l. frater à fratre, in lectura, num. 36. ff. de condict. indebiti, dicens non habere contradicentem. Duenn. Regula 369.

5 Limitatur † secundo vtiliter, si mutuo acceperit pecuniã, vt alteri creditori solueret, & se ab eo liberaret, & erat creditor, qui exceptione submoueri non poterat, l. sed Iulianus, §. penult. ff. ad Macedonian.

6 Limitatur tertio, in † mutuo causa studiorum facto, l. sed Iulianus, §. quod dicitur, ff. ad Macedon. vbi limitat in eam quantitatem, quam pater solebat dare.

7 Ampliatur † hæc Conclusio, etiam in filio existente in legatione, l. Macedoniani, C. ad Macedon. & ex hoc extendi posset, si seruiat in Curijs Principum, Cardinalium, & similium.

8 Ampliatur secundo, † etiam si inuito patre staret in studio, legatione, vel seruitijs Principũ; vel eo inuito pecunia dictis de causis mutuo data fuisset. ita gloss. in d. § quod dicitur, & ibi sequũtur Bartolum, Bald. Nouellus, de Dote, parte sexta, priuileg. 46. Menoch. lib. 3. præsumpt. 68. num. 9. Vzol. in Practica Artis Notariatus, §. de filiosfamilias, & vnde dicatur, num. 30. Duen. Regula, 370. num. 2.

9 Ampliatur tertio, vt † nedũ à patre repeti possit, sed eo mortuo, à fratribus de communi patrimonio soluendum sit. Bart. in l. prima, §. nec Castrensis in fine, ff. de castrensi pecul. in Tract. de duobus fratribus, num. 18. Bald. in l. omnimodo, §. imputari, num. 7. C. de inoffic. testam. in l. filiæ cuius, sub num. 12. C. famil. ercifcundæ. Port. in §. primo. Inst. per quas person. Horat. Lucius, de Priuileg. Scholar. Priuileg. 18.

Et duo ponit Duenn. Regula 370. quæ mihi videntur in Practica satis vtilia, & consideratione digna.

10 Primũ est, quod habeatur † ratio patrimonij, & qualitatis bonorum ipsius patris, & hoc ibi, numero tertio, limitatione 3. ex Rebuff. & Alberic. per eum allegatis, & hoc satis placet: ne ex profluuio filij pater depauperetur, quod sæpè contingit: nam multi filij, modum excedentes, iuuenili furore arrepti, modum excedunt in vestiendo, non in studendo.

11 Secundum est, † quod ponit Duenn. quod pater teneatur solum vsque ad eam quantitatem, quam domi erat impensurus: nam experientia docet, quod multo plus expenditur in studio, quam domi.

12 Et in dubio pecunia † recepta per filium præsumitur in causam studij & similium erogata, Bartol. & Salicet, in l. finali, C. ad Macedon. Socin. consil. 16. num. 10. vol. 2. Menoch. lib. 3. præsumpt. 68. num. 10.

13 Limitatur quarto † sic generaliter, in mutuo ex causa necessaria facto. Alex. in l. si frater tuus, num. quinto, de filiosfam. minore.

14 Limitatur † sexto in foro conscientię, quo casu filius non iuuatur Macedoniano. Bald. in l. cũ quis, num. 14. C. de iuris & facti ignorant. Didac. dicens hoc absolutè verum, ad cap. Quamuis, §. 3. sub num. 4. Duenn. Regula, 369. in fine, Clement. de Patria potest. cap. 6. effectu 5. limit. 8. num. 13. Crass. ad Statutum, Except. 27. num. 5.

15 Recurrendum † igitur est inter alia ad Euangelicam denũciationem, de qua per Doct. in c. Nouit, de Iudic. Marantha, & Summa Angelica, in verbo, denunciatio. Menoch. de Præsumpt. libro primo, quæst. 79. Mascard. Conclus. 104. Silua Nuptial. in verbo, Monitorię, Limitatione quinta.

Et volunt Doctores in citatis locis, quoad hanc obtinendam, notoriè constet de non iure denunciati, licet habeat pro se aliquod instrumentum, prout filiusfamilias, qui est debitor ex mutuo per instrumentum, & si iudicialiter conueniretur, iuuatur Velleiano; Vnde omittenda est via Iudicialis, quæ eliditur per Macedonianum, & recurrendum ad istam denũciationem Euangelicam, vt exeat à peccato, restituat debitum, quod iudicialiter exigi non potest.

16 Bene verum est, † quod in foro iudiciali filiusfamilias iuuatur Macedoniano, etiam si ei renũciauerit. Mozz. in titulo, de Mutuo, colum. finali, num. 19.

17 Limitatur septimo, vt † non iuuetur Macedoniano si mutuum consistat in alio, quam in pecunia, nisi data sint, vt vendãtur l. sed Iulianus, §. mutui datione, ff. ad Macedon. & sic Macedonianum restringitur ad pecuniam numeratã tantum; Sed si consideremus causam finalem Macedoniani, & in qualibet cuiuslibet rei mutuo datæ militare videtur.

18 Limitatur octauo, † in filio fideiussore pro mutuo recipiente, nisi sit color quæsitus, l. sed Iulianus, l. item filiusfamilias, ff. ad Macedonian.

19 Limitatur nono, in mutuo † ex causa necessitatis, & propter instans periculum, quo casu si filiusfamilias vteretur Macedoniano peccaret mortaliter. Cardinal. Albanus ad Bart. in Rubr. C. ad Macedonian.

20 Mulier † pro alio intercedens, iuuatur Velleiano, text. est clarus in l. secunda, C. ad Velleianum.

21 Si tamẽ † mulier pro sua intercessione pignus accipiat, vel aliam securitatem, vel præmium, tunc non iuuatur Velleiano, vt dixi latè in Tractatu Excussion. parte 2. quæst. 54. num. 4. vel suã intercessionem post triennium confirmet, Velleiano non iuuatur, l. si mulier, la seconda, in fine, C. ad Velleian.

22 Ad quarum legũ interpretationem † notandum est, quod quale, & quantum debeat esse illud quod mulier recepit in pignus, vel securitatem, vt excludatur à Velleiano, Iudicis arbitrio remittitur. Afflict. in cap. primo, num. 21. sex quibus caus. feud. amitt. Menoch. de Arbitr. Casu 234.

Et hæc

22 Et hæc † est præsumptio Iuris, & de Iure. Bald. in l. possidetis, num. 6. C. de probat. Socin. Regula 314. Alciat. de Præsumpt. in prælud. parte 2. Menoch. de Præsumpt. lib. 1. quæst. 60. in fine, & quæst. 65. num. 8.

23 Pariter, quando † confirmat post biennium est præsumptio Iuris, & de iure. Ioan. Andr. ad Speculat. titulo, de Præsumption. §. spe cies, nu. 5. versic. secundus in muliere; Nec hoc casu requiritur quod sit certiorata de Velleiano, & vires accepit obligatio à die confirmationis, & nō prius. Bald. in Authentica, Si qua mulier, in fine, C. Ad Velleian. Menoch. lib. 3. Præsumpt. 21.

24 Et stante iuramento, non † habet locum Velleianum, de magis Communi. Anton. Gabr. de Iureiurando, Conclus. 3. Serafin. de Iuramento, priuileg. 63. num. 3. & priuileg. 99. num. 1. Crast. de Except. ad Statutum, Except. 27. nu. 14. Ant. de Petruc. in Repetitione l. 1. num. 149. de Iureiurando. Brunor. à Sole, quæst. 22. nu. 26. Padillia, ad l. ne passim, nu. 12. C. de Iur. & facti ignor. Bauer. de viribus Iuramen. num. 29.

25 Et fortior † est virtus Velleiani in muliere, quam Macedoniani in filiofamilias: nā mulier adiuta Velleiano, soluens repetit, tanquam indebitum. Mozz. de Contract. titulo, de condictione indebiti, col. 2. nu. 15. filiusfamilias tutus Macedoniano, non repetit, l. qui exceptionem, ff. de condictione indebiti, l. si pater, §. vltimo, ff. ad Macedon. Nec mirum, data paritate terminorum, quia filiusfamilias recipit actualiter pecuniam mutuo, & eam soluendo non repetit, quia esset locupletari cum aliena iactura; sed in Velleiano, mulier nihil actualiter recipit, sed simpliciter intercedit, merito soluens repetit.

EXCEPTIO LXXXVIII.

Falsi procuratoris.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio falsi procuratoris opponi potest in executione sententiæ.*

2 *Mandatum quandocumque exhiberi, & produci potest & quod in prima, vel secunda instantia.*

3 *Quid si non sit factum in prima instantia.*

Differens exhibere, an condemnatur in expensis, ibid. sub eod. num. 3.

4 *Sententia lata ad fauorem falsi procuratoris, potest ratificari per dominum quandocumque.*

Limitatur multis modis, vt hic.

5 *Procurator faciens mentionem in Actis de suo mandato potest illud etiam post sententiam exhibere.*

6 *Copia etiam simplex mandati producti potest & quandocumque post sententiam iustificari.*

1 HAnc exceptionem † in executione sententiæ opponi posse tradit glossa in l. tametsi, ff. ad Velleian. vbi habetur glossa magistralis, quod vbicumque iudicium est nullum, vel ratione Iudicis, vel partis, vel rei, vel quia sit iudicatum ex falsis instrumentis, omnes istę exceptiones opponi possunt in exequutione sentētiæ. Marantha in Speculo, in verbo, Sententia, num. 121. Staffileus de literis Gratiæ, fol. 150. versiculo, Hinc est. Socin. Regula 163. Exceptio nullitatis, Fallent. septima. Gregor. Tolos. de Appellat. libro secūdo, cap. vndecimo, numero decimonono. Duenn. Regula 264. limitatione prima, versiculo, contrariam, de Communi. Viuius in Silua, Opinione 418. num. 12.

Est notabile consilium Cranettæ, 165.

2 Circa exceptionem mandati † illud receptū videtur, quod potest quandocumque produci in causa appellationis, & in termino executionis & conualidantur retrogesta. Allegatur consilium Crauettæ 178. in principio, & sic sequi videtur licet in confuso Vantius, de nullit. ex defectu mandati, num. 117. & 118. fol. mihi 168. Borgnin. Decisione vigesimatertia, nu. 17. parte prima, dūmodo † mandatum sit factum in prima 3 instantia, vt per Crauettam, in citato iam loco. Et est Decisio Rotæ 247. in Antiquis, aliàs est Decisio 19. in titulo de procurat. Et ita hodie seruatur in Rota. Puteus, Decis. 383. parte secunda. Posui Decisione 61. Casuum frequentium, Bene verum est, quod aliàs Rota Decisione septima, de procurat. in nouis. videtur velle Contrarium, sub num. 3. & 5. quod ante sententiam producatur; & sequitur Felin. in cap. Scisci tatus, numero decimoquinto, de Rescript. & differens exhibere, condemnatur in expensis. Neuizan. consil. 16. numero tertio, & consil. 17. num. decimoquinto. Natta, consil. 17. numero septimo. Carauita, Ritu 65. numero 8. Rebuff. ad Constitution. Titulo, de Expens. Articulo quarto, glos. vnica, numero 4. Purpurat. consil. 16. col. 1. & 2. volum. primo. Borgnin. Decisione decimaquarta, num. decimosexto. Sed quis condemnabitur hoc casu, procurator, vel principalis? Et Conclusio vera est indifferente exhibere scripturas principales ad causam, secus coadiuuantes alias probationes. Crauetta, consil. 408. numero trigesimoprimo, volum. 3.

Et expensæ intelliguntur vsque ad diem productionis. Francisc. Marc. Decis. 471. in fine, parte prima.

4 Et si sententia † lata sit ad fauorem falsi procuratoris ratificari potest per Dominum quandocumque. Et hæc est Communis opinio. Ang. in §. Item si, col. antepenult. versic. quarto, quid in procuratore. Inst. de Except. & ita practicatur. Idem Angel. in §. præterea, el secondo, col. 3. eodem titulo. Ias. in l. licet, col. 3. versic. breuiter, C. de procur. Latè Felin. in cap. Causam, col. penul. versic. sed deueniendo, de Iudic. vbi multis modis limitat; & ita tenet Palat. Aegid. Decis. 19.

Bene verū est, quod Rota aliter tenuit, prout est Decisio 13. & 149. in Antiq. & 428. in nouis. Cassad. super Regul. Decis. 49. & de empt. & vendit. Decisione 1. Et cum Communi videtur residere Vant. in titulo, Qualiter sentent. nullit. reparr. nu. 102. versic. Contrarium, in fine, fol. 283.

Licet ueera rationes contra Communnẽ per Rotam allegatæ videantur ſatis æquæ, & rationabiles.

5 Et ſi in progreſſu † cauſę in Actis eſſet facta aliqua mentio à procuratore de ſuo mādato, poſſet hoc caſu, quandocumque etiam poſt ſententiam exhibere mandatum. Dictum eſt ſingulare Baldi, in c.1.in principio, de fide inſtrumentor. Sequitur Felin. in c. Licet cauſam, col. 12. verſic. limita quinto, de Probation. Decius, reputās ſingulare, conſ. 539. nu. 8. Pariſ. conſil. 54. nu. 16. vol. 3. Marſil. valde commendans, ſingulari 113. Roland. cōſil. 71. nu. 29. vol. 1.

6 Similiter in proceſſu, † & in termino cum opponitur de mandato, exhibetur ſimplex copia, quæ licet non probet, poterit tamen iuſtiſicari ex aliquo authentico quādocumque, etiam poſt ſententiam, ex authoritatibus ſuperius adductis, & eſt caſus frequens, & quotidianus.

EXCEPTIO LXXXIX.

Durante officio conueniatur.

SVMMARIVM.

1 *Durante officio conuenire, neque cōueniri poteſt officialis, nec aliqua contra eum executio committi.*

2 *Reſpectus habendus eſt officialium, maxime officio eorum durante.*

1 OFficialis durante officio † non poteſt conuenire, neque conuenire, nec contra eum aliqua executio cōmitti. Angel. in l. Pars literarū, ff. de iudic. vbi infert notabiliter in Practica, quod non valet edictum emanatum tempore officij: Si quis prætendit aliquid à tali officiali, Cancellatio, vel ſimilibus, quod tali die compareat, nam hoc non no-
2 cet creditoribus, cū † habeatur reſpectus officialium durante officio. Vnde magnus eſt abuſus ſyndicare officiales, Cancellarios, vel executores remanſuros poſt diſceſſum officialis, quia faciūt vindictam contra querelantes, & nodum querūt in ſcripto, vt experientia ſuadet.

EXCEPTIO XC.

Contra non nominatum.

EXecutio ſententiæ peti non poteſt cōtra non nominatum in ea. Franch. in capit. Ex ratione, numero 92. de Appellation. Magon. Rotæ Lucanæ Decis. 62. numero 2. Dixi ſupra de Exceptione Tertij, numero nono. Vide latius Exceptione quinquageſimaſexta.

EXCEPTIO XCI.

Quod non eſt liquida.

SVMMARIVM.

1 *Sententia non liquida, an, & quando exequi poſſit, & nu. ſeqq. per totam.*

1 EXecutio † ſententiæ impeditur per Exceptionem, quod non ſit liquida, Bal. ad Specul. in titulo, de Except. in vltimis verbis, per text. aureum ſecundū eum, in l. hæc autem, §. 1. in verbo, liquere, ff. Ex quibus cauſ. maior. quem ſingularem quoque dixit Iaſ. in l. prima, numero trigeſimoſecundo, ff. de edendo. Seraſin. de iuramento priuileg. 77. numero trigeſimoquinto. Surd. Deciſ. 179. numero decimoquarto. Teſſaur. Deciſione 220. numero ſecundo. Marantha, in verbo, ſententia, numero centeſimouigeſimo. Crauetta, conſil. centeſimoſexageſimoquarto, numero ſecundo. Lāfranch. in cap. quoniam contra, in verbo, Interlocutoria, nu. 23. vbi limitat ſuper iudiciis vniuerſalibus, vel ſuper mero facto, vel mixto, & fieſt certificatū in proceſſu, ſententia incerta nō valebit, ſin autē, valebit, & certificabitur in executione.

2 Secundo limitatur † num. 24. vt ſi libellus ſit incertus, & opponatur, ſententia eſt nulla, ſiuè certa, ſiue incerta.

3 Limitatur † tertio, ſi certificari poſſit per relationem ad Acta. Bald. in cap. Paſtoralis, §. quia vero, de offic. Delegati. Seraphin. de iuramēto, Priuileg. 77. num. 46.

4 Quid † in Clauſula quotidiana: Plus & minus, prout liquidabitur, vide infra, Soliloquio 326.

5 Limitatur † quarto, quod in vniuerſalibus valet ſententia non liquida, ſecus in particularibus, ſic in inſtētumtis. Minſyn. Centur. 2. Obſeruat. 6.

6 Limitatur † quinto, in intereſſe non liquido ſentētia valet in executione liquidanda. Oſaſch. Pedemont. Deciſ. 129. Couarruu. Variarum reſolut. lib. 2. capit. 11. numero 9. Magon. Rotæ Lucanæ Deciſ. 78. numero 16.

7 Et fuit † alia Communis, & recepta Concluſio: Inſtrumentum, quod ex forma Statuti paratā habet executionem, non eſſe exequendum, niſi ſit liquidum. Bart. in l. proinde, §. notandum, ff. ad leg. Aquiliam; quem ſequuti ſunt Alex. conſ. 88. nu. 2. lib. 2. Idem ſenſit Bald. in l. 2. nu. 9. C. de executione rei iudic. Aretin. conſ. 21. in tertio dubio, & conſ. 32. in 2. dubio. Socin. ſenior, conſil. 4. col. 2. conſil. 120. col. 7. & conſ. 51. col. 3. verſ. confirma, lib. 2. & conſ. 89. col. 2. verſ. ſecundo, lib. 3. Iaſ. in l. 1. in principio, num. 32. ff. de edendo. Deci. conſil. 323. numero 3. verſic. ſecundo, & conſ. 682. numero 9. Rebuff. ad Regias Conſtitutiones, tit. de literis obligatoriis, Articulo primo, gloſſ. 9. numero 8. Menoch. de Adipiſcenda, Remed. quinto, numero 59. Crauetta. conſil. 164. numero 9. Freccia, de Executione inſtrument. parte 8. queſt. 1. Aſinius de Executor. fol. 13. c. 29. Cannar. quæſt. 14. Bernard. Pand. de Præſent. inſtrument.

Instrument.parte 3.declarat.21.num.69. Gallesf. ad formam Cameral.in vltima parte, titulo, de Liquidatione,fol.mihi 161. Osasch. Decisione Pedemont.129.Serafin.de Iuramento, priuileg. 77.num.54.

8 Ex quibus † habetur, quod liquidatio fit duobus modis, ordinariè dato libello, lite contestata, examinatis testibus, & secuta declaratione Iudicis. Alio modo, in executione, summarie capta informatione, vt dixi Exceptione 69.num. 6.vbi ita practicatur in executiuis. Menoch.de Adipiscenda, Remedio 5.num.52.

EXCEPTIO XCII.

Iudex laicus.

SVMMARIVM.

1 *Iudex laicus, an & quando exequi possit sententiam Iudicis Ecclesiastici, vel alterius Iudicis, & num.seqq. per totum.*

1 IVdex † Laicus non exequitur sententiam Iudicis Ecclesiastici euidenter nullam. Doctor.in l. à Diuo Pio, §. sententiam, ff. de re iudic. Roman. consil.51.Attentis his.

2 Et in hac materia † Iudicis exequentis sententiam alterius Iudicis, vario modo loquũtur Doctores, & hoc loquendo in ciuilibus tantum; Et veritas esse videtur, quod exequi debet, nec admittere aliquam exceptionem, nisi notoriam, quæ non requirat indaginem, sed constet liquido ex Actis, vel ex lectura sententię. Felin.in cap. De cetero, num.4. de re iudicata. Guido Papę, quæst.474. Vrsill.ad Afflict. Decis. 24.num.13. Bossius, in titulo; de Foro competenti à nu.87. vsque ad 92.ad quæ omnia reperies bona loca in

3 hoc, & ibi Bossius, infert ad vnũ quod † in Terris Ecclesiæ sæpissimè occurrit, de brachijs secularibus cõtentis, & hic est vnus ex casibus in quo merus executor, etiam ad possessionem tradẽdam post negocium liquidatum, admittit istas exceptiones; Sed multi Iudices imperiti subsistunt, & timent.

4 Nec Iudex † laicus exequi debet sententiam degradationis Iudicis Ecclesiastici, nisi viso processu, & sententia reperta iusta. Viuius de magis Communi, Opinione 396. Diaz. practic. 141.

5 Pariter † Iudex laicus non exequitur, nec auxilium præstat in sententia lata à Iudice Ecclesiastico in causa beneficiali, super petitorio, constito de appellatione. Francisc. Marc. Decisione 269.parte centesima quadragesima quinta, numero quarto, parte secunda.

EXCEPTIO XCIII.

Alimentorum præstitorum.

SVMMARIVM.

1 *Alimenta præstita dant retentionem rei alitæ, donec reficiantur remissiuè.*

1 SI custos animalium, vel carceris alimenta prestiterit, datur, ei retentio animalis aliti, donec reficiantur alimenta præstita. Posui in Tractatu Locati, & Conducti, parte 4. titulo de Expensis, in principio, num.56. & 60.

EXCEPTIO XCIV.

Beneficium diuisionis.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium diuisionis opponi potest in executione sententiæ latę contra plures reos debendi, in solidum.*
2 *Amplia idem in Laudo Arbitratoris.*
3 *Ex Laudo simpliciter lato, agi potest ad illius executionem, prout in sententia.*
4 *Verba condemnationis Sententiæ, vel Laudi sunt stricti iuris, & nil operantur præter vim verborum.*
5 *Ex compromisso per Laudum impleto agitur.*
6 *Executio promissionis peti potest, & proceditur sine nouo processu.*
7 *Per laudum non dicitur nouata obligatio.*
8 *Quid si agatur Actione in factum. Declara, & distingue, vt hic.*
9 *Quid si plures fuissent simpliciter condemnati, & in petitione simpliciter conuenti.*
10 *Per renunciam omni legum auxilio, &c. cessat beneficium diuisionis.*

1 ESt lata sententia † contra plures reos debendi, in solidum, cum Clausula, Quod vnica solutio sufficiat, an in executione poterit opponi beneficiũ diuisionis? & vtique sic. Bartol.in l. Paulus, la secunda, num.2.ff.de re iudicata, vbi dicit, hanc opinionem veriorem, & rationem reddit ibi Bartol. Quia talis exceptio oritur in ipsa sententia, vel post. Guido Papæ Decis. 570.in fine. Boer. Decisione 59.num.8. & Decisione 320. num.4. Marsil.de Fideiuss.num.26. Caball.ad Butr.consil.41.Felin.in cap.Inter, num.14.de re iudicata.

Ampliatur notabiliter ex Bartolo in citato loco, etiam si in principali obligatione facta sit renunciatio: nam non extenditur ad futura per sententiam; & cum Bartolo est magis Communis opinio. Ronchegall. de Duobus reis, l. 3. §.vbi duo, sub num.133.circa medium.

Ampliatur secundo, vt Conclusio vera sit, &

2 † procedat in condemnatis per laudum Arbitratoris. Castrens.consil.236.in fine, lib.secundo, in nouis.

In quo practicando, illud animaduertendum, videtur, quod ad laudi executionem, multiplici via agi potest.

3 Primo, † ex laudo, simpliciter ad illius executionem, & tunc idem quod in sententia, & sic cō-
4 petit beneficium diuisionis. Verba † enim condemnationis sententiæ, vel Laudi, sunt stricti iuris, & nihil important præter vim verborū, nec, plus infertur quam necessario inferatur, l. si quis à liberis, §. si vel parens, ff. de liber. agnoscend. l. 1. C. si plures vna sententia, Abb. in cap. Dilectus, col. 2. de offic. Ordinar. Cępol. in Rubr. de verb. signific. nu. 121. Ias. in l. centesimis, §. finali, col. penult. de verb. obligat. Ripa, in l. 2. nu. 22. C. de Edendo. Curt. senior, consil. 74. col. finali. Curt. iunior, cō sil. 153. num. 15. Decius, consil. 43. nu. 4. Alex. con sil. 108. nu. 2. vol. 5. Osasch. Pedemont. Decis. 64. num. 1. Surd. Decisione 261. nu. 6. Est doctrina Bart. in l. Iulianus, nu. 5. ff. de Conditione indebiti. Anchar. quæst. 22. num. 5. parte 2.

5 Secundo, † agitur ex compromisso per Laudum impleto, iuxta doctrinam Bartoli in l. 2. C. Vbi, & apud quem, & tunc agi potest contra quē libet in solidum, secundum Castrens. vt supra.

6 Tertio modo † Castr. subdit, quod agi potest, vt petatur executio promissionis, vt facta illa sit de soluendo iudicatum; in qua executione procedit sine nouo processu. Bart. in l. 1. ff. indicat. solui. argumento l. tale pactum, §. qui prouocauit, ff. de pact.

7 Nec dici † potest inquit Castr. in citato iam loco, quod per Laudum sit nouata obligatio præcedens, iuxta l. 1. C. de iudic. cum oriatur occasione obligationis iudicatum solui, quę purificatur per Laudum, vel sententiam, cum habeat conditionem: si fuerit laudatum, & de eo quod fuerit laudatum.

8 Declaratur Conclusio superius firmata † vt procedat si agatur Actione in factum, quæ prouenit ab ipsa sententia, secus si illi conuenirentur Actione primo intentata, quæ adhuc durare dicitur, cum sententia ipsa vti nouatio quædā, verius augeat vires primæuæ Actionis, quā elidat. Ronchegal. de duobus reis, l. 3. §. vbi autem, sub n. 134. Vtilius igitur est primæuam Actionem semper intentare, quam nouam, in factum, ex sententia.

9 Declaratur secundo, vt Communis Cōclusio procedat, † vbi plures fuissent simpliciter condemnati, & simpliciter in petitione conuenti fuissent, secus si in sententia esset apposita Clausula, In solidū, vel quod ab vno haberi nō potest, alius soluat; vel esset apposita dictio, Quilibet. Bal. cōs. 158. col. 2. versic. 2. quæritur, lib. 2. ex l. si pluribus, de legat. 2. Balb Decisione 127. Ronchegal. in citato iā loco, licet ipse in tota hac materia contrariū defendat; & vltra Roncheg. ado Rebuff. ad l. creditorē, col. 4 versic. Ad hæc, ff. de verb. signific. vbi per dictionē, Quilibet, constituūtur plures rei debendi in solidū. Allegat Alex. cons. 135. col. 1. vol. 5. pulchrè, & latè. Tiraquell. ab eis non allegatus, de Retractu lignaier. §. 31. glossa 1. nu. 11.

Cessat beneficium diuisionis per renunciam omni legum, &c. vel stante iuramento; Ponam infra, Exceptione 99. num. 10.

EXCEPTIO XCV.

Sententia lata contra principalem, an possit exequi contra fideiussorem non citatum; posui supra, Exceptione 80.

EXCEPTIO XCVI.

Alter Correus.

SVMMARIVM.

1 *Sententia lata contra vnum correum, non potest exequi contra alium correum.*
2 *Amplia, si sententia sit lata in contumaciam.*
3 *Probationes factæ contra vnum ex reis debendi, non probant contra alium.*
4 *Quid si quis ex dispositione aliqua teneretur pro facto alterius; Declara vt ibi.*

1 Sententia † lata contra vnum ex reis debendi, non potest executioni mandari contra alium, Bart. in l. ex duobus, q. 4. versiculo, secundo videndum. Et in Authent. Hoc ita, nu. 44. C. de duobus reis; & hæc est Communis opinio, vt attestatur in pluribus locis Ronchegall. in d. l. ex duobus, nu. 29. & 30. Asinius, in Practica §. 31. limitatione 26.

2 Et multo † magis hæc Cōclusio vera est, si sententia prędicta lata sit in contumaciam, iuxta notata, in l. cum filiusfamilias, numero 13. per Ias. ff. de verborum obligatione. Alciat. Regula tertia. Præsumpt. 22. vbi num. 8. subdit, quod sententia lata propter contumaciam, non parit præiudicium in alia causa, etiam inter easdem personas; nec præiudicat alteri, etiam in causa, in qua alteri preiudicaret. Tobias Nonius, consil. 95. nu. 14. Bossius de bonorū publicatione, nu. 56. Marsil. in Practica, §. postquam, nu. 53. Singul. 4. Gigas, de Crimine læsæ Maiestat. titulo, quomodo, & per quos, q. 1. nu. 35. Pancirol. cons. 117. nu. 15. cō sil. 14. nu. 18. consil. 68. nu. 17. de Communi Gherard, consil. 51. nu. 3. lib. 1. Cartar. de Capto banni to, cap. 1. nu. 296. Farinacc. quæst. 11. nu. 176.

3 Ampliatur, vt nec † probationes factæ contra vnum ex reis debendi, probent contra alium, ex notabili dicto Innocent. in c. Causam quæ, il primo, de testibus; quod quibus non nocet sententia, nec etiā probationes. Bar. in l. si mater, §. 1. de Except. rei iudicatæ. Ruin. consil. 92. col. 1. lib. 1.

4 Declaratur vltra alios in locis ordinarijs, † nisi quis ex dispositione aliqua teneretur pro facto alterius, etiam de culpa: quo casu sententia lata cōtra contumacem, nocet etiam Tertio non vocato. Ita tenuit Rota in vna Releuationis indemnitatis, coram Seraphino, 14. Ianuarij 1582. relata per Farinacc. quæst. 24. num. 72.

EX-

EXCEPTIO XCVII.

Delictum connexum.

SVMMARIVM.

1 *Sententia lata contra Adulterum an noceat Adulteræ. Declara, & distingue vt hic.*
2 *Si duo fratres duxerunt in vxores duas sorores, sentẽtia ratione consaguinitatis lata contra vnum, non noceat alteri.*
3 *Agens, & obtinens contra possessorem partis domus coram vno Iudice, quod si agat contra possessorem alterius partis domus coram alio iudice, & succumbat, id non esse inconueniens, a diuersis Iudicibus super eodem facto diuersas ferri sententias*
4 *Condemnatus quia produxit falsos testes, non propterea sequitur quod testes sint falsi.*
5 *Condemnatio Notary quod fabricauerit falsum Instrumentum, non præiudicat vtenti.*

1 Sententia lata contra † Adulterum nõ
præiudicat Adulteræ, l. denunciasse,
§. vltimo, ff. de Adulter. l. & si crimine,
C. eodẽ titulo. Sebastian. Medic.
Regula 8. litera A. numero 6. quæ iura ponderãda
videntur, & diuerso modo loquuntur. Inquit
enim I.C. ad fauorem mulieris non condemnatæ;
quid enim si Adulter inimicitijs oppressus
est, vel falsis argumentis, testibusq. subornatis?
Hæc enim verba, non videntur includere concludentem
rationem in casibus sic valde connexis;
quomodo enim in testibus considerare possumus
subornationem, quæ noceat Adultero, &
non Adulteræ? Si ambo de Adulterio accusati
sint; sic dicere possumus de illis verbis, vel falsis
argumentis; quomodo enim datur falsum argumentum
contra vnum separatim ab alio? Dicit
vlterius I. C. fortassis mulier poterit obtinere
Gratia, vel Iustitia. Dico, si mulier obtinebit ex
gratia, ergo commisit delictum, cum gratia, &
remissio præsupponat delictum. Dicit Alberic.
ibi, quod ratio decisionis est fauor matrimonij;
sed vbi consistit fauor, ibi si condemnatur Adulter,
nonne dicitur cum qua? Et insuper I.C. in
hoc contextu præsupponit diuersos Iudices, vnũ
qui iudicauerit causam Adulteri, alium qui iudicauerit
causam mulieris; quid prodest ista separatio,
in hac tanta connexitate? Et insuper quomodo
fieri potuit? Præsupponit insuper, Præsidem
Prouinciæ, qui est de maioribus Magistratibus,
& pro quo mirificè præsumitur, adeo grauasse
Adulterum in condemnatione, vt nec appellare
potuerit. Propterea Imperator, in l. & si crimine,
superius allegata, supponit Adulterum accusatum
quod commiserit Adulterium cum tali sorore,
sed feminam non fuisse accusatam, quod
licet sit condemnatus Adulter, quod femina nõ
efficitur infamis, nec potest condemnari ad aliquam
pœnam, ex quo non est accusata, & sic facit
fundamentum in accusatione, non in sententia,
in qua specificetur femina. Vnde videbatur
magis attendenda sententia specificans, quam
hoc, quod non fuerit accusata mulier; Et hæc dicta
sunt dubitatiuè tantum, & per modum simplicis
discursus.

Et iuxta prædicta infert Brixiens. in Quæstioni-
2 bus Dominicalibus, quæst. 8. quod † si duo fratres
carnales duxerunt in vxores duas sorores carnales,
sententia ratione consanguinitatis lata cõtra
vnum, non nocet alteri.

Et iuxta hanc determinationem in facto consultus
respondit Menoch. consil. 59. libro 1. quod
3 † si vnus egit contra possessorem partis domus,
& obtinuit, si contra alium possessorem alterius
partis coram alio Iudice ex eisdemmet iuribus
agat, & succumbat, quod hoc non est inconueniens,
à diuersis Iudicibus diuersas ferri sententias
super eodemmet facto. Pono latè infra Exceptione
224. num. 22.

4 Similiter † condemnatus de falso, quod produxit
falsos testes, propterea non sequitur, quod
testes sint falsi. Bart. in l. Lucius, numero 1. ff. de
5 infamibus, vbi idem infert, quod si Notarius † sit
condemnatus quod fabricauerit falsum Instrumentum,
hoc non præiudicat vtenti; sed secundum
Castr. ibi ferenda est noua, & separata sententia
contra vtentem, dicens ibi esse casum singularem,
& quotidie practicatum. Subdit tamẽ
Bartolus in citato loco, quod facit aliqualem
præsumptionem contra. Surd. consil. 173. numero
82. lib. 2. Natta, consil. 394. numero 24. Boer.
Decisione 118. numero 17. Alba consil. 485. numero
9. volum. 1. Roland. consil. 13. numero 15.
libro secundo, Crass. de Excep. ad Statut. cap.
29. Except. 29. num. 12.

Et superius firmatam Conclusionem sequuti
sunt Abb. consil. 16. numero 6. libro 1. Alberic. in
3. parte Statut. quæst. 65. idem Alberic. in l. 1. C.
Quibus res iudic. non nocet. Corneus consil. 69.
In dubium, colum. 2. versiculo, his tamen, libro
1. Ronchegall. in l. ex duobus, num. 25. de duobus
reis. Alexand. ad l. sæpè, numero 39. & 40. de
re iudicata. Menoch. consil. 59. numero 14. libro
primo.

EXCEPTIO XCVIII.

Si vnus ex pluribus tutoribus.

SVMMARIVM.

1 *Sententia lata contra vnum ex tutoribus, non potest exequi contra alios.*
2 *Ex pluribus tutoribus omnes in solidum tenentur, vt hic.*
Tutorum priuilegia plura sunt, & ijs multæ competunt exceptiones ibid. sub eod. num. 2.
4 *Tutor qui administrauit, si est soluendo, & idoneus, primo conuenitur.*
4 *Tutores omnes, si administrauerint, & sint soluendo, inter eos sit diuisio pro rata.*
5 *Idem si sint Testamentarij, Legitimi, vel Datiui.*
6 *Amplia, idem si omnes essent in communi culpa, vel dolo.*

Amplia

7 *Amplia, idem si aliqui tantum administrassent de mandato tamen aliorum.*
8 *Quid si in eis, quæ neglecta sunt, sed non sunt coniuncta, nec connexa gestis.*
9 *Declara, & distingue vt possideo, & nullum Ius habeo in reposseßsa aut è contra, vt latius hic.*
10 *Quid si in Instrumento adest iuramentum excludens beneficium Diuisionis.*
11 *Quid si esset renunciatum omni Iuris, & Legum auxilio.*
12 *Quid in obligatione voluntaria.*

1 Sententia lata † contra vnum ex pluribus tutoribus, non potest mandari executioni contra alios. Castrensi. consil. 236. columna prima, libro primo, per titulum, C. res inter alios acta; præsertim illis, qui Iudicio non interfuerunt, ad l. 2. C. Quibus res iudic. non nocet. Sequitur Afinius in Practica, §. 11. limitatione 26. colum. 1. in fine; Et talis Exceptio in executione sententiæ opponi poterit. Boer. Decis. 59. num. 9.

2 Ex tutoribus † pluribus eiusdem pupilli patrimonij quę cuiuscumque generis illi sint, siue omnes administrauerint, siue aliqui tantum, siue diuisa fuerit ab eis administratio, siue non, omnes in solidū tenentur, l. tres tutores, ff. de administr. tutorum. l. 1. §. nunc tractemus, ff. de Tutel. & ration. distrahend. l. 2. C. de diuis. tutorum. Glos. Cin. Bart. & alij, in l. 1. C. de Transaction. Fulgos. consilio 177. & consil. 283. Boer. Decisione 59. Ronchegall. ponens hoc pro Regula constanti, ad l. eamdem, numero 218. ff. de duobus reis.

Addo Aretin. in §. Actionum, numero 37. Institut. de Action. Vant. de nullit. ex defectu inhabilit. numero 80. versiculo, premissa. Borgnin. de Tutor. numero 15. Papiens. ad formam libelli reddendæ rationis, in glos. & Curatores, numero 1. vbi habent administrationem in solidum. Tutoribus enim multa competunt Priuilegia, & multæ exceptiones.

3 Primum Priuilegium est † Ordinis, vt conueniatur is qui administrauit, si idoneus sit, & soluendo, l. finali, C. si tutor non gesserit, vbi ponit istas duas circumstantias, scilicet, quod administrauerit, & quod sit soluendo, & idoneus.

4 Secūdum † Priuilegium est Diuisionis, quod si omnes administrauerint, & sint soluendo, fiat diuisio inter eos pro rata, l. 1. §. nunc tractemus, ff. de Tutel. & ration. distrahend.

5 Ampliatur, siue † tutores sint Testamentarij, siue Legitimi, siue Datiui, semper enim locus est beneficio diuisionis inter eos. Boer. Decis. 59. numero 4.

6 Ampliatur secundo, † etiam si omnes essent in dolo, vel culpa, & sic data communi culpa. Boer. in citato loco, dicens magis Communem. Ronchegall. De Duobus reis, l. 9. num. 221. licet ipse ex veriori Contrarium teneat.

7 Ampliatur tertio, † etiam si aliqui tantum administrauerint, de mandato tamen aliorum, adhuc enim omnes administrasse videntur, & cōpetit beneficium Diuisionis, & non Ordinis. Boer. in allegata Decisione, numero sexto.

8 Ampliatur quarto, in eis † quæ neglecta sunt, sed non sunt coniuncta, nec connexa gestis, quo casu non competit beneficium Ordinis, sed Diuisionis inter tutores, & is solus qui in solidum conuenitur, proponere & probare debet alios esse soluendo, & ob id esse conueniendos pro partibus virilibus, ex l. si fideiussor contendat, ff. de Fideiussor. Angel. in l. 1. ff. Quo quisque ordine, libro vndecimo, Fulgos. consil. centesimoseptuagesimooctauo, columna secunda, in fine. Ronchegall. De Duobus reis, l. nona, numero 223.

9 Nec illud † incidenter omittam, quod vtilis est Practica l. si contendat fideiussor, superius allegatæ; bene tamen practicatæ, scilicet; Aut ego possideo, & in re possessa nullum ius habeo, & hoc casu nihil petere possum; Aut habeo ius, & tunc possum petere, ius mihi competere; sed si non habeo aliquod ius, licet possideam, non possum petere Aduersario nullum ius competere, nec minus me molestare. Castrens. dicens valde singulare in Practica, in d. l. si contendat, in l. si finita, §. eleganter, vbi Alexand. columna decima, ff. de damno infecto. Felin. in cap. Olim, numero decimo, de Rescript. Dixit valde singulare in Practica Gerard. Singul. 91. Marsil. Singul. 280. Contard. ad l. diffamari, num. centesimodecimonono.

10 Declaratur Conclusio superius firmata, † quādo in Instrumento adest iuramentum, per quod excluditur beneficium Diuisionis. Bald. in l. prima, §. sed si, Quemad. testamen. aperiant. Matt. Decisione 217. parte secunda, Borgnin. de Tutor. num. 17.

11 Declaratur secundo, † nisi esset renunciatum omni Legum, & Iuris auxilio, per quam tollitur beneficium Diuisionis. Dixi in Tract. Excussion. bonorum, parte secunda, quæst. decimaseptima, num. trigesimoseptimo, Addo in terminis de pluribus tutoribus Ancharan. quæst. vigesimasecunda, numero octauo, parte secunda, Caball. ad Butrium, consilio quadragesimoprimo, in fine.

12 Cessat † hoc beneficium in obligatione voluntaria. Borgnin. in Repert. Decision. parte prima, in verbo, Fideiussor promittens, in fine.

EXCEPTIO XCIX.

Vti possidetis.

SVMMARIVM.

1 *Sententia lata contra principalem, in interdicto, Vti possidetis, non exequatur contra hæredem cui talis exceptio competit.*

Senten-

1 SEntentia lata † contra principalem in interdicto, Vti possidetis, non mandatur executioni contra hæredem cui talis exceptio competit. Innocent. in cap. Abbate, colum. 2. de verbor. signific. quem ibidē sequuti sunt Butrius, & Ioan. Andr. Bald. in l. Reo, §. hæres, ff. ad exhibend. Io. Faber, in §. æquè, numero 31. versiculo, Interdicto, de Action. & hanc opinionem tenuit pluries Concilium Neapolitanum. Afflict. Decisione 145. & Decisione 345. Capic. Decisione 1. numero 11. Rebuff. ad Regias Constitution. tomo 3. de Causis benefic. possessorijs, Articulo 11. Glos. 1. numero 1. Posui latè superius Exceptione 69. numero 9.

EXCEPTIO C.

Tutor vel Curator.

SVMMARIVM.

1 *Sententia lata contra Minorem, an exequi possit contra tutorem, vel curatorem. Declara vt hic.*
2 *Declara si scienter instituit iniustam causam, secus si ignoranter, quia tunc contra pupillum.*
3 *In dubio præsumitur calumniasse.*
4 *Tutor condemnatus tutorio nomine, cedendo actionem contra pupillum, an liberetur, & quando.*

1 SEntentia † lata contra pupillum, vel Minorē, exequi non potest contra tutorem, vel curatorem, text. est in l. 4. vbi Bart. Alberic. Angel. Castr. Ias. & Ripa, ff. de re iudicata, in l. Plautius, ff. de procur. Francis. Marc. Decisione 815. Parte 2. Fulgos. in l. si tutor, num. 1. ff. Si quis caution. Angel. in l. 1. ff. Quando ex facto tutor. Bald. in l. 1. C. Quando Fisc. vel priuat. Bart. in l. 2. ff. de Administ. tutorum. Guido Papæ consil. 24. num. 9. Decis. 85. num. 3. Papiens. in forma execut. sentent. glossa, Sapiens, num. 29. Specul. de Executione sentent. §. 4. num. 3. Duenn. Regula 275. limitatione 8. Asinius in Practica, §. 31. limitatione 22. & 23. Nisi pro expensis, si tutor fouit iniustam causam, nam in eum fit executio, l. non est ignotum, ff. de administr. tutorum. Bart. in l. edita, colum. finali, de Edendo, in l. qui solidum, §. etiam, de legat. 2. Marantha, in Specul. in vltimo Actu, num. 38. Borgnin. de Tut. num. 51.

2 Declara † si sciēter instituit iniustam causam, secus si ignoranter, quia tunc fit executio in pupillum. Ripa, in d. l. 4. num. 19.

3 Addo, quod † in dubio præsumitur calumniasse. Didac. Practic. quæst. c. 27. num. 2. vers. sexto.

4 Et tutor condemnatus † tutorio nomine, cedendo actionem contra pupillum, an liberetur. Franc. Marc. Decis. 815. parte 2. qui loquitur in sententia Excommunicationis contra tutorem.

EXCEPTIO CI.

Actor, seu Syndicus.

SVMMARIVM.

1 *Sententia lata contra Communitatem, Actorem, vel Syndicum Communitatis, exequi non debet contra Actorem vel Syndicum, sed contra Communitatem.*
2 *Quid si sit Actor in rem suam.*
2 *Quid si Actor se liti obtulerit.*
4 *Quid si quis dixit se esse Actorem cum non esset.*
5 *Communitas nihil habens in communi, cogitur imponere collectam.*
6 *Declara quibus in casibus executio fieri possit contra particularem, insolidum, & quando pro rata.*
7 *Declara vlterius, quod licet executio fieri possit contra Communitatem, non tamen in Mœnibus Communitatis vel Vrbis fieri debet.*

1 SEntentia † lata cōtra Communitatem, Actorem, vel Syndicum Communitatis, exequi non debet contra Actorem vel Syndicum, sed cōtra Communitatem, l. 4. versiculo, Actor, vbi post alios Ripa, ff. de re iudicata. Specul. de execut. senteut. §. 3. nu. 4. Asinius in Practica, §. 31. limitatione 24.

2 Declara Primo, nisi † sit Actor in rem suam, l. item eorum, §. Actor, ff. Quod cuiusque Vniuersit. nomine.

3 Declara secundo, nisi † Actor se liti obtulerit, vt in d. l. 4. in principio.

4 Declaratur tertio, vt † contra eum qui mentitus est se esse Actorem, cū non esset, datur Actio de Dolo, ad damna, expensas, & interesse. Alberic. in d. l. 4. & in d. l. 4. & in d. §. Actor, & l. penult. ff. de Dolo, & l. nouissime, ff. quod falso tutore.

5 Et si † Communitas nihil habeat in Communi, cogitur imponere collectam, gl. in l. 1. §. quod si nemo, in verbo, Proconsul, ff. Quod cuiusque vniuers. nomine. Specul. de Execut. sentent. §. sequitur, versic. quid si Vniuersitas, gl. in cap. Cum dilecta, de Rescript.

6 Declaratur quinto, quod contra vnum particularem in solidum executio fieri nō possit; sed pro rata tantum, nisi in casibus infrascriptis. Primo, nisi Consuetudo, vel Statutū aliter disponat; Secundo, nisi sit publicus exactor, qui onus soluēdi susceperit; Tertio, nisi Syndicus haberet specialem facultatem singulos in solidum obligandi. Bal. in l. etiā, col. 4. C. de execut. rei iudicatæ. l. 1. ff. de muner. & honor. l. missi opinatores, C. de exact. tribut. lib. 11. Ripa ad l. 4. nu. 34. ff. de re iudicata, in materia Diazz. Regul. 267.

7 Declaratur sexto, † quod licet exequi deberet contra Communitatem, non tamē in muris, vel mœnibus Communis, & Vrbis. Bald. in l. etiam, colum. 3. C. de executione rei iudicatæ. Capic. Decisione 27. numero 41. Roland. consil. 84. numero 20. vol. 2.

EX-

EXCEPTIO CII.

Peculium filij.

SVMMARIVM.

1 *Pro debito vel delicto filij, an exequi debeat in Peculio Profectitio, Aduentitio, Castrensi, vel quasi.*
2 *Pro delicto patris, an bona filij veniant confiscanda, & quæ, & è contra, & quibus in casibus, remissiuè vt hic.*
3 *Sententia lata contra filium, patri non nocet. Concilia, & Declara, vt hic.*

1 PRo debito, † vel delicto filij, non potest fieri executio in Peculio Profectitio, Aduentitio, vel Castrensi, vel quasi Castrensi. Posui latè in tract. excussion. bonorum, parte 1. quæst. 4. 5. & 6. vbi videre placeat. Addo Duenn. regul. 275. num. 7. limitatione 7.

2 Et pro † delicto patris an bona filij veniant cōfiscanda, & quæ, & è contra, in quibus casibus, ex ratione officij suscepti, vel ratione delicti pater pro filio teneatur, posui in tractatu Excussion. bonorum, parte 1. per multas quęstiones in materia criminali.

3 Illud addam, † sententiam contra filium latā, patri non nocere, si sit lata in contumaciam, etiā quod Statutū velit patrē teneri pro filio. Alciat. dicēs Communem, regula 3. Pręsumptione 22. nu. 7. Addo Nell. de Bannitis, in 3. parte primi tēporis, q. 34. & nisi pater sit citatus. Castr. in l. finali, §. necessitatem, nu. 14. C. de bonis quæ liber. Asinius in Practica, §. 31. limitatione 31. & hæc est magis Communis opinio. Surd. Decisione 256. nu. 16. vel Concilia: Aut Statutum dicit quod delictum patris noceat filio, & tunc est citādus; aut dicit, quod sententia lata cōtra filium, mandetur executioni contra patrem, & tunc pater non est citandus. Bald. in l. 2. num. 18. C. de Edendo.

EXCEPTIO CIII.

Ne Filius pro Patre, vel è contra.

SVMMARIVM.

1 *Pater non tenetur ad debita filij, nec e contra.*
2 *Hæres est eadem persona cum defuncto, ex actu voluntario.*
3 *Filius non tenetur ad debita patris, nec è contra.*
Declara vt hic.
Pater vel mater soluendo partem debiti, non efficiuntur debitores in residuo, vt hic sub eod. num. 3.
Pater non obligatur ex contractu filij si eo inuito contrahere potest ibid.
4 *Aduenticia bona an veniant in publicatione bonorum filij in præiudicium patris.*
Executio non potest fieri pro debitis filij in Aduentitijs ibidem sub eod. num. 4.
5 *Quid in peculio profectitio remissiuè.*
Quid in peculio castrensi, vel quasi, ibidem, sub eod. num. 5. remissiuè.
6 *Peculium profectitium an veniat in publicatione bonorū patris in præiudicium filij, remissiuè.*
7 *Legitima filij an sit reseruata in publicatione bonorum patris remissiuè.*
8 *Pater an obligetur per negociationem, vel officium filij, & quando, remissiuè.*
9 *Sententia lata contra filium, an noceat patri in ciuili, uel criminali causa, remissiuè.*
10 *Quid stante Statuto, vel Consuetudine, quod filij teneantur ad debita patris.*
11 *Filius se obligando iussu, vel consensu patris accedentibus, pater tenetur.*
Pater consentiendo matrimonio filij, tenetur ad restitutionem dotium, ibidem, sub eod. num. 11.
12 *Filius administrando bona de consensu, & permissione patris, eundem patrem, & eius bona obligat.*
13 *Filij tenentur pro grano patri mutuato ad familiæ sustentationem.*
14 *Procedit, si pater tempore mutui erat pauper, & granum emptum aut mutuatum fuit consumptum à familia, vel illo tempore esset annonæ caritas.*
15 *Pater obligatus ex forma Statuti pro contractu filij, non obligatur ex contractibus extra territorium factis.*
16 *Filius non obligatur ex contractu patris directè, & principaliter, nisi accedat eius consensus, & ratificatio.*
17 *Agens contra filium ex facto patris, debet probare ipsum esse hæredem, aliàs non auditur.*

1 POsita est Rubrica † super quarto Codicis, Ne filius pro patre, vel è contra. quam bene explicat Ias. in l. finali, sub numero tertio, C. de impuberum. Si enim hæres tenetur ad debita defuncti, eo quia est vna persona cum defuncto, cur pater non tenetur ad debita filij, & è contra, cum pariter censeantur vna, & eadem persona ex d. l. finali. Respondet Ias. quod † hæres est eadem persona cum defuncto ex actu voluntario, adeundo hæreditatem, & ob id positus est titulus, Vt actiones ab hæredibus, & contra hæredes; secus in patre respectu filij, & è contra. Vnde positus est titulus, Ne filius pro patre, vel è cōtra; & alius, Ne vxor pro marito.

3 Filius igitur † non tenetur ad debita patris, nec è contra, ex hoc titulo, fallit quatenus est in peculio, vel in rem verso, vsque ad quam quantitatem fideiussor filij est pater, & tenetur pro eo, l. cum filiusfamilias; vbi Ias. numero quarto, ff. de verbor. obligation. l. 1. C. ne filius pro patre, l. qui iurasse, §. si pater, vbi not. ff. de iureiurando, Bal. in l. prima, colum. 2. versiculo quæro testator. C. Comunia, de legat. in Authent. Sed cum testator, C. ad leg. Falcid. Gratian. Decisione March. 81. num. 24.

Ampliatur, ne pater vel mater etiam soluendo partem debiti, non efficiantur debitores in residuo, l. finali, C. ne vxor pro marito.

Declaratur, vt ex contractu filij pater non obligetur, si eo inuito contrahere potest. Menoch. consil. 98. numero 71.

4 An in † publicatione bonorū filij veniant Aduentitia, in præiudicium patris, posui in Tract. de Excuss.

Excuss. bonorū, par. 1. q. 4. 10. q. principalis, vbi nu. 13. tetigi, executio contra bona filij, an & quando præiudicet patri in ciuilibus, & criminalibus, ibi videre placeat. Et addo Gratian. Decisione Marchiæ 76. vbi in terminis executionis, conclu dit fieri non posse pro debitis filij in aduentitijs, in quibus pater habet vsumfructum, secus in alijs. Clement. de Patria potestate, cap. 6. Effectu 2. num. 45.

5 Quid † in peculio profectitio, an intelligatur publicatum in præiudicium patris, posui parte 1. quæst. 4. & 5.

Quid in peculio Castrensi, vel quasi, posui quæstione 6.

6 An † publicatis bonis patris, veniat peculium profectitium in præiudicium filij posui quæst. septima.

7 De Legitima filij an † sit reseruata in publicatione bonorum patris, posui quæst. 8.

8 Si † Pater proponat filium alicui negociationi, mercaturæ, vel consentiat eligi vel proponi ad aliquod officium, quatenus obligetur, posui de Excuss. bonorum, parte secunda, quæst. 6.

9 An sententia † lata contra filium quando patri præiudicet in ciuili & criminali, posui de Excussione bonorum, parte secunda, quæst. 33, numero quarto.

10 Declaratur † primo, stante Statuto vel Cōsuetudine, quod filij teneātur ad debita patris, quod valet, etiamsi filij repudiauerint hæreditatem paternam. Bald. in l. dotis, C. de Iure dot. Dixit mirabale Ias. in l. de quibus, numero 56. ff. de Legibus.

11 Declaratur secundo, † nisi filius se obligauerit iussu patris, vel cum eius consensu, tunc pater tenetur, & contra eum exequi potest, & cum talis consensus, seu iussus sit quid facti, non præsumitur, & probari debet, l. si quis mihi bona, §. iussum, ff. de acquir. hæredit. nec creditur assertioni alicuius dicentis habere mandatum. Aimo, consil. 260. numero 3. Roland. consil. 48. numero 1. libro 1. pulchrè loquens in ciuilibus, & criminalibus, Hieron. Gabr. consil. 182. numero secundo, volum. 1. Socin. Regula 444. Sententia lata. Hinc pater consentiendo matrimonio filij, obligatur ad restitutionem dotis. Bart. in l. si cum dotem, §. transgrediamur, ff. soluto matrimon. Roland. consil. 85. numero 25. volum. 1. & cum Bart. est Communis opinio. Osasch. Pedemont. Decis. 44. numero 8. Surd. Decisione 62. numero 14. & 33.

12 Similiter † filius administrando bona de consensu & permissione patris, obligat patrē, & bona patris. Afflict. Decisione 308. num. 4. Ioseph. de Ludouic. Decisione Lucana 55. Et hoc in cōcernentibus mercaturam vel officium illud, & non vltra. Decius consil. 40. numero 3. vbi dixi. Borgnin. Decisione 31. numero 16. Alba, consil. 95. numero duodecimo, Viuius Opinione 797.

13 Declaratur tertio, vt teneantur † filij, & contra eos executio fieri possit pro grano patri mutuato ad familiam sustentandam, vt posui Decisione 128. Casuum frequentium.

Addo Mascard. Conclusione 1151. num. 22. vbi hanc Conclusionem appellat notabilem, & singularem.

14 Et vltra ibi dicta † procedit Decisio illa, si pater tempore mutui erat pauper, & quod granum emptum vel mutuatum fuerit à familia cōsumptum, vel illo tēpore esset annonæ caritas Surd. de Alimentis, titulo 8. priuileg. 48.

15 Et si pater † obligatur ex contractu filij ex forma Statuti, non obligatur ex contractibus extra territorium factis. Decius consil. 359. Viuius in Silua, Opinione 797. num. 3.

16 Declaratur quarto, vt † filius non obligetur ex contractu patris directo, & principaliter obligatione voluntaria, nisi accedat eius consensus vel ratificatio. Berous loquens in instrumento pacis, consil. 206. num. 18. vol. 3.

17 Vnde agens † contra filium ex facto patris, debet probare eum esse hæredem, aliàs non auditur, l. ne contra, vbi Bald. C. Ne filius pro patre. Cautela tamen datur in Practica, vt pro debito filij fiat in bonis aduentitijs executio, saluo iure, & vsufructu patris. Gomes. de Contract. cap. 15. num. 12. Borgnin. Decis. 31. num. 43.

EXCEPTIO CIV.

Ne vxor pro marito, vel è contra.

SVMMARIVM.

1 *Dos non venit in confiscatione bonorum mariti, remissiuè.*

2 *Declara in vxore prout in filijs qui se aluerunt ex grano mutuato patri.*

3 *Bona existentia in domo viri, censentur mariti, & sic è cōtra, & contrarium dicenti, incumbit onus probandi.*

4 *Executio non potest fieri in bonis dotalibus pro debitis vxoris.*

Quid si debitum sit contractum per vxorem ante matrimonium, & bona concessa in dotem ibi.

Quid pro tutela filiorum primi viri, & transitum ad secunda vota ibid. sub eod. num. 4.

5 *Citatio facta domi de vxore, an præiudicet viro simul habitanti.*

6 *Sententia lata contra maritum in re dotali, nocet vxori scienti.*

7 *Executio facta in iocalibus pro debito viri de consensu vxoris, retractari potest per vxorem.*

1 Confiscatis bonis mariti, non venit Dos, posui in Tract. de excuss. bonorum, parte 2. quæst. 10. 10. quæst. principalis.

2 Declaratur † hæc Conclusio in vxore prout filijs, qui se aluerunt ex grano mutuato patri, de quibus dixi in præcedenti Exceptione, Declaratione 3. ex Surdo ibi allegato, qui in vxore etiam loquitur, num. 6.

3 Nec illud in † Practica omittēdum est, quod si domus est mariti, mobilia in ea existentia præsumuntur

summanter mariti, & si domus est vxoris præsumuntur, & mobilia ibidem existentia vxoris, & contrarium dicenti incumbit onus probandi in vtroque casu; si autem domus est neutrius, quia conductitia præsumuntur communia, nisi qualitas repugnet, puta quod vestes sint muliebres, & similia. Bald. in l. ob maritorum, C. Ne vxor pro marito. Sequitur Alex. in l. qui iure, nu. 6. de acquir. possessione, Anchar. quæst. 7. parte 1. Borgnin. Decisione 31. num. 43. parte 1. & quod dictum est de domo cōductitia loquitur Anch. de simul conducentibus, aliàs præsumerentur conducentis, prout in dominio.

4 Et pro † debito vxoris non potest fieri executio in rebus dotalibus. Bald. in l. Titia, ff. de iure dot. Fallit in duobus casibus.

Primo, si debitum sit contractum per vxorem ante matrimonium, & postea dederit in dotem omnia bona. Secundo in subsidium, alijs bonis non existentibus. Capic. Decisione 128. Tertio, pro tutela filiorum primi viri, & transitum ad secunda vota, fit executio in bonis viri, l. si mater, C. In quibus caus. pignus, &c.

5 Nec ex † citatione facta de vxore domi, potest fieri executio contra maritum, nisi habitet simul cum marito. Minsynger. Centuria 3. Obseruat. trigesimoseptimo.

6 Sententia † autem lata contra maritum, in re dotali, nocet vxori scienti. Alex. & Ias. in l. de die, §. qui mulierem, ff. qui satisd. cog. Alex. in l. sæpe nu. 86. de re iudicata de Communi Contard. ad l. diffamari num. 76.

7 Et in casu valde quotidiano, † executio facta in iocalibus pro debito mariti de consensu vxoris, retractari potest per vxorem, consensu non obstante. Gratian. Decisione 118.

EXCEPTIO CV.

Sententia conditionalis.

SVMMARIVM.

1 *Sententia lata sub conditione extrinsica valet.*
2 *Sententia conditionalis executionem non meretur, nisi prius illa conditione impleta.*
3 *Ampliatur idem in instrumento conditionali.*
4 *Amplia secundo, siue conditio sit expressa, siue tacita, vt in dotis promissione.*
5 *Subampliatur in legato dotis ab extraneo facto alicui puellæ.*
Amplia idem in conditione affirmatiua, negatiua, momentanea, vel habente tractum successiuum, vt hic, sub eod. num. 5.
6 *Probatio vera, & legitima requiritur, vt dicatur conditio impleta, nec sufficit præsumptiua.*
7 *Quid in præsumptione Legis, vt hic.*
8 *Sententia lata sub modo, valet, sed non potest exequi, nisi prius modo adimpleto.*
9 *Sententia lata sub conditione extrinseca, est nulla in quibusdam casibus hic relatis.*
10 *Conditio falsa reddit sententiam nullam, & impedit illius executionem.*
11 *Conditio impossibilis idem operatur.*
12 *Quid in conditione resolutiua?*
13 *Quid si Decretum trahat secum executionem?*
14 *Sententia continens conditionem intrinsecam, & respiciens probationes iam factas, vt hic, valet.*
15 *Sententia in tali casu quomodo sit concipienda.*
16 *Sententia respiciens probationes futuras, non valet, nisi in casibus hic relatis.*
17 *Probatio in casu de quo agitur, debet esse propria, & legitima, & non semiplena, vt hic.*
18 *Sententia condemnatoria, in qua iudex se remittit ad iuramentum partis circa expensas, valet, vt hic.*
19 *Sententia an possit referri ad futuras probationes circa fructus, & alia accessoria affirmatiuè concludendum modo non sint illa accessoria odiosa, vel non sint deducta in processu, cū facile deduci possent.*
20 *Quid si sententia condemnatoria sit sub conditione, si cōdemnatus erit consilio sapientis, vt hic.*
21 *Excommunicatus sub conditione vt hic, quid.*
22 *Sententia non dicitur conditionalis, si contineat certam dispositionem, vt hic. licet adijciatur Clausula; Prout hactenus solitum est &c.*
23 *Sententia etiam conditionalis lata sub conditione non extranea, valet.*

1 Sententia † lata sub conditione extrinseca, valet. glossa in l. a. §. Biduum. ff quando appelland. sit. in l. cum iudex de sentent. & interlocut. omn. iudic vbi Bart. oppos. 2. quæst. 2. vbi etiā Paul. Castrens Cin. in l. non dubium, in quinta oppos. C. de Legibus. Angel. in l. non quemadmodum, ff. de Iudic. in l. A Diuo Pio, §. in venditione, ff. de re iudic. Alexand. consil. 73. in fine, volum. 3. Bald. in l. admonendi, columna secunda, de Iureiurando. Abb. in cap. Præterea. el secondo, columna 4. de Appellation. in cap. Quo ad cōsultationem, in a. notabili, de re iudic. Alexand. in l. Ait Prætor, §. si Iudex, columna 4. de re iudic. Et hæc est magis Communis opinio. Anton. Gabr. libro 2. de Sentent. Conclusione 1. numero secundo, in fine.

Addo latè Osasch. Pedemont. decis. 146.

2 Vnde executionem † non meretur nisi conditione prius impleta. Decius consil. 401. numero 1. Rimiuald. iunior consil. 52. numero 19. Magon. Rotæ Lucanæ Decis. 25. numero 78. Et qui dicit conditionem impletam, probare debet. Bald. in l. si quidē, colum. vltima, de Exception Decian. consil. 12. numero secundo, libro 1. Decius consil. 401. numero 1. Socin. iunior consil 67. lib. 4.

3 Ampliatur † idem in Instrumento conditionali, quod pendente conditione executionem non meretur, Ias. in l. finali, §. Titius, numero 4. ff. de vulgari & pupillari, dicens quod hæc est elegans Decisio, vt habeat locum in conditione iā purificata. Ripa, ad l. in illa, numero 8. ff. de verb. obligat. Aquens. in l. si mihi & tibi, §. 1. de legat. 1. Pand. de Execution. Instrument. parte 3. Declaratione 9. numero 20. fol. 476. Pulchrè Decius consil. 401. numero 1. Rebuff. ad Constitution. Galliæ, titulo de literis obligator. Articulo a., glos. 1. numero 71. Soarez, ad l. post rem iudicatam.

tam, limitatione 5. ad Legem Regiam. Cephal. consil. 667. num. 43. lib. 5. Turettus, consil. 44. numero 11. lib. 1. Franc. Monald. consil. 81. num. 6. Hondedeus, consil. 34. num. 6. Natta, cons. 676. num. 7. lib. 4. Magon. Decisione Lucensi 21. nu. 16. Matthęus. Brun. consil. 167. num. 24. Riminald. iunior, consil. 126. num. 31. lib. 2. consil. 203. num. 30.

4 Ampliatur † secũdo, siue conditio sit expressa, vt dictum est de ea superius, siue tacita, prout est promissio dotis, in qua inest tacita conditio, scilicet, si sequatur matrimonium, glossa est singularis, in l. item quia, §. primo, in verbo, male petitur, ff. de pact. quam ibi Alberic. dicit esse valde singularem, & ibi Ias. num. 7. extendit, siue dos promittatur ab ipsamet muliere, siue ab alio pro ea, vt semper matrimonium sit probandum, ex l. tali, & l. stipulatio, & l. si ego, ff. de Iure dotiũ, & illam glossam dicit etiam singularem Bald. in cap. Significasti, de Election. Nicol. de Neapoli, in l. planè, de legat. 1. Imola, in l. 3. ff. eod. Ias. dans consociam, in l. 2. §. creditum, num. 4. ff. si cert. petatur. Vnde in Practica agens ad dotem, probat matrimonium, & trãsductionem. Bald. Nouell. de Dote, parte 6. priuileg. 76. Freccia, de praesentatione Instrumenti, par. 8. quaest. 1. num. 11.

5 Subampliatur idem † in legato dotis, ab extraneo facto alicui Puellae, hoc enim conditionale est, si puella nupserit. Bart. in l. Titio, §. Titio, vbi Castr. dicit cum Bart. Communem, & magis Communem ponit Alex. consil. 42. num. 2. lib. 7. Corneus consil. 229. vol. 4. Bald. Nouell. de Dote, parte 6. priuileg. 50. & priuileg. 76. dicẽs hanc opinionem esse verissimam. Laurent. Palat. de Statut. Exclusiu. col. 39. Brun. Articulo 6. quaest. 3. & 7. de Communi Paris. consil. 100. num. 7. vol. 4. Angel. dicens veriorem, cons. 124. numero 3. Magis Communem dicit Emanuel. Costa, libro secundo, selectarum opinion. cap. vigesimosecundo, Couarru. de Testament. cap. nos quidem, numero 11. Vasquius, lib. 3. de success. progress. §. 29. num. 22. Crauetta, consil. 101. num. 2. Illustr. Mantica, de Coniectur. vltim. volunt. lib. 11. titulo 22. num. 7. Menoch. lib. 4. praesumptione 146. num. 6. Et ita de Consuetudine seruatur. Bald. in l. non sine, C. de bonis quae liberis.

Ampliatur tertio, siue conditio sit affirmatiua, siue negatiua, siue conditio sit momentanea, siue habeat tractum successiuum. Decius, à nemine allegatus, consil. 177. qui bene exemplificat. Socin. iunior, cons. 67. lib. 4. Crauetta, in Responso pro Genero, num. 142. Menoch. lib. 4. praesumpt. 182. num. 8.

6 Nec sufficit probatio † praesumptiua, conditionem fuisse impletam, sed requiritur vera, & legitima probatio. Berous, consil. 19. num. 14. volum. 3. & haec est Communis opinio. Idem Berous, consil. 90. num. 4. vol. 3. Cephal. consil. 441. num. 88. vol. 3.

7 Nisi sit † praesumptio Legis, prout in conditione illa: si decesserit sine liberis, quae à iure praesumitur extitisse, iuxta l. ex facto, §. si quis autem, ff. ad Velleian. quem latè explicat Illustr. Mantica, de Coniectur. vltim. volunt. lib. 11. titulo 4. Menoch. lib. 4. praesumptione 182. lib. 6. pręsumptione 50. Anton. Gabr. de Probation. Conclus. 6. num. 25. Peregrinus de Fideicommiss. Articulo 63. num. 49. Anna Singul. 682.

8 Pariter, † sententia lata sub modo, valet, dummodo modus prius impleatur, antequam executio sententiae petatur. Bald. ad Specul. Titulo, de Execut. sententiae, colum. 2. in l. admonendi, col. 2. de Iureiurando.

9 Nonnulli † tamen sunt Casus, in quibus sententia lata sub conditione extrinseca, est nulla, & sic ei parendum non est, sed opponi potest in executione de nullitate, & sic executionem non mereri.

1 Si conditio adiecta sit falsa.
2 Si conditio adiecta sit impossibilis.
3 Si conditio sit resolutiua.
4 Si Decretum trahat secum executionem.

10 De Primo † Angel. in l. qui Romae, §. duo fratres, ff. de verbor. obligation. Alexand. ad Bartol. in l. 2. §. Biduum, ff. quando appellandum sit, in l. cum iudex, C. de Sentent. in l. A Diuo Pio, §. in venditione, columna 8. de re iudicata. glos. in verbo, Pronunciationis, in l. qui testamento, ff. de Excusat. tutorum, Felin. in cap. Quoad consultationem, columna secunda, de re iudic. in cap. Sicut, colum. vndecima, eod. titulo. Corneus consil. 181. volum. 4.

11 De secundo † est text. in l. 2. ff. quę sentent. sine appellatione rescind. Imola in l. 1. colum. 7. versicul. circa primum, ff. de Condit. institut. Aretin. in l. impossibilis, ff. de verborum obligatione.

12 De Tertio, Bart. in l. Iudex, in fine, ff. de re iudicata, in l. moris, §. iste ferè, ff. de Poenis. Angel. in l. quid ergo, §. poena grauior, columna sexta, versiculo, Iuxta hoc quaero, ff. de infamib. in l. non dubium, columna quinta, in quinta oppos. C. de Legibus. Alexand. consil. 118. volum. tertio, consilio 90. columna tertia, volum. primo, Abb. in cap. Ex literis, columna 10. de offic. Delegati. De magis Communi Gabr. de Sentent. Cõclus. 1. num. 14. in fine.

Et vitiatur conditio resolutiua, firma remanente sententia. Bald. in l. certi condictio, §. quoniam, colum. penult. versiculo, octauus, ff. si cert. petatur. Abb. consil. 73. colum. finali, in fine, vol. 1. si conditio opposita sit post verbum, Condemno, vel Absoluo. Bart. in d. l. Iudex.

13 De Quarto † Bald. in l. muto, §. si sub conditione, ff. de tutelis. Aretin. in §. ad certum, Instit. Qui testam. tutor dari possint.

14 Circa † vero conditionem intrinsecam, si sententia respicit probationes praeteritas, & iam factas, valet, dicendo, Condemno, vel Absoluo, si est probatum. Bald. in l. cum iudex, & ibi Ang. & Castrens. C. de Sentẽt. Idem Castrens. in l. A Diuo Pio, §. in venditione, in primo notabili, de re iudic. in l. 2. §. Biduum, col. 3. ff. quãdo appellandũ sit. Socin. in l. qui Romae, §. Augerius, ff. de verbor. obligat. Bart. in l. Ait Praetor, §. si iudex, & ibi Angelus, Imola, & Alexand. colum. quarta, Ias. columna quinta, de re iudic. Idem Ias. in

T §. cura-

§.curare, nu.39.de Action.dicens hanc esse Cōmunem opinionem. Ant. Gabr.libro 2. de Sent. Conclus. 1.num.21.in fine. Ofasch. Pede-
15 mont. Decis.146.nu.10. dicens † sententiam esse ita concipiendam; Condemno si est probatū, aliàs Absoluo; & si non apponit verba; aliàs absoluo, sententia non valet; subdens, si in parte sit probatum, in parte non valet; Subdens, quod hac Cautela sententiandi vtuntur iudices qui non habeat de instantia, vel sunt imperiti, qui ne sciunt discernere processum. Et ad propositum præsentis tractatus, subdit, quod iudex qui exequitur sententiam, cognoscit si est probatum, vel non probatum.

16 Si vero † sentētia respicit probationes futuras, non valet, nisi cum labitur instantia, vel probationes expectarentur a remotis partibus, vel incontinenti sequi possent. Et hæc est in summa verior, & magis Communis opinio. Ias.in l.Ait Prætor, §.si iudex, col.6.de re iudic. Ruinus consil. 133. num. 11.& 13.vol.5.& ita Practicatur, Vantius de Nullitate ex defectu process.nu.12.in fine. Anton.Gabr.libro 2.de Sentent.Conclus.1.num.18. & 22. Et licet Ofasch. in allegata Decisione 146. à numero 9.vsque in finem, se multum inuoluat, & ad partem disputet in discursu ipse tamen quoque consentit ad prædicta capita.

Et vltra Anton.Gabr.in citato iam loco, illud
17 † in Practica non est omittendum, quod in præsenti casu probatio intelligitur de propria, & legitima, non impropria, & semiplena, & sic non veniret iuramentum in supplementum. Dictum est singulare Baldi, in l.penult. colum. vltima, versiculo, quæro de ea probatione, C.de Sentent. quæ sine certa quantitate profert. per textum singularem, in l. Lucius, cum glossa, ff.de condit.& demostrat. Quod dictum singulare reputauit Felin. in Rubrica, de Probation. colum.secunda, versiculo, sed aduerte, Roman. in Rubrica, de Arbitr. quæst. decimaquarta, Alexan. consil.quinquagesimonono, colum. vltima, versic.secundo respondeo, lib.secundo, Cotta in verbo, Sententia sub conditione. Personal.de Adipiscenda sub numero 405. Mascard.de Probation.in principio, quæst.quarta, numero duodecimo, Menoch. de Arbitrar. Casu 89.num.7.

18 Valebit bene sententia in hunc modum prolata a iudice: Cōdemno te in expensis, quas actor iurauerit se fecisse. Bald.in l.tertia, C.de fruct.& litium expens.dummodo iuretur incontinenti, ante quam diuertatur ad extraneos actus. Soc. dicens singulare in Practica, Regula 465. Sententia sub conditione.

19 Circa † fructus vero, & alia accessoria, sententia potest referri ad futuras probationes, si non sint accessoria odiosa; vel non sint deducta in processu; vel facile deduci possent. Bald. in l.terminatio.in Notabilibus, C.de fruct.& litium expens. Alex.in l.in summa, §.primo, ff.de re iudicata. Rota Decisione vigesimaquarta, in nouiss. Et hæc est magis Communis opinio. Anton. Gabr.de Sentent.Conclus.prima, numero vigesimoquarto.

20 Valebit † tamen sententia, huiusmodi: Condemno te si eris condemnatus in consilio sapientis. de Communi Abb.in cap.Cum venerabilis, col.pen.de Except. Ias.in §.curare, nu.37.de Action. Felin.in cap.Si pro debilitate, col.4.de offic. Delegati. Alex.in l.1.§.si quis ita, col.2.de verb.obligat. Angelus in l.finali, in fine, C.Vbi, & apud quem, in l.1.de re iudicata, & ibi Imola, & Roman.col.4.

Addo prædictis satis vtiliter, quod Excommu
21 nicatus † sub conditione, & pendente conditione, desierit esse de iurisdictione Episcopi, existēte postea conditione, non censetur excommunicatus, si conditio sit casualis, secus, si potestatiua. de Communi Turzan. Opinione 171.

22 Et sententia † non dicitur conditionalis, si cōtineat certam dispositionē, licet adijciatur Clausula, Prout hactenus solitum est, nec oportet aliquid probare. de Communi Curt.iun. consil.79. num.3. Villalob.litera S, num.46.

23 Valet † etiam sententia conditionalis sub conditione non extranea lata, Angel.in l.de his, ff.de transact. Lanfranc.de Arbitr.parte 5.q.9.

EXCEPTIO CVI.

Supplicatio seu Reuisio.

S V M M A R I V M.

1 *Supplicatio impedit executionem sententiæ, si infra decem dies adimpleatur Rescriptum, vel præstetur cautio, vt hic.*

2 *Supplicans, & non reperiens cautionem, vel fideiussorem, admittitur ad iuratoriam, modo non sit homo suspectus.*

Quid in victore volente sententiam exequi ibid. sub eod. num.2.

3 *Iurandi forma quæ sit non reperta fideiussoria cautione.*

4 *Supplicatio, Reuisio seu Recursus executionem impedit quo ad expensas.*

5 *Supplicatio, Reuisio seu Recursus, executionem impedit, parte citata, vel eidem facta notificatione.*

6 *Idem si iudex detulisset Recursui, vel Reuisioni.*

7 *Victor debet cauere pro obtinenda executione, dummodo victus id petat, aliàs non.*

Supplicatio executionem impedit si simus in persona priuilegiata vt hic sub eod.num.7.

8 *Carceratis vigore sententiæ, quid dicere, & opponere cōpetat, hic, & in sequenti Exceptione.*

9 *Supplicatio vel Reuisio eidem personæ semel tantum conceditur.*

10 *Quid in casu quo appellatio prohibetur ob excellentiam personæ tantum, vel personæ, & causæ simul, an censeatur prohibita etiam Supplicatio, & Reuisio, vt hic.*

11 *Quid in supplicatione porrecta Principi, qui habet latas habenas.*

12 *Supplicatio, & Recursus ad Principem, deuoluit solum cognitionem, non autem suspendit executionem vt hic.*

Reui-

13 *Reuisio potest committi per Principem via ordinaria, & per Rescriptum, vt hic.*

14 *Reuisionis causa agitatur, prout in causis Appellationis, vt hic.*

15 *Innouatum in casibus, in quibus querela seu reuisio permittitur, non reuocatur priuilegio attentatorum, sed tollitur per viam querelæ, & reuocatur per iudicem, vt hic.*

16 *Reuisionem causæ petens, non auditur, nisi prius refecit expensis, vt hic.*

1 PEr supplicationem † impeditur executio sententiæ, si fiat infra decem dies, nisi victor præster cautionem de refundendo in casu succumbentiæ. Post vero decem dies supplicatio porrecta, nullo modo impedit executionem. Authent. Quæ supplicatio, vbi nor. C. de precibus Imperat. offerend. Tremol. ad Practic. Bonacurs. de impedient. execution. numero 7. Latè Rebuff. ad l. quod iussit, in secundo notabili, numero vigesimoquarto, de re iudicata. Gregor. Tolosan. in tract. de Appellation. libro primo, capit. 6. Afinin s, in Practica, §. 31. Ampliatione nona. Marantha, in Speculo, in verbo, Appellatio, numero 12. Contard. de Momentanea possess. quæst. 8. num. 41. est Communis. Lofred. consil. 50. nu. 19. Lancel. de Attentat. appellat. pendente, limitatione 50. nu. 60. Benintend. decisione 73, numero 11. Sfort. de Restitutione, quæst. 43. Articulo 1. num. 30. Surd. Decisione 276. nu. 19. Rota apud Puteum. Decis. 356. num. 4. lib. 2.

Et vltra latè tradita per supranominatos scribentes, illud ponam quotidianum, & practicabile, 2 quod † si supplicans fideiussorem nō reperiat, sufficiat hoc casu iuratoria cautio, si non sit homo suspectus. Guido Papæ Decisione 50. & Decis. 189. & ibi Additionator hoc declarat. Hieron. de Monte, in tract. de Finibus, capit. 118. numero decimoquarto. Francisc. Marc. Decisione 469. parte prima. Carauita, Ritu 252. dicens, notandum vti quotidianum; & hæc opinio æquior videtur, licet Rebuff. aliter teneat, & ita tenuit Rota in vna Ademiensi, coram Triuultio in Recollect. Simonetæ septuagesimaseptima, de Restitutione, in integrum. Lancelott. de Attent. restit. pendente, capit. decimooctauo, limit. prima, num. 77. Hieron. de Monte, de Finibus, cap. vltimo, subdens in Practica, pendente reuisione posse affigi terminos in executione sententiæ.

Ampliatur idem ex parte victoris, qui si vult sententiam exequi infra decennium, det iuratoriam, non reperiendo fideiussorem, vel pecuniæ ponantur ad honestum lucrum pro victore, firma remanente sorte principali; donec reuisio pēdeat. Latè Roland. consil. quadrages. noterno, volum. secundo. Rebuff. de Supplicat. num. 89. Anna, Singulari 46.

3 Forma autem † iurandi hæc est. Iuro me fideiussorem inuenire non posse, & quod oportuni est me facturum. Additionator ad Guid. Papæ, 189.

4 Declaratur vlterius præsens materia, † qd Supplicatio, seu Reuisio seu Recursus executionem impedit respectu expensarum. Afflict. Decisione 211. Dicit Regia Pragmatica, ad finem, & Decis. 358. num. 8. Marantha, in verbo, Appellatio, numero 26. Caramita, Ritu 252. num. 5. Lancelott. de Attentatis parte 2. cap. 19. de attenta. pendent. Recursu, numero vigesimonono.

5 Declaratur † secūdo, quod Supplicatio, Reuisio, vel Recursus executionem impediat si ad eū fuit pars citata, vel sibi notificata. Franc. Marc. q. 83. parte prima.

6 Declaratur tertio, † nisi iudex detulisset Recursui, vel Reuisioni: quia ex hoc videtur sibi ligasse manus, nec amplius exequi posse. Lancelott. vt supra, numero decimoquinto. Et faciunt quæ dixi supra, Exceptione quinquagesimaquinta, numero 40.

7 Declaratur † quarto, quod victor debet cauere ad obtinendam executionem, si petatur à victo, aliàs non. Franc. Marc. Decisione Delphinali 83. num. 3. parte prima.

Declaratur quinto, vt supplicatio executionem impedit si simus in persona à iure priuilegiata, & discutiendum est de meritis causæ. Osasch. Pedemont. Decis. quadragesimaseptima, colum. secunda.

8 Insuper † si quis vigore sententiæ carceretur, poterit dicere, capiantur bona, reuideatur causa, & interim peto excarcerari. Capic. singulariter Decisione 169.

9 Et talis Supplicatio, vel Reuisio, non conceditur nisi semel tantum, ex parte eiusdem personæ, l. si quis, C. de precibus. Imperat. offer. in cap. Ex literis, de Restitut. in integrum. Specul. de Supplicatio. §. primo, in fine, & §. penult. Aufrer. ad Tolosan. quæstione 479. Guido Papæ, quæstione 345. consil. 139. columna secunda. Rebuff. ad l. quod iussit, in secundo notabili, numero 26. Gregor. Tolosan. de Appellation. libro primo, capit. sexto, sub numero vndecimo, versiculo, septimo, &c. pulchrè. Tessaur. Decisione 246. in fine, dicens passim obseruare Rotam Romanam. Quid si primo obtinui, & secundo succubui, tertio obtinui, an dicatur semel. Vincent. Franc. Decisione centesimatrigesimaquinta, parte prima.

10 Et si † Appellatio prohibeatur ob excellentiā personæ tantum, vel personæ, & causæ simul, an censeatur etiam prohibita Supplicatio, seu Reuisio, secus autem est si Appellatio sit prohibita ratione causæ tantum, quo casu censetur etiam prohibita Supplicatio seu reuisio. Decius in l. finali, numero quinquagesimo, & quinquagesimoprimo. C. de Edicto Diui Adriani tollendo, vbi Zuchard. num. 452. Menoch. Remed. 4. Adipiscendæ, nu. 897. cum seq. Personalis, nu. 350. Cōtard. de momentanea possess. quest. 8.

Quibus addo, quod hęc est Communis opinio. Surd. consil. ducentesimoseptuagesimoseptimo, numero vigesimo, & Decis. trigesimasexta, numero vigesimosecundo.

11 Declara prędicta † vera esse in Supplicatione, quę dicitur reuisio corā eodemmet iudice, & de hac loquuntur omnia superius adducta; secus in Supplicatione quę porrigitur Principi;

T a quia

quia hæc habet latas habenas, eas nimirum quas vult Princeps, & ei placet. Castrens. ita distinguens, in l. finali, vbi Iacobin. num. 57. C. de Edicto Diui Adriani tollendo, Marantha, in Speculo, in verbo, Appellatio, versiculo, Supplicatio, num. 17. clarius Contard. de Momentanea possess. quæst. 8. num 15. vno verbo, sicco tamē pede. Menoch. de Adipiscenda, Remed. 4. num. 902. Quam bene declarat Roland. consil. 29. numero 49. vol. 1. Et hanc qui porrigit Principi, pro retractanda sententia, quæ transiuit in iudicatum, efficitur infamis, & repellitur à testimonio. Ias. in l. 2. C. Vt lite pendente. Mascard. Conclus. 1536. num. 20.

12 Supplicatur † etiam Principi, & recurritur ad eum, qui recursus deuoluit solum cognitionem non autem suspendit executionem, Corasius, in l. naturaliter, §. nihil commune, in præludiis, numero octauo, ff. de acquir. possessione. Menoch. de Arbitrar. quæst. 70. num. 23.

13 Et potest † Princeps committere Reuisionē via ordinaria, dummodo in Rescripto ponatur Clausula, Non obstātibus aliquib. Legibus, &c. Cepoll. Cautela 222. Cotta, in Momoralib. in verbo, Litis contestatio, debet derogari sententiæ, quæ transitum fecit in iudicatum. Ias. in l. causas, col. 1. C. de Transactione. Bossius, in titulo, Si aduersus rem iudicatam, num. 13. Nec sufficit dicere, non obstante sententia. Ias. consil. 47. col. finali, lib. 1. Decius, consil. 198. num. 4. Felin. in cap. Super literis, num. 14. versic. septima regula, de Rescript. Nec dicitur derogatum rei iudicatæ per Clausulam, Audiat, & iustitiam faciat. Ias. in l. iustitia, num. 11. de Iust. & iure.

14 Et in † causa Reuisionis procedit circa exercitium, prout in causa Appellationis, nec est necesse iudicare ex eisdem actis, sed procedit Regula, Non deducta, deducam, non probata, probabo; & habet instantiam causæ Appellationis. Benintend. Decisione 78. qui explicat. Boer. Decis. 247. num. 9. Roland. consil. 94. num. 21. libro 1. Marsil. Singulari 88. in fine, Contard. de momentanea possess. quæst. 8. num. 36.

15 Et in † casibus in quibus querela, seu reuisio permittitur, si aliquid innouatum sit, non reuocatur priuilegio attentatorum, eo quia attentatum valet; benè autem illud innouatum tollitur per viam querelæ, & reuocatio per superiorem fit. Abb. in cap. Pastoralis, numero 11. & 15. & ibi Franc. colum. 3. de Appellation. in cap. Debitus, num. 17. eodem tit. Marantha, in verbo, Appellatio, num. 105. Personalis, de Adipiscenda, num. 351.

16 Et nō auditur, qui † petit causam reuideri, vel pendente causa Recursus, nisi refectis expensis. Franc. Marc. Decisione Delphinali, 475. parte secunda, & denegatur audientia causatione, tam illam et in causa, quā in alia, donec expensæ istæ reficiantur. Franc. Marc. quæst. vigesimaquinta, parte prima.

EXCEPTIO CVII.

Carceratus possidens.

S V M M A R I V M.

1 *Carceratus vigore sententiæ & executionis, potest petere excarcerationem offerendo bona.*
2 *Principalis non dicitur inops, sed idoneus, si fideiussor vel correus sit soluendo, & habeat bona.*
3 *Bona alienata in fraudem computantur.*
4 *Bona sita extra territorium similiter computantur, vt hic remissiue.*

1 Carceratus vigore † sententiæ, & executionis per eam commissæ, potest petere excarcerationem offerendo eius bona. Glos. reputata singularis, & ab omnibus commendata, in l. 3. §. penultimo, ff. de suspect. tutor. vbi Bart. & Bald. dicunt eam singularem, & in l. prima, C. Qui bonis cedere poss. Bart. & Angel. in l. nemo carcerem, C. de exact. tribut. libro decimo, præter quam in casu illius legis. Bald. in l. etiam, columna sexta, versiculo, sed numquid Abbatissa, C. de Execut. rei iudicatæ, in l. prima, in fine, C. de Iur. & facti Ignor. in l. ordo, columna vltima, C. de Execut. rei iudicatæ, in l. finali, ff. de in ius vocando. Angel. in l. debitoribus, per illum textum, & rationem ipsius, ff. de re iudic. Bald. ad Speculum Titulo, de Execut. sententiæ, in principio. Innocent. in cap. Odoardus, columna quinta, versiculo, & aduerte, de Solution. Castrens. in l. quarta, ad finem, ff. de re iudic. latè Felin. in cap. Quo ad consultationem, num. 10. de re iudic. Capicius, Decisione 169.

2 Ampliatur notabiliter, quod † bona fideiussoris, vel correi in solidum obligati, sint computanda ad idoneitatem principalis debitoris, nec dicatur inops principalis, si fideiussor sit soluendo, & habeat bona, ex l. si plures, §. præterea, el secondo, ff. de Fideiussor. quem singularem, & valde notabilem dixit Bald. in l. Mulier, C. de Iure dotium. Alexand. latius in l. si constāte, sub num. 3. colum. secunda, in principio, ff. soluto matrimon. Roman. consil. trecentesimo vigesimo, versiculo, Ceterum. Commendat Marsil. Singulari tertio.

3 Et computantur † bona alienata in fraudem. Bald. in l. bona. §. cum, ff. de Iure Fisci.

4 Et an computentur bona † sita extra territorium? posui in Tract. Excussion. bonorum, parte secunda, quæst. 34.

EXCEPTIO CVIII.

Singularis successor.

S. V M M A R I V M.

1 *Exequendi licentia seu mandatum in sententia data, an exequi possit contra singularem successorem; & quando.*

Singularis successor non potest molestari ex licentia à iudice concessa pro iure personali, orto ex contractu, nisi prius renocata, & rescissa alienatione debitori facta, vt hic, sub eod. num. 1.

2 *Alienatio si facta sit lite pendente, absque alia rescissione fit executio contra singularem successorem, vt hic.*

3 *Idem quando alienatio rescinditur per legem ipso facto.*

4 *Quid in licentia concessa à iudice pro iure personali orto ex vltima dispositione, cum alienatio est facta, sine dolo, an transeat in singularem successorem.*

5 *Quid in casu isto si alienatio est facta cum dolo.*

6 *Quid si licentia sit concessa pro iure reali, & singularis successor non habeat causam ab eo contra quem principaliter agitur.*

7 *Licētia concessa à debitore de capiendo possessionem, non afficit singularem successorem, qui à debitore causam non habet.*

8 *Quid in casu, si licentia sit concessa pro iure reali, & singularis successor habet causam ab eo contra quem principaliter agitur, & ius exequendi erat liquidatum cum principali debitore.*

9 *Licentia prædicta exequi non potest, nisi prius constito quod singularis successor habeat causam à principali debitore, vt hic.*

Citatio an requiratur in casu isto, vide hic, sub eodem numero 9.

10 *Quid in casu isto, quando ius exequendi erat in esse productum, quia lis pendebat, & erat res effecta litigiosa.*

11 *Quid si debitor promisit rem obligatam non alienare.*

12 *Maritus recipiens dotem in pecunia numerata, & obligans omnia bona sua pro illius restitutione, quid faciendum si bona alienentur lite pendente super restitutione dotis.*

13 *Tres casus in quibus potest agi contra singularem successorem absque reuocatoria ex mente Borgnini, vt hic.*

14 *Quid si licentia est concessa pro iure reali, & singulares successor habet causam à principali debitore, & lis erat tantum super hypothecaria, & sic res non erat effecta litigiosa.*

15 *Litigiosi vitium attenditur in casu isto, si adest, vel non, vt hic.*

16 *Quid in casu prædicto cum ius non erat productum, nec in actu producendi: quia lis non erat cœpta, & quod non transeat in singularem successorem.*

17 *Amplia non transire in singularem successorem etiam si alienatio facta esset extra territorium, & Declara, vt ibi.*

18 *Quid in casu cū agitur de licentia concessa à debitore creditori, et debitum nō fuit liquidatū in instrumentū, sed in eo adest Clausula cōstituti, vel Precarij, tunc potest exequi contra singularem successionem, vt hic.*

19 *Amplia, etiam absque citatione exequi posse.*

20 *In precario tamen contrarium obseruatur, vt hic.*

21 *In casu Constituti non requiritur citatio, vt hic.*

22 *Iudex ad tollendum scandala, & rixas, in casu isto debet cōcedere familiam, quæ assistat ad capiendum possessionem, vt hic.*

23 *Citatio eo minus requiritur, si vltra Constitutum adest licentia capiendi possessionem propria authoritate.*

24 *Possessio etiam capitur sine alia liquidatione, in duobus Casibus, vt hic.*

Posui superius Exceptione 71. quomodo, & quādo Tertius audiatur ad impediendam executionem; illis addendo ponam aliqua, an ius, & licentia exequendi à iudice in sententia data habeat effectum contra singularem successorem, considerando plures casus vtiles, & quotidianos.

1 Primus casus est † cum agitur de executione sententiæ à iudice concessæ pro iure personali, orto ex contractu, tunc exequi non potest contra Tertium singularem successorem, nisi prius rescissa, & renouata alienatione à debitore facta. Bart. in l. creditores, numero vigesimotertio, versiculo, circa hoc, C. de Pignor. Sequitur Salicer. in l. vltima, in fine, C. de execut. rei iudic. Papiens. declarans dicta. Bartoli de Execut. sentent. gloss. prima, num. 18. Butrius, in cap. Quia, numero 13. versiculo, quidquid dixerit, de iudic. Ruin. cons. 166. numero 1. libro 4. & consil. 87. num. 1. eod. vol. 4. dicens. Doctores sic Communiter tenere. Bald. in l. ob maritorum, circa finem, C. Ne vxor pro marito. Castr. in l. A Diuo Pio, §. si super rebus, colum. finali, ff. de re iudicata. Angel. in l. vnica, in fine, C. de alienat. iudic. mutādi causa fact. in d. l. secunda, colum. penul. de Pignor. Roman. consil. 246. colum. finali, & consil. 270. Ias. in d. §. si super rebus, numero decimoseptimo, latè Socin. consil. 13. colum. prima, libro quarto. Ripa, in l. prima, §. si hæres, numero 21. versiculo, Aut executio erat, ff. ad Trebellian. Grat. consil. 37. colum. secunda, & consil. 58. colum. 1. lib. 2. Anton. Gabr. libro quinto, de acquir. possessione, Conclus. 8. numero secundo, ex §. Item si quis in fraudem, de Action. Menoch. de Adipiscenda, Remed. quinto, numero 126. de Commun. Osasch. Pedemont. Decis. sexagesimatertia, numero 5. Socin. senior, consil. 13. numero 1. vol. 4. Didacus Practicab. Quæst. cap. 15. numero septimo, vers. Immo ex hoc. Roland. consil. quinto, numero 8. volum. secundo. Crauetta, consil. ducentesimoquinquagesimoquinto, colum. prima. Surdus Decis. 306. numero decimosexto, & Decisione trecentesimaquinquagesimasexta; numero septimo, dicens Communem.

2 Declaratur † hic casus, vt non procedat, quando alienatio facta est lite pendente, tunc sine alia rescissione, vel reuocatoria conceditur executio contra singularem successorem. Bald. in l. executorem, numero vigesimosecundo. C. de Executione rei iudicatæ, in l. ob maritorum, numero 4. C. Ne vxor pro marito, versiculo, breuiter dico, in l. certa, numero primo, in fine, C. Vt in possession. legat. Socin. senior, d. consil. 13. Castr. in d. §.

 si su-

si super rebus, vbi Comens. num. 5. Ruin. consil. 34. Visis, num. 12. lib. 5. & ita tenuit Rota, in Recollect. Mohedani 12. sub titulo, de Executione rei iudicatę, dicens ita fuisse resolutum in vna Romana vineæ 20. Decembr. 1537. amplians hoc fieri posse sine nouo processu, & iudicio, citato tamen possessore in quem alienatio facta reperitur, vt eleganter Natta, consil. 358. Augustinus, num. 4. libro secundo. Lancelott. de Attent. parte prima cap. 3. de attentat. à Tertio, num. 22. latius de Attent. lite pendente, illatione 3. ampliatione quinta, numero 459. Pulchrè Capic. Decisione 128.

3 Declaratur secūdo, † nisi Lex ipso facto alienationē rescindat, quo casu sine alia reuocatoria, vel rescissoria immediate potest fieri exequutio contra singularem successorem. Bart. in d. l. creditores, numero vigesimotertio, versiculo, hoc præmisso, ex l. Titius, ff. de seruis exportand. ex l. si quis sub hac, ff. de contrahen. emptione. Bald. in d. l. etiam, numero vigesimo secundo. Salicet. in l. vltima, in fine, C. de Executione rei iudicatę. Afflict. in Cōstitutione, Pacis cultum, num. 25. Anton. Gabr. libro 5. de acquir. possessione, Conclusione 8. num. 4.

4 Secundus casus est; cum † agitur de executione licentiæ concessæ à iudice, pro iure personali orto ex vltima dispositione, cum alienatio est facta sine dolo, tunc non transit nisi data nouatione. Bartol. in d. l. creditores, numero vigesimotertio, versiculo, Aut sine dolo; & cum Bartolo est Communis opinio. Gabr. in citato loco, numero sexto. Menoch. de Adipiscenda, Remed. quinto, num. 130.

5 Tertius est casus, cum † agitur de executione licentiæ concessæ à iudice, pro iure personali orto ex vltima dispositione, & alienatio facta est cum dolo, & tunc transit contra singularem successorem. Bart. in d. l. creditores, num. 23. versiculo, aut in vltimis voluntatibus. in l. si quis immissum, §. Iudex, ff. de damno infecto. Butrius, in cap. Quia G. num. decimotertio, de Iudic. Ias. in l. A Diuo Pio, §. si super rebus, numero decimo, versiculo, facit etiam, ff. de re iudic. etiam principali non discusso. Franc. Marc. Decisione 656. parte secunda.

Quartus casus satis vtilis, & practicabilis est,
6 cum † agitur de executione licentię à Iudice cōcessæ pro iure reali, & singularis successor non habet causam ab eo contra quem principaliter agitur, tunc contra singularem successorem hęc licentia exequi non potest. Bart. in d. l. creditores, num. 23. versiculo, secundo casu, vbi in aliquibus Codicibus Bartoli solet deficere negatiua, & cum Bartolo senserunt Salicet. colum. septima, versiculo, si autem quæritur. Butrius, in cap. Quia G. numero decimotertio, versiculo, quandoque agitur, de Iudic. Grat. consil. trigesimoseptimo, colum. secunda, libro primo. Gabr. d. Conclus. octaua, numero septimo, ex l. Sæpè, in fine, ff. de re iudicata, & l. 1. & 2. C. Quibus res iudic. non nocet.

7 Pariter licentia † concessa à debitore, de capiendo possessionem, non afficit singularem successorem, qui a debitore causam non habet. Socin. senior, consil. 27. in fine, libro quarto. Neguzant. de pignor. in quarta parte, numero vigesimo, versiculo, & ista Conclusio. Natta, consil. 398. num. 1. libro primo.

8 Quintus casus est, † cum agitur de executione licentiæ concessæ à iudice pro iure reali, & singularis successor habet causam ab eo, contra quem principaliter agitur, & tale ius exequendi erat liquidatum cum principali debitore, & sic erat lata sententia, hoc casu transit executio contra singularem successorem, ita Bartol. in d. l. creditores, numero vigesimotertio, versiculo, ant habet causam, vbi Salicet. colum. septima, versiculo, aut habet causam. Butrius, in cap. Quia G. num. decimotertio, de Iudic. Ripa, in l. prima, §. si hæres, numero vigesimo, ff. ad Trebellian. ex l. si superatus, §. primo, de Pignor. Asinius in Practica, §. 31. Ampliatione vigesimaquarta, in primo casu.

9 Constito tamen † prius, & ante omnia, & liquidato, quod iste Tertius, & singularis successor, causam habeat à principali debitore, vt per Bart. in d. l. creditores, numero vigesimoquarto. Bald. colum. tertia, versiculo, vnum. Addo Aretin. consil. vigesimoprimo, numero quarto. Ias. consil. 138. colum. vltima, libro primo. Afflict. Decisione 326. numero secundo. Siluan. consil. 26. numero primo. Alexand. consil. 188. colum. prima, volum. secundo, consil. 96. colum. secunda, volum. quarto. Socin. consil. 82. col. secunda, volum. 3. Latè Roland. consil. vigesimo, numero duodecimo, volum. primo, quod casu citatio non requiritur si concurrat nullam competere Actionem, aliàs his non concurrentibus, citari debet. Hieron. Gabr. consil. 52. numero vndecimo, libro primo, vbi intruso lite pendente competunt omnes exceptiones, quæ competunt nominato, posui supra Exceptione 69. num. 6. vbi videre placeat.

10 Sextus est casus, † cum agitur de executione concessa à Iudice pro iure reali, & singularis successor causam habet à principali debitore, contra quem principaliter competit ius exequendi, quod quidem ius exequendi erat in esse productum, quia lis pendebat, & res erat effecta litigiosa, tunc ius exequendi competit contra singularem successorem, Bart. in citato iam loco, numero vigesimotertio, versiculo, secundo casu aut per talem, vbi Salicetus, columna septima, versiculo, aut tale ius Butr. in d. cap. Quia G. numero decimotertio. Ant. Gabr. libro quinto, de acquir. possessione, Conclus. octaua, numero decimo.

11 Extenditur etiam † in casu, si debitor promisit rem obligatam non alienare, cum Clausulis debitis, & requisitis, de quibus per me Decisione trigesimasecunda Casuum frequentium: tunc enim facta alienatione agitur contra singularem successorem. Afflictus in Constitutione, Pacis cultum, numero vigesimosexto, Declara quod requiritur citatio. Afflict. Decisione trecentesimanonagesimasexta, numero 9.

Vnum

Vnum ponit Borgnin. ſatis frequens in Practi
12 ca, quod † ſi maritus accepit dotem in pecunia
numerata, obligando omnia ſua bona pro reſti-
tutione dotis, ſi bona alienentur lite pendente
ſuper reſtitutione dotis, agendum eſt reuoca-
toria.

13 Cum æſtimatio † ſit in lite, & non bona. ita Borgnin. Deciſione 16. numero 7. parte 1. dicens in tribus caſibus agi poſſe contra ſingularem ſucceſſorem ſine Reuocatoria, ſcilicet, ſi alienauit in fraudem, quod in dubio non præſumitur, vel erat ſoluendo, poſſidendo alia bona, vel æſtimatio ſit in lite, & non bona alienata.

14 Septimus caſus eſt, † cum agitur de executione licentiæ conceſſæ à Iudice pro iure reali, & ſingularis poſſeſſor cauſam habet ab eo, contra quē principaliter oritur ius exequendi, & erat in actu producendi, ſed res non erat effecta litigioſa, ex quo lis erat ſuper hypothecaria, & tunc tale ius non tranſit contra iſtum ſingularem poſſeſſorē, ſed opus eſt nouo proceſſu. Bart. in l. creditores, numero 23. verſiculo, Aut erat in actu, vbi Salicet. columna 7. verſiculo, aut per actum. Butrius in d. c. Quia G. in fine, de Iudic. ex textu l. in hoc, C. de Pignor. Aſinius in Practica, §. 31. limitatione 24. in ſecundo Caſu.

15 Et ſic † ex prædictis patet, quod ſatis non eſt quod ſingularis poſſeſſor habeat cauſam à principali debitore, & quod ius ſit reale, vt conueniri poſſit, ſed attenditur, vitium litigioſi, ſi adeſt, vel non.

16 Octauus caſus eſt, † cum agitur de executione licentiæ conceſſæ à Iudice ſuper iure reali, & ſingularis poſſeſſor cauſam habet ab eo, contra quē principaliter agitur, & ius non erat productum, nec in actu producendi: quia lis nondum erat cœpta: tunc ius exequendi non tranſit contra ſingularem ſucceſſorem. Ita Bar. in citato ſæpius loco, numero 23. verſiculo, Tertio caſu, vbi Salicet. columna 7. verſic. aut tale ius nondum. Butrius in cap. Quia G. in 3. Caſu, de Iudic. Anton. Gabr. libro 5. de acquiren. poſſeſſione Concluſ. 8. numero 16. qui alios refert, ex l. ſi mater, §. vltimo, & l. Iudicatæ. §. vltimo, ff. de Exceptione rei iudicatæ.

17 Ampliatur † hic caſus, etiam ſi alienatio facta ſit extra territorium. ita Butr. in citato iam loco.

Declaratur hic caſus, cum debitor, & poſſeſſor ſibi præiudicarunt per ſcientiam, ex l. Præſes, vbi latè Bart. C. de Pignor. & l. ſæpè, §. finali, ff. de re iudic. Afflict. in Conſtitutione, Pacis cultum, numero 22. Menoch. de Adipiſcenda, Remed. 5. num. 139. in fine, Aſinius in Practica, §. 31. Ampliatione 24. in fine.

18 Nonus caſus eſt, cum † agitur de licentia conceſſa à debitore creditori, & debitum non fuit in inſtrumento liquidatum, ſed in inſtrumento adeſt Clauſula Conſtituti, vel Precarij, tunc hæc licentia exequi poteſt etiam contra ſingularem ſucceſſorem, etiam reſiſtentem, nulla facta liquidatione. Bart. in allegato loco, numero 25. verſic. ſed pone clarius. Aretin. conſil. 21. numero 4. Afflict. in Conſtitutione, Pacis cultum, numero 28. Negui. de Pignor. in 4. parte, numero 20. verſic. Octaua Concluſ. & numero 21. verſic. tamen quando. Tiraquell. de Conſtituto, parte 1. numero 43. parte 3. limit. 14. numero 7. Anton. Gabr. libro 5. de acquiren. poſſeſſ. Concluſ. 8. num. 17. & 19. Siluan. conſil. 55. in fine Neuiz. conſil. 52. numero 15. Gozad. conſil. 42. numero 6.

19 Etiam parte † non citata. Aretin. conſil. primo, columna penultima, Socin. ſenior conſil. 82. columna 3. volum. 3. Robert. Marantha, in Specul. in vltim. parte principali, numero 35. dicens in Practica valde notādum, dicens millies in facto euenire, & multi contrarium dicerent. Aſini. valde in Practica commendas, §. 7. Caſu 106. Gabr. de Citatione, Concluſ. 1. num. 277.

20 Verum † in Precario Cōtrarium obſeruatur, & practicatur. Et hæc eſt æquior opinio. Alexan. Staticus in Practica Iudiciali, cap. 11. numero 26. & 27. Vnde citatur Tertius poſſeſſor ad contradicendum, ne detur tenuta, & ad videndum concedi familiā, qui eum aſſociet. Practica Scacciæ capit. 62. ſub numero 24. verſiculo ſiut habet.

21 Si verò † ſumus in Conſtituto, per quod transfertur ciuilis, & naturalis, & tunc tale ius exerceri poteſt contra ſingularem ſucceſſorem, & Tertium, etiam non citatum. Et hæc eſt Communis opinio, de qua vltimo loco atteſtatur Scaccia in ſua Practica, cap. 62. ſub numero 25. verſiculo, ſi verò, quam tenuit Rota apud Puteum, Deciſione quadrageſimatertia, numero ſexto, libro tertio.

22 Bene verum eſt † quod Iudex ad tollendū ſcandala, & rixas, debet dare in hoc caſu familiam, quæ aſſociet ad capiendam poſſeſſionem; & eſt ſingulare dictum ipſius Saliceti, in d. l. creditores, quod in Practica approbauit Afflict. in Conſtitutione, Pacis cultum, numero 22. & Deciſione 326.

23 Et multo magis prædicta eſſent † vera, ſi vltra
Conſtitutum adeſſet licentia capiendi poſſeſſio-
nem propria auctoritate, & facere contractum
in forma probanti. Galleſin. ad formam Came-
ral. parte 3. quæſt. 5. ſub numero 3. Poſui Deciſio
24 ne 109. numero 13. Caſuum frequētium † Sunt
præterea duo alij Caſus, in quibus capitur poſſeſ
ſio ſine liquidatione, quando eſt data licentia e-
tiam nulla liquidatione facta. Secundo, quando
paulo poſt ingreſſum ſuperuenit liquidatio. Soci
nus ſenior, conſil. 82. colum. 2. verſic. Quarta Cō
cluſio, Ruin. conſil. 153. numero 8. lib. 4. Me-
noch. de Adipiſcenda, Remed. 5. num.
63. cum ſeq. Cotta, in verbo, Pacta
executiua, circa medium; latè
in materia Papienſ. de
Diffinitiua, gloſ. 1.
num. vigeſimo-
ſeptimo,

EXCEPTIO CIX.

Victor patiens.

SVMMARIVM.

1 *Rem iudicatam habens, sibi præiudicat, si de ea non opponit, vt hic.*

2 *Protestatione facta de re iudicata, si iudex ad vlteriora procedat, processus est nullus.*

3 *Declara non procedere in re iudicata lapsu fatalium remissiuè.*

4 *Declara secundo, non procedere quando non opponitur ante litem contestatam.*

5 *Declara tertio non sufficere generalia contra, sed requiritur productio iurium.*

1 SI habens † sententiam fauorabilē pro se, & rem iudicatam, patiatur contra eam cognosci, nec opponat de re iudicata, sibi præiudicat, nec interim poterit sententiam exequi. Felin. in cap. Quoniā contra, numero 29. de Probationibus, vbi in practica dat Cautelam valde notabilem secundum
2 eum, vt † protestetur de re iudicata, qua facta si Iudex procedat ad vlteriora, processus est nullus, etiam si aliter non appellaret. Roman. consil. 174. in fine. Rebuff. ad l. quod iussit, numero 149. de re Iudic. Felin. in cap. Qualiter, & quando, il primo, numero 33. in 5. Fallētia, de Accusation. latè Afinius in Practica, §. 31. cap. 6. numero 7. Seraph. de Iuramento, priuileg. 22. numero 52. De Communi Lancelott. de Attentat. cap. 24. quæst. 31. numero quarto, Gratian. Decisione March. 31.

Addo Ias. ab omnibus derelictum in solemni loco, l. Patre furioso, num. 22. de his qui sunt sui vel alieni iuris.

3 Declara † non procedere in re iudicata lapsu fatalium. Posui supra Exceptione 45. numero 309.

4 Declara secundo, quando † non opposuit ante litem contestatam. Ioan. de Amicis, consil. 33. num. 35.

5 Declara tertio, vt † non sufficiat dicere generalia contra; sed requiritur productio iurium, Caputaquens. Decis. 323. parte 1.

EXCEPTIO CX.

Dolo desijt possidere.

SVMMARIVM.

1 *Sententia lata contra eum qui dolo desiit possidere, non exequitur contra nouum possessorem, in quem alienatio facta est, licet rem possideat; sed proceditur, vt hic.*

2 *Possessor, si vult iudicium in se suscipere, liberatur ille qui dolo desiit possidere.*

3 *Agere volens contra nouum possessorem in quem dolo alienatio facta est, opus est nouo iudicio, & nouo pariter libello.*

4 *Dolo qui desiit possidere, non euitat iudicium actionis personalis; secundum tamen distinctionem Baldi, vt hic.*

5 *Dolo dicitur desinere possidere, qui alienauit post denunciatum, vel motum iudicium.*

6 *Reus interrogatus an dolo desierit possidere, tenetur respondere tali interrogationi.*

1 SEntentia lata contra eum qui dolo desijt possidere, non mandatur executioni contra nouum possessorem in quem alienatio facta est, licet rem possideat, sed condemnatur Reusmet conuentus ad rei restitutionem; & si non restituat, quia non curet recuperare, vel non possit, datur contra reum condemnatum, qui dolo alienauit, iuramentum in litem, ad pretium, fructus, damna, & interesse; Et hæc est vera Practica contra eum, qui dolo desijt possidere, l. si possessor, §. restituere, & ibi glossa, & Castrens. ff. de rei vendicatione. Plotus de in litem iurando, §. 13. num. 2. Addo bonum locum apud Castrens. qui dat bonam Practicam, in l. quamquam, §. Iulianus, ff. de aqua pluuia arcenda, Bene verum est, quod
2 † si possessor velit iudicium suscipere, liberatur ille qui dolo desijt possidere. Decius in l. qui dolo, ff. de Reg. Iuris.
3 Insuper, si velit † agere contra nouum possessorem in quem dolo alienatio facta est, opus est nouo iudicio, & nouo etiam libello, l. 1. §. necessariò, & ibi Bart. not. ff. si mulier ventris nomine. Bonus locus à nemine allegatus, est apud Ias. in §. omnium, num. 82. Inst. de Action.
4 Addo etiam Oldradum, cons. 320. quod † qui dolo desijt possidere, non euitat Iudicium Actionis personalis. In hac materia allegatur distinctio Baldi, in l. ob maritorum, C. Ne vxor pro marito, quæ à multis reputatur aurea. Aut dolus Cōmittitur in fraudem paratæ executionis, vel missionis; & eodem modo fit missio contra possessorem; Aut dolus fit in fraudem creditoris, diminuendo bona, vt minus sit in bonis, & tunc agendum est reuocatoria, ordinariè.
5 Et dolo † dicitur desinere possidere, qui alienauit postquam sibi fuit denunciatum, vel motum Iudicium. Bart. in l. qui petitorio, ff. de rei vendicat. in l. Fulcinius, §. quid sit latitare, Ex quibus, caus. in possession. eatur. Dinus in Regula, Pro possessore, in principio, lib. 6. Bart. in l. nō solum, §. morte, colum. 14. de noui oper. nunciatione.
6 Et tali interrogationi † An dolo desierit possidere, tenetur Reus respondere, Bart. in l. si gener, ff. de his quibus vt indignis. Papiens. in forma libelli, in Actione reali, in verbo, Item an dolo.

EXCEPTIO CXI.

Intrusus.

SVMMARIVM.

1 *Executio contra intrusum, lite pendente fieri non potest, nisi prius probetur, illum cepisse possessionem lite pendente.*
2 *Idem si tempore sententiarum probetur ipsum intrusum, vt hic, & num. seq.*
4 *Contra intrusum lite pendente proceditur ordinariè, & executiuè vt hic.*
5 *Executio quando fieri possit contra nouum possessorem immediate, & quando rescissoria pracedere debeat distingue vt hic.*
6 *Intruso competunt omnes exceptiones, qua competunt principali, & prasertim melioramentorum.*
7 *Citandus igitur, & audiendus est ante sententia executionē ex mente Gabr. vt hic.*

1 EXecutio † contra intrusum, lite pendē
te fieri non potest, nisi prius probetur
illum cepisse possessionem lite pendē
2 te. Rota Decis. 477. in nouis. vel † tem
3 pore sententiarum Rota 478. in nouis. & † suffi-
cit probare intrusum possidere tempore senten-
tiarum: quia ex hoc arguitur intrusio Tertij. Ro
4 ta apud Crescent. Decis. 16. de re iudicata. Et † cō
tra intrusum lite pendēte proceditur ordinariè,
per tres conformes, quando tituli sunt pares, &
nascantur ex diuerso fonte; si verò ex eodem fon
te, proceditur executiuè. Rota apud Caputaq. De
cis. 329.

Et in hac materia præmissarum duarum Ex-
5 ceptionum superius positarum, † an scilicet, &
quando immediatè contra nouum possessorem
exequi possit, & quando rescissoria præcedere
debeat, solet dari talis distinctio, considerando
tempora alienationis. Aut ante litē motā, vel post
litē motā; Primo Casu scilicet ante litē motam,
requiritur ante omnia vt procedat rescissoria. Se
cundo Casu si post litem motam, & tunc imme-
diatè exequi potest, sine alia rescissoria, vel reuo-
catoria. Ias. post Bal. in l. A Diuo Pio, §. si super re-
bus, vbi ēt Castr. ff. de re iudicata, vbi ēt col. 2. vers.
quid autem, Asinius in Practica, §. 11. limitatio-
6 ne 30. Et † intruso competunt omnes Exceptio-
nes, quæ competunt principali, & quam maxi-
7 mè melioramentorum, vnde † contra
eum non est exequenda sententia,
nisi citetur, & audiatur. Hier.
Gabr. consil. quinquage-
simosecundo, num.
decimotertio,
libro pri-
mo.

EXCEPTIO CXII.

In re non petita.

SVMMARIVM.

1 *Executio in re non petita fieri non potest, sed cognitio summaria est.*

1 EXecutio in re † non petita fieri non po
test, cognitio tamen summaria est.
Angel. in l. 1. num. 28. C. de iudic. in l.
A Diuo Pio, §. si super rebus, vbi Ias.
num. 12. de re iudicata, dicentes, sic
intelligenda iura l. Fulcinius, & l. hæc autem, ff.
ex quibus caus. in possess. eatur, l. si finita, §. de ve-
ctigalibus, de damno infecto. Authentica, Ei qui
iurat, C. de bonis author. iudic. possidendis.

EXCEPTIO CXIII.

Fiscus vel Camera.

SVMMARIVM.

1 *Fiscus vel Camera, pro suo interesse, impedire potest executionem sententia.*

1 CAmera vel fiscus, habēs † interesse ra-
tione euictionis super aliquo Ca-
stro, potest impedire executionem
sententiæ latę contra feudatariū Ro-
ta apud Caputaquens. Decis. 331. parte 1. vide su-
pra, Exceptione 60.

EXCEPTIO CXIV.

Propria conscientia.

SVMMARIVM.

1 *Conscientia propria executoris remoueri debet ab exequendo sententiam, si videt eam iniquam, vel iniustam, vt hic.*
2 *Amplia, præsertim in causa criminali, vbi agitur de damno irreparabili.*
3 *Executor non tenetur obedire superioribus committentibus iniustè aliquem mori, sed tenentur replicare, vel officium dimittere.*
4 *Amplia, idem stante iuramento, in principio officij præstito, quia intelligitur de iusto, & conscientiato, vt hic.*
5 *In criminalibus est vera hæc conclusio, sed quid in ciuilibus, vide ibi opinionem Tesonolis.*

Non

1 NOn solum Iudicem, vel † alium sententiæ executorem remouere debent ab exequendo exceptiones victi, vel condemnati; sed propria conscientia, si videt sententiam iniquam, vel iniustam, & nō me-
2 reri executionem, præsertim † in causa criminali, vbi agitur de damno irreparabili. Butrius in cap. Pastoralis, §. quia verò, de officio Delegati. Quod valde notandum dixit Iaf. in §. si minus, colum. 6. in fine, Institut. de Action. dicens, hoc millies in facto occurrere; Idem tradit Felin. in capit. Consanguinei, de re iudicata. Marsil. in §. opportunè, numero 1. Boss. in titulo, de Homicid. num.
3 96. nec † tenentur obedire superioribus mori aliquem iniustè committentibus, sed replicare, & potius officium dimittere. Marsil. in l. 1. numero
4 111. de Sicar. Nec † timeant iuramētum in principio officij præstitum, quia intelligitur de iusto, & conscientiato. Grammat. Voto 32. num. 10. Bene Rolandus consil. 12. num. 82. volum. 3.
5 Et hæc vera † sunt in criminalibus, secus in ciuilibus. Marsil. in Practica, §. expedit, numero 72. Gigas, de Crimine læsæ Maiest. titulo, Quomodo proced. quæst. 16. numero 13. Asinius in Practica, §. 31. cap. 18. est textus in l. si vt proponis, C. de execut. rei iudicatæ. sed Contrarium tenet Personal. de Adipiscenda, numero 102. vbi dicit hoc verum, tam in ciuilibus, quam criminalibus indistinctè.

EXCEPTIO CXV.

Tertius non Citatus.

SVMMARIVM.

1 *Sententia lata contra vnum, præiudicat alteri Tertio, si fuerit citatus.*
Officia exercentur per imperitos Iudices temporibus nostris, qui non litteris, sed fauoribus pollent, excæcantibus Iustitiam, & reddentibus eam claudam, cæcam, & surdam, vt hic.
2 *Iudicio pendente inter duos Nobiles, si citatur Vniuersitas, vel Populus pro suo interesse, sententia præiudicabit.*
3 *Amplia non esse opus nouo libello quo ad Tertium citatum.*
4 *Declara procedere in simplici, & absoluta citatione, secus in conditionali, si sua putat interesse, citatus comparuerit, vt hic.*
5 *Declara vlterius hoc verum, si à Iudice in citatorio fuit nominatus, vt hic.*

DIximus superius in multis supra positis Exceptionibus, quod sententia lata contra patrem, non nocet filio, nec è contra, nec contra maritum lata nocet vxori, nec è contra, & similibus, quid si fuerit citatus?
1 Vtique mādabitur executioni † contra eum, Castrens. in l. cum filiusfamilias, columna secunda, ff. de verbor. obligation. vbi sententia lata contra principalem absentem, mandatur executioni, etiam contra Tertium possessorem citatum; & dicit ibi Paul. Castrens. vnum, certè satis notabile, quod licet Casus apud se esset satis clarus, cum difficultate tamen obtinuit ex Iudicis imperitia; prout sæpè contingit temporibus nostris, quibus officia non exercentur, nisi per imperitos, vtique literarum, qui fauoribus promoti, iam diu excæcauerunt pauperem Iustitiam, quæ hodie est clauda, cæca, & surda, sed nō pecunijs. Et Castrensis opinionem in puncto proposito sequitur Decius, multis exornans, cōsil. 387. num. 2. & consil. 248. & consil. 700. Paris. consil. 28. num. 13. & consil. 80. num. 50. libro 1. Capic. Decisione 20. numero vigesimoquarto, qui bene loquitur. Commēdat pro notabili Iaf. in §. præiudiciales, num. trigesimo, de Action.
2 Quod † si pendente Iudicio inter duos Nobiles, postea citetur Vniuersitas vel Populus, pro suo interesse, quod sententia præiudicabit stante citatione, & sic sententia lata contra vnum, præiudicat alteri, si est citatus.
3 Ampliatur, vt † non sit opus nouo libello respectu Tertij citati. Bald. in l. secunda, per illum textum, C. de liberali causa; sequitur Curt. in Tractatu feud. parte septima, quæst. decima. Panorm. in cap. Quamuis, colum. septima, de re iudicata.
4 Declaratur hoc verum † in simplici, & absoluta citatione, secus in conditionali, si sua putat interesse, quæ non afficit, neque præiudicat, nisi postea citatus comparuerit, & fuerit processatus causam. Decius, consil. 187. colum. tertia, sub num. 3. versiculo, non obstat. Dixi latè in Singularibus meis, num. quadragesimosecundo. Cotta in verbo, Citatio.
5 Declarando † vlterius hoc verum, si vigore Clausulæ, Omnesq. alios, fuit in citatorio à Iudice nominatus, secus ab ipsomet executore, iuxta distinctionem Rotæ, Decis. 419. in nouis aliàs 18. de Dolo, & contumacia. Roman. consil. 342. col. finali.

EXCEPTIO CXVI.

Exceptio peremptoria.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio peremptoria post sententiam regulariter opponi non potest.*
2 *Fallit primo, vt hic.*
3 *Fallit secundo in exceptione. Ne conueniatur vltra vires, vel Ne egeat.*
4 *Fallit tertio, in exceptione Velleiani, & Macedoniani.*
5 *Fallit quarto, in beneficio diuisionis, vt hic.*
6 *Fallit in pluribus tutoribus, vt hic.*
7 *Fallit in exceptione falsi procuratoris.*
8 *Fallit in sententia lata per Iudicem excommunicatum, vt hic.*

Fallit

9 *Fallit in exceptione Nullitatis, quæ in executione opponi potest, vt hic.*
10 *Fallit in exceptione ineptitudinis libelli, vt hic.*
11 *Ampliatur, vt prædictæ exceptiones possint opponi nedum post sententiam, sed etiam post quadrimestre.*
12 *Limita, nisi Iudex ante sententiam statuisset terminum ad proponendas omnes exceptiones peremptorias, dilatorias, & alias, vt hic.*
13 *Quid si superuenissent post conclusum in causa?*
14 *Quid si per iudicem semel reiectæ sint, an amplius opponi possint?*
15 *Declara vt hic remissiuè.*

1 Regulariter Exceptio † peremptoria post sententiam opponi non potest, l. 2. C. senten. rescindi non posse; multi tamen sunt Casus in quibus opponi potest ad propositum præsentis tractatus. Crass. ad Statutum Except. 15.

2 Fallit Primo, quando † causa redit ad non causam, vt si fullo amisit vestimenta, & his amissis condemnatus fuit per sententiam ad pretiū domino vel locatori, si postea reperiantur vestimēta, retractari potest quandocumque sententia, vt fullo recuperet pretium suum. Posui Exceptione 50. num. 117.

3 Fallit † secundo, in Exceptione Ne conueniatur vltrà quam facere possit; vel Ne egat; de qua supra Exceptione 26.

4 Fallit in Exceptione Velleiani, & Macedoniani, de qua pariter supra Exceptione 88.

5 Fallit in † beneficio Diuisionis, de quo similiter supra Exceptione 98.

6 Fallit † in pluribus tutoribus, de quo etiam supra Exceptione 99.

7 Fallit & in † Exceptione falsi procuratoris, de qua Exceptione 89.

8 Fallit in † sententia lata per Iudicem Excommunicatum, de qua supra Exceptione 74.

Ponit illas Specul. in titulo de Exception. numero decimoquarto, Duenn. remissiuè Regula 262.

9 Fallit in Exceptione † Nullitatis, quæ in executione sententiæ opponi potest, de qua Exceptione 48.

10 Fallit demum in Exceptione † ineptitudinis libelli, de qua Exceptione 78.

11 Ampliatur, † vt sicut prædictæ Exceptiones, possunt opponi, post sententiam, ita & post quadrimestre, glos. singularis, secundum Bart. ibi, in l. Ab executione, in verbo, excedat, circa mediū, ff. de Appell. recipiendis.

12 Limitatur, nisi Iudex † ante sententiam statuisset terminum ad proponendas omnes exceptiones peremptorias, dilatorias, anormales, & mixtas; quia post sententiam opponi non poterunt. Bald. in d. l. ab executore, quod singulare, & bene signandum dixit Ias. in l. 1. num. 11. C. de Iur. & facti ignor. Alex. ad l. ex diuerso, §. finali, ff. soluto matrimon.

13 Nisi superuenissent † post conclusum in causa. Marsil. in l. 1. § finali, num. 18. ff. de Quæstion. Asinius in Practica, §. 13. cap. 5. num. 3.

14 Et si per iudicem semel reiectæ sint, amplius opponi non poterunt. glossa, in l. Nesennius, §. finali, ff. de re iudicata, in l. ex diuerso, §. finali, ff. soluto matrimon. Bald. in d. l. ab executore, columna penult. Castrens. dicens veriorem, in d. l. 2. num. 2.

15 Declarando, vt † dixi Exceptione 48. numero 14.

EXCEPTIO CXVII.

Die feriata.

SVMMARIVM.

1 *Sententia lata in die feriata in honorem Dei, vel Sanctorum, est nulla, & non meretur executionem.*
2 *Idem in causis spiritualibus,*
3 *Amplia secundo, etiam si ratificaretur per partes, cum sit defectus Iurisdictionis, vt hic.*
4 *Amplia tertio, etiam si ab ea fuerit appellatum.*
5 *Idem in sententia lata tempore feriarum in utilitatem hominum introductarum, vt hic.*
6 *Nullitas prædicta an sanari possit, quomodo, & quando, Declara & distingue, vt hic.*

1 Sententia † lata die feriata in honorem Dei, vel Sanctorum, est nulla, nec aliquam meretur executionem. Vant. de nullit. ex defectu Iurisd. ordinar. numero 130. Iaffred. Decisione 233. Sententia.

2 Ampliatur † etiam in causis spiritualibus. Nauarr. in cap. Cum contingat, de Rescript. Causa 12. nullitatis, in Summa cap. 13. numero 3. in fine.

3 Ampliatur † secundo, Vt nec consensu partium ratificari possit talis sententia, cum sit defectus Iurisdictionis, vt per Iaffred. in citato iam loco.

4 Ampliatur tertio, etiam † quod quis à tali sententia appellauerit, nam per hoc non censetur appellando approbare talem sentētiam. Bald. in l. cum antea, colum. tertia, versiculo, vlterius sciendum est, C. de arbitr. Felin. in cap. Significasti, numero 7. versiculo, tene menti, de foro competenti.

5 Ampliatur quarto, in † sententia lata tempore feriarum in vtilitatem hominum introductarum, quæ est nulla, nec ratificari potest, nec tacitè nec expresse, vt per Bald. & Iaffred. in citatis locis, & Bald. in l. si feriatis, columna prima, de Ferijs.

6 Declararatur † præsens materia; Aut nullitas est in sola sententia, & alia acta sunt legitima, & non habent maculam nullitatis, & tunc talis sententia confirmari poterit per iudicem appellationis, præuia noua aliqua corā eodē Iudice appellationis causæ cognitione, vt dixi Exceptione 48. sub numero vigesimoquinto, Declaratur tertio, ex Paris. consilio centesimoseptimo, numero 7. libro

libro quarto. Caldas, ad l. si curatorem habens, in verbo, per quod, numero trigesimoseptimo.

Si vero non interuenit aliqua noua causæ cognitio, nullatenus confirmari posset. Alexand. consil. quinquagesimotertio, colum. tertia, versiculo, si ego, & numero decimoseptimo, libro quinto. Crauetta consil. centesimoquadragesimo, numero octauo, & consil. ducentesimo, numero septimo.

Si vero nullitas est in sola met sententia, reliqua acta non sunt nulla, & tunc per iudicem appellationis confirmari poterit, ex Alexand. superius citato ita distinguente. Gratian. Decisione March. centesimaquadragesimaquarta, numero nono.

EXCEPTIO CXVIII.

Per mensem ante recessum.

S V M M A R I V M.

1 *Sententiæ latæ per mensem ante iudicis discessum, sunt nullæ, & non merentur executionem, & hoc vigore literarum Sacræ Consultæ.*

1 Ex † literas Sacræ Consultæ per mensem ante recessum iudices in Statu Ecclesiastico sententias proferre nõ possunt, neque ciuiles, neque criminales, declarando eas nullas, nec aliquam mereri executionem. circa quam Gratian. Decisione March. centesimaquadragesimaquarta, numero decimooctauo. Addo Rebuff. in l. cognoscere, colum. secunda, in verbo, secunda, &c. de verborum significat.

EXCEPTIO CXIX.

Delegatus exequens.

S V M M A R I V M.

1 *Delegatus suam sententiam exequi non potest.*
2 *Amplia, etiam si habeat ius excommunicationis, & admonitionis.*
3 *Fallit in Delegato à Principe.*
4 *Amplia id procedere tam de iure Ciuili, quam Canonico.*
5 *Idem in sententia sui Subdelegati.*
6 *Delegatus Papæ non potest exequi suam sententiam in bonis laicorum, sed clericorum, vt hic.*

1 Delegatus † suam sententiam, exequi non potest. Alexand. dicens Communem, in l. secunda, num. 10. de iurisdict. omn. iudic. Ias. in l. finali, num. 5. C. de iudicijs.

2 Ampliatur, etiam † si habeat ius Excommunicationis, & admonitionis, de Communi. Emanuel. in suo Thesauro, litera D. numero trigesimo. Villalob. in Recollect. litera D. numero vigesimoquinto.

3 Fallit † in Delegato à Principe, qui potest suã exequi sententiam. Felin. in dicto capit. Significasti, numero primo, vbi Decius, numero secundo. Anton. Tremol. ad Bonacurs. in Practica, Exceptione Rubr. de Restitutione, num. 4. dicens Cõmunem. glos. in l. A Diuo Pio, in principio, & ibi Bartol. ff. de re iudicata.

4 Ampliatur † hoc verum, tam de iure Ciuili, quam Canonico. Socinus, dicens Communem, in dicta l. A Diuo Pio, Viuius, in Silua, Opinione 407. numero 4.

5 Amplia, quod non solum propriam sententiam, sed etiam sui Delegati Ias. dicens Communem, in l. cum specialis, numero quinto, C. de iudicijs.

6 Declara, vt † Delegatus Papæ non possit exequi suam sententiam in bonis laicorum, sed clericorum, in quibus debet implorare Bracchium seculare, Lanfranch. ex authoritate Innocentij, dixit singulare, Singulari vigesimoquinto, & vigesimoseptimo.

EXCEPTIO CXX.

Iudex recusatus.

S V M M A R I V M.

1 *Sententia lata per iudicem recusatum, est nulla, & non meretur executionem.*
2 *De iure ciuili, & Canonico procedit hæc Conclusio, vt latius hic.*
3 *Amplia procedere nedum in iudicijs Ordinarijs, & De legatis verum etiam in alijs, vt hic.*
4 *Amplia item vt hic.*
5 *Processus per recusatum factus, est inualidus, etiam si recusans non fuerit prosecutus causam coram alio iudice.*
6 *Recusatio iudicis suspecti est ita potens, vt ei non noceat, nec prosecutio causæ coram recusato postea facta, nec minus non prosecutio coram iudice appellationis.*
7 *Idem etiam si causa in Recusatione expressa, non esset probata.*
8 *Idem si post Recusationem ex causa suspitionis, esset etiã appellatum, prout vtile est, vt hic.*
9 *Causa recusationis, & suspitionis, exprimenda est de iure Canonico in libello, secus de iure Ciuili nisi de magno agatur præiudicio, vt hic.*
10 *Romæ in Curia mos est, vt causa suspicionis dicantur ad aures Referendariorum, & præpositis Signaturæ, vt hic.*

Suspitio-

72 *Melius est intacta iura conseruare, quam post illatum vulnus remedium quærere.*

73 *Appellationis remedium quandoque non prodest in tempore, & ideo succurrendum est ante, vt hic.*

74 *Ordinarius de Iure Ciuili non recusatur, sed datur Adiunctus, de Iure tamen, Canonico tam Delegatus quam Ordinarius potest in totum recusari.*

75 *Sententia lata per Iudicem recusatum licet sit nulla, & non mereatur executionem, tamen potest confirmari quatenus iusta sit, vt hic.*

76 *Iudex recusatus prætendens aliquod interesse ratione recusationis de eo factæ, potest appellare.*

77 *Tertius, etiam pro omni suo iure & interesse, potest recusare Iudicem suspectum.*

78 *Iudex de consensu procuratoris Vrbis electus in partibus, potest recusari per principalem met.*

79 *Recusationis Exceptio tanquam concernens defectum naturæ, semper opponi potest.*

80 *Processus factus per Iudicem recusatum, parte non opponente tenet, & valet.*

81 *Iudex recusatus, ne procedat, debet inhiberi in forma, quia non sufficit præsentatio Commissionis, nisi in casibus hic expressis.*

1 Ententia lata † per Iudicem recusatum, est nulla, nec aliquam meretur executionem. Alex. de Communi consil. 89. col. 2. versiculo, nõ obstat, volum. 1. & magis Communem dicit Bertrand. consil. 130. col. 2. vol. 2. Osasch. Pedemont. Decis. 84. num. 3. Salicet. in l. 1. num. 6. C. de Appellation.

2 Ampliatur ista Conclusio, vt † hodie sit indistinctè vera, tam de Iure Ciuili, quam Canonico. Bart. in l. quia poterat, nu. 3. ff. ad Trebellian. Roman. cons. 220. col. 2. Alexan. consil. 89. col. 2. libro primo. Decius, consil. 175. num. 3. Cephal. consil. 241. num. 10. lib. 2. Paris. consil. 98. num. 7. lib. 3. Ruin. consil. 6. num. 5. lib. 4. Bursat. consil. 21. num. 20. lib. 1. Lancelott. de Attent. parte 2. cap. 6. de Attent. recusatione pendente, dicens, hanc opinionem verissimam, & magis Communem, tam de Iure Ciuili, quam Canonico, vt sententia sit nulla, nec ullam mereatur executionem. Licet Anton. Gabr. de Iudic. Conclusione 5. num. 3. differentiam ponat inter ius Ciuile, & Canonicum. Villalob. in Recollectis, litera S. num. 161. in Addition. Osasch. Pedemont. Decis. 84. nu. 5. dicens hanc distinctionem inter Ius Ciuile, & Canonicum, esse magis Communiter receptam, cum re vera, nec Bursat. nec Anton. Gabr. in locis allegatis, hoc non dicant. Immò Bursat. sub num. 21. attestatur, Rotam Romanã pluries tenuisse inspecto Iure Canonico processum, & sententiam valere, si non est appellatum. Idem sentit Anton. Gabr. d. Conclusione 5. nu. 8. & Rota apud Caputaquens. Decisione 60. nu. 4. par. 1. Bene verum est, quod cum opinione Lancelotti vltra adducta per eum, tenet Rota apud Caputaq. Decisione 7. parte 3. Multa similiter cumulat Borgnin. Decisione 28. num. 112. libro secundo. Seraphin. de Iuramẽto, Priuileg. septimo, num. 20.

3 Ampliatur hæc Conclusio, † vt nõ solum procedat in Iudicibus Ordinarijs, seu delegatis ad totam causam, verum etiam in executoribus mixtis, etiam in vno tantum Articulo causæ deputatis, prout in Iudice compulsore, qui si suspectus recusetur, & post recusationem procedat, processus, & inde secuta, sunt nulla; ita fuit tentum in vna Barensi Pensionis, coram Caputaquense 26. Octobris 1562. in Recollectis eiusdẽ par. prima, Decisione 85. Viuius Opinione 397. vbi de magis Communi.

4 Quod † potest forsan ampliari, etiam si per comparitiones coram eo nulla præcedenti protestatione facta in eius Iurisdictionem consenserint, nã si deinde ex causa licet antiqua de nouo tamen ad eorum notitiam peruenta, compulsorem recusarunt, & ille post recusationẽ adhuc processerit, processus dicitur nullus; & ita fuit tentum in vna Burgensi Iurisdictionis, corã Decano, 21. Nouembris 1552. in Recollectis Caputaq. parte 1. Decisione 202. incipiente, Licet quis. De qua materia comparitionis post recusationem tangam inferius in Limitationibus.

5 Ampliatur secundo notabiliter, † vt processus per recusatum sit adeo inualidus, etiam si recusans non fuerit prosecutus causam coram alio Iudice, vt est in Recollect. Achillis de Grassis, Decis. 120. de Iudic. Recusat. Verall. libro 1. Decisione 149. & in vna Theatina bonorum corã Cantutio, 24. Ianuarij, 1575. sequi videtur Bursat. consil. 21. num. 36.

6 Et sic est adeo potens † recusatio iudicis suspecti, vt ei non noceat, nec prosecutio causæ coram recusato postea facta, nec minus non prosecutio coram iudice appellationis.

7 Ampliatur tertio, etiam si † causa in recusatione expressa, non fuisset probata, sed si fuisset probata, releuasset. Innocẽt. & Franch. in cap. Cum speciali, de Appellation. in Recollectis, Veralli 1. Decisione 35. & Paleotti, 158.

8 Præsertim, si post recusationẽ † iudicis ex causa suspitionis esset etiam interposita appellatio, prout semper bonum, & vtile est: quia iudex recusatus, prosequendo dicitur grauare. Bursat. d. consil. 21. num. 3. Rota in vna Regiensi emissionis professionis coram Capizucco, 27. Nouembris, 1553.

9 Notandum † tamen est, quod de Iure Canonico exprimenda est causa suspitionis in libello recusatorio, licet secus de Iure Ciuili. Et hæc est Communis locorũ obseruantia. Andr. Gayl. lib. 1. Obseruation. 35. nu. 16. Nisi agatur de graui præiudicio: quia etiam de Iure Ciuili eo casu est exprimenda causa. Ias. dicens Communem, nu. 22. C. de Iudicijs.

10 In Romana † Curia mos est, vt causæ suspitionis dicantur ad aures Referendarijs, & Præpositis Signaturæ, & in Rescripto nulla causa exprimatur, si iudicem infamet. Mannos. in Practica Commission. formula 8. in verbo, quas hic.

11 Et talis exceptio † suspitionis iudicis, opponi potest post conclusum in causa, & citationem ad sententiam. Imola, cap. Iudex, de offic. Delegati. Ruin. consil. 6. num. 12. & 13. libro 4. Mascard.

Conclu-

Conclusione 94. num. 36. & datur Adiunctus, etiam post sententiam latam, prout in Cedula. Herculan. de Attent. cap. 30. nu. 116. dicens hoc esse mirabile.

12 Ampliatur quarto, vt † nedum Iudex recusatus prohibeatur in causa procedere, sed etiam alij cum eo coniudices, nisi sint in solidum, cap. Si contra vnum, §. si vero, de offic. Delegati, lib. 6. Bertrand. consil. 122. Ex processu, num. 4. lib. 2. cap. Cum super, de re iudicata, vbi Felin. col. 2. Decius, col. 1. Rota in vna Melitensi coram Rosanense, in Recollectis Achillis, Decis. 319. & 320. in titulo, de Recus. Iudic. Viuius Opinione 866. num. 16.

13 Ampliatur quinto, etiam † si Iudex recusatus esset persona valde legalis, religiosa, & timoratæ vitæ. Natta consil. 174. num. 9. Sequitur Bursat. consil. 21. num. 22.

Quilibet enim præsumitur bonus, sed non in præiudicium Tertij. Glossa, in cap. Statutum, §. cum vero, in verbo, ab aliquo, de Rescript. lib. 6. in Canone, Præpostera, Distinctione 50. vbi non debet statim quis credere viro bono ad alterius præiudicium. est hæc glossa magis in terminis. Felin. in cap. Cum in iure peritus, numero 12. de offic. Delegati, in cap. vltimo, nu. 12. de præsumption. Decius, in cap. Super literis, num. 8. de Rescript. Gozadin. consil. 66. num. 2. Alciat. Regula 3. Præsumptione 2. Anton. Gabr. lib. 7. de Maleficijs, Conclusione 2. num. 11. Menoch. lib. 5. Præsumptione prima, num. 19. Caus 221. nu. 4.

15 Ego crederem † in hoc subsistendum, si enim loquimur in puris terminis præsumptionis, crederem declarationem veram; si vero concurrat Communis reputatio, vel quid simile, aliud crederem; & ita vidi pluries obseruari.

16 Limitatur † primo loco satis vtiliter superius firmata Conclusio, vt non procedat, nec locum habeat, si post oppositam recusationem, coram Iudice recusato, litigaret: quia tunc videtur recusationi renunciasse. Abb. in cap. Inter monasterium, in tertio notabili, de re iudicata, vbi Felin. col. 3. Marantha, in Speculo, parte 6. versiculo, quandoque appellatur, num. 75. Posui in Repetitione Regulæ, Cum quid, parte secũda, Ampliat. quarta.

17 Declaratur hæc prima limitatio, nisi recusans comparuerit coram Iudice recusato, cum protestatione de non consentiendo in eiusdem Iurisdictionem. Innocent. in cap. Quæsito, de Appellation. Alex. consil. 130. col. 4. versiculo, quia respondeo, volum. 4. Boer. in Singularib. in verbo, Protestatio, num. 17.

18 Quam protestationem sic factam, † aut Iudex admittit simpliciter, & releuat; aut, si, & in quantum, prout Communiter fieri solet, & non releuat, nisi secundum dispositionem Iuris. Guido Papæ, quæstione 364. & posui late superius Exceptione 45. num. 48. vbi late videre placeat.

19 Declaratur secundo, quod † aut sumus in puris terminis protestationis de non consentiendo, & tunc protestatio releuat, cum absit consensus; Aut vltra protestationem protestans aliquid cõsequitur à Iudice recusato, prout admittere articulos, examinare testes, & his similia, & tunc protestatio vitiatur per actum contrarium effectuatum. Rota apud Puteum Decis. 380. libro primo.

20 Declaratur à multis alio modo, † scilicet, vt protestatio requiratur in quolibet actu, aliàs vitiatur, non releuat, & processus valet. Lancelott. de Attent. parte 2. cap. 6. sub num. 30. Sed prima declaratio iudicio meo magis applaudit literæ Decisionis Putei.

21 Et secundum hanc vltimam † declarationem, bonum est protestari in singulis actibus; Illud vidi à multis practicatum, in primo actu & comparitione protestari, hoc modo: quod nec per hũc actum, vel alium in posterum faciendum, non intelligatur consentire in Iurisdictionem Iudicis. Cautius tamen est, in singulis actibus protestari, & repetere protestationem.

Nec illud omittam per modum dubitandi, vult Rotalis Decisio Putei superius allegata,
22 quod † protestatio non releuat, si factum sortiatur effectum suum, fere, aut numquam protestatio releuabit, cum numquam fiat comparitio in iudicio, & Actis, nisi sit aliquid consequendũ, & consequatur, etiam nedum qui percipit commodum, sed qui impedit Aduersarium, ne aliquid obtineat.

23 Melius iudicio meo, explicat † Rota, Decisione 287. aliàs Decisione secunda, de Renunciation. in nouis. Aut per renunciationem, & comparitionem postea factã, fit actus declinatorius Iurisdictionis, & tunc non censetur appellationi renunciatum; Aut fit actus confirmatorius, inducendo testes, & similia, & tunc censetur appellationi renunciatum. Nec dissentit Felin. post Abb. in cap. Gratum, num. 8. de Appellat. quod non renunciat appellationi, qui magis explicat
24 desiderium suum. Melius † iudicio meo, explicat, & declarat Rota in Decisione 476. aliàs 63. in Titulo, de Appellat. in nouis. Aut actus qui fit coram Iudice iam recusato, non poterat expediri sine actu Iurisdictionis, & nisi ille esset Iudex, & tunc recusans censetur renunciasse recusationi iam propositæ, idq. ad tollendam implicationem; Aut poterat expediri sine actu Iurisdictionis, & tunc non videtur renunciare recusationi iam propositæ. Vnde, si Iudex recusatus vellet exequi sententiam contra recusantem, ad executionem impediendam posset recusans aliquid excipere, nec per hoc approbauit Iudicem recusatum.

25 Declaratur tertio, † si comparitio facta post recusationem coram iudice recusato, fuerit per partem aduersam acceptata, aliàs si fuerit cõtradictum, non videtur renunciatum recusationi iam factæ. Glos. singularis, in cap. cum venissent, de eo qui mittitur in possession. rei seruandæ causa, vbi Panorm. dicit illam glos. ponere limitationem ad hunc casum, & illam glos. dixit singularem Romanus, Singulari 151. Appellans, & iterũ Singulari 777. Felin. in capit. Capitulum Sanctæ Crucis, col. 13. de Rescript. Idem Felin. in cap. Gratum, col. 2. limitatione 3. vbi Decius, nu. 22. de offic. Delegati. Mascard. Conclus. 117. nu. 31.

26 Vltra quas † omnes Subdeclaratur vno singulari modo, scilicet, quod comparitio debet acceptari in specie, nec sufficit in genere, dicendo, accepto, in parte, & partibus, vel simili modo. Bald. singulariter in l. cum precum, C. de liberali causa. Dixit valde singulare, & perpetuo notandum Angel. Aretin. in Rubrica, Instit. de Exception. sub num. 40. Valde pro singulari commendat Ioan. Lup. ad cap. Per vestras, in quarto notabili, num. 42.

27 Declaratur quarto, † in actu qui consistit in Agere, secus si simpliciter in Pati. Innocent. in cap. Olim, il terzo, de Restit. spoliat. Actus enim, qui in non faciendo consistunt, non ita arguunt consensum, sicut actus qui se habent per modũ agendi. Butr. in cap. Veniens, col. 2. de Filijs presbyter. Felin. in cap. Gratum, col. 3. vbi Decius, num. 26. de offic. Delegati. Comendat pro valde notabili. Ias. ad l. quæ dotis, in 7. Casu, num. 106. ff. soluto matrimon. Dixit singulare Roman. Singulari 777.

28 Et generaliter, † in præiudicialibus patiens, & sciens, non præsumitur consentire, & multo minus renunciare iuri suo, l. qui patitur, ff. mandati. Alex. consil. 34. num. 8. lib. 7. consil. 180. num. 4. eodem volum. 4. vbi plus dicit, quod in actu partim odioso, partim vtili, scientis patientia nõ præsumitur. Cephal. consil. 135. num. 29. Mascard. Conclus. 1553. num. 32.

29 Et renunciatio † in dubio non præsumitur, Decius, post alios, in l. postquam liti, num. 16. C. de pact. consil. 195. col. 3. Latè cumulans Mascard. Conclusione 1263. nu. 3. Seraphin. de Iuramento, priuileg. 74. num. 41.

30 Si verò vltra † patientiam concurrat alius actus extrinsecus, puta, petendo terminum ad soluendum, videtur renũciari iuri suo; & sic, si post sententiam latam à iudice iam recusato, quę nulla est, & executionem non meretur si recusans recipiat terminum ad soluendum, censetur iuri suo renunciasse, l. ad solutionem, C. de re iudic. quam singularem dixit Roman. consil. 9. in fine.

31 Ampliatur † singulariter, etiam si procuratori ad illãmet causam legitimato, talis terminus esset cõcessus, apud Bellameram, Decisione 137. Procurator. Quod dictum singulare reputauit Marsil. Singulari 186. ea ratione mouetur Rota, quia procurator est dominus litis, & sicut appellauit, ita appellationi renunciare potuit.

32 Quæ ratio † mihi admodum non satisfacit: Procurator enim est dominus litis, sed non potest præiudicari domino in negocio principali, vt late dixi in Repetit. Regulę cum quid, par. 1. limitatio 1. num. 10. Addo Didac. in Rubric. de testament. par. 2. num. 14. Variarum resolutio. lib. 1. cap. 6. num. 1. Riminald. ad §. 1. num. 178. Instit. Quibus alienare licet vel non.

33 Et dum † Rota Bellameræ addit, eius est nolle, cuius est velle, si ergo procurator potuit appellare, ergo & appellationi renunciare; non valet Consequentia, cum non agatur de proprio præiudicio, sed Tertij.

34 Et in materia appellationis, † recipiẽdo terminum sponte à Iudice, videtur renũciare nedum appellationi interpositæ, sed etiam interponendæ, Felin. in capitulo, Quoad consultationem, num. 6. & 7. de re iudicata.

35 Declaratur quinto, quod † comparens coram iudice recusato, vti ad bonum virum, animo cõponendi, nõ videtur in eum tamquam Iudicem recusatum consensisse. Dictum est Hostiens. in d. cap. Veniens, à multis celebratum.

36 Et vltra eum ad prædicta facit textus in §. Si verò contigerit, Authentica, de Iudic. ibi: per amicabilem compositorem; & videtur velle ibi Imperator, quod opposita suspitione contra Iudicem, & dato sibi Adiuncto, conari debet reducere Partes ad concordiam; & hoc vidi pluries obseruari per Iudices, de quibus aliqua partium suspicatur, intromittere se ad concordiam, non tamen cogendo Partes ad concordiam; quia id facere nõ possunt, ex glos. reputata notabili, in l. furti, §. iussu, & ibi not. Bart. ff. de infamib. Bald. in l. ex stipulatione, C. de sentent. & interlocut. omn. iudic. est textus singularis secundum Angel. ibi, in §. quia verò, in Authentica, Vt litig. iurent.

37 Nisi lis † esset intricata, vel longo tempore durasset, textus est notabilis, & singularis, in Canone, Placuit, 90. Distinctione, quem singularem dixit Panorm. in cap. Humilis, in 4. notabili, de maioritate & obedient. dicens esse solemnem textum, nec obliuioni tradendum, in Rubrica, de tregua, & pace, in cap. Cum pridem, colum. 2. de Pact. in cap. Nouit, colum. secũda, de Iudic. Latè Ias. in l. quidam æstimauerunt, sub num. 4. ff. si cert. petat. in l. si quis maior, numero decimoquinto, C. de Transact. in Authentica, Si verò contigerit, numero septimo, C. de Iudic. Socin. in Regula, Vendere, Fallent. 52. attestans ita obseruatum. Summa Angelica, in verbo, Iudex, numero quarto. Vrsill. ad Afflict. Decisione 46. num. 5. Matthæ. Vigil. in Methodo Iuris Ciuilis, cap. 20.

38 Et in concordando, Iudices † debent diuidere per medium, licet hoc videatur fieri more rusticorum, ex glos. in l. Nesennius, ff. de negoc. gest. tamen prudẽtes, & boni Iudices, facere debent, & potius diuidere per medium, quam totum vni soli parti assignare. Decius, consil. 68. num. tertio, vbi dixi. consil. 176. num. 9. Socin. consil. 150. lib. primo. Latè videndus, & sequendus Thesaur. Decisione 89.

39 Limitatur secundo † loco principaliter, nisi per Iudicem recusatum, fuisset recusatio reiecta ex causa notoriè falsa, & frustratoria: & licet
40 in recusatione † iudicis, causa nõ sit in specie exprimenda, sed sufficiat in genere dicere: Habeo Iudicem suspectum ex iusta causa, & sufficit ad eam Iuramentum.

41 Tamen si † in specie allegetur causa, nocet, si appareat notoriè iniusta, falsa, vel frustratoria. Berous dans hoc pro Cautela, consil. 16. volum. tertio. Abb. in capitulo, Proposuit, in cap. Cum speciali, de Appellation. Oldradus, consil. 283. Natta, consil. centesimoquinquagesimosecundo, numero octauo. Rebuff. de Recus. Articulo 8. glos. prima, num. 6. Articulo 9. num. 8. Franc.

Marc.

Marcli. Decisione Delphinali 705. num. 2. parte 2. Lap. Allegatione 1. vbi Mannos, in verbo, Notorietas, cap. 10. Bursatus, consil. 21. num. 23. versiculo, nec dicatur, dicentes causam dici frustratoriam, quando non est de enumeratis à Speculatore, titulo, de recusat. Causæ autem suspitionis, quamplures sunt, vltra Specul. in citato iam loco, nam Quadraginta enumerat Marantha, in verbo, appellatio, à num. 27. vsque ad num. 73. Quinquaginta enumerat Bertach. in Tract. de Episcopo, lib. 4. parte 4. Octuagintaquattuor causas suspitionis per ordinem ponit Borgnin. parte 2. Decisione 28. nu. 114. eas non recensebo, cum non sint præsentis indaginis.

42 Declaratur † hoc de cã notoria multis modis. Primo, in notorio facti permanentis, secus in notorio facti transeũtis, quod cum requirat indaginem, recusationem non impedit. Abb. in d. c. Proposuit, in fine, & in d. cap. Cum speciali.

43 Secundo, notorium † non admittit recusationem in criminalibus, secus in ciuilibus. Felin. in cap. Pastoralis, num. 17. de Exception. Archid. in Canone, Quia suspecti, 3. q. 5. Io. Andr. in c. Cum speciali, Carauita Ritu 265. num. 11.

44 Tertio dicitur notabiliter, quod † notorietas debiti, nõ tollit recusationem iudicis, & suspitionẽ, sed Notorietas causæ friuolæ, & frustratoriæ suspitionis. Archidiacon. in cap. Legitima, de Appellation. lib. 6. Speculator, de Exception. §. viso, versiculo, facta. Frãc. Marc. Decisione Delphinali 705. nu. 2. parte 2. Rebuff. de recusation. articulo 6. glos. 1. nu. 7. Cantiuncula consi. 10. nu. 15. aliàs sequeretur, quod vbi producerentur Instrumenta, vel Acta, quæ faciunt rem notoriam, & conclusum in causa. Alex. consil. 37. nu. 16. vol. 2. Decius consil. 423. & 439. iudex recusari non posset, quod satis absurdum videtur.

45 Cautela † tamen est, quod si causa recusationis apparet iusta, & rationabilis, si recusatio, & suspitio isto casu non admittitur, quod appelletur, ita docet, & pro Cautela ponit Imola, in c. Cum speciali, nu. 18. & 19. de Appellationibus. Ritius Merlus, in sua Apologia de consilio sapientis, parte 3. Cautela 7. nu. 50. & 51. Bursat. consil. 21. num. 26.

46 Et licet prædicta omnia sint scitu vtilia, ego tamen semper sequerer opinionem Beroi in allegato consil. 16. vol. 3. scilicet non restringere se ad causam specialem, ad effectum fugiendi tot iustificationes, sed in genere allegarem suspectum, medio iuramento, prout etiam tenet Seraphin. de Iuramẽto, priuileg. 7. numero vigesimoprimo. Et hoc modo etiam causa recusationis minus trahitur in longum, & minus imitantur iudices audiendo specialem expressionẽ causę, consilium Mannos, de Commission. Commissione 8. in glossa, quod hic consulto exprimere omittitur.

Noranda tamen est hæc vltima declaratio:
47 quia † sæpius potest euenire in facto, cum multæ sint causæ, & processus in quibus producuntur Instrumenta publica, & Acta iudicialia, licet enim ex istis colligatur notorietas debiti, & sic in claris non videatur de quouis iudice dubitandum tamen per hoc non tollitur, quin iudex non possit allegari suspectus, & sic etiam in claris iudices iniustitiam facere possunt, & vt suspecti recusari.

48 Limitatur tertio † loco principaliter, si causa esset commissa recusatione remota. Lancelott. de Attentat parte 2. cap. 6. numero 31. de Communi Decius consil. 175. col. Anton. Gabr. de iudic. conclus. 5. dicens, ab ea in iudicando non esse recedendum.

49 Ampliatur † vltra eum hæc Conclusio, siue simus in causis, in quibus Papa habet liberam potestatem, prout in beneficialibus, cap. 2. de Præbend. in 6. in fine. Clementina 1. Vt lite pendente cap. Proposuit, de concessione præbendar. vel in Exceptione præscriptionis; vel rei iudicatæ; in quibus habet liberam potestatem, cum sint de iure positiuo, vt tradit Abb. in cap. Dilecti, col. penult. de Exception. Late Felin. in cap. Quæ in Ecclesiarum, col. 10. Declaratione 5. vbi Decius in quinto Casu, dicit cõmunem, in cap. Ad hæc, num. 18. de Rescript. Villalob. in recollectis, litera P. num. 21.

50 Siue simus in causis in quibus Papa non habeat liberam potestatem. Decius dicẽs hanc opinionem veriorem, in capit. Cum inter, num. 25. & 27. de Exception. vbi idem Decius ibidem, conclusione 3. subdit, quod in hoc casu præsumitur causa.

51 Declatur † hæc limitatio nõ procedere in causa commissa inimico manifesto, quia nec per Sũmum Pontificem id fieri posset, etiam cũ Clausula, Recusatione remota. Sicul. in cap. Ex transmissa, de foro competenti. Et ratio videtur: quia
52 committere † causam inimico, idem importat, quod committere alicui, quod faciat iniustitiã Bar. in Tract. Qui sint rebelles, in verbo, nulli liberum, hoc enim continet peccatum. Innocent. in cap. Quia plerique, de immunit. Ecclesiarum, cui peccato etiam Papa subijcitur. Hostiens. & Butr. in cap. Magnæ, de Voto. Explicat Decius in cap. Cum inter, sub num. 29. de Exceptionibus.

53 Et vltra † eum facit, quia nec Princeps facere potest; vt credatur testimonio inimici. Paris. consil. secundo, numero sexagesimoprimo, lib. quarto, vbi reddit concludentem rationem: quia repulsa inimici à testificando, est de iure gentium. Sequitur Menoch. de Arbitrar. quæst. vigesima octaua, numero tertio, Prosper Farinac. quæst. quinquagesimatertia, numero nono, dicens esse rationabilem Decisionem, & patet naturali instinctu omnibus.

54 Declaratur ista Conclusio, in inimicitia manifesta, vt sentire videtur Decius in citato loco, nu. 28. quæ videtur, nimia restrictio, cum testis repellatur à testimonio siue inimicitia sit publica, & manifesta, siue ignoretur, & sit occulta. Bart. in l. prima, in fine, ff. De his quibus vt indignis. Alex. consil. 126. in fine, lib. quarto, Grammatic. consil. 3. num. 15. Dixit singulare Marsil. Singulari centesimoseptuagesimooctauo.

55 Declaratur † principalis limitatio, vt non possit inferior a supremo Principe. Anchar. q. familiar. 43. num. 12. parte 1.

56 Et quando, † causa committitur recusatione remota, intelligitur, de friuola. Natta consil. 174. numero 5. libro 1. & sic bene ponderando cessabunt multæ difficultates, quæ circa hoc oriri possent, cum excludatur solum leuis recusatio.

57 Limitatur quarto loco principaliter † in persona, quæ non potest allegari suspecta, prout Papa, Imperator, & alij enumerati per Franch. in capit. Cum speciali, numero 29. quæstione 8. de Appellation. & in Pontifice Ruin. consil. trigesimo, numero 11. lib. 5.

58 Vidi in facto quæsitum; Aliquis † allegauit suspectos omnes Doctores Ciuitatis, an in hoc debuerit audiri? & vtique Alberic. tenuit quod sic, in secunda parte Statut. quæstione 100. dicens more suo, sic vidisse practicari. Idem voluit. Bal. in capit. primo, de iudic. Franc. in capit. Cum speciali, numero 31. de Appellation. reputauit singulare, & notabile. Mantua, Singulari 365. per cap. Licet suscepto, de foro competenti.

59 Contrarium † tenet Bald. in l. hoc modo, ff. de Condit. & demonstratione. Berous in cap. 1. numero 21. de iudic. Ias. in l. apertissimi, numero decimo, C. de iudic. Et hæc est magis Communis opinio. Viuius in Silua, Opinione 867. attestans ita iudicatum, & debiles, & calumniosi reputantur illi Aduocati, qui vtantur tali Allegatione. Ant. de Nigris, in capit. Regni, Prolixitatem, in ordine 217. Et hæc opinio seruatur in Practica. Anna, Singulari ducentesimoseptuagesimosexto.

60 Licet cum † opinione Alberici, Affirmatiuã re vera teneat vltra superius cum eo adductos, Ripa, in capit. primo, numero quadragesimo, de iudic. vbi Decius, numero decimosexto. Grat. Responso 134. numero secundo, volum. secundo. Boer. Decisione 269. Bart. Imolens. consil. 91. num. 20. volu. 1. Arno. Singul. 18. dicens, hanc in Practica tenendam. Menoch. consil. 94. numero decimo, libro 2. Centuria 5. Casu 449. Bertran. cõsil. vigesimosexto, volum. primo. Primam tamen dicit magis Communem. Mascardus Conclus. 943. num. 32.

61 Ampliatur idem † in Consilio, & Senatu, qui tamquam suspecti recusari non possunt de Cõmuni Boer. Decisione 269. Alberic. in 2. parte Statut. quæst. 101. dicens notabiliter se in practica audiuisse à magnis viris fuisse obtentum; Et hanc dicit veriorem, & magis Communem, & in Practica sæpius obseruatam, Viuius in Silua, Opinione 767. num. 2.

62 Sed vbi caput † esset suspectum, totum Collegium, vel Vniuersitas, vel Consilium, vel loca illi subdita, erunt suspecta, & in sententiando abstinere debent, & sententiando sententia erit nulla. Bal. in l. 1. C. si rector prouinc. col. 2. Paris de Syndicatu, in verbo, suspitio, num. 10. Berous post Felin. & Decium, ibi, in c. 1. nu. 123. de iudic. Port. latè, cons. 91. nu. 14. lib. 2. vbi etiam loquitur in Principe allegato suspecto, omnia eius loca censeantur suspecta. Brun. consil. 31. num. 9.

63 Sed hæc opinio † nõ est indistinctè vera; qa boni, & timorati homines, pro iustitia etiam contra proprium eorum superiorem, sententias ferunt, vt rectè animaduertit Menoch. in causa Finariensi, in 2. Responso, num. 91. & posui superius, Exceptione 115.

64 Si quis tamen † eam tenere velit, restringitur ad illum qui sit superior, & caput, propter præeminentiam suæ personæ, & non aliter: Berous, consil. 16. num. 22. vol. 3.

65 Limitatur quinto loco principaliter, & vtiliter, in sententia, & laudo arbitri, quæ lata post recusationem, valet, & tenet. Ioan. Baptista gener Bartoli, in tract. de Arbitr. libro nono, cap. septimo, subdit ad propositum præsentis Tractatus, quod in executione postea opponi potest Exceptio doli.

66 Et sic † doli quoque exceptio opponi potest in executione sententiæ ad eam impediendam.

67 Limitatur † sexto, in iudice recusato per procuratorem mediante iuramento perhorrescentiæ, quod non afficit nisi secuta ratificatione domini; & interim processus est validus, & sustinetur donec ratificatio fuerit intimata: Rota apud Puteum, Decis. 26. de iudicijs.

68 Et sic recusatio † iudicis suspecti est intimanda, & ante intimationem processus valet, & tenet.

69 Limitatur † septimo satis vtiliter, in causa instructa, & parte monita ad sententiam, quo casu non est amplius locus recusationi, & sententia erit valida: Ferrett. latè consil. sexagesimosexto,

70 numero quarto, libro primo, vbi limitat † nisi causa suspitionis superuenisset de recenti, vt dixi satis superius, num. 11. Viuius, Opinione 868. numero 20. & hoc probatur per iuramentum. Alexand. in l. 2. in principio, ff. soluto matrimon. Gabr. de iudic. Conclus. 5. nu. 9. si appareat quod fuerit diligens in perquirendo conditiones iudicis ante litem contestatam. Ruin. consil. 6. num. 8. libro 4. Mascard. Conclus. 950. num. 38.

71 Subdeclarando † circa personam iudicis; aut habet liberum Arbitrium, & recusari poterit, nõ obstãte quod causa sit instructa, & monita ad sententiam; secus si iudex debet procedere de iure: quia cum recusans habeat remedium appellationis, recusatio non admitteretur, ex doctrina Geminiani, in capit. iudex, in fine, de Appellation. in sexto, quem defendit ibi Ferrett. ab impugnationibus Decij, & aliorum.

72 Sed melius est intacta † iura conseruare, quam post illatum vulnus remedium quærere, l. finali, C. In quibus caus. in integrum restitut. non est necessaria; l. prima. C. Quando liceat sine iudice se vindicare.

73 Et licet † in aliquo casu succurratur Remedio Appellationis, quandoque iudices ita præcipitant vt Appellatio non prosit in tempore; & vidi sæpius practicatum, Adiunctum dari in aperitione actus præseruati.

74 Notandum † etiam videtur, quod de iure Ciuili Ordinarius nõ allegatur suspectus, ad finẽ, vt in totũ amoueatur, sed datur ei Adiunctus, qui simul cognoscant; de iure vero Canonico totaliter legatus quã Ordinarius, potest in totũ recusari, l. apertissimi, cum sua Authentica, C. de iudicio, capit. Cum speciali, vbi Abbas, in primo notabili, de Appel-

de Appellat. Et hęc est Communis opinio. Ias. in Authentica, Si vero contigerit, nu. 4. C. de Iud. Andr. Gail. lib. Obseruationū 3. de magis Cōmunem Mascard. Conclus. 943. num. 14.

Addo vltra cum Mannos, qui bene loquitur, de obseruantia Vrbis Romę, in Practica Commissionum formula 8. in verbo, Adiunctum. Ponit aliqua Viuius, in Silua, Opinione 766. nu. 15.

75 Et licet † sententia lata per iudicem recusatum sit nulla, nec aliquam mereatur executionem ratione nullitatis ex defectu Iurisdictionis, quæ principalissima est, vt diximus. Calcaneus, consil. 87. col. 1. in fine, quæ vel defecit omnino, vel saltem est suspensa. glos. in Canone Quoties, 2. quæst. 6. Franch in cap. Super eo, de Appellation. Latè Bologn. consil. 36. col. 3. versiculo, Pretetea. Serafin. de Iuramento, Priuileg. 7. nu. 21. si tamen Sententia fuerit iusta, poterit confirmari. Alex. consil. 67. Viso, lib. 6. Probus ad Monachum, in cap. Index, sub num. 3. de offic. Delegati, lib. 6. de Cōmuni Villalob. in Recollect. litera R. num. 11. Rota in Recollect. Chissanens.

76 Et Iudex † recusatus, prætendens pro se aliquod interesse, ratione recusationis de eo factæ, poterit appellare. pulchrè Mandell. consil. 92. num. 4. lib. 2.

77 Et Tertius † etiam pro omni suo iure, & interesse, potest recusare Iudicem suspectū. Frāch. in cap. Postremo, col. finali, de Appellation. Lancelott. de offic. Prætor. in causis Ciuil. §. secundo, cap. de Exception. sub num. septimo, Ampliatione 5.

78 Et occurrit sæpius in facto, † quod pro Remissorijs procurator in Vrbe consensit in aliquem Iudicem in partibus, & non obstante consensu procuratoris, poterit per principalem met recusari, nisi & ipse quoque consenserit. Rota in vna Gerundensi coram Capisucco, 16. Decembris, 1555.

79 Et quando † Exceptio Recusationis concerneret defectum naturæ, semper opponi potest. Bart. in l. quidam cōsulebant. ff. de re iudic. Angel. in l. cum Prætor, ff. de Iudic. Felin. in cap. Inter Monasterium, num. 11. in 8. Declaratione, de re iudicata, in cap. Exceptionem, num. 29. de Exception.

80 Et processus † factus per iudicem recusatum, parte nō opponente, valet, & tenet. Rota in Recollectis Achillis Decis. 318. Rota Thanensi Decisione ror. Mohedan. Decis. 327. etsi ante partis oppositionem, interim sententiare valeret. Bald. consil. 369. in fine, libro 3.

81 Nec illud in Practica omittēdum; quod † ad impediendum iudicem, ne procedat vti recusatus & suspectus, non sufficit ei exhibere Commissionem Adiuncti, sed debet ei inhiberi in forma; nisi in Commissione adsit Clausula, Si quid post præsentationem fiat, sit irritum, &c. vel, quod supplicatio habeat vim præsentationis, à die Signaturæ; nam his casibus sufficit sola præsentatio. Staphilcus, fol. 129. Herculan. de Attent. cap. 30. num. 14.

EXCEPTIO CXXI.

Calculum fieri.

S V M M A R I V M.

1 *Calculi Exceptio offerendo soluere residuum, potest opponi in executione sententiæ.*

2 *Declara, & distingue, vt hic.*

3 *Rationem reddere si quis teneatur infra certum tempus, ne labatur tempus, offerat calculum, & fideiubeat.*

4 *Declara, & intellige de oblatione Iudiciali.*

1 IN executione † sententiæ opponi po-
test Exceptio calculi, offerendo sol-
uere residuum facto calculo, ex l. si
residuum; C. de distractione pigno-
2 rum, vbi Bald. dat Practicā. Aut † debitum con-
tentum in sententia est liquidum, & executio
non est retardanda; Aut non est liquidum, & pe-
ti debet calculum fieri, offerendo soluere facta
liquidatione, & dare super hoc fideiussorem, a-
lias non audiretur, vbi Bald. dicit, hoc valdè no-
tandum in Practica, inferes etiam ad aliam Pra-
3 cticā; quod † si quis tenetur reddere rationes in-
fra certum terminum, & non sint liquidæ, ne la-
batur terminus offerat, & fideiubeat.
4 Et iste textus, † secundum Baldum ibi, & bo-
nam Apostillam ad eum loquitur in oblatione
Iudiciali, cuius multos effectus posui in Tract.
de Oblationibus, parte prima, Titulo, de Obla-
tione Iudiciali. Et ad intellectum l. si residuum,
aliqua ponit Bart. in consil. centesimoquadra-
gesimonono.

EXCEPTIO CXXII.

Contra bonam fidem.

S V M M A R I V M.

1 *Creditor habens hypothecata omnia bona sui debitoris, non potest pro modico debito vendi facere res magni valoris.*

2 *Minorum bona meliora pro paruo credito vendi non possunt.*

Declara, & limita in casu quo non adessent alia bona.

3 *Ampliatur vt hic.*

4 *Executores vltimarum voluntatum non possunt vendere res magni valoris pro paruo debito.*

5 *Filius nec potest pro sua Legitima eligere bona ad sui libitum, sed arbitrio boni viri.*

Licet

1 LIcet creditor habeat † hypothecata oīa bona sui debitoris, ex l.qui pignori, ff.de Pignor. ex l.creditoris, ff.de distract.pignorum. Hoc tamen intelligitur arbitrio boni viri, vt pro modico debito non vendatur res magni valoris.ex glos.in l.quādiu, C.de distract.pignorum, quam ibi approbāt Bart. & Baldus.

2 Ampliatur hæc Conclusio, vt † bona Minorum meliora pro paruo debito vendi non possint, l. & si siue, §.1.ff.de minor.l. magis puto, §. ne passim, ff. de rebus eorum, Fabian. de Emptione & venditione, quæst. 5. principali, num. 95. versiculo, sequitur videre, in quinto Requisita Afflict. Decisione 249. in quinto Requisito. Roland.consil.33.nu. 8.volum.1.Simoncell.de Decreto, lib.1.titulo, 1.num.50.

Vltra quos omnes late profitentes, Declaratur vtiliter, vbi alia bona non adessent, & vbi illa, vel diuidi, & separari commodè non possent pro illo paruo debito persoluendo. Bald. consil. 60. volum.3.per l.si sponsus sponsæ, §. Generaliter, ff.de donation.inter virum, & vxor.l.finali, C.de bonis author. iudic. possidend. pulchra Additio Alex.ad Bartolum in l.quam diu, litera D. C. de distract.pignorum.

3 Ampliatur, vt licet † ex Dispositione Authēticæ, Hoc nisi, C.de Solution. creditor possit eligere meliorem si vult, vt latè dixi in Tract. de Deposito, & Oblation.parte 2.quæst.10. iudex tamē in hoc diligenter perquirere debet, vt ibi dicit textusmet; quæ verba credo esse interpretanda vt pro paruo debito non vendatur res magni valoris.Imola, in l.A Diuo Pio, §.in venditione, columna prima, de re iudicata. Alex. ad Bartol.in l. alio, num.13. litera G. de Aliment. & cibar. legatis.

4 Ampliatur tertio, vt † nec executores vltimarum voluntatum possint pro paruo debito vendere res magni valoris. Bartol.in l.alio, num.14. de Aliment. & cibar.legatis, vbi talis alienatio reuocari poterit. Crass.in §.executores, quæst. 11. numero 6.

5 Pariter filius † non potest pro sua Legitima eligere quę bona vult, sed arbitrio boni viri. Bal. in l.filium quem habentem, colum. 10. versiculo, Item dicit Iacob.& ibi Salicet.colum.6.C.famil.erciscundæ.Ias.in l.Marcellus, §. Res quæ, colum.finali, ff.ad Trebellian. Fabian.ad Authenticam Nouissima, num.119. C.de inofficioso testamento. Ant.Gabr.lib.6. de Legitima, Conclus. 4.num 1.

Addo, quod hanc opinionem dicit Communem Decius consil.236. num.9. Corasius ad l.filium, num.88. C.famil. erciscundæ, Pich. ad l.in quartam, num. 132.vbi Berlinger.num.88. Ripa, num. 112.ff.ad leg. Falcid. Didac.in cap. Rainaldus, §.2.verbo, portiones, num.5.dicens hanc opinionem æquissimā, & quod cōtraria non est bona. Menoch. de Arbitrar. Casu 163 ,num. 17. Cucch.de Legitima, verbo, Substantia, num.20. Crass.in verbo, Legitima, quæst.16.num.4.

EXCEPTIO CXXIII.

Res inter alios acta.

SVMMARIVM.

1 *Sententia lata contra locatorem, & è contra, non nocet conductori, remissiuè.*

2 *Sententia lata contra principalem, an exequi possit contra fideiussorem. Declara vt ibi. remissiuè.*

3 *Sententia lata contra prohibitum alienare, an noceat ei, in quem res transferri debet remissiuè, vt ibi, et qui appellare poterit donec fuerit certificatus, etiam si lapsa sit tertia instantia.*

4 *Sententia lata contra venditorem, in Actione reali, an præiudicet instituto, in personali autem quod non præiudicet, sed agendum sit Rescissaria, ibidem.*

5 *Sententia lata contra hæredem primo loco institutum, nocet substituto etiam non citato.*

Limita, & declara quod semper appellare poterit donec non fuerit certificatus.

6 *Substitutus appellans, pro Cautela iurare debet se prius non habuisse scientiam, & sic appellatio erit legitima, licet quo ad hæredem transiuerit in iudicatum.*

7 *Amplia procedere, etiam si contra institutum essent latæ tres sententiæ conformes, vel duæ ex forma Statutorum habentes vim trium.*

7 *Contrarium ex mente Arij Pinelli.*

9 *Distingue, & declara, vt ibi.*

10 *Quid si sententia huiusmodi fuit lata in Senatu.*

11 *Sententia lata contra emptorem, potest exequi contra venditorem, vti necessarium illius defensorem.*

12 *Declara hoc verum, si bona emptoris reperiantur penes venditorem, vt ibi.*

13 *Declara secundo, quando venditor vocatus, non esset soluendo, tunc contra emptorem fit executio.*

14 *Declara tertio, in bonis venditoris, vti necessarii defensoris, pro sententia lata contra emptorem, fit executio quo ad fructus, sumptus, & interesse.*

15 *Declara quarto, si nominatus non cōparet, profertur sententia contra nominantem, & sic contra emptorem, et executioni mandabitur contra nominatum, nisi quo ad expensas, quæ fit contra nominatum.*

16 *Declara quinto, quod Executio fiet contra necessarium litis defensorem, & in subsidium contra emptorem pro alijs necessarijs consecutiuis rem euictam.*

17 *Sententia lata contra venditorem, præiudicat emptori, & contra eum fit executio, quando passus est causam agi, & non contradixit, præcipuè cum venditor est cōuentus Actione reali.*

Item, nec venditor amplius appellare poterit, si sententia lata contra emptorem, transiuerit in iudicatum, ibid. sub eod.num. 17.sub finem.

18 *Sententia lata contra defunctum nocet successori.*

Sed quomodo, & quando exequi possit contra successorē remissiue vt ibi.

19 *Declara, & distingue, quomodo, & quando exequi possit contra successorem vt ibi.*

20 *Sententia lata contra vnum, non præiudicat alteri, æquale iust*

le ius prætendenti, nec contra eum exequi, nec opponi poterit.

Vnde sententia lata contra legatarium, non præiudicat collegatarijs, nec minus hæredi, vt ibidem sub eodem numero 20.

21 Sententia lata contra Legatarium prætendentem interesse secundario respectu hæredis, non dicitur æquum, vt ex ea inferri possit contra hæredem, & ipsum repellere sententiam legatarij.

22 Adulterum condemnari contingit, & Adulteram absolui, & tamen vtraque valet sententia.

23 Item accidit reum condemnari, & mandatorem absolui.

24 Item in casu accusationis partus suppositi, vt ibi.

25 Sententia tamen lata ad fauorem vnius cuius non interest, prodest alijs quorum interest.

26 Declara secundo, licet non noceat, nec mereatur executionem contra alios æquale interesse prætendentes, facit tamen contra eos quale quale præiudicium.

27 Quod faciat semiplenam probationem iuxta opin. Bart. reijcitur.

28 Sententia lata inter alios, dum est dubia, facit Tertio aliquale præiudicium, sed detecta eius iniquitate, non præiudicat.

29 Quid in connexis, an præiudicet.

30 Quid in facto antiquo, in quo res inter alios acta, facit semiplenam probationem.

31 Declara quinto, quod in iudicio summario possessorio, vel executiuo, res inter alios acta, plenè probat, & an præiudicet Tertio.

32 Plures oriuntur effectus huius rei, qui referuntur, vt infra.

Effectus Primus est, vt data paritate probationum, ille preferatur pro quo stat res inter alios acta, ibid. sub eod. num. 32.

33 Secundus est, vt sit locus Iuramento suppletorio in fauorem illius, qui habet vnum testem cum tali sententia.

34 Tertius est, quod transfert onus probandi Contrarium in aduersarium.

35 Quartus est, quod faciat præiudicium aliquale Tertio, in possessorio, non autem in petitorio.

36 Sententia lata contra vnum ex confideicommissarijs, vel confeudatarijs, saltem non nocet alteri, nec contra eum exequi potest, etiam si sciuerit litem motam fuisse.

37 Vbi plures sunt personæ, quibus competit ius in solidum, sententia contra vnum lata, nocet alijs, prout in popularibus actionibus, vel quasi.

38 Idem si sententia sit lata contra vnum ex duobus reis, nocet alteri ex vi præoccupationis.

39 Præoccupationis virtus magna est, & durat etiam perempta instantia.

40 Quid in materia indiuidua, puta, seruitutis, & similium, vel in Connexis, seu Correlatiuis.

41 Expendens pro re Cōmuni, repetit à consocijs per Actionem negociorum gestorum, & per Actionem Communi diuidundo.

42 Sententia lata super Legitimitate, Filiatione, Consanguinitate, seu Parentela, pro vno, facit ius quo ad omnes alios.

43 Quid si causa non fuit tractata cum eo, cuius principaliter non intererat, an faciat ius quo ad omnes. Declara, vt ibi.

44 Contradictore legitimo stante, omnibus paratur præiudicium per sententiam latam cum vno.

45 Quid si sententia lata sit contra illum qui principale interesse habebat, non autem ad fauorem illius, an præiudicet alijs.

46 Sententia iniuriosa lata pro reo, parit exceptionem rei iudicatæ, sicut illa quæ dolo caret, si lata contra præsentem, secus si contra absentem.

47 Idem si absolutus locupletaretur cum aliena iactura.

48 Sententia quæ transiuit in rem iudicatam, facit de albo nigrum, & ideo non quæritur amplius an benè, vel malè lata sit, sed sufficit allegare rem iudicatam.

49 Sententia lata aduersus eum cuius principaliter non interest, non præiudicat illi, cuius principaliter intersit.

50 Sententia lata contra debitorem, an noceat creditori.

51 Sententia lata contra debitorem antequam bona obliget creditori, nocet ipsi creditori.

52 Sententia lata contra debitorem post rem obligatam creditori, præiudicat creditori scienti.

53 Declara in casu, quando fuit lata in contumaciam, an noceat, vel ne, & quando, latè, vt hic.

54 Declara secundo, nisi inter agentem, & debitorem interuenisset collusio.

55 Collusio primo modo detegitur si noluit deducere Iura facientia ad defensionem causæ.

56 Detegitur secūdo collusio si victus omisit appellare cum appellare teneretur.

57 Collusio tertio detegitur, si vnus subministrabat expensas alteri.

Detegitur etiam collusio si debitor nil opponit, si fateatur debitum quod non erat, si negat adesse mobilia, vt deueniatur ad stabilia.

58 Quid si debitor tradidisset pignus creditori, an taciturnitas tunc præiudicet, & quid si simpliciter hypothecasset. Declara vt hic.

59 Quid si post pignus contractum, & hypothecam appositam, res hypothecata peruenisset ad manus Tertij, qui bona fide præscripsit.

60 Tertius cum titulo & bona fide, nesciens quod res possessa fuerit per prius alteri obligata, præscribit contra creditorem habentem rem obligatam.

61 Quid si simus in mera hypothecaria, excussione adhuc non facta.

62 Quid in Saluiano remedio hodie frequentissimo, in quo non datur excussio, vt hic.

63 Quid si debitor ageret, non autem conueniretur; Distingue vt hic.

64 Sententia lata contra creditorem conuentum à Tertio super re pignorata, concurrentibus requisitis, præiudicat debitori scienti, & patienti.

65 Sententia lata contra creditorem agentem, ex eo, quia reus probauit se dominum rei pignoratæ, si istud in sententia exprimatur, præiudicat debitori scienti, & patienti.

66 Sententia lata contra creditorem agentem, quia non probauit de dominio debitoris, prout requirebatur, non præiudicat debitori.

67 Creditor primus si fuit superatus à Tertio possessore, per sententiam, & sic remansit in possessione securus à primo, talis sententia non nocebit secundo creditori.

68 Sententia lata contra hæredem, nocet legatarijs, etiam non citatis, & ignorantibus.

Fallit

69 *Fallit in tribus casibus, & primo, quando hæres non defendit causam.*

70 *Fallit secundo, quando collusit.*

71 *Fallit tertio, quando sententia est lata per iniuriam, & non appellauit.*

72 *Sententia lata in feudo ex pacto, non nocet successori.*

73 *Contraria opinio quod præiudicet successori etiam non citato, vt hic.*

74 *Sententia lata inter duos Nobiles super Iurisdictione alicuius Castri, non nocebit hominibus dicti Castri.*

75 *Requisita multa sunt in eo, vt sententia lata inter alios Tertio præiudicet, & requisitum Primum est, quod sit lata cum legitimo contradictore.*

Contradictor legitimus quis sit, videbis relatiuè, ibidem sub eod. num. 75.

76 *Contradictor legitimus in proposita materia est ille, quē negotium principaliter tangit, quo casu præiudicat habentibus interesse in consequentiam; sed non econtra.*

77 *Sententia lata contra hæredem, an, & quibus casibus præiudicet cohæredi. Declara vt hic, & considera tres Casus.*

Primus est, quando ambo sunt purè instituti, tunc sententia lata contra hæredem, non nocebit cohæredi purè cum eo instituto.

78 *Quid si vnus est purè institutus, alter sub conditione, & erunt coniuncti re, & disiuncti verbis; Declara, vt hic.*

79 *Quid, quando sunt disiuncti re. Declara, vt hic.*

80 *Purè institutus pendente conditione habebit totum, & ea deficiente residuum, idq. per ius accrescendi.*

81 *Quid in tertio Casu supra posito agendum sit pro alia dimidia, Declara, vt hic.*

82 *Requiritur tertio, vt sententia talis noceat Tertio quod causam defendat, & sententia non sit lata in contumaciam.*

83 *Requiritur quarto, quod sententia sit declaratoria, & concepta verbis affirmatiuis, secus si negatiuis.*

84 *Requiritur quinto, quod non interuenerit collusio.*

85 *Requiritur sexto, quod causa sit talis naturæ, vt præiudicet etiam alijs, inter quos non fuit iudicatum.*

86 *Causæ vero talis naturæ quæ sint, indicantur hic.*

87 *Sententiæ aliæ præiudiciales vltra enumeratas in §. præiudiciales, Instit. de Action. hic enumerantur.*

88 *Prima sententia est quæ irrogat infamiam, quia est vti lepra, quę serpit, & inficit omnes.*

89 *Secunda est pœna deportationis, quæ morti æquiparatur.*

90 *Tertia est sententia Excommunicationis, quæ priuat cōsortio, sicut fœtidum cadauer.*

91 *Excommunicatio est pœna horribilis, & pertimescenda, quia electus de Ecclesia rapido Dæmonum more discerpitur.*

92 *Quarta est sententia banni, seu exsilij, qua Respublica non diuidatur.*

93 *Quinta est sententia in popularibus actionibus, vel quasi, vt supra, num. 37.*

94 *Vel in causa collusionis, vt hic. & supra numero 54.*

95 *Sexta. Sententia item super matrimonio lata inter virum & vxorem, vt hic.*

96 *Septima, Sententia lata super patria potestate, cum sit sententia Status, vel quod filius sit legitimus.*

97 *Octaua est, Sententia lata in Centumuirali Iudicio nam propter authoritatem Senatus iudicantis, est præiudicialis, etiam quo ad omnes.*

98 *Idem in sententia lata in publicis approbatis Consilijs, Collegijs, Consultis, & Congregationibus Illustrissimorum Cardinalium, tum propter authoritatem, tum propter numerum.*

99 *Nona est, Sentētia lata super iure eligendi patiente iam electo.*

100 *Decima est, Sententia lata super ætate, in qua considerantur duo casus.*

101 *Casus Primus est, quando sententia est declaratoria minoris ętatis, & tunc Declara, & distingue, vt hic, Circa probationem illius.*

102 *Quid si ætas non fuit probata per iuramentum, sed testibus, vel instrumentis, aut aspectu, an præiudicet.*

103 *Quid si probatio fuit facta per instrumentum, testes, vel aspectum, Destingue, vt hic.*

104 *Quid si aduersarius esset in certa scientia, quod ille esset minor, vel præsumptione tantum.*

105 *Quid si dolus minoris interuenit, an præiudicet sibi, & aduersario, Declara, vt hic.*

106 *Quid si nec minor, nec aduersarius fuit in dolo, distingue, vt hic.*

107 *Quid si minor vellet sibi in futurum prouidere, & probare contrarium.*

108 *Minor probando contrarium sibi præiudicat.*

109 *Casus secundus est, quando sententia est declaratoria minoris ætatis, & tunc distingue, vt hic.*

110 *Gesta ante illud tempus quo fuit declaratus minor, faciunt ius inter omnes, & nocent.*

111 *Minor potest comparere coram iudice, & facere se declarari minorem, etiam in feriatis diebus in vtilitatem hominum institutis.*

112 *Gesta autem post declarationem minoritatis, talis sententia non præiudicat, vt hic.*

113 *Declara, & distingue ex mente Alberici, & quidem rectè, & latè, vt hic.*

114 *Gesta de præterito, non præsumuntur in futurum, cū cursu temporis varientur.*

115 *Cautela, vt examinentur testes ad perpetuam rei memoriam super ætate, vel fiat Decretum iudicis super minoritate, in causa modici præiudicij.*

116 *Quid si sit lata sententia super ætate per aspectum, an transeat in iudicatum.*

117 *Quid si iudex pronūciet aliquem esse minorem, & pars non appellet, vel non iustificet interpositum appellationem, an faciat ius quo ad omnes.*

118 *Quid de sententia alijs præiudiciali, vbi tractatur de cōditione personę, scilicet, an quis sit Laicus, vel Clericus, an faciat ius quo ad omnes.*

119 *Requiritur septimo, quod causa fuerit ordinaria, & de ea plenè cognitum.*

120 *Instrumentum exhibitum extra terminum probatorium, & anticipatè ante litem contestatam, non releuat.*

121 *Sententia non debet esse lata per iudicis iniuriam contra principalem, quia tali casu non præiudicat.*

122 *Sententia lata contra emptorem per iniuriam iudicis, nō nocet venditori.*

123 *Legatarius superatus per iniuriam hæredis, non agit contra eum rei vendicatione.*

124 *Condemnatus si non appellat cum deberet, sententia cōtra eum lata alijs non nocet.*

Appellare

125 *Appellare non solum tenetur condemnatus, sed prosequi in prima, secunda, & tertia instantia.*
126 *Successor, vel alius cui nocere possit sententia si velit probare fuisse latam sententiam ob dolum, culpam, vel negligentiam, an audiatur.*
127 *Sententia ex aliquo defectu nulla, non nocet successori, nec condemnatomet.*
Causa decisa ex Iuramento litis decisorio an praiudicet alijs ibid. sub eod. num. 127. remissiuè ad Tractatum proprium, vt hic.
128 *Causa decisa ex Iuramento vt supra, quid noceat alijs, prout sententia & res Iudicata.*
129 *Sed quod noceat, prout nec etiam in Iuramento suppletorio, tenet hic Clarissimus Author.*
130 *Probatio per iuramentum non est legitimam probatio,*
131 *Quod in Iuramento litis decisorio, an noceat alteri, & sit legitimos probatio.*
132 *Sententia lata super renunciatione, non nocet alijs.*
133 *Declara, & distingue, vt hic.*
134 *Pacto de amplius non petendo, an transferantur Ius vel dominium in aduersarium.*
135 *Declara alio modo, & clarius vt hic.*
136 *Declara Iudicio D. Authoris, vt hic.*
137 *Intellectus, & sensus l. si te, C. de Ingenuis.*
138 *Renunciatio facta ad fauorem vnius, non prodest alijs, nec egreditur personam renunciantis.*
139 *Consensus in alienatione pignoris præstitus, ad feuorem vnius creditoris, non prodest alijs.*
Sententia lata ex transactione facta non præiudicat Tertio.
140 *Sententia lata ex confessione succumbentis, Tertio non nocet.*
141 *Confessio vnius, non nocet alteri.*
142 *Confessio cedentis non nocet cessionario.*
143 *Confessio vendentis, pignorantis, vel donantis, non nocet emptori, donatario, vel creditori.*
144 *Confessio debitoris, non nocet creditoribus nisi aliter constit quam per confessionem ipsum debitoris.*
145 *Creditor qui pro se ostendit actualem numerationem, præfertur alteri creditori qui docet solum confessionem debitoris.*
146 *Confessio mariti de Dote recepta non nocet Creditoribus nisi renunciatū sit exceptioni non numeratæ dotis.*
Declara vt hic, sub eod. num. 146.
147 *Intellige, & declara de creditoribus futuris post lapsa tempora ad opponendum talem exceptionem; & distingue vt hic.*
148 *Renunciatio non numeratæ dotis, quid creditoribus non noceat.*
149 *Dubitatur de tali Conclusione, & quod perpetuo opponi possit, sed Contraria opinio magis Communis, & verior hodie affirmatur.*
150 *Transactio facta inter hæredem scriptum, & legitimam, nō præiudicat Legatarijs, & fideicommissarijs, nec substitutis, vel alijs successoris.*
151 *Quid in feudalibus, & emphyteuticis sequentibus in gradu.*
152 *Sententia lata contra emphyteutam ad sententiam domini directi, bona esse deuoluta, nocet creditoribus emphyteutæ.*
153 *Sententia inter alios lata, non nocet quo ad exceptionē vel actionem, secus quo ad possessionem.*
154 *Sententia lata contra proprietarium, non nocet vsufructuario.*

1 Ententia lata † contra locatorē, & è cōtra, an noceat conductori, posui in tractatu Locat. & Conducti, parte 6. in verbo, Sententia.

2 Sententia lata contra principalem, an exequi possit contra fideiussorem, posui Casu 136. Casuum frequentium, vbi conclusi posse contra fideiussorem Iudicij, secus contra fideiussorem contractus.

Addo Ancharan. quæst. familiar. 19. patte 2. Deciū consil. 400. num. 10. Nattam consil. 345. Herculan. de Cautione, de non offendendo, cap. 50. num. 78. latius cap. 29. Asinium in Practica, §. 31. Ampliatione 22. Lancelott. de Attentat. parte 2. cap. 20. limit. 6. num. 9. Duenn. Regula, 276. Magon. Rotæ Lucanæ Decis. 32.

3 Sententia † lata contra prohibitum alienare, an noceat ei in quem res tranferri debet. Posui Decisione 136. num. 9. Casuum frequent. vbi de Communi pro affirmatiua, data scientia, aliàs non, Osasch. Pedemont. Decis. 156. num. 13. & semper appellare poterit donec fuerit certificatus, etiam si lapsa sit tertia instantia, Roland. consil. 92. num. 21. volum. 4.

4 Sententia lata contra venditorem in actione reali, an præiudicet instituto, posui in allegato Casu, num. decimo, vbi ex Communi, quod sic. Surd. Decis. 256. num. 2. Boer. Decis. 189. num. 49. in personali autem non præiudicat; sed agendum est Rescissoria. De Communi Socin. cons. 13. volum. 4. Osasch. Pedem. Decis. 65. numero 5, Surd. vt supra, num. 7.

5 Sententia lata contra hæredem primo loco institutum, nocet substituto, etiam non citato, l. ex contractu, ff. de re iudicata, quod limitatur non procedere circa factum appellationis, quia iste substitutus semper appellare poterit à die sententiæ, & notificationis, nec currit tempus ad appellādum antequam fuerit certificatus. Vnde Cau-
6 tela † datur ab Angelo, in l. A sententia, ff. de Appellation. quod iste compareat, & iuret, se non prius notitiam habuisse, & sic, si erit infra decennium, à die sententiæ, legitima erit appellatio, licet quo ad hæredem transiuerit in iudicatum. Sequitur Felin. in cap. Cum nuper, & in c. Tuæ nobis, colum. finali, versiculo, quarto fallit, de Appellation. Pinell. ad l. 1. in 3. parte, in 4. Limitatione, C. de bonis maternis. Osasch. Pedemont. Decis. 157. numero 13. Roland. consil. 92. num. 21. libro 2. Peregrin. de Fideicommiss. Articulo vltimo, numero 54. Crotus ad §. Diui, num. 39. in 2. limitatione. Port. consil. 172. numero duodecimo, Socin. iunior, consil. 181. columna finali, volum. secundo, Curt. iunior, consilio vigesimotertio, columna penult. in fine. Ruin. dicens magis Communem, consil. 202. numero 15. volum. 2.

Ampliatur hæc Conclusio notabiliter, etiam
7 † si contra hæredem primo loco institutum essent latæ tres sententiæ conformes; vel duæ ex forma Statutorum habentes vim trium, adhuc enim Tertius, & substitutus, appellare poterit, si ignorauit. Et hæc erit pro eo sic appellante prima instantia, Bartol. in l. à sententia, versiculo,

Quæro

Quærò quid si ptimus, ff. de Appellation. Sequitur Felin. in capit. Cum super, numero 15. de Appellation. vbi Abbas, numero 26. Crot. ad §. Diui, numero 45. Ferdinan. numero 128. Olasch. Pedemont. Decis. 157. numero decimoterno. Roland. consil. nonagesimosecundo, numero 21. libro quarto.

8 Verum, Arius Pinell. ad † l. 1. parte 3. sub numero 49. versiculo, Receptum enim est, aliter sentit: quia cum primus instituus fecerit quod potuerit, prosequendo causam in prima, secunda, & tertia instantia, videtur adhibuisse omnem possibilem diligentiam, & sic nihil restat agendum per Tertium, merito ei nocebit res iudicata trium conformium, ex l. cum ius, ff. de Euiction. ibi: cũ spes habendi abscissa est. Hoc idem, sed longiore sermone prosequitur Didac. Practicab. quæstionum, capit. 15. numero tertio, Peregrin. de Fideicomiss. Articulo vltimo, sub num. 56. versiculo, sed cum ex propria.

9 Ego, cum tantis viris in Practica † illud attenderem, nam parum est, dicere sunt latæ tres sententiæ conformes, sed crederem diligenter considerandum, quomodo processus fabricati in tribus instantijs sint pleni, iuribus deductis, & nihil sit omissum, tunc crederem istorum opinionem veram. Si vero Tertius aliquod relevans vltra processum dicere posset, tunc crederem audiendum; & quod subintret Regula supradicta, Res inter alios acta; Prout ferè in simili vidimus, quod ille non est citandus, qui si fuisset præsens, actum impedire non posset, cum nullam amplius habeat defensionem; ex latè congestis per Anton. Gabr. libro secundo, de Citation. Cõclusione prima; numero trecentesimoquadragesimooctauo.

10 Addo prædictis, quod † si sententia huiusmodi lata fuerit in Senatu, quod appellandum est ad Regem. Rebuff. consil. 176. sub numero trigesimosexto.

Declaratur præsens materia; Aut Actus est voluntarius, & substitutus est citandus; Aut est necessarius, & substitutus non est citandus. Ruin. consil. 19. in fine, vol. 2. consil. 106. colum. 3. vol. 3. reputat singulare Ant. Gabr. de Citatione, Cõclus. 1. sub numero 322.

11 Sententia † lata aduersus emptorem, potest mandari executioni contra venditorem, vti necessarium illius defensorem. Glossa Bart. & Scribentes in l. venditor, ff. de iudic. Et in Authentica, Qua in Prouincia, vbi. Bald. Salicet. & Castrens. C. Vbi de crimine agi oporteat. Bart. in l. si procuratorem, §. si ignorantes, ff. mandati, per illum textum ibi, ex substantia debitoris soluerint.

12 Declara primo, hoc verum, si † bona emptoris reperiantur penes venditorem, Ioan. de Anania, in cap. Olim, vbi Felin. colum. 6. versiculo, Et per illum textum, de Accusation. Sed hæc declaratio videtur dubia, cum hoc non esset quia venditor erat necessarius defensor, prout præsupponitur, sed quia bona debitoris condemnati reperiuntur penes eum; & sic ratione bonorũ, & non ratione necessariæ defensionis.

13 Declaratur † secũdo, si venditor vocatus ad litem, non esset soluendo, tunc contra emptorem fit executio. Bald. in Authentica, Si captiui, C. de Episcop. & Cleric. Ioan. Faber, in §. finali, num. 10. Instit. de Satisdando.

14 Declaratur tertio, vt † in bonis venditoris, vti necessarij defensoris pro sententia lata cõtra emptorem, fiat executio quo ad fructus, sumptus, & interesse, C. in l. venditor, ff. de Iudic.

15 Declaratur quarto, quod † si nominatus non comparet, quod Iudex profert sententiam contra nominantem, & sic contra emptorem, & executioni mandabit contra nominatum, nisi quo ad expensas, quorum executio fit contra nominantem in Rebuff. de Dilation. Articulo 5. glossa 1. in principio.

16 Declaratur † quinto, ex mente Caballi, in Tract. de Euiction. quæst. 22. num. 165. propè finem, quod executio fiat cõtra necessarium litis defensorem, & in subsidium contra emptorem pro alijs necessarijs consecutiuis rem euictam.

17 Et sententia † lata contra venditorem, præiudicat emptori, & contra eum mandatur executioni, quando passus est Causam agi, & non contradixit, præcipuè cum venditor est conuentus Actione reali. Bart. in l. sæpè, quæst. 2. vbi Alex. num. 105. Communem dicit, ff. de re Iudic. Butrius, in cap. penult. eodem titulo. Imola in cap. Quamuis, de re iudicata. Sebastian. Medices, Regula 8. num. 38. Nec appellare amplius poterit vẽditor, si sententia lata contra emptorem, transiuerit in iudicatum. Didac. Practic. quæstion. columna decimanona, in paruis, versiculo, Dispar.

18 Et sententia † lata contra defunctum, nocet successori. Glossa, in l. An eãdem, de exception. rei iudicatæ. Posui latè superius, Exceptione sexagesimanona. Quando, & quomodo sententia lata contra defunctum, possit exequi contra successorem.

19 Declara vltra ibi dicta, † quod aut talis successor est hæres, & poterit exequi contra eum, seruatis illis conditionibus quas posui supra, Exceptione 66. Si vero quis succedat defuncto cõdemnato, non vt hæres, nec ex persona defuncti, sed ex persona propria, prout est Agnatus, in feudo, & tunc ei non citato non nocebit. Felin. in cap. finali, col. 2. de maioritate, & obedient. Curt. iunior, de feudo, parte 7. quæst. 10. Decius, cons. 445. sub num. 24. quod consilium admodum celebre est, & multum allegatur in hac materia. Lofred. consil. decimo. Zasius in Epitome feud. parte nona. Socin. iunior, consil. 181. num. 83. libro 2. Capic. Decisione 20. num. 23. Anton. Gabr. de Citatione, Conclusione 1. numero 323.

Cõtrariam vero opinionem tenuit Alexãder, in l. Sæpè, numero centesimoundecimo, ff. de re iudicata. Iacobin. in sua Inuestitura, in verbo, Dictiq. Vassalli, pro dictis rebus, numero quadragesimoprimo. Didac. Practicar. quæstion. capit. decimotertio, versiculo, his igitur. Roland. cons. 92. col. penul. versic. similiter obstare. Latè Arius Pinell. de Bonis maternis, l. 1. par. 3. sub numero 48. dicens, hanc opinionem veriorẽ; prout

etiam

etiam eam dicit Peregrin. de Fideicommiss. Articulo vltimo, sub numero quinquagesimoprimo, versiculo, sed.....

20 Sententia† lata contra vnum, non præiudicat alteri æquale ius prætendenti, & sic contra eum exequi, nec opponi poterit, l. prima, & ibi bene Socin. notat, ff. de Exception. rei iudicatæ, vbi Socin. melius quam Bartolus infert ad multa particularia in Practica. Primum, quod sententia lata contra vnum ex legatarijs, non præiudicat collegatarijs coæquale ius habentibus. Secundo infertur, quod multo minus præiudicabit hæredi.

21 Sententia lata † contra Legatarium, qui cum prętendat interesse secundario, respectu hæredis, non videtur æquum, vt ex eo inferri possit contra hæredem, & ipsum repellere sententiam legatarij, ex Authentica, Multo magis, C. de Sacrosan. Eccles. Nec minus præiudicabit vni ex hæredibus sententia lata contra vnum ex eis, cũ possit vnus condemnari, & alter non, l. circa, ff. de inoffic. testamen. l. cum duobus, C. de inoffic. testamento, & Angel. in d. l. circa, ęgregiè considerat ad ea quæ superius posui Exceptione 98. in verbo, Diuersę sententiæ, cum super eodem facto possint ferri contrariæ sententiæ.

22 Hinc inquit descendit, Adulterum † condemnari, & Adulteram absolui, & vtraque valet, l. denunciasse, §. finali, ff. de Adulter. Dixi supra Exceptione 98. vbi videre placeat.

23 Condemnari † reum, & absolui mãdatorem,
24 de furtis, l. Si is qui rem, §. si Titium, sic† matrem accusari de partu supposito, & illam non nocere filio, quo ad plenum prçiudicium, l. 1. §. finali, ff. de Carboniano edicto.

25 Declaratur † Conclusio, vt non procedat è contra: nam sententia lata ad fauorem vnius cuius non interest, prodest alijs, quorum interest. Ita egregiè Socin. in l.... numero tertio, ff. de Exception. rei iudicatæ, quam materiam per multa capita distinguendo Ronchegall. post Bart. tractat in l. ex duobus, num. 34. cum multis sequentib. ff. de duobus reis.

26 Declaratur † secundo, vt licet in prædicto casu non noceat, nec mereatur executionem contra alios ęquale interesse prętendentes, facit tamen contra eos quale quale prçiudicium. Aretin. consil. sexagesimotertio, colum. secunda, versiculo, vtrum autem istę. pulchrè Curt. senior consil. 72. numero tertio. Alexand. ad l. Sępè, numero 70. de re iudicata, consil. 166. colum. finali, volum. secundo, consil. 21. colum. prima, consil. 71. columna tertia, libro primo, consil. 190. columna tertia, libro secundo. Decius consil. 569. in cap. In nomine Domini, numero 33. de testibus.

27 Reiecta opinione Bartoli, † quod faceret etiã semiplenam probationem, quæ in hoc Communiter damnatur. Alexand. ad l. admonendi, numero septuagesimosecundo, vbi Ias. in Repetitione, numero 242. Idem Ias. ad l. nam, & postea, numero quinto, in fine, ff. de Iureiurando, Ripa, in l. secũda, numero trigesimosexto, C. de Edendo. Latius in l. admonendi, nũm. 202. vbi Curt. iunior, numero quinquagesimonono. Benintend. dicens magis Communem, Decisione sexagesimaseptima, numero quarto. Didac. Practicab. quęstion. cap. decimotertio, colum. duodecima, in paruis, versic. Hoc etiam falsum est. Magon. Florent. Decisione vigesimaseptima, num. 23.

28 Declaratur vlterius, quod † sententia inter alios lata, facit Tertio quale quale prçiudicium, dum est dubia, sed detecta eius iniquitate, nullũ facit prçiudicium. Decius consil. quadragesimo secundo, numero tertio, vbi dixi. Marsil. Singulari 276. numero nono. Pulchrè Socin. in l. prima, numero sexto, ff. de Exceptione rei iudicatæ.

29 Declaratur tertio, † in connexis, in quibus res inter alios acta prçiudicat. Decius in l. 2. num. 50. C. de Edendo. Benintend. Decisione 67. numero quarto.

30 Declara quarto, † in facto antiquo, in quo res inter alios acta facit semiplenam probationem. Crauetta ita concilians opiniones, de Antiquit. temporum, parte secunda, numero, 48. & 49. fol. mihi 138.

31 Declaratur quinto † satis vtiliter, in Iudicio summario, possessorio, vel executiuo, vbi res inter alios acta plenè probat, & prçiudicat contra tertium. Osasch. Pedemont. Decis. 38. num. 6. & 7. attestans ita fuisse iudicatum.

Contrarium in possessorio concludit Vincent. de Franch. Decisione centesimaquinquagdsimaoctaua.

32 Plures † autem sunt effectus huius rei.

Primus, vt data paritate probationum, ille prę feratur pro quo stat res inter alios acta. Ias. in l. si duo patroni, numero tertio, de Iureiurando.

33 Secundus effectus est, vt † sit locus Iuramento suppletorio in fauorem illius qui habet vnum testem cum sententia inter alios lata. Ripa, in d. l. admonendi, numero ducentesimosecundo, dicens in Practica bene notandum. Curt. senior, consil. septuagesimosecundo, numero tertio.

34 Tertius effectus, quia † transfert onus probãdi Contrarium in Aduersarium. Borgnin. Decis. 45. num. 95. parte 1. Decius consil. 272. num. 3. versiculo, sed quo ad hoc. Menoch. consil. 1. sub num. 206.

35 Quartus effectus, † res inter alios acta, facit prçiudicium quale quale Tertio, in possessorio, secus in petitorio. Capic. Decisione 209. numero sexto.

36 Et sic infertur † ex superius relatis, quod sententia lata aduersus vnum ex confideicommissarijs, vel confeudatariis, alteri non nocet, nec contra eum exequi potest, etiam si sciuerit litem motam. Peregrin. de Fideicommiss. Articulo vltimo, numero 40.

37 Altera sit Conclusio. Vbi plures † sunt personę quibus competit ius in solidũ, sententia contra vnum lata, nocet alijs, & prçiudicat, prout in popularibus Actionibus, quę cuilibet de populo competunt, l. 3. ff. de Popular. Action. l. cum qui, §. in popularibus, ff. de Iureiurando, per quę iura

ita tenet glos.in l.2. C. Quibus res iudicata non noceat. Alex.ad l.sæpe,nu.33.de re iudic. Amplias idem in quasi popularibus, & in publicis iudicijs.

38 Idem † in duobus reis credendi, qui ex eadem causa insolidum ius habent: nam sententia lata aduersus vnum, nocet, & præiudicat alijs. Glossa secundum vnum intellectum, in l.ex duobus, ff.de duobus reis, vbi Bartol. quæst.4. Angel.& latius Aretin. num.9. vbi Ronchegall. num. 24. dicit hanc esse Communem opinionem, & hoc prouenit ex vi præoccupationis factæ per vnum ex correis, ad l.fideicommissa, §.plerumque, & ibi Bart. not.ff.de Legat. 3.vnde, si reperiantur duo collegatarij, vel confideicommissarij, sententia aduersus vnum lata, ex vi præoccupationis, nocet alijs, & eis preiudicat. Alex.ad l.sepe,nu.15, ff.de re iudicata.

39 Et † magna est vis, & virtus præoccupationis, quæ durat etiam perempta instantia, in qua facta fuit, & sufficit semel factam fuisse: nam semper durat in propria virtute. Ita Bartolus in d. l. ex duobus, quæst.3.in fine, vbi late Ronchegall. num.16.

40 Duodecima † est Conclusio. Si simus in materia indiuidua, puta, seruitutis, & similium, vel simus in connexis, vel simus in correlatiuis, sententia prout lata, prodest alijs, vel contra vnum lata, nocet, & præiudicat alijs. Alex,ad l.sæpè, nu. 48 ff.de re iudicata. Sebast. in. Medices, Regula 8.num. 187. est Glossa satis notabilis in Practica, in l.qui aliena.§.finali, in verbo, Prædio, & ibi notant Alberic. & Castrens. ff.de negoc.gestis. Et est satis vtilis in Practica materia illius legis,

41 quod seruitus debetur Prædio; Et † expendens pro re Communi, repetit à consocijs per Actionem negociorum gestorum, & per iudicium Communi diuidundo, vt ibi notat Alberic. & bene, & quando materia est indiuidua, & a principio constat fuisse expendentem talis intentionis, Contrarium in principali.

42 Decimatertia sit Conclusio, † sententia super Legitimitate, Filiatione, Consanguinitate, Parētela, lata pro vno, facit ius quo ad omnes, l.prima, §.finali, cum leg.sequentibus, ff.de liber.agnoscendis Alexan. in l. sæpè, numero 60. ff.de re iudicata. Rota nouissima Decis. 1010. parte 3.

43 Declaratur † hæc Conclusio, vt vera sit, & procedat, si causa fuerit tractata cum eo, cuius principaliter interest, tunc facit ius quo ad omnes; secus si non fuerit tractata cum eo, cuius principaliter non interest, tunc enim alijs non præiudicat. Felin.post relatos, ad cap. Quamuis, numero nono, de re iudic. extendens hoc verum, siue agatur de Filiatione, siue de Legitimitate, nullam ponens in hoc differentiam. Addo bonum locum apud Alberic.patrem Practicę, in l. in omnibus, numero quarto, in distinctione sua multum vtili, versiculo, superiure personæ, ff.

44 de libr.agnoscendis, inferens, quod † si filia fecit se declarari talem cum tertio interesse principaliter non habente, non nocet alijs, ex quo ille non est legitimus contradictor; & sic, dato legitimo contradictore, omnibus paratur præiudicium.

45 Declarando, si lata sit sentētia † ad fauorem illius qui agit & principale interesse habuit, secus si succubuit: quia sententia contra eum lata non preiudicabit alijs. ita Felin.in cap. Quamuis, numero 9. in fine, dicendo, sic intelligendum esse textum in l. si quis ex liberis, §.finali, ff. de liber. agnoscendis; & est vtilis Declaratio.

46 Nec illud † silentio prætereundum videtur, quod colligit Angel.ex illo contextu, in l.prima, §.plane, ff.de liber.exhibendis. qui textus & à Felino & ceteris allegatur principaliter in hac Conclusione, & est ad propositum præsentis Tractatus, scilicet, quod iniuriosa sentētia lata pro reo, ita parit exceptionem rei iudicatæ, sicut illa quæ dolo caret. Declarando ibi Angel. si lata sit contra præsentem, secus, si contra absentem, per falsas allegationes falsè factas. Posui superius, Exceptione 40.nu. duodecimo, vbi videre placeat.

47 Et idem † si absolutus locupletaretur cum iactura aliena, dicens hoc admodum notandum in Practica, & sic, sit debitor verus absoluit à petitis, talis absolutio non releuat, cum veniat locupletandus cum damno alterius.

48 Et in dicto §.plane, notat Alberic. quod † post sententiam, quæ transiuit in iudicatum, non quęritur vlterius, an si benè, vel malè iudicatum, sed sufficit allegare, adesse rem iudicatam, quæ facit de albo nigrum, & alia de quibus latius vidimus superius.

49 Decimaquarta est Conclusio. Sententia † lata aduersus eum cuius principaliter non intersit, non præiudicat illis, quorum principaliter interest. Lofred. consilio decimo. Et hæc opinio magnam habet æquitatem. Pinell. ad l. tertiā, numero quadragesimonono, in 5. limitatione, de Bonis maternis.

50 Decimaquinta sit Conclusio. An † sententia lata contra debitorem noceat creditoris ponuntur infrascriptæ Conclusiones.

51 Prima sit Conclusio. † Sententia lata contra debitorem antequam ipse obliget creditori bona, pręiudicat creditori, l.si superatus, vbi Bartol. plenè notat, ff.de Pignor. l.si mater, §.primo, de Exception.rei iudicatæ. Glossa, in verbo, Experiri, in l.Sæpè, ff.de re iudicata.

52 Secunda sit Conclusio. † Sententia lata contra debitorem post rem obligatā creditori scienti, l.ab executore, §.primo, in fine, ff.de Appellation. l. Preses, C, de Pignoribus,

53 Declaratur † primo loco hæc Conclusio, nisi talis sententia lata fuisset in contumaciam; quia tunc creditori non nocet, hoc modo. Aut in processu debitor fuit præsens, & diligens, & nihil necessarium omisit, & in sola prolatione sententiæ fuit contumax, & hoc non attenditur; Si verò fuit contumax in toto processu, & tunc hoc attenditur, & sic creditori non nocet. Bona glossa, in l. & ideo, ff. de Euiction. Bartol. in l. si superatus, ff. de Pignor. Abbas, in cap. penult. columna quinta, versiculo, illud antem quod dictum; de re iudic. consilio 45. volum. secundo, Bald. in l. secunda, col. 4. C. Quibus res iudicata

non

non nocet. Bene facit l. si per lusorio, §. finali, in ratione sui ibi: Nec quemquam eius nomine respondentem, quasi secus sit, si pro eo responsum fuisset. Ad idem l. si seruus plurium, §. 1. ff. de Legat. 1. Salicet. in l. 1. in fine, C. de pericul. & commod. rei venditę, in l. emptor, §. penult. C. de Euiction. Felin. in cap. cum Bertoldus, nu. 2. & 3. limitatione 3. de re iudic. Ant. Gabr. libro 2. de Sentent. Conclusion. 3. num. 4.

Addo l. qui repudiantis, in fine, ff. de inofficio testamento, glos. in §. penult. Institut. de Noxal. action. Bald. in l. 1. quæst. 6. C. ne filius pro patre. Marsil. dicens in Practica notabile, Singul. 4. Didac. Practicabil. quæstion. cap. 13. num. 5. versiculo hæc sanè ratio. Roland. cons. 29. num. 23. lib. 3. Menoch. amplians etiam ad sententiam Principis, Præsumpt. 70. nu. 10. lib. 2.

Cui plene profitenti addo Decium, consil. 34. nu. 3. vbi dixi. Rubr. ad l. non solum, §. morte, nu. 469. Rebuff. de Dilation. Articulo 5. nu. 18. Neguf. de pignor. in 3. membro 6. partis, num. 39. Surd. dicẽs magis Communem, Decisione 256. num. 6. Caball. de Euiction. §. 5. num. 5. in secundo casu. Late Alex. dicens hanc opinionẽ veriorem, in l. sæpè, nu. 78. ff. de re iudicata.

Declaratur etiam, nisi Lex figat pedem in sola contumacia, prout, si Pater teneatur pro condemnatione filij ex forma Motus proprij. Alex. ad l. sæpè, sub nu. 79. de re iudicata.

54 Declaratur secundo, † nisi inter agẽtem, & debitorem interuenisset collusio. Ita clarè textus, in l. Præses, C. de Pignor. Bart. in d. l. si superatus Sfort. de restit. in integrum, parte 1. q. 137. artic. 17. num. 124. Late Surd. Decisione 156. nu. 12. & 13. Et pro intellectu dictæ legis, collusio detegitur multis modis.

55 Primò, † si noluit producere iura ad causæ defensionem facientia. Alciat. responso 492. num. 34. secundum Lugdunenses. Ludouic. Molina, de Primogenitura Hispanor. lib. 4. cap. 8. num. 9. Et videtur text. in l. si seruus plurium, §. si quis ante, ff. de Legat. 1. ibi: vel minus plene defendit causam.

56 Secundo † detegitur collusio, si victus omisit appellare, cum deberet appellare. Ludouic. Molina in citato iam loco.

57 Tertio † detegitur collusio, si vnus subministrabat expensas alteri. Menoch. Præsumptione 26. nu. 6. lib. 5. quem de verbo ad verbum reassumit Prosper Farinacc. quæst. 4. numero 19. & ita tenuit Rota apud Caputaquens. Decis. 143. parte prima.

Addo Nattam consil. 1317. post num. 31. Mascard. Cõclusione 322. nu. 8. Posui Singulari 37. post tract. de Reuelatione confessionis.

Quarto, vltra alios detegitur collusio, si debitor nihil opponat, si fateatur debitum quod non erat, si negat mobilia, vt deueniatur ad stabilia. Aretin. cons. 110. col. 2. versic. 2. Surd. Decisione 74. nu. 12. & consil. 168. nu. 22.

58 Declaratur tertio, † & est vtilis Declaratio, vt procedat quando debitor tradidisset pignus venditori, tunc taciturnitas sibi præiudicat, modo quo supra dictũ est, secus si simpliciter hypothecasset, prout passim tota die contingit, tunc talis sententia non præiudicat creditori scienti, & tacenti. Eam rationem adducit: quia defensio hoc casu spectat ad debitorem, & nõ ad creditorem: Neguf. de Pignor. in 3. Membro 6. partis, nu. 39. in fine, dicens perpetuo notandum, & verè est Practicabilis Declaratio, cum raro tradantur pignora, sed imponatur hypotheca in bonis.

59 Declaratur † quarto, ex eadem l. Præses, C. de Pignor. nisi post pignus contractum, & hypothecam appositam, res hypothecata peruenisset ad manus Tertij, qui bona fide præscripsit. nam talis præscriptio non nocet creditori in pignore sibi prius tradito, ita hæc verba legis Præses, declarat Bald. in l. vsucapio, C. de Pignoribus.

Et sic ex hac Declaratione colligi videtur, quod Tertius non præscribit ius hypothecæ contra creditorem.

60 Veritas tamen est, quod Tertius, † cum titulo, & bona fide, nesciens quod res possessa fuerit per prius alteri obligata, præscribit contra creditorem habentem dictam rem obligatam, spatio decem annorum inter pręsentes, & viginti inter absentes, l. 1. & 2. C. Si aduers. creditorem. Bona Glossa, & notabilis in hoc, C. de præscription. 30. vel 40. annorum, in l. cum notissimi, in principio, in verbo, spatijs, quæ distinguit quattuor tempora. Decius, in capit. Cum inter, numero vigesimo tertio, de Exception. Neguf. de Pignor. parte secunda. Membro secundo. Paris. consil. trigesimo libro primo. Roland consil. 79. numero 7. libro 1. Bellon. consil. vigesimoquarto, numero tertio. Afflict. Decisione 139. in principio. Bonif. de Statutar. Vrbis præscription. glos. 19. in verbo contra omnes creditores, numero quadragesimono no. Oddo consil. 82.

Et hæc Conclusio vera est, ad præiudicium
61 creditoris, † etiam si simus in mera hypothecaria excussione, adhuc non facta; ex quo per creditorem tale impedimentũ de facili amoueri poterat, prout cõtra Alex. tenent Decius, Negusant. Bonif. & alij superius allegati. Crauetta, cõs. 263. col. 3. versiculo, ex alio etiam capite, consil. 148. col. finali, in principio. Natta ad Alexand. consil. 58. colum. finali, libro quinto. Et ab hac opinione non est in consulendo, & iudicando recedendũ. Balb. de Præscription. in 4. parte, 4. partis principalis, q. 3. in fine, & in prima parte, 6. part. principal. num. 25. Socin iunior, consil. 17. per totum, lib. 2. Paris. in c. Ex transmissa, in fine, de Præscription. & cons. 50. col. 1. vol. 1. Crottus ad l si constã te, in prima lectura, nu. 100. ff. soluto matrimon. Et hanc opinionem dicit veriorem Vrsill. ad Afflict. Decis. 139. nu. 2. & Arius Pinell. ad Authenticã, Nisi triennale, nu. 48. C. de Bonis maternis. Titubat hic Alex. ex aliqua particulari affectione; sic consuluit. Gomes. in §. rursus, nu. 15. de Actio. Pariter de Alex. in hoc valde miratur Ripa, responso 24. nu. 12. Vnde mutauit sententiam in melius, cons. 119. aliàs 120. vol. 6. Anna, dicens esse magis Communem, contra Alex. Singulari 237. vbi satis pulchrè loquitur.

62 Et multo magis † si intẽtetur Saluianũ remediũ, hodie frequentissimum, in quo non datur

 excussio,

excussio, iuxta ea quæ dixi latè in Tractatu Excussion. bonorum, parte 2. quæst. 31.

Et vltra ibi dicta pro negatiua, quod non requiratur excussio, de magis Communi, Borgnin. Decisione 27. num. quarto, in fine, parte secunda. Scaccia in sua Practica, capit. 62. sub numero 24. versiculo limita. Surd. consil. 4. num. 36. & de magis Communi Gratian. Decisione Marchiæ 15. sub num. 8. quem allegabo fideliter, prout profiteor omnes, & non imitabor eum, qui in suis Decisionibus, sumpsit de meis Operibus, de Locato, & Conducto, de Deposito, & Oblationibus varias, & diuersas resolutiones, & labores factos, & de me ne verbum quidem. Credo eum vidisse I.C. in l. hæreditatum, ff. ad leg. Falcid. & quod dicit Iasin fine sui operis, de Action. & si non vidit bonum est, & conscientiæ conuenit, vt videat.

63 Declaratur quinto, † vt allegata procedant, quando debitor esset conuentus, & fungeretur vice rei; si vero debitor ageret, tunc distinguendum est; Aut habuit Sententiam contra, quia reus probauit de dominio, & hoc casu idem dicendum est, quod quando debitor conuenitur modis de quibus supra. Aut debitor agens reportauit Sententiam contra, ex defectu probationum, & hoc casu creditori non præiudicabit. Alexand. ad l. Sæpè, num. 85. ff. de re iudicata. Felin. ad cap. Quamuis, col. 3. de re iudicata. Negusant. de Pinor. in 3. membro, 6. partis, num. 40. versiculo, Tertia Conclusio.

Ex parte vero creditoris, ponuntur etiam aliquæ Conclusiones. Quarum Prima est. Sententia † lata contra creditorem conuentum à Tertio super re pignorata, concurrentibus requisitis, l. Sæpè, de re iudic. præiudicat debitori scienti, & patienti. Alexand. ad d. l. Sæpè, num. octuagesimoquinto.

64

65 Secunda sit Conclusio, Sententia † lata contra creditorem agentem, ex eo quia reus probauit se dominum rei pignoratæ, si istud in sententia exprimatur, præiudicat debitori scienti, & patienti, l. circa, cum ibi notatis, ff. de Probation. Alexand. ad d. l. sæpè, columna vigesima, per textum ibi: versiculo, de proprietate pignoris.

66 Tertia sit † Conclusio. Sententia lata contra creditorem agentem, quia non probauit de dominio debitoris prout requirebatur, l. ante omnia, ff. de Probation. l. quæ nondum, §. quod dicitur, ff. de Pignor. non præiudicat debitori, secundum Bart. & omnes, in dicta l. Sępè, vbi Alexand. columna vigesima. Negus. in loco citato, sub numero 42.

67 Quarta sit Conclusio satis vtilis, † si primus creditor fuit superatus à Tertio possessore, per sententiam, & sic remansit in possessione securus à primo, ista sententia non nocebit secundo creditori. l. Claudius, vbi Bart. latè examinat. ff. Qui potior. in pignore habeantur, & ibi habes scholam tollendi circuitus qui nascuntur.

68 Decimasexta sit principalis Conclusio. Sententia † lata aduersus hæredem, nocet legatarijs, l. Papinianus, §. si ex causa, ff. de inofficioso testamento, l. si superatus, §. primo, ff. de Pignoribus, l. prima, ff. de Exceptione rei iudicatæ; Vnde contra legatarios executionem petentes talis sententia obstabit, & executionem impediet, & nocet legatarijs, etiam non citatis, & ignorantibus. Alex. ad l. Sæpè, num. 82. de re iudic. vbi subdit, quod semper appellare poterunt infra decem dies à die sententiæ. De Communi Peregrin. de Fideicommiss. Articulo vltimo, numero quadragesimonono.

69 Fallit in tribus Casibus. Primo, quando † non defendit causam hæres, l. si perlusorio, §. primo, ff. de Appellation. l. qui repudiantis. §. finali, ff. de inofficioso testamento, l. Diui fratres, ff. de libera li causa, l. si ideo, vbi bona Glossa, ff. de Euiction. De qua latè superius vidimus.

70 Secundo, † quando collusit, l. si seruus plurium, §. primo, ff. de Legat. primo, vbi bonus textus.

71 Tertio, † quando sententia est lata per iniuriã, & non appellauit, l. exceptione, ff. de Fideiussoribus.

72 Decimaseptima Conclusio † sit. Sententia lata in feudo ex pacto, non nocet successori. Andr. in cap. Si vassallus, de Feud. succes. colum. secunda, si de feudo defuncti milit. Decius, consil. 445. nu. 29. qui Communem dicit. Socin. iunior, consil. 181. nu. 93. lib. 2. Crauetta, consil. 197. num. 7. Tiraquel. de Legibus Connubial. glos. 5. nu. 207. Osasch. Pedemont. Decis. 157. num. 7. Marinus Freccia de Subfeudatione. Differentia 9. feudi ex pacto, & hæreditarij.

73 Sed Contrariam opinionem, † quod præiudicet successori etiam non citato, tenet Boer. Decisione 255. Soarez Allegatione vigesimaseptima, numero 3. Pinell. ad l. 1. parte 3. numero 48. C. de bon. matern. Couarru. Practicabil. Quæstionum, cap. 13. num. 6. Et hanc veriorem, & magis Cõmunem dixit Emanuel Soarez, in suo Thesauro, litera F. numero 73. Ludouic. Molina, de Primogenit. Hispan. libro quarto, capit. octauo. Anton. Padilla, ad l. vnum ex familia, §. si de Falcidia, numero duodecimo, de Legat. 2. Vincent. de Anna, Singulari 474. hanc vltimo loco referẽdo. Et Decisio Afflicti 396. vbi Vrsill. num. 2. declarat hoc verum, data scientia.

74 Decimaoctaua sit Conclusio. Si inter † duos Nobiles oriatur contentio de iurisdictione super aliquo Castro, sententia inter eos lata, non præiudicabit hominibus dicti Castri. Bald. in dicta l. secunda, C. de liberali causa. Sequitur Abbas, in capit. Quamuis, columna decima, de re iudicata. Capic. Decisione vigesima, numero decimooctauo.

75 Multa autem sunt principaliter requisita, vt † sententia lata inter alios, Tertio præiudicet, quorum Primum est; quod sit lata cum legitimo contradictore, l. cum non iusto, ff. de iudic. Quis autem sit legitimus contradictor, explicat per multos casus Menoch. de Adipiscenda, Remed. 4. quæst. 67. vbi Personal. nu. 391. cum multis sequentibus.

76 In proposito autem, † ille est contradictor legitimus, quẽ negotiũ principaliter tãgit, quo casu

præiudicat

præiudicat habentibus interesse in consequentiam, sed non è contra. Vnde sententia lata contra hæredem, nocet legatarijs, sed non è contra. Vidimus superius numero 68. Conclusione 16. Alexand. ad l. sæpè, num. 57. de re iudic. Pinell. de bonis matern. l. prima, parte tertia, sub num. 49. colum. quinta, in paruis, versiculo, Retenta, fol. 274.

77 Et an sententia † lata contra hæredem præiudicet cohæredi, tres videntur considerandi Casus iuxta Communes traditiones.

Primus est, cum ambo sunt purè instituti, & tunc sententia lata contra hæredem, cohæredi purè cum eo instituto non nocebit.

78 Secundus Casus est, † cum vnus est purè institutus, alter vero sub conditione, & erant coniuncti re, & disiuncti verbis, quo casu purè institutus, censetur in solidum institutus, pendente cōditione, iuxta glos. magistram, in l. 2. ff. Si pars hæreditatis petatur; & tūc sententia lata contra hæredem purè institutum, nocet cohæredi.

79 Tertius est Casus, † quando sunt disiuncti re, & tunc purè institutus, est pro parte heres tantū, & sic sententia contra eum lata non nocebit cohæredi, & ita post relatos ex Communi tradit Alex. ad l. sæpe, num. decimoquinto, ff. de re iudicata.

80 Et sic patet † Intellectus ad l. si heres, & eorum quæ ibi notantur, ff. famil. erciscundæ; namque in secundo casu superius posito, purè institutus pēdente conditione habebit totum, & ea deficiente residuum, idq. per ius accrescendi.

81 Et si quæratur † super tertio supra posito Casu, de alia dimidia quid agendum? Respondet Albericus, in d. l. secunda, quod dabitur curator hæreditati iacenti, donec conditio pendet.

82 Tertium requisitum, † quod causa defendatur, & sic sententia non sit lata in cōtumaciam, declarando vt latius superius, numero quinquagesimotertio.

83 Quartum requisitum † principale est, quod sententia sit declaratoria, & concepta sit verbis affirmatiuis, secus si concepta sit verbis negatiuis, per l. Diui fratres, ff. de liberali causa. Abb. in cap. penult. colum. finali, versiculo, Sextus Casus, ff. de re iudic. Alexand. ad l. Sæpè, num. 76. de re iudicata pulchrè Decius videndus cons. 445. num. 40.

84 Quintum † principale requisitum est, quod non interuenerit collusio, toto titulo de Collusione detegenda. Posui latè superius, num. 54. & num. 70.

85 Sextum requisitum principale est, † quod causa sit talis naturæ, vt præiudicet etiam alijs inter quos non fuit iudicatum. Alexand. ad l. sæpè, nu. 77. & sic attendenda est natura, & conditio causæ.

86 Quæ autem † sint causæ talis naturæ, vt præiudicent etiam alijs, est materia §. Præiudiciales, Institut. de Action. vbi enumerat de partu agnoscendo, & an aliquis liber sit, vel libertus. Posui superius num. 42.

87 Plures † autem aliæ sunt sententiæ præiudiciales, vltra eas quæ ab Imperatore allatæ fuerunt in d. §. præiudiciales, quas enumerat Bald. in l. 2. numero sexto, C. Quibus res iudicata non nocet, cuius verba libēter assigno, quia vtilia sunt in Practica, ad cognoscēdum quæ sint tales causæ, & admodum eius verba delectant.

88 Prima est. Sententia † quæ irrogat infamiam, quia est quedam lepra, quæ serpit, & inficit omnes, l. ex ea, ff. de postulando, vbi est ad hoc bona Glossa, quæ secundum Castrens. ibi, quotidie allegatur, quod sententia ex causa quæ irrogat infamiam, vbique præiudicat, etiam extra territorium Iudicis qui sententiam tulit, & secundum Glos. concomittatur condemnatum, sicut lepra leprosum, qui vbique est leprosus quocumque vadat, & est similis illis secundum Bart. qui habet membrum mutilatum; nam vbique apparet cum membro mutilato & manco; & ibi infert Alberic. quod bannitus ab vna Ciuitate, nō est bannitus ab alia, nisi ex causa infami sit bannitus, quia tunc vbique erit bannitus, & exsulare cogetur, nec poterit in aliquo loco exercere ius patriæ potestatis, nec testari, nec exercere alios actus Ciuiles.

Et in materia est textus elegans, & magistralis, in l. cognitionum, ff. de varijs, & extraordinar. cognition. vbi l. C. eleganter loquitur, & plura membra distinguit,

89 Secunda est pœna Deportationis, † quæ morti æquiparatur, l. prima, in fine, ff. de Contratabul, quæ pœna hodie recessit ab aula, in locis vbi non sunt Insulæ, sicut sunt in Regno Neapolitano, Iul. Clar. quæst. sexagesimaseptima, versiculo, Deportatio etiam; Et in eius locum successit exsilium, & bannum perpetuum. Grammatic. Voto decimonono, numero vndecimo. Cranetta, consil. ducētesimouigesimo, numero decimotertio, Osasch. Pedemont. Decisione centesimaquinta, numero tertio. Prosper Farinac. attestans de Communi, quæst. decimanona, numero 15.

90 Tertia est † sententia Excommunicationis, quæ priuat consortio sicut fœtidum cadauer, Glossa, in §. minor, Institut. de Capitis diminutione.

91 Est enim † Excommunicatio, pœna horribilis, & pertimescenda: quia eiectus de Ecclesia, rapido Dęmonum ore, discerpitur. Practica Simanchæ, ex Sententia Diui Hieronymi, cap. 65. & eo vtitur Diabolus sicut mulio vtitur suo iumento, Nauarr. in Manuali, cap. vigesimoseptimo, numero decimooctauo, & nulla est maior pœna in Ecclesia ipsa Excommunicatione. Canone, Corripiantur, 24. quæst. tertia. Et separat à consortio vti fœtidum cadauer. Latè Tiberius Decianus Tract. Criminal. libro quinto, cap. quadragesimoprimo, numero duodecimo, Tomo primo, vbi enumerat quattuordecim Effectus sententiæ Excommunicationis.

Et ea differt à Banno, quia ea vbique gentium ligat, etiam si diuersi sint Principes. Sebastian. Scaccia in sua Practica, capit. sexagesimotertio, sub numero sexto, versiculo, si vero sunt,

92 Quarta † est sententia Banni, siue exsilij, quia Reipublica non diuiditur l. Amissione, §. qui deficiunt, ff. de capit. diminutione.

93 Quinta est † sententia in Popularibus Actionibus, vel quasi. Dixi superius, numero trigesimoseptimo.

94 Vel in † causa collusionis. Dixi etiam superius, numero quinquagesimoquarto, in istis enim nō fertur sententia nisi semel, l. tertia, ff. de Collusione detegenda.

95 Sextum exemplum est, † sententia lata super matrimonio inter virum, & vxorem: quia in eis est principium, finis, & tota massa matrimonij, l. prima, in fine, ff. de liberis agnoscendis, de quo cō textu tetigimus superius, numero 48. Butr. in capit. penult. de re iudicata, in cap. Causam quæ, el secondo, colum. penult. qui filij sint legitimi.

96 Septimum † exemplum. Sententia lata super patria potestate, nam & hæc est præiudicialis, cum sit sententia status, vel quod filius sit legitimus, ex §. Præiudiciales, superius allegato; & hoc verum est, quādo inter principales met talis quæstio tractatur, tunc sententia lata est præiudicialis, postea quo ad omnes, secus si inter alios talis sententia feratur, quia inter alios puta, inter fratres, nulla præiudicialis actio competit, iuxta notata in l. ingenuum, ff. de statu hominum, & est declaratio principalis in omni casu, in tota hac materias, scilicet, quod res inter alios acta, alijs præiudicat, dum negocium fuit tractatum cum principali interessato, secus si cum alijs.

97 Octauum exemplum, † est sententia lata in Cētumuirali iudicio, nam propter authoritatem Senatus iudicantis, est præiudicialis etiam quo ad omnes, l. statu liberi à ceteris, §. finali, ff. de statu liberis.

98 Vnde, sententia † lata in publicis Concilijs, Collegiis, Consultis, & Congregationibus Illustrissimorum Cardinalium, facit ius quo ad omnes, propter magnam authoritatem iudicantium, tum propter numerum congregatorum, tum propter eorum authoritatem.

99 Nonum exemplum est, in sententia † lata super iure eligendi, patiente iam electo, cum causa Communis sit. Innocent. in cap. De causis, de re iudicata.

100 Decimum est exemplum, in † sententia lata super ætate, iuxta l. de ętate, ff. de minor. & in hoc considerantur duo Casus principales.

101 Primus est, quando † sententia est declaratoria minoris ætatis, & tunc ætas fuit probata mediante confessione iurata illius de cuius interesse agitur, ex tunc sententia desuper lata præiudicat quo ad illos tantum, & inter illas personas inter quas est iuratum, & non alios, secundum Bartol. in dicta l. de ætate, numero decimosexto, per notata in Authentica, Sacramenta puberum, C. si aduers. rem iudic. Bonus textus in l. si alterius, in fine, C. si minor se maior, dixerit, licet Bald. aliter sensisse videatur, cons. primo, numero secundo, libro quarto.

102 Si vero ætas † non fuit probata per iuramentum, sed testibus, vel instrumentis, vel aspectu, tunc sententia desuper lata non præiudicat alijs causis, nec quo ad alias personas, si talis probatio facta fuit seorsum ab eo, de cuius interesse principaliter agebatur, per l. Cum quæritur, ff. de Exceptione rei iudic. per quam ita tenet Bart. in d. l. de ætate, numero 17.

103 Si vero † talis probatio fuit facta per instrumenta, testes, vel aspectum, non absente eo de cuius præiudicio agitur, sed ipso præsente, tunc si interuenit dolus Aduersarij, non autem ipsius minoris, & non facit ius, nec cum minore, nec quo ad alios, stante dolo prædicto. Ita Bartolus in d. l. de ętate, numero decimooctauo, in l. minor, quæ est l. trigesimaseptima, numero tertio, ff. de Minor. Et sequitur Sapia, in dicta l. de ætate, columna penultima, per dictā l. si alterius, C. si minor se maior. dixerit, versiculo, quid si.

Ampliatur secundum Bartol. in dicto loco,
104 nedum † si Aduersarius esset in certa scientia, quod ille esset minor, sed præsumptiua tantum, dubitando illum esse minorem, per l. de tutela, C. de Restit. in integrum.

105 Si vero dolus † minoris interuenit, tunc prę- iudicat minori in ea causa, & Aduersario; in alijs vero nō prçiudicat, neque ipsis, neque alijs. Glossa Alberic. & Bartol. in d. l. de ętate, per l. Fulcinius, §. quod si aduersus, ff. Ex quibus caus. in possession. catur.

106 Aut neuter † fuit in dolo, nec minor, nec eius aduersarius, & tunc aut minor tractat de lucro captando, & tunc talis senentia preiudicat illi soli, & non alij, per l. minor adito, ff. de minor. Aut minor tractat de damno vitando, & tunc secus, per l. primā, C. Si minor se maior. dixerit, Sapia post Bartol. in d. l. de ętate, colum. penultima, vbi
107 Bartol. ampliat, etiam † si in futurum vellet sibi prouidere minor, & sic principaliter probare Cō
108 trariū, limitādo vt † in hoc sibi prçiudicet minor probando Cōtrariū, liquidissimis probationibus, per d. l. si alterius, in fine, per quam ita tenet Bartol. in citato iam loco.

109 Secundus casus principalis est, † quando sententia est declaratoria minoris ętatis, id est, per quam pronunciatur aliquem esse minorem; & vera Conclusio est hęc; quod quātum ad ea, quę
110 sunt gesta † ante illud tempus quo fuit declaratus minor, faciat ius inter omnes, & prçiudicet, per l. secundā, ff. de ferijs, ibi: ętates probentur; qui contextus mihi parum stringere videtur; certè hoc solum dicere videtur, prout ibi not. Bar-
111 tol. quod coram iudice potest † quis comparere, faciendo se declarari minorem, & hoc facere potest tempore feriarum in vtilitatem hominum institutarum, prout etiam ibi colligit Castrens. Et hoc est vtile, secundum Glossam ibi, ad matrimonium contrahendum, & restitutionem in integrum obtinendum, & ibi Iacobin. num. 6. restringit dispositionem illius legis ad examinandos testes infirmos, & valetudinarios, iuxta cap. Quoniam frequenter, Vt lite non contestata.

112 De † gestis autem post tempus sententię declarantis eum minorem, talis sententia non præiudicat,

cat, quia in his quæ cursu temporis mutantur, Acta facta in vno iudicio, fidem non faciunt in alio, l. spadonem, §. qui absolutus, ff. de excusat. tu
113 tor † vbi Albericus, & Bartol. explicant, sed melius Albericus iudicio meo, dū inquit. An quod probatū est in preterito, necessariò, vel præsūptiue, sequitur in præsenti, vel in futuro, vt si in prima cā probaui annorū numerū, vel de dominio, vel libertate, & tunc est verū, quod Acta vnius causæ, probant in alia; & ita intelligatur l. penult. C. de arbitr. & glossa ibi posita, & l. finalis, ff. de testibus, & l. siue possidetis, C. de Probation. & l. iubemus,
114 C. de liberali causa. Aut non † sequitur necessariò, vel præsumptiuè esse verum in præsenti quod probatum est in præterito: vt quia probaui numerū filiorū, qui modo possunt esse mortui, vel numerū tutelarū, quæ possent esse finitæ, vel de minori ætate, quia esset factus maior, & tunc de præterito non præsumitur in futurum, cum hæc cursu temporis varientur. Mascard. qui neminem ex his allegat. Conclus. 1059. numero trigesimo.

Est iudicio meo bonus textus in l. certa, §. deficientium, ff. de excusat. tutor. Bartol. in l. cura, §. 1. ff. de muneribus, & honorib. in l. 1. §. 1. ff. de vacat. munerum, in l. 2. col. 2. ff. iudicatum solui. Felin. in cap. Causam, num. 12. de testibus. Calcaneus consil. 8. num. 38. Mascard. Conclus. 33. numero 42.

Addo Bartol. in l. de ætate, numero 17. ff. de minorib. qui à nemine allegatur, & est locus principalis circa sententiam latam pro minore, Glossa in l. siue possidetis, C. de Probation. apertius in l. cum te, C. de eodem titulo. Abbas in c. In præsentia, num. 33. de Probation. Bald. & Salicet. in l. si minorem, colum. 1. C. de in integrum restit. minorum. Ancharan. in regula, Semel malus, col. penult. de regulis iuris, lib. 6. Alciat. regula 1. Præsumpt. 25. nu. 1. Menoch. de Præsumpt. lib. 1. quæst. 24. num. 18. lib. 2. Præsumptione 50. nu. 3. lib. 5. Præsumptione 32. num. 43. lib. 6. Præsumptione 25. num. 12.
115 Cautela † tamen datur à Bartolo in d. l. de ætate, numero 17. quod examinentur testes ad perpetuam rei memoriam super ætate, quo casu deseruiet pro negocijs præsentibus, & futuris, saltem ad excipiendum vel fiat Decretum iudicis super minoritate, in aliqua causa modici præiudicij, & probabit in omnibus alijs, inter easdem personas tantum, Probus ad Monach. in cap. Si annum, num. 15. de iudicijs, lib. 6. dicens hoc in Practica notandum. Alex. consil. 85. colum. 3. versiculo, & bene facit, vol. 2. & cons. 92. colum. 3. versiculo, idem respondere, lib. 5. Bald. cons. 66. col. 1. vol. 3. Corneus consil. 69. nu. 30. vol. 1. Purpurat. ad l. pacta, colum. penult. C. de Pact. Anton. Gabr. lib. 2. de Sentent. Conclus. 5. num. 4. Poterit tamen probari Contrarium, & ab eodem iudice reuocari, Socin. iunior consil. 3. num. 11. libro 2.
116 Et sententia † lata super ętate per aspectum, numquam transit in iudicatum, nisi fundata sit super notorio, nec facit ius quo ad omnes, & quo ad alios, nec defertur iuramētum suppl etorium in defectum. Bald. in l. cum te, C. de Probation. Aretin. in l. si minorum, C. de in integrum restitut. minorum. Sapia, ad l. de ætate, numero trigesimonono. Posui supra, Exceptione quinquagesima, numero 98.
117 Et habet vim † diffinitiuæ. Ripa, in Rubrica de re iudicata, numero quadragesimoquinto, ita, vt si iudex interloquendo, pronunciat aliquē esse minorem, & pars non appellat, vel appellationem interpositam non iustificat, & iudex ad vlteriora procedat super læsione in causa restitutionis, tunc talis interlocutoria facit ius quo ad omnes, ac si diffinitiuè super ætate fuisset pronunciatum, secus si nullatenus super ętate fuisset pronunciatum. Sforz. de Restitut. in integrū, quæstione 37. Articulo decimooctauo, in fine, reputans in Practica benè notādum, & ad id quod ibi ponit Sforz. quod in Casibus in quibus præiudicat sententia, noceant etiam Acta probatoria, est bonus locus apud Ripam, in l. secunda, numero 37. C. de Edendo, vbi ponit Conclusionem affirmatiuam, quod sic.
118 Decimum est exemplum, de sententia † alijs præiudiciali, vbi tractatur de conditione personæ, scilicet An sit Laicus, vel Clericus: nam hęc facit ius quo ad omnes, secus in sententia lata super domicilio, vel aliquem esse vassallum. Bald. in l. secunda, colum. tertia, in principio, C. Quibus res iudic. non nocet.
119 Septimum principale requisitū est, quod † causa fuerit ordinaria, & de causa plenè sit cognitū. Bart. in l. Sępè, quæstione 1. ff. de iudic. Declaratur tamen, quod licet simus in causa summaria, si tamen in ea fuerit seruatus debitus ordo in procedendo, & sic plenè cognitum, & plenè probatum, tunc sententia lata, alijs præiudicat. Alex. dicens valde notandum, ad l. Sæpè, numero 81. ff. de re iudic. dicens hoc fuisse solemne dictum Iacobi Butrigar. in l. hostibus, §. 1. ff. Ex quibus causis maior. Felin. dicens Communem, in c. Causam, num. 12. de testibus. Imola, in cap. literis, de restit. in integrum fuit opinio. Bartoli in Extrauaganti, Ad reprimendum, in verbo, Summariè, in fine. Riminald. consil. 258. num. 34. vol. 2. Natta, consil. 473. num. 15. de Communi Mascard. Conclus. 33. num. 49.
120 Nec illud omittere volo † in debito ordine procedendi in causis, faciendo quod egregiè ponit Federic. de Senis, consil. 160. Casus talis est, quod parui refert, quod in causa habeam bonum instrumentum pro me ad victoriam consequendam, nisi illud in iudicio exhibeam debito tempore. Vnde si exhibuero ante litem contestatam, & sic extra terminum probatorium, & sic anticipatè, ante quam ille sit datus, nihil releuat. Sequitur, & commendat Butrius, in capit. primo, de Probation. in capit. Fraternitatis, de testibus.
121 Octauum requisitum, quod † sententia non sit lata per iniuriam iudicis contra principalem: quia alijs hoc casu non præiudicat, prout tetigi superius, numero 71.
122 Simile videmus † in sententia lata contra emptorē per iniuriā iudicis, quę non nocet vēditori,

nec

nec & contra. Bartol. & ibi Iaf. in l. stipulatio ista, ff. de verb. obligation. Caballin. de Euiction. §. 5. num. 13.

123 Illud † addit Iaf. in l. si seruus plurium, §. 1. numero 7. super Glossa, in verbo, Nocebit, quod superatus legatarius per iniuriam hæredis, non aget contra eum rei vendicatione, per l. si superatus, §. 1. ff. de Pignoribus.

124 Nonum requisitum est, quod † condemnatus appellet, aliàs si non appellat cum deberet, sententia contra eum lata, aliis non præiudicat, d. l. si seruus plurium, §. 1. Alexand. ad l. sæpè, numero 83. ff. de re iudicata. Receptum enim est vt appellare possit, & debeat, & in causa appellationis Ius suum prosequi, vt pluries superius dictũ fuit, vt etiam tradit Alexand. in l. filiusfamilias, §. Diui, numero 9. ad finem, & ibi Crotus, numero 39. versiculo secundo, Ripa, numero 62. Loazes num. 128. Latè Felin. in cap. Cum super, numero 10. de re iudicata.

125 Et † tenetur hic condemnatus non solum appellare, sed & eam appellationem prosequi, in prima, secunda, & tertia instantia, aliàs non noceret talis sententia, prout latius dixi superius in principio, num. 8.

126 Decimum requisitum est, vt † successor, vel alius cui nocere potest talis sententia, audiatur, si probare velit sententiam esse latam ob dolũ, vel culpam, vel negligentiam, vt etiam superius tetigi in materia collusionis, & in materia legatariorum, debitoris, & creditoris, & similium, & ponunt Scribentes in suprà citatis locis, & numeris. Et Socin. ad l. Gallus, §. & quid si tantum, columna finali, per l. ex contractu, ff. de re iudicata, ibi: Nisi culpa tutoris, & tradit Tiraquell. de Nobilitate, cap. 37. num. 1.

127 Vndecimum requisitum est, quod † sententia non sit aliquo defectu nulla, quia tunc successori non nocet, nec etiam ipsimet condemnato, iuxta ea quæ tradidi latè Exceptione 48. numero 17.

Sed quid in causa decisa ex Iuramento litis decisorio, an præiudicabit alijs; Posui in Tractatu de Iuramento litis decisorio, quæst. 15. principali, iuramentum vnius nec prodesse, nec nocere alij.

128 Ego, vltrà ibi dicta † in terminis huius quæstionis allego Glossam ad l. Ingenuũ, ff. de statu homin. quæ ampliat textum ibi, de sententia, & re iudicata loquentem, ad causam iuramento decisam, vt noceat etiam aliis, prout sententia & res iudicata, de qua superius locuti sumus; & eã ibi approbant Alberic. numero 4. Bart. Bald. & Angel. & illam Glossam ad hoc reputat singularem, & peregrinam Angel. Aretin. in §. præiudiciales, numero 9. vbi Iaf. numero 31. Institut. de Action. Felin. in cap. penult. numero 14. de re iudicata.

129 Sed cum † opinione negatiua per me posita in d. Tractatu de Iuramento decisorio, in loco superius citato, tenet vltra ibi allegatos Arius Pinell. de bonis matern. l. 1. 3. parte, sub numero 49. in 7. limitatione, fol. mihi 277. asserens hoc procedere etiam in Iuramento suppletorio. Sequitur Peregrinus de Fideicommiss. Articulo vltimo, numero 62. in fine operis. Et hæc opinio vi-

130 detur confirmanda: quia † probatio per iuramentum, non est legitima probatio, vt dixi in tractatu de Iuramento decisorio, quæst. principali 39.

Addo Glossam celebrem, & ab omnibus pro singulari commendatam, in l. cum de indebito, in verbo, legitimis, ff. de probation. vbi Iacobin. numero 11. reputat illam Glossam valde notabilem, ad hoc quod iuramentum non sit legitima probatio. Notabilem quoque dixit Corsett. in Singularib. in verbo, mandatum, numero tertio, Iaf. in §. quadrupli, numero quarto, de Action. Alexand. consil. 119. numero 9. libro secundo. Decius, in Rubr. de Probation. numero 2. Seraphin. de iuramento, Priuileg. 33. numero 170. Et hæc est vera, & Communis opinio. Berous in Rubr. de Probation. numero 76. Marsil. in d. Rubr. colum. 26. Et hanc magis Communem dicit Gomes. in §. Item si quis postulante, numero quarto, de Action. Capic. Decisione 91. Mascard. in prælud. de Probation. quæstione nona, in principio, dicens hanc esse veriorem, & magis Communem opinionem. Plot. de in litem iurando, §. secundo, numero trigesimoprimo, vbi de magis Communi.

131 Et hoc declaraui † esse verum in iuramento suppletorio, secus in iuramento litis decisorio, quod probaui esse legitimam probationem, in allegata quæst. principali 39. Nec ratio pati videtur, vt iuramentum meum noceat tibi, & alijs, cum quibus non est litigatum.

Quibus accedat, quod tradit Iaf. ad l. si quando, numero 38. C. Vnde vi, vbi cum Bartolo & alijs concludit, probationem per iuramentum, etiam disponente Statuto, non nocere Tertio.

132 Quid in sententia † lata super renunciatione? vtique alijs non nocet, nec præiudicium facit. Bald. in l. secunda, numero octauo, C. Quibus res iudicata non nocet, tenet quod non, ex l. si te, C. de Ingenuis manumiss. dicens hoc in Practica valde notandum. Et illum textum dixit singularem Roman. Singulari 790. incipiente: Dicit l. postquam liti. Notabilem dixit Alex. ad l. naturaliter, §. nihil commune, sub numero trigesimonono, colum. sequent. versiculo confirmo, ff. de acquiren. possession. inferentes ex hoc, quod renuncians non dicitur transferre ius, vel dominium in aduersarium. Idem tenet Decius, in l. Postquam liti, numero vndecimo, C. de Pactis.

133 Declarat † Bart. in l. siue apud Acta, in fine, in prima lectura, C. de Transaction. Aut promitto, non agere, vel promitto non petere, & per hæc verba, non transfero dominium in eum cui promitto; Aut adhibeo verba importantia dominij translationem, & tunc transfertur dominium, subdens ibi Bartol. hoc esse notatu dignum.

134 Et sic per hãc Bartoli doctrinã infertur, † quod si ego facio tecum pactum, de amplius non petendo, quod per hoc non transfero ius, neque dominium in Aduersarium.

Decla-

135 Declarat † alio modo, & clarius, iudicio meo, Bald. in l. si inter vos. C. Communia vtriusque iudic. in l. 1. colum. 1. C. de bonis matern. Aut quis renunciat liti, vel rei, Primo casu nullum ius transferet in aduersarium, secundo casu sic; Nec dissentire videtur Ias. in l. si pro fundo, numero 10. C. de transaction. Salicet. in l. alia, per illum textum, in vltimo notabili, C. De his quibus vt indignis. Contrarium tenet Pinell. de Bonis matern. parte 3. l. 1. C. de Bonis maternis, fol. 265. in fine.

136 Declaratur † meo iudicio, satis bene, in cap. Olim, in fine, de Rescript. considerãdo duos Casus. Aut ius Actoris est dubium, propter exceptiones deductas per reum, & tunc si postea reus cedat liti, vel renunciet, fatetur de bono iure Actoris. Aut de iure Actoris nullo modo constat, & tunc cedens, vel renuncians liti, nihil fatetur de iure Aduersarij, subdens ibi Felin. hoc bene notandum: quia faciet in Practica magnum honorem, est de hoc glossa notabilis, & singularis, secundum Dominic. ibi, colum. 8. in cap. Si duobus, in verbo, si verò, in vltima solutione glossæ, de Rescript. lib. 6.

137 Et circa † intellectum dictæ legis si te, iudicio meo verus sensus esse videtur, quod renunciatio de qua ibi, nocet renuncianti, sed ex hoc, ille non probatur absolutè ingenuus: quin alius non possit prætendere esse sibi seruum; Vnde aliunde probanda est ingenuitas. & iste intellectus iudicio meo, conuenit intentioni ipsius Baldi, dicentis, renunciationem nocere soli renuncianti; & sic sententia super renunciatione lata, alijs nocet, vt superius à principio deductum fuit.

138 Sicut etiam è contra renunciatio † facta ad fauorem vnius, non prodest alijs, sed illi soli, nec eius personam egreditur, l. Iubemus, C. ad Velleian. & non extenditur vltra personam. Paris. consil. 12. numero 90. volum. 1. consil. 12. numero 95. volum. secundo, Ruin. consil. 204. numero 3. volum. primo, Bertrand. consil. 233. num. 2. volum. 2. late alios allegans, Beccius. consil. 74. num. 23.

139 Et consensus † in alienatione pignoris præstitus ad fauorem vnius creditoris, non prodest alijs. glossa in l. Paulus, in verbo, Remisisse, ff. quibus mod. pign. vel hypotheca soluitur. maxime quando accomodatur secundo creditori, & secundæ obligationi. Surd. Decisione 163. numero decimo.

Pariter, sententia lata ex transactione facta, Tertio non præiudicat. Pinell. de bonis matern. l. 1. parte 3. in octaua limitatione. fol. mihi 279. latius infra num. 150.

140 Similiter † sententia lata ex confessione succumbentis, Tertio non nocebit, in cuius fraudem fieri potuit, ex l. qui testamentum, in fine, ff. de Probat. & ibi Bart. notat; & in l. cum quis decedẽs, §. Codicillis, Instit. de legat. 3. pulchrè Butrius consil. 5.

141 Confessio † enim vnius, alteri non nocet, l. duobus, §. 1. vbi Ias. de Iureiurando. Bald. consil. 45. volum. 1. Berous consil. 201. numero 10. vol. 3. Natta consil. 418. numero 11. Roland. consil. 58. numero 10. volum. 2. Cephal. consil. 101. numero nono, Crauetta, consil. 966. num. decimosexto.

142 Hinc † confessio cedentis, non nocet cessionario. Ostasch. Pedemontana Decis. 45. Bart. Castr. & alij, in l. facta, §. hæres, ff. ad Trebell. Berous consil. 187. numero 5. volum. 1. Natta consil. 151. numero 11. Roland. consil. 85. numero 9. volum. 2. de Communi Menoch. de Arbitr. lib. 2. Casu 473. numero 11. Ronchegall. de duobus reis, l. 3. numero 72. licet contrarium teneat Farinacc. quæst. 60. num. 353. de Communi etiam Mascardus Conclusione 374.

143 Confessio † vendentis, pignorantis, vel donantis, non nocet emptori, donatario, vel creditori, Castrens. in l. Seia municipij, ff. ad Velleian. Roland. consil. 85. numero sexto, volumine secundo.

Addo Castrens. in l. si partem, §. finali, ff. quemad. seruit. amitt. sub numero 4. vbi legatarium non posse post rem legatam venditam, aliquid confiteri in preiudicium emptoris, vbi Castrens. reputat illum textum notabilem.

Contrarium tenet Cephal. consil. 21. numero 16. lib. 1. vbi post Imolam & Decium demõstrat, confessionem vẽditoris nocere emptori, dicitq. quod hoc non habet dubium.

144 Confessio † debitoris non nocet creditoribus, nisi aliter constet quam per confessionem ipsius debitoris. Socin. senior consil. 78. numero secundo, volum. 4. authoritate Bartoli, in l. post contractum, colum. vltima, ff. de Donation. sequitur Tiraquell. de Retractu conuentionali, §. 1. glossa 7. num. 47. qui addit Cin. in l. vbi adhuc, quæst. 12. C. de iure dotium.

145 Vnde, si sunt † duo creditores, vnus de confessione, alter, sed posterior, de actuali numeratione, si inuicem concurrant in prioritate, præfertur iste secundus, qui habet pro se actualem numerationem, l. Titius, ff. quæ res pignori obligari poss. quam sic interpretatur, & declarat Angel. in l. diuersis, C. qui potior. in pignore habeãt. monens in Practica Notarios, vt semper apponant Clausulam, Prout habuit, & recepit &c.

Quam limitationem non vidi apud Negus. de Pignor. in secundo Membro 5. partis, vbi ex professo materiam pertractat. Reputat valde singulare, & in Practica notabile, Cotta, in Memorabilibus suis, in verbo, Creditor, 7. vbi multis cõfirmat. Gratian. Decis. 125. num. 5.

146 Confessio mariti † de dote Recepta, non nocet creditoribus, nisi renunciatum sit exceptioni, non numeratæ dotis; vel fuerint elapsa tempora ad eam opponendam. Crauetta, consil. 40. numero 6. Alexand. consil. 25. colum. 2. versiculo pro hoc, etiam allegat, lib. 3. quod est repetitum consil. 90. libro 3. consil. 123. columna prima, circa finem, libro 6. Aretin. consil. 86. columna secunda. Et hanc dicit Communem Alexand. cõsil. 78. columna tertia, versiculo, tertio stringit, libro primo, vbi latè probat; & eamdem Communem esse attestatur Socin. consil. 82. colum. prima, libro tertio, Gozadin. consil. 42. colum. 3.

Curt.

Curt.fenior. confil.70. colum.1. Ioseph. de Ludouic. Decisione Perusina 66. numero 37. Roland.consil.85.numero 42.libro1. Bursat.latè,dicens Communem, confil.32.numero 42.libro1. Surdus Decisionē 116. Cotta in verbo, Dos habet,versiculo, secundo Priuilegium. Tiraquell. de Retractu conuention. §.4. Glossa 6.numero 14.in fine. Boerius Decisione 330. numero 3. Roland.consil.74. numero 9. volum.4. Surdus iterum, Decisione 214.numero 6. Afflict. Decisione 402.numero 10. Bald. Nouell. dicens pariter Communem,de Priuileg.dotis,parte 10.numero 12. Anton. Gabriel. loquens etiam de tertio possessore, lib.3.de Iure dotium. Conclusione 4. nu.8. Viuius in Silua, pariter de Commun, Opinione 148.num.6.

147 Intelligendo † semper de creditoribus futuris,id est post lapsa tempora ad opponendum talem exceptionem; quibus hoc modo talis confessio præiudicat;si verò essent creditores futuri, id est qui superuenerunt pendente tali termino, tunc data scientia opponere debent,aliàs sibi præiudicant;& data ignorantia, excusantur, & restituuntur. Crauetta d. consil.40. numero 6. Emanuel de Communi in suo Thesauro litera D.numero 333. Didac. variar. resolution. lib.1. cap.7. numero 6. Gratian. Decisione Match. 103. numero 19.

148 Et licet in renunciatione † non numeratæ dotis, quod creditoribus non præiudicet, teneat Anchar.quæst.familiar.32.num.4.parte 2. Decisio Perusina 66.numero 38. Meno h. lib.3. Præsump.13.numero 15.& 32.tamen ita tenuit Rota apud Caputaquens. Decis.196.parte 1.

149 Verum † Mascard.Conclusione 361.numero 32. & Conclusione 363. numero 9. dubitauit de hac Conclusione,dicens ex æquitate Canonica, exceptionem non numeratæ pecuniæ perpetuo opponi posse, ex adductis per eum. Sed hodie Contraria opinio est verior, & magis Communis. Crassus de Communi, lib. secundo, cap. 13. quæst. 12. Bonacoss. de æquitate Canonica, Conclusione 103. Duenn. Regula 261. in secunda limitatione,in fine.

150 Et circa † transactionem, de qua vidimus superius numero 139. versiculo pariter, illud addendum videtur,quod transactio facta inter hæredem scriptum, & legitimum, non præiudicat Legatarijs & Fideicōmissarijs, nec Substitutis, vel alijs in posterum successuris. Bartol. in l.controuersia,ff.de Transaction. Bald.consil.215,in primo dubio,libro 1.per textum in l.finali, §.fin autem, C. Commun.de Legat. Natta consil.470. numero 12.& 13.& consil.465. Ruin. consil.138. numero 10. libro 2. qui loquitur in renunciatione fideicommissi:vt noceat renuncianti soli,sed non sequacibus post eum. Et clarius hoc firmat Ripa,ad l.qui Romæ,§.duo fratres, numero 101. ff.de verbor.obligation. Alba, consil.74.numero 1.& 2. Alciat. Responso 577.numero 3. Menoch. consil.545.numero 7. lib. 3. Præsumptione 115. numero 59. Beretta,consil.134. numero 13. Cephalus consil.371.numero 32. Sfort.Oddo, consil.49.numero 9. Et sic decisum fuisse retulit Beccius Decisione 147. ante numerū decimū sextū.

151 Similiter † in feudalibus, & emphyteuticis, sequentibus in gradu, per anteriores præiudicari non potest. Alexand.consil.15.numero 8. libro 5. Decius consil.193.numero 4.& consil.263.numero 3.& 269.numero 5. Iason, consil. 64. libro 3. in l. 2. numero 208. C. de iure emphyteutico. Aretin.consil.14. numero 9. versiculo Præterea posito. Est Cōmunis opinio, attestata per Grat. consil.22.numero 21.volum.1. Declarando vt per Anton. Gabr. libro 3. de Iure emphyteutic. Conclusione 2. Ioseph.de Ludouic. Decisione Lucana 66. Corbul. de Iure emphyteutico, de causa ob renunciationem,numero 31. Peregrin.de Fideicommiss. Articulo vltimo, num.83. Surd. Decisione 324.

152 Sententia autem lata contra emphyteutam ad instantiam domini directi, bona esse deuoluta, nocet creditoribus emphyteutæ. Alexan.consil.45.colum.2.volum.5. Tiraquell.de Retractu, §.3. Glossa 1.numero 10. Vrsil. ad Afflict. Decis. 396.num.2.

153 Et sententia † inter alios lata, non nocet quo ad exceptionem, vel Actionem, secus quo ad possessionem. Rota Decis.478.in nouis.

154 Et sententia lata contra † proprietarium, nō nocet vsufructuario, nisi sciret litem motam inter proprietarium & eum, qui constituit vsumfructum. Rota Nouiss. Decisione 1165. parte tertia.

EXCEPTIO CXXIV.

Contra minorem indefensum.

SVMMARIVM.

1 *Sententia lata contra minorem indefensum, est ipso iure nulla, nec aliquam meretur executionem.*

2 *Minor dicitur indefensus, si non habeat curatorem; vel habeat, & interuenire noluerit.*

3 *Limita, non habere locum in sententia interlocutoria, quæ potest ferri contra minorem indefensum.*

Declara procedere in interlocutoria modici præiudicij, vt infra, num.11.

4 *Pupillus, & minor, patitur primum decretum, vt ibi.*

5 *Amplia etiam si solus pupillus fuit citatus, et nec ipse, nec alius pro eo comparuit, nam tunc primum Decretum tenet.*

Iudex non potest minorem contumacem, declarare maiorem. ibid. sub eod. num. 5.

Infans non patitur neque secundum decretum, & citantur Agnati, & Cognati ad suscipiendum tutelam; & tandem datur curator hæreditati iacenti. ibid. sub eod. numero 5.

6 *Sententia banni potest ferri etiam contra minorem indefensum.*

Statutum quod contumax habeatur pro confesso & conuicto, comprehendit etiam minorem ibid. sub eodem numero 6.

7 *Contrariam opinionem tenet Farinacc. vt hic, & male. Distingue, & Declara, ut per eundem Farinacc. inter causas criminales, & ciuiles ibid. sub eod. num. 7.*

Quid

8 *Quid si fuerit personaliter citatus, an excusetur; & quid si comparuerit per procuratorem.*

9 *Citatus personaliter, si dixit se nolle comparere, & sic nõ comparuit, dicitur in dolo, & non excusatur, & poterit poni in Banno, etiam minor.*

10 *Minor in qualibet specie contumaciæ semper appellare potest à sententia sibi nociua.*

11 *Declara interlocutoriam posse ferri contra minorem indefensum, quando interlocutoria est modici præiudicij.*

12 *Interlocutoriæ sunt duplicis differentiæ, quædam modici præiudicij, vt sunt illæ quæ non habent vim diffinitiuæ: quædam magni præiudicij, vt sunt quæ habẽt vim diffinitiuæ.*

13 *Iudex pronuncians esse vel non esse ad vlteriora procedendum super libello porrecto, dicitur Interlocutoria præiudicialis, habens vim diffinitiuæ.*

14 *Interlocutoria super exceptione inepti libelli, ad impediendum executionem, habet vim diffinitiuæ, & sic non poterit reuocari, nec ferri contra minorem indefensum.*

15 *Absolutoria ab obseruatione iudicij, habet vim diffinitiuæ.*

16 *Debitor soluens lite pendente, non absoluitur diffinitiuè, sed ab obseruatione Iudicij tantum.*

17 *Contrarium refertur de mente plurium, vt latius hic, & num. sequenti.*

19 *Declara, & distingue, vt hic.*

20 *Pronuncia declarans instantiam peremptam habet vim diffinitiuæ.*

21 *Idem de pronũcia super desertione appellationis, vt hic, & num. seq.*

23 *Appellans absens, an debeat pati labi instantiam appellationis.*

24 *Quid si fuisset appellatum à diffinitiua, & quid sit diffinitiua.*

25 *Iudex à quo, potest reponere appellantem à pronuncia desertionis appellationis ad docendum de diligentia, vide in Practica, vt latius hic.*

26 *Interlocutoria talis non potest ferri contra minorem indefensum, vt hic.*

27 *Interlocutoria super appellatione, an sit appellabilis, vel ne, habet vim diffinitiuæ.*

28 *Interlocutoria lata super appellatione interposita a minore indefenso, est nulla.*

29 *Pronuncia an sit locus appellationi, vel non, habet vim diffinitiuæ.*

30 *Restitutio in integrum non est necessaria minori contra quem fuit pronunciatum non licuisse appellare, sed satis est dicere de nullitate, vt latius hic.*

31 *Pronuncia de processu nullo, est interlocutoria, habens vim diffinitiuæ.*

32 *Interlocutoria seu pronuncia super nullitate sententiæ, habet vim diffinitiuæ.*

33 *Pronuncia lata etiam vigore Instrumenti Cameralis, guarentigiati, dicitur habere vim diffinitiuæ, & ideo nulla contra minorem indefensum, vt hic.*

34 *Condemnatio expensarum habet vim diffinitiuæ.*

35 *Declara, & distingue vt hic.*

36 *Minor indefensus non potest condemnari in expensis.*

37 *Sententia super exceptionibus peremptorijs lata, habet vim diffinitiuæ.*

38 *Declara, & distingue, vt hic.*

39 *Pronuncia instantiæ peremptæ, habet vim diffinitiuæ.*

40 *Interlocutoriæ modici præiudicij, quæ ferri possint contra minorem indefensum enumerantur hic.*

41 *Minor dicitur indefensus pluribus modis, & Primo, quãdo numquam pro eo curator interuenit.*

42 *Item si a principio tantum interuenit.*

43 *Tertio, si a principio non interuenit, sed postea sic.*

44 *Quarto, si curator defecit in prolatione sententiæ.*

45 *Decretum secundum regulariter contra pupillum interponi non potest, nisi in tribus Casibus, vt hic.*

46 *Sententia igitur lata contra minorem indefensum, est nulla, nec aliquam meretur executionem.*

47 *Amplia etiam in criminalibus.*

48 *Amplia idem in secunda instantia, sicut in prima.*

49 *Amplia etiam in fideiussoribus datis a minore, qui nec etiam obligantur.*

50 *Amplia etiam in causis beneficialibus.*

51 *Minor non potest per sententiam excommunicari, nisi sit doli capax, & defensus.*

52 *Amplia vt nec valeat lata ad fauorem minoris, stante defectu legitimationis personæ.*

53 *Idem si habuisset curatorem minus legitimum, vel legitimum, sed non comparuisset.*

54 *Idem si lata sit contra furiosum.*

Quid si contra infirmam, vel phreneticum, ibidem sub eod. num. 54.

55 *Quid si minor iurasset non venire contra processum, & sententiam, an per tale iuramẽtum validetur iudicium hic, & num. sequenti.*

57 *Quid si coram Arbitro.*

58 *Quid si minor constituisset procuratorem ad iudicia cum iuramento.*

59 *An requiratur certioratio.*

60 *Minor potest appellare, licet vigore iuramenti præstiti restitutionem petere, nec de nullitate dicere possit.*

61 *Quid in iuramento concepto de præterito, vel præsenti.*

62 *Minor potest esse in iudicio sine Curatore, in causa vbi proceditur sine strepitu, & figura iudicij.*

63 *Idem in iudicijs possessorijs.*

64 *Declara procedere in minore Actore, secus vbi conuenitur.*

65 *Minori indefenso non denegatur restitutio aduersus sententiam contra eum latam.*

66 *Declara non procedere in possessorio modici præiudicij, in quo minor non restituitur.*

67 *Sublimita, nisi ex tali possessione posset inferri in futurum notabile damnum.*

68 *Quid si petatur post quadriennium.*

69 *Quid requiratur ad obtinendam restitutionem.*

70 *Titulum infectum allegans non auditur.*

71 *Restitutio non datur, si possessori non sit extraordinarium.*

72 *Processus nullus contra minorem indefensum, quomodo sanari possit.*

Sen-

1 SEntentia lata contra† minorem in defensum, est ipso iure nulla, nec aliquam meretur executionem, l. Acta, §. finali, ff. de re iudicata, vbi glossa finalis, quam Doctores reputant singularem, vt ibi per Bolognin. in Additionibus marginali-
2 bus. Quod minor† dicitur indefensus, si non habet curatorem, vel habeat, & interuenire noluerit. Ad quam Bartol. ad l. qui habet, §. si pupillus, ff. de Tutoribus; & dicit Castrẽs. in d. l. Acta, §. finali, quod ille textus resoluit quæstionem propositam per glossammet in l. cum & minores, C. si aduers. rem indicatam, quæ dicebat nulla lege reperiri, an valeat sententia contra minorem curatore carentem: nam non valet; & est textus expressus in d. l. Acta, & sic Accursius Glossator, licet comentatus sit totum Corpus Ciuile, tamen non fuit memor istius legis ad casum istum. Ad idem textus in l. cum, & minores, in prima parte, C. Si aduers. rem iudicatã, vbi appellat minores indefensos, curatore carentes, declarando vt infra, numero 40. vbi vide re placeat. Et hæc est Communis opinio, à qua in indicando non est recedendum. Caldas ad l. si curatorem habens, in principio, num. 9. & 10. vel dicitur indefensus, si expediebat defendi, & non fuit defensus. Bald. in Margarita, in verbo, minor, quæstione tertia, vel persona non erat legitime constituta, Crauetta consilio centesimo sexagesimoquinto numero primo.
3 Limitatur ista Conclusio† in sententia Interlocutoria, quæ potest ferri contra minorem indefensum. Bartol. in l. cum, & minores, in prima opposit. C. Si aduers. rem iudic. Declarando, & restringendo ad Interlocutoriam de immittendo, quæ fertur contra minorem contumacem, & indefensum; per l. apud Iulianum, §. finali, ff. de bonis authorit. Iudicum possidend. & in l. si minor, eodem titulo.
4 Et sic, pupillus† & minor patitur primum Decretum, iuribus prædictis.
5 Ampliatur† per Castrens. in l. contra pupillũ, num. 2. ff. de re iudicata, etiam si solus pupillus fuit citatus, nec ipse comparuit, nec alius pro eo: nam primum Decretum contra eum latum, valet, & tenet, Decius consil. 549. num. 3. vbi subdit, quod licet iudex comminetur, quod legitimè nõ comparendo habebitur pro maiore, procedendo ad vlteriora, hoc iudex facere non potest, scilicet declarare maiorem, qui non est. Declaratur hoc non procedere in infante, qui non patitur, neque secundum Decretum, & citantur omnes Agnati, & Cognati, ad suscipiendam tutelam, & tandem datur curator hæreditati iacenti. Vrsill. ad Afflict. Decisione ducentesima-quinquagesimasexta, & Decisione ducẽtesima
6 sexagesimasecunda. Inferens ex hoc illud† etiam, quod sententia banni ferri potest contra minorem, etiam indefensum; & quod Statutum, quod contumax habeatur pro confesso, & conuicto, comprehendat minorem, Bald. in l. 1. num. quinquagesimonono, C. de confess. attestans ita in Practica ferrari. Nell. de Bannit. par. te 1. primi tempor. quæst. 1. Aretin. in Tract. Malesicior. in verbo, Comparent, num. 1. & 2. Ias. in l. impuberes, num. 2. ff. de in ius vocando. Alex. ad Bartol. in l. certum, §. in pupillo, de Confess. Corneus consilio centesimo nonagesimo octauo, numero sexto, libro quarto, Anton. Gomez. in Epitome Delict. cap. 1. num. 66. versiculo, & in expresso. Boer. Decisione 63. num. 6. qui in fine ait, in Curijs Regni Franciæ, non obseruari dispositionem l. clarum, C. de Author. præstanda, contra minores absentes, & contumaces, & in Curia Burdegalẽsi attestatur Gugliel. de Benedict. in cap. Rainutius, de testament. relatus per eumdem Boer. & de Curia Papiensi, attestatur Papiens. in forma inquisition. in verbo, contra & aduersus, numero 2. licet sonent eius verba in abusum, & de Senatu Mediolanensi, idem attestatur Bossius, in titulo de Confess. quæst. 69. Iul. Clar. §. finali, quæst. 50. in principio, quæst. 55. versiculo, & apud Venetos attestatur idem obseruari, Cason. de Torment. cap. 10. numero secundo. Latè defendit hanc opinionem, & pluribus comprobat Natta consil. 540. & 541. Menoch. eius dicta reassumendo, consilio 100. numero 120. & 149. cum seq. tomo primo, cum alijs adductis per me, in Tract. de Minore indelict. excusando, quæst. 44. vbi ex Rolan. & Bonacosso posui hanc esse Communem opinionem. Vide infra, numero 47.
7 Contrariam† opinionem defendendo, conatur vnico verbo respõdere D. Prosper Farinacc. quæst. 11. sub numero 30. versiculo, in alijs verò locis, distinguendo inter causas ciuiles, & criminales, vt in ciuilibus reddatur contumax, & patiatur primum & secundum Decretum, secus in delictis, & causis criminalibus; & sic vnico verbo profitetur destruere omnes rationes Nattæ, Deciani, & Menochij, qui, vt clarè vides, per plures, varias, & efficaces rationes, quæ in specie, & in indiuiduo concernunt causas criminales, concludunt, minorem reddi in criminalibus contumacem, & consequenter posse poni in banno; nec modo aliquo talis responsio Domini Farinacc. tollit, & euacuat claras rationes in criminalibus loquentes, adductas, & specificatas per istos tres præstantissimos viros, ex professo in dictis concilijs ad longum materiam pertractantes.
Alio igitur modo conciliat Natta, consilio
8 541. numero quinto, † præsupponendo minorem etiam in criminalibus reddi contumacem. Aut minor personaliter citatus perseuerat in sua contumacia, & non excusatur; aut comparet, per se, vel per procuratorem, & tunc excusatur, quia per subsequentem comparitionem sanatur contumacia. Et licet ipse non dicat, fuit opinio Castrens. ad l. contra pupillum, ff. de re iudicata.
9 Alio modo conciliat opiniones† Roland. à nemine vt viderim allegatus, consilio nonagesimoquarto, numero trigesimosecundo, volumine quarto, Aut minor fuit personaliter citatus, & dixit se nolle venire, sicut non venit, & sic fuit in dolo vero, & contumax apparenter, & existenter, & illo casu non excusatur, & pote-

& poterit poni in banno; secus si talia verba non dixisset. Ponit Sfort. de restitutione in integrum parte secunda, quaest. octuagesima secunda, articulo septimo, Posui supra, Exceptione 45. numero 316.

10 Et minor † in qualiber specie contumaciae semper appellare potest à sententia sibi nociua. Bartol. in l. minor etiam, ff. de minor. Abbas in cap. Auditis, numero decimoquarto, de restitut. in integrum; sed quando restituitur ad appellandum, hoc casu consideratur qualitas contumaciae, per Sfort. in citato loco, & cum non sit praesentis materiae, sufficiat loca atrigisse.

11 Id autem quod dictum est † superius numero tertio, quod, Interlocutoria potest ferri contra minorem indefensum, procedit, & declaratur locum habere in interlocutoria modici praeiudicij, prout illa de qua ibi diximus de missione ex primo Decreto.

12 Vnde interlocutoriae † sunt in duplici differentia; quędam sunt modici praeiudicij, & sunt illae quae non habent vim diffinitiuae; quaedam sunt magni praeiudicij, & sunt illae quae habent vim diffinitiuę. Castrens. in l. cum & minores, numero tertio, C. si aduers. rem iudicat. qui allegat Bartolum in l. si Pręses, C. Quomodo, & quando melius in l. finali, numero secundo, ff. de Restitutione in integrum, ponens exemplum.

13 Si iudex pronunciat † esse vel non esse ad vlteriora procedendum super libello porrecto, hic enim est pręiudicialis, cum sit interlocutoria, habens vim diffinitiuę. Abb. in cap. Ad dissoluendum, de Desponsatione impuberum, in cap. Auditis, colum. prima, in quarto notabili, de Procurator. Felin. in cap. Examinata, col. finali, versiculo, vbi dicit, de iudic. Milis, in verbo, sententia lata super. Bald. in l. secunda, quęst. quinta, C. de Episcopali audientia. Anania, consil. nonagesimotertio, Viso processu. Castrens. consil. sexagesimoquinto. Viso quodam. volum. primo, Rebuff. ad l. quod iussit, in principio, numero quadragesimoquarto, de re iudicata, per textum in l. metum, §. sed quod Pretor, vbi Bald. numero tertio, dicit esse casum singularem, ff. quod metus causa.

14 Et sic vidimus superius, quod † Exceptio ineptitudinis libelli, impedit executionem, de qua supra, Exceptione septuagesimaoctaua, si in executione sententię opponatur ad illius executionem impediendam; si super hoc pronuncietur, erit Interlocutoria, habens vim diffinitiuę; & sic reuocari non poterit, nec ferri contra minorem indefensum.

15 Et consequenter, † absolutoria ab obseruatione Iudicij, est Interlocutoria, habens vim diffinitiuę, cum habeat in ventre ineptitudinem libelli, & actionis; & ita tenet Glossa reputata notabilis, in l. Harum, in verbo absoluetur, ff. si fernitus vendicet. vbi Bartolus numero tertio, Castrens. numero secundo, Angel. melius omnibus alijs, nu. 2. & 3. Ad idem bona Glossa in l. Iulianus verum debitorem, in principio. Glossę magnae, vbi Ias. numero decimo, ff. de Condictione indebiti, ex qua incidenter habes vnum effe-

16 ctum, quod † debitor soluens lite pendente, non absoluitur diffinitiuè, sed ab obseruatione iudicij tantum; & sic absolutoria ab obseruatione iudicij, non est merè diffinitiua. Bartol. magistraliter in l. Titia, columna secunda, ff. de accusation. cuius verba singulariter refert, & sequitur Angel. in l. harum, ff. si seruit. vendicetur, cuius verba conatur exponere suo modo Ias. in l. Properandum, §. & si quidem, numero decimo-

17 sexto, & decimoseptimo, C. de iudic. vt † sit mera interlocutoria, si feratur ab obseruatione iudicij ex libello male concepto, & actione inepta. Si vero feratur ab obseruatione iudicij, quia lite pendente, reus soluit, tunc est absolutoria ab obseruatione iudicij, habens vim diffinitiuę. Ciuilis enim, & naturalis obligatio est sublata solutione lite pendente facta. Vnde superest, vt solum absoluatur ab obseruatione praesentis iudicij, nec in futurum amplius molestari poterit stante solutione iam facta. Hęc Ias. in citato iam loco. Sed ego credo aliter intelligenda verba, prout in progressu, & ex infra dicendis apparebit. Et quod

18 † interlocutoria sit habens vim diffinitiuae, tenuit etiam Bald. in l. secunda, quaestione octaua, C. de Episcopali audient. in l. properandum, §. & si quidem, colum. penult. C. de iudic. in Authentica, Qui semel, columna quarta, & vltima, C. Quomodo, & quādo iudex, in Margarita, in verbo, Sententia, quaest. 119. Roman. in Rubr. de re iudic. columna penult. Imola, in l. si finita, §. non autem, ff. de dāno infecto. Barbac. in Addition. ad Bald. in l. minoribus, C. de his quibus vt indignis. Felin. in Rubrica de re iudicata, columna penult. Anchar. consil. 16. Viso processu. Angel. consil. 115. in fine, & consil. centesimononagesimo, in fine, Anania, consil. 93. Guido Papae, consil. 77. columna secunda, & consil. 69. columna secunda, & consil. 146. & 154. Castrens. consil. 272. Visis, in fine, Alexand. in l. quinta, columna 2. de verb. oblig. Sarain. ad Matthesil. Notabili 39. numero 17. Minsyng. Centuria tertia, Obseruatione octuagesima octaua, vbi succinctè, sed benè declarat.

19 Quod intellige, si † non fuerit lis contestata, nec dilatio data ad probandum, alioquin esset diffinitiua, si cum causae cognitione feretur. Papienl. in libello in Actione reali, in verbo, per vestram, numero tertio. Tremol. ad Practic. Bonacurs. Lanfranch. in capit. Quoniam contra, in verbo, Interlocutoria, numero decimonono. Milis, in verbo. Senrentia lata, vbi bene declarat. Rebuff. ad l. quod iussit in principio, numero quadragesimooctauo, versic. quod intellige.

Ex quibus sequitur, quod sententia Interlocutoria ab obseruatione iudicij, ferri non potest contra minorem indefensum, quia est nulla, nec aliquam meretur executionem.

20 Tertio, † pronuncia; qua declaratur instantiam peremptam, habet vim diffinitiuae, & sic ferri non potest contra minorem indefensum.

Bald.in l.finali,C.si tutor vel curator. Imola in l. si finita,§.non autem,colum.2. ff.de damno infecto.Barbac.in Rubrica, de re iudicata, columna 10.Bald.consil.trecentesimoquadragesimoquarto,colum.1.volum.1.Anania,consil.93. Viso processu,colum.3.

21 Quarto,pronuncia † super desertione appellationis, pronunciando eam desertam,est Interlocutoria,habens vim diffinitiuæ.Bald.in Authentica,Si quis litigantium, columna vltima, in l. secunda,quæstione decimaquarta, C.de Episcopali audientia,in l.ante sententiam,in fine, C.Quorum appellation. non recipiuntur.in Margarita, in verbo sententia, quæstione quinquagesimaquinta,consil.344. Super eo,volum.primo,vbi ap-
22 pellat esse † Interlocutoriam, & habere vim diffinitiuæ,natura, ratione, & effectu. Federic. de Senis,consil.198.Casus,in fine.Guido Papæ passim in suis consilijs hoc admittit,prout consil.38.numero octauo,69.77.124.154.& 146. Oldrad.consil.106.Corneus,consil.114.& consil.262.vol.4. Barbac.consil.11.volum.3. Aretin. consil. 106. Matthesilan.Notabili 39. num.2. vbi clarius Satam,numero 13.clarius idem Matthesilan. per suas rationes, in l. si Præses, numero 3.quæst.4. colum.3.C.Quomodo, & quando iudex. Lanfranch.in cap.Quoniam contra, de Appellation. & interlocutor.numero sexagesimoseptimo, inferens ex hoc, semper appellari posse, & dat pro
23 consilio appellanti, vt † si absens patiatur labi instantiam appellationis, & pronunciare desertam & postea appellare. Quæ verba videntur iudicio meo ponderanda; nam appellans hoc casu condemnatur in expensis,vt dixi superius,Exceptione quadragesimaquinta,numero 307. si appellat quid deducet? aut instantiam non esse peremptam,& fortasse non, si legitimè sit calculatum; Aut deducet negotium principale, & non poterit incontinenti, nisi seruatis seruandis, quid igitur lucrabitur? Sed hoc incidenter dictum. Niconit.in Repert.quæst.11.

24 Declarando,hoc non procedere † si fuisset appellatum, à sententia diffinitiua, quia tunc esset diffinitiua.Bartol.consil.220. Appellatum. Bald. in capit. Ex parte,el secondo,columna tertia, de Rescriptis.Franch.in capit.Romana, de appellation.libro sexto,in capit. Ex ratione, de appellation.

Et ita tenuit Rota, Decisione 86.aliàs 12. de Appellationibus,in Nouis.Decis.427.aliàs 21.de Sentẽt.& re iudicata, in nouis,& Decis.124 in antiq.aliàs 87.de Appellation.in antiquis 191.in Antiquioribus.Bellamera Decisione centesimatertia. Guido Papæ, Decisione vndecima. Franc. Marc. Decis. 461. numerò 3.parte 2. Minsyng. Centur.3. Obseruat. 36. dicens ita seruari in Camera Imperiali Spirensi.

Et hanc Rotæ Decisionem sequutus est Guido Papæ,quæstione vndecima. Aufrer. ad Tolosan.Decis.463. Bouerius in Singularibus, in verbo, Appellatio, quęstione 151.Bonifac.in Clemẽtina, Appellanti, numero septimo, de Appellation. Grauat.ad Vestr. libro septimo, capit.3.numero 46.

25 Et in materia † appellationis deserta, dat nobis Practicam allegata Decisio. octuagesimasexta, aliàs 12.de Appellation.in nouis,quod si appelletur,à pronuncia appellationis desertæ, quod iudex a quo,potest reponere ad docendum,de diligentia probando,& sic datur repositio,à pronuncia desertionis, deducendo, non esse desertam; vel iudex met appellationis hoc cognoscat, ordinando postea iudici à quo, vt procedat in causa ad vlteriora. Franc. Marc. Decisione 461. parte secunda.

26 Et talis † interlocutoria non potest ferri contra minorem indefensum,l.si Præses,& ibi notat Bart.C.Quomod.& quando iudex.

27 Quinto pronuncia † super Appellatione,an licuerit appellare,vel non, & causa sit appellabilis, vel non,est Interlocutoria, habens vim diffinitiuæ.Bartol.consil.220.Appellatum.Guido Papæ, consil.154.in fine.Calderin.consil.6.eodem titulo.Anania,consil.93. Viso, & ibi in Addition. Corneus,consil.14.col.2.& consil.262.volum.4. Bald.in l.vnica,colum.3. Ne liceat tertio prouocare. Aufrer.ad Tolosan. quæstione quadragesimaoctaua.Ioan.Monach.c. Cupientes, in Glossa magna,de Election.in 6.Cardinal.in Clementina finali,de Appellation.Franch.in capit.Cum cessante,colum.14.vbi Felin.col. 7. de Appella-
28 tion. Et † sic contra minorem indefensum ferri non poterit. Si igitur minor ab aliqua sententia appellauit, & in dubium reuocetur an sit locus appellationi,vel non, in pronuntiando contra minorem, cauẽdum est, ne sit indefensus, aliàs sententia esset nulla.

Similiter vidimus superius Exceptione qua-
29 dragesimaquinta,quod † appellatio impedit executionem sententiæ in casu de iure appellabili, si interposita appellatione disputetur, an sit locus appellationi, vel non; talis enim pronuncia habet vim diffinitiuæ, & sic reuocari amplius non poterit, per solitas in Interlocutorijs repositiones.

30 Pariter querunt Doctores, † An minor restituatur aduersus omissam appellationem nõ prosecutam,ad secundum, vel tertium fatale, & similia, si minor appellauit, si declaretur contra eum, non licuisse appellare; in hoc casu non est necessaria restitutio in integrum; sed satis erit dicere de nullitate,vti contra minorem indefensum.

31 Sexto, si pronuntietur † processus nullus, est Interlocutoria habens vim diffinitiuæ. Panorm. in capit. Auditis,columna secunda, de procurat. Mills,in verbo,sententia,quæstione decimaoctaua.Guido Papæ,Decisione decimasexta, & 220. & consil.septuagesimooctauo, In causa, & sic contra minorem indefensum ferri non poterit.

Et vidimus superius Exceptione quadragesimaoctaua,quod exceptio nullitatis impedit exe-
32 cutionem sententiæ,† pronuncia super nullitate Interlocutoria erit,habens vim diffinitiuæ, quæ reuocari non poterit.

33 Septimo, in casu valde quotidiano,† & practicabili, pronuncia, Instrumentum guarentigiatum, Came-

tigiatum, Camerale, Ad formam Ritus, Sigillo Regio signatum, & similia, dicitur Interlocutoria, habens vim diffinitiuæ. Bald. in l. ab executione, colum. 1. cum seq. C. quorum appellation. nõ recip. & in l. Actori, colum. 2. C. de rebus cred. Alexand. in l. 5. colum. 2. de verbor. obligat. Iacobin. in l. 1. in fine, in 2. lectura, ff. Iurisdict. omn. iudic. Barbac. in Rubrica, de re iudic. columna 11. Angel. consil. 115. Inquiramus. Cardinal. consil. 72. colum. 2. numero 11. Roman. consil. 41. In præsenti, Alexand. consil. 50. colum. penult. volum. 2. consil. 72. volum. 7. Socin. consil. 71. colum. finali, volum. 4. Guido Papæ, consil. 47. 69. 83. 117. 178. & 197. Aretin. consil. 20. colum. 2. Et licet Aretin. consil. 75. Angel. consil. 114. & Guido Papæ, Decisione 574. teneant esse merè Interlocutoriam, tamen prima opinio verior videtur. Rebuff. ad l. quod iussit, in principio, sub numero quinquagesimosexto, Et sic executio relaxata contra minorem, vigore publici Instrumenti guarentigiati, vel in forma Cameræ, & similium, si minor sit indefensus, erit nulla; Sed quia in similibus Instrumentis opponitur Iuramentum, cuius materia latissima est, ob id transeo.

34 Octauo, condemnatio † expensarum habet vim diffinitiuę, Doctor. in cap. Auditis, de Procur. cap. Finem, de dolo, & contumac. Bald. in l. 1. versiculo, extra quæro. C. sentent. rescindi non posse. Præpos. in cap. Cum cessante, columna 7. de Appellat. Roman. consilio 358. Guido Papæ, consil. 154. columna tertia, versiculo non obstat, & consil. 69. & consilio 76. Alexand. ad l. errore, colum. vltima, C. de Testament. Tremol. ad Practicam Bonacurs. titulo de impedient. executionem, versiculo, ratione modi.

35 Declaratur hoc verum, † si principaliter petitæ fuerint, vel de per se, talis pronuncia feratur, secus si vna cum diffinitiua: quia tunc censetur pars diffinitiuæ. Glossa, in l. qui agnatis; in verbo, præcepto, de exception. rei iudic. Angel. in l. prima, § primo, in fine, ff. de Vsur. Salicet. in l. post sententiam, C. de sentent. Doct. in d. cap. cum cessante, Felin. in Rubrica, de re iudic. columna octaua.

36 Et sic minor † indefensus non potest condemnari in expensis; aut expensæ sunt petitæ de per se, & est Interlocutoria, habens vim diffinitiuæ, quæ contra minorem indefensum ferri non potest, multo minus si feratur vna cum diffinitiua, cum reputetur pars eius, vt dictum est.

37 Nono Sententia † super Exceptionibus peremptorijs habet vim diffinitiuæ, Glossa, in Clemen. finali, de Appellation. Bartol. in l. secunda, quæst. quinta, de Appellation. recip. Bald. in l. eleganter, §. si quis post, columna penult. de condict. indebiti, Aufrer. ad Tolosan. quæst. 48. & 363. Alexand. consilio 182. volumine sexto, Felin. in cap. Cum cessante, de Appellation. Minsynger. Centur. tertia, Obseruat. 88. vbi succinctè loquitur.

38 Quod verum est, si incidenter † deduceretur, secus si principaliter: quia est merè diffinitiua, puta, Absoluo, quia soluit. Felin. in Rubrica, de re iudic. columna sexta.

39 Decimo, si † pronuncietur instantiam peremptam, habet vim diffinitiuæ. Bald. in l. finali, C. si tut. vel curat. Imola in l. si finita, §. non autem, colum. secunda, de damno infecto. Barbac. in Rubrica, de re iudic. columna decima, Anania consilio nonagesimotertio, Bald. consilio 344. columna prima, volumine primo, Et sic contra minorem indefensum non potest pronunciari instantiam esse peremptam, nec in prima, nec in secunda instantia, vt vidimus superius, numero vigesimoprimo, Alias minus practicabiles omitto; & est bona Decisio, & magistralis in materia, apud Valasch. Decisione quadragasimaseptima, parte 1.

40 Interlocutoriæ verò modici † præiudicij quæ ferri possunt contra minorem indefensum, quæ non tangunt merita causæ, nec illis præiudicant, vt sunt super competentia, exceptionibus dilatorijs, excommunicationis, spoliationis, suggestionis, falsi, & similium. Sfort. de Restitutione in integrum, quæst. 67. Articulo primo, numero quinto, & sexto. Vide etiam infra, Exceptione 226. numero 6.

Et circa minorem, quando dicatur indefensus, de quo supra num. 2. considerari possunt plures Casus.

41 Primus est, quando † curator nullo tempore interuenit, & hic clarus est, quod minor indefensus omnino dicatur, prout diximus superius, numero 2.

42 Secundus Casus est, † quando à principio tantum interuenit, & idem.

43 Tertius est Casus, si † à principio non interuenit, sed postea sic, & pariter idem.

44 Quartus est Casus, si † curator defecit in prolatione sententiæ, tunc valet, si curator fuit citatus. Castrens. post Glossam ad l. cum & minores, numero quarto, C. si aduers. re iudicat. Guglielm. Singul. 93.

45 Circa verò secundum † Decretum, regulariter contra pupillum interponi non potest. Fallit in tribus Casibus, scilicet in causa noxali; In causa damni infecti; vel si vrgeat graue æs alienum, & pupillus habeat bona tempore peritura, l. tertia, §. primo, & ibi notatur ff. de rebus eorum Alexand. ad l. contra pupillum, ff. de re iudicata.

46 Regula igitur † superius firmata vera est, quod sententia lata contra minorem indefensum, est nulla, nec aliquam meretur executionem.

47 Ampliatur † etiam in criminalibus, iuxta posita superius numero sexto, & lata sententia in executione opponi potest de minori ætate, & impediet executionem, contumaciam, & bannum. Foller. in Practica, in verbo, Et si confitebuntur, numero 8. & in verbo, foroiudicatum, numero septimo, attestans ita iudicatum. Dixi in Tractatu de minor. in delict. excusandis, quæstione quadragesimaquarta, Roland. consilio sexagesimooctano, numero trigesimotertio, volumine secundo.

48 Ampliatur † in secunda instantia, sicut nec in prima, iuxta ea, quæ posita sunt superius numero 21.

49 Ampliatur tertio, etiam si minor dedisset fideiussores, qui nec ipsi obligantur. Guglielm. de Cuneo, in l. prima, C. qui legitim. personam, vbi Castrens. numero tertio, dicit hoc valde menti tenendum, dicens se in facto habuisse in quodam Monacho, qui litigauit sine licentia Abbatis, & fideiussores dedit, sicut enim non valet iudicium principale, ita nec fideiussorum obligatio. Specul. nihil pro se allegans, in titulo de actor. numero decimo. Vantius in titulo ex defectu mandati, numero vigesimonono, Surd. Decisione centesimaoctaua, numero primo.

50 Ampliatur quarto, etiam † in causis beneficialibus, iuxta distinctionem capituli, Si annum, de iudic. lib. 6. & ponit Lap. Allegatione 114. Quidam exposuit.

51 Et habetur ibi ex doctrina Papiens. nu. 3. quando minor possit per sententiam excommunicari, scilicet, si sit doli capax, & legitime citatus cito Curatore, vel citatis proximioribus. Posui in tract. de minor. in delictis excusandis. q. 56.

52 Ampliatur quinto, vt † nec valeat lata ad fauorem minoris, si lata sit ob defectum legitimationis personæ. Ita Rota nouissima, in vna Romana de valle, Decis. 729. parte 3. vbi minor iurauit se minorem cum iuramento, licet cessante isto defectu secus sit, l. Acta, §. finali, vbi Bartol. & Alex. in Addition. ff. de re iudicata.

53 Ampliatur sexto, idem si habuisset curatorẽ, sed minus legitimum, vel de mandato non constitisset, vel esset legitimus, sed non comparuisset, Roland. de Communi consil. 85. num. 28. vol. 2.

54 Ampliatur septimo, idem † si lata sit contra furiosum, quia nulla est; secus contra infirmum, vel phreneticum l. Hier. Gabr. consil. 50. libro primo.

Declara in iudice ignorante infirmitatẽ, aliàs esset ipso iure nulla. Ias. in l. non exigimus, §. si quis, numero quinto, ff. si quis caution. vnde Cautela est, vt infirmus mittat procuratorem. Marantha in verbo, Sententia, nu. 107. Lanfranc. Conclus. 16.

55 Limitatur principalis † Conclusio superius firmata, nisi minor iurasset non venire contra processum, & sententiam: nam tale iuramentum validat iudicium. ita sentit glossa tertia, in fine, Salicet. numero decimoquinto, Ias. numero septuagesimosexto, vbi dicit cum Glossa omnes tenere. Corneus in repetitione, num. decimoquinto, vbi de Communi attestatur, in Authẽtica, Sacramenta puberum, Specul. in titulo de actor. numero 10. versiculo, quid si minor, Bart. in l. minor 25. Annis, ff. de Procur. in l. minor viginti quinque, annis ante omissam, ff. de minor. Ias. in l. prima, numero sexagesimo, ff. si quis in ius vocat. non ierit. Anton. de Petrut. in repetitione l. primæ, Effectu septuagesimo, ff. de Iureiurando, Imola in cap. Cum contingat, numero 62. de iureiurando, vbi de Communi, Gomes. de Contract. capit. decimooctauo, sub numero 14. versiculo octauo. Anton. Gabriel. libro secundo, de Minor. Conclusione prima, nu. 12. dicens hanc esse Communem opinionem. Addo bene loquentes, Vant. de nullitate ex defectu mandati, numero 35. Capellã Tolosanã, 45. 49. & 106. Seraphin. de iuramento, Priuileg. 71. numero quinquagesimoprimo. Priuileg. 83. num. 41. bona in Apostill. ad Bart. consil. 101. litera A.

56 Et hoc dictum † perpetuo notandum dixit Ias. in Authentica, Sacramenta puberum, numero septuagesimoseptimo, versiculo, Nota perpetuo, valde singulare dixit Petr. Girard. Singulari 66. Arno problemate trigesimo. Boer. Decisione nonagesimasecunda, numero 5. Simoncell. de Decret. libro tertio, titulo octauo, numero 153. dicẽtes ex hoc elici mirabilem Cautelã, & Practicam, quando minor comparet in iudicio sine curatore, vt facias eum iurare non venire cõtra processum, & sententiam, quia tunc valebit iudicium, processus, & sententia, licet minor indefensus, & sine curatore comparuerit, ad limitatione totius tituli. C. Qui legitimam personam, &c.

57 Ampliatur, † etiam coram Arbitri, o Isernia in §. item Sacramenta, columna quarta, in fine, vbi Afflict. in 6. notabili, num. 1. Alberic. in Authentica, Sacramẽta puberum, numero decimoquinto. Cardinal. consil. nonagesimosecundo, col. penult. in fine.

58 Ampliatur, idem † esse si minor constituisset procuratorem ad iudicia cum iuramento: quia hoc casu processus, & sententia sustinetur, nec de nullitate ex defectu curatoris dici poterit. Bartol. in l. minor, in principio, ff. de minor. Angel. Aretin. in §. Appellantur, columna tertia, versiculo, Aduertas, de Exception. Bertrand. consil. 87. colum. prima, volum. primo, consil. quinquagesimoprimo, volum. tertio, & consil. 154. columna prima, eodem volum. 3. Guido Papæ, quæst. 35. & 484. Grammatic. consil. ciuili sexagesimoprimo, columna secunda. Vant. & Petr. Girard. in supra citatis locis.

59 Et sic non † requiritur certioratio, ex magis Communi, Alexand. consil. 27. colum. 2. volum. 1. consil. 27. volum. 2. vbi dicit veriorem, consil. 222. columna prima, volumine secundo, dicens ita de Consuetudine seruari. Idem attestatur Bertrand. consil. 162. columna prima, volum. secunda. Afflict. in §. Item Sacramenta. numero 18. Gabr. libro secundo, de iureiurando, Conclusione 3. in fine.

60 Limitatur, vt † non possit dicere contractum nullum, nec restitutionem petere, vigore iuramenti præstiti, tamen appellare non prohibetur. Ita Doctores, in §. item sacramenta, vbi glos. in verbo, contractibus, versiculo, quid si iurauit Afflict. numero decimoquarto. Boer. Decisione nonagesimasecunda. Gabriel. de sentent. libro secundo, Conclusione 1. numero decimotertio, & ratio videtur: quia iuramẽtũ repræsentat eum maio-

eum maiorem; qui non prohibetur appellare à grauamine illato.

61 Limitatur secundo, vt † procedat in iuramento concepto in futurum, secus si de præterito, vel præsenti. Bartol. in vna Ciuitatis meæ Tuderti, consilio 101. numero 10. declarans quod dispositio Authenticæ, Sacramenta puberum, habet locum in iuramento de futuro tantum, de quo dubitauit Ias. ibi, numero 78. licet cogitandum relinquat Anton. Gabr. de minor. Conclus. prima, numero 41. in 6. limitatione. Reputauit dictum notabile, & singulare Cremens. Singulari 162. Marsil. Singulari 299. Riminald. iunior, Quibus alienare licet, vel non, §. secundo, numero vigesimooctauo, aliàs, numero quinquagesimo septimo, in tertia Declaratione. Simoncell. de Decret. libro tertio, titulo octauo, num. 183.

62 Limitatur tertio, vt † minor possit esse in Iudicio sine curatore, in causa vbi proceditur sine strepitu, & figura iudicij. Aretin. in l. cum, & minores, C. si aduers. rem iudicatam.

63 Limitatur quarto, † in Iudicijs possessorijs in quibus minor habet legitimam personam standi in Iudicio, iuxta l. vltimam, C. qui legitim. person.

64 Quæ † declaratur, vt procedat in minore Actore, secus si conueniatur: quia hoc casu non debet esse indefensus, ita ibi Bartol. numero quarto, Bald. numero sexto, Franc. Marc. quæst. 69. numero secundo, parte prima, Pontan. de Spolio, libro primo, numero 147. licet Contrarium sentiat Menoch. de Recuperanda possessione Remed. 15. numero 294. Sed ego istam Doctorum differentiam in agendo, vel conueniendo considero parum resultare, dato enim, quod minor non conueniatur, sed agat, si postea agendo reportet sententiam contra, nonne resultat in idē sicut quando conueniatur; quo casu Doctores volunt minorem non esse indefensum, ne reportet sententiam contra. Cum opinione tamen superius posita in minore Actore, tenuit Rota in vna Reatina coram Guidobono, prout refert Mandos. in Tract. de Minor. quæstione nona, & loquitur in terminis in quibus minor erat Actor, & reportauit sententiam contra, & tamen non redditur nulla, ex capite minoris ætatis. Afflict. tamen Decisione ducentesimaoctuagesimatertia, numero quarto, versiculo, tertia nullitas, tenet in possessorio contra minorem, si iudicium sit inchoatum cum patre, & minor excedat annum 12. & citatus inceperit facere suas defensiones.

65 Declaratur † vt minori indefenso, non denegetur restitutio in integrum, aduersus sententiam contra eum latam. Et hanc quæstionem in specie proposuit Albericus, in d. l. vltima, numero quarto, C. qui legitim. person. dicens in facto euenisse Bononiæ in causa hæredum opulentissimi STAPERONIS, & conclusum fuit, restitutionem competere, prout primo loco tenuit glos. magna, in l. vnica, C. si de momentanea possessione, vbi post multas rationes sic concludit, & ibi sequuntur omnes, Cin. in fine, Bart. pariter in fine, Bald. numero sexto, Alberic. numero tertio, Angel. in fine, Salicet. quæst. tertia, Bald. in l. finali, numero sexto, C. qui legitim. person. & ibi Castrens. numero primo, & secundo, Zuchard. in Repetitione l. finalis, num. 450. C. de Edicto Diui Adriani tollendo, Alexand. in l. sciendum, numero trigesimosexto, vbi Ias. numero trigesimotertio, de verbor. obligation. Canon. in cap. primo, de restitutione in integrum, Ioan. And. in cap. Coram, eodem titulo. Curt. in Authentica, Sacramenta puberumn, numero 126. C. si aduers. vendition. Castrens. consil. 37. numero secundo, libro secundo, Petr. Anton. Angussola, consilio tertio, numero decimonono, libro quarto, Rebuff. de restitutione in integrum, Articulo secundo, Glossa prima, in fine, Capicius Decisione tertia, numero decimo. Et hæc est verior, & magis Communis opinio. Menoch. de Adipiscenda, Remed. quarto, numero 406. plenius de Retinenda, Remed. tertio, numero 851. Sfort. de Restitutione in integrum, parte secunda, quæst. 68. Articulo sexto, dicens non habere contradictorem.

Et ita tenuit Rota Acchill. Decisione ducentesimanonagesimaquinta, Aragon. Decis. decimanona.

66 Limitatur hæc Communis Doctorum † sententia, in possessorio modici præiudicij, in quo minor non restituitur. Alberic. post Odofred. in l. vltima, numero quarto, versiculo, Dominus autem, C. qui legitim. person. Capicius Decisione decimatertia, in fine, & Decisione quinquagesimaquinta, Benintend. Decisione septuagesimanona, numero octauo, vbi, nec repulsa testium datur, ponentes exemplum in possessorio, ne partes veniant ad arma, vbi Capicius attestatur, in Prætorio illo Neapolitano sic iudicatum fuisse per plures vices. Didac. Practicabil. Quæstion. cap. decimoseptimo, numero sexto, versiculo, sextum ad hæc, dicens in Granatensi Prætorio sic pluries fuisse iudicatum. Allegatur hoc dicere Grauat. ad Vestr. libro quinto, cap. vltimo, numero 36.

Sublimatur vltrà alios plene profitentes, hoc

67 verum, † nisi ex tali possessione posset inferri in futurum notabile damnum. Rota, apud Acchillem, Decisione quinta, de Restitutione in integrum.

68 Sublimatur secundo, † nisi peteretur post quadriennium. Contardus de Moment. possess. limitatione octaua, numero 26. post Decisiones Rotæ per eum allegatas.

69 Nec sufficit † ad hanc restitutionem obtinendam contra sententiam in possessorio, quod læsus eam petens, doceat de læsione, & de bono iure suo, sed requiritur, quod petens sit persona priuilegiata, prout Minor, Ecclesia, & similes. Rota apud Puteum, Decisione trigesimaseptima, parte 1.

70 Sicut non † auditur allegans titulum infectum. Rota apud Bellameram Decisione sexcentesimatrigesimaoctaua, Guido Papæ, Singulari 783.

71 Nec datur † restitutio, si possessorium sit extraordinarium. Benintend. Decisione septuagesimanona, numero octauo, vbi habetur exemplum.

72 Ad sanandum † processus nullos, vti contra minores indefensos, Cautela datur, vt detur curator, & cum eius presentia, reassumantur omnia Acta, incipiendo nominatim à libello, litis contestatione, & similibus, & sic sanantur. Bartol. in l. mutari, ff. de procur. in l. prima, colum. secunda, C. de sentent. pulchrè Decius consil. quingentesimoquadragesimonono. Iason, in l. properandum, in principio, numero vigesimo, tertio, de Iudic. Vant. in titulo, Quibus modis sentent. nullit. repar. numero 88. Practica Vestr. libro septimo, cap. primo, numero quinto. Vrsil. ad Afflict. Decis. ducentesimasexagesimasecunda, numero tertio. Afinius in Practica, §. secundo, capit. decimosexto, numero quarto, Rota apud Cassadorum, Decis. septima, numero octauo, de Rescriptis.

EXCEPTIO CXXV.

Contra absentem non citatum.

SVMMARIVM.

1 *Sententia lata contra absentem non citatum, est ipso iure nulla, nec aliquam meretur executionem.*
Nullitas citationis potest opponi, & impedit etiam stante Statuto, disponente, quod contra executionem sententiæ nulla possit opponi exceptio, ibidem, sub eod. num. primo.
2 *Amplia, vt nec valeat lata ad fauorem absentis non citati.*
3 *Inducta in fauorem in casu prædicto, retorquentur in odiũ contra Regulam, &c.*
4 *Introductum est enim ad rigorem iuris conseruandum, vt per actus ciuiles alteri per alterum actio non quæratur, nisi sit præsens, ideo talis rigor seruandus est.*
Declara non habere locum quando sententia esset lata ad fauorem absentis à iudice commissario, cum Clausula, Sola facti veritate inspecta.
Declara, & limita secundo, in casu quo notarius stipuletur pro absente.
Declara tertio in causis criminalibus, in quibus valet sententia ad fauorem absentis.
5 *Limita quarto, in Interlocutoria, quæ ad fauorem absentis lata, valet.*
6 *Declara, & distingue circa Interlocutoriam pluribus modis, vt hic.*
7 *Interlocutoria modici præiudicij, quæ sit.*
8 *Interlocutoria præiudicialis, quæ sit.*
9 *Ius partis absentis non vocatæ si remanet saluum, tunc Decretum valet. Exemplifica vt hic.*
10 *Idem, quando Iudex esset de negotio adeo instructus, vt pars etiam si esset præsens non posset iudicem à sua opinione remouere, vt hic.*
11 *Citatio an requiratur in prolatione Laudi, attenditur consuetudo loci.*
12 *Citatio non requiritur, vbi non requiritur causæ cognitio. Declara & distingue vt hic.*
13 *Limitatur vt hic, in absolutione à iuramento parui præiudicij, & tamen requiritur citatio partis.*
14 *Citatio qualis esse debeat.*
15 *Interlocutoria in dilationibus dandis, & præfixione terminorum, est grauis præiudicij, & requirit partis citationem.*
16 *Iudex non potest prorogare dilationem, nisi prius parte citata.*
17 *Declara vt hic.*
Intimatio absenti de dilatione data sufficit, ibidem.
18 *Citatio ad audiendum voluntatem, non sufficit si proferatur diffinitiua, quia esset nulla, & nullam meretur executionem, cum citatio debeat esse in specie ad sententiam.*
19 *Idem si in Iudice Ordinario, vel Delegato.*
20 *Idem si in citatione ad audiendum voluntatem, esset appositum verbum, peremptoriè.*
21 *Idem si in causa summaria.*
22 *Citatio requiritur peremptoria.*
23 *Citatio requiritur, etiam si procederetur sine vlla solemnitate ex Statuto, Decreto, vel Rescripto.*
24 *Idem si causa esset commissa iudici de facto decidenda.*
25 *Clausula, De facto, quid importet. Declara, & distingue vt hic, & num. 26. 27. & 28.*
29 *Citatio requiritur etiam si causa esset commissa cum Clausula, Non seruato iuris ordine.*
30 *Idem, si cum Clausula, Sine strepitu, & figura iudicij.*
31 *Idem si cum Clausula, Sola facti veritate inspecta.*
32 *Clausulæ prædictæ simul positæ quid tollant, & importent.*
33 *Statutum, vt sententia ferri possit sine citatione, non valet. Sublimita, & declara vt hic, sub eodem numero 33.*
34 *Statutum tollens omnes Exceptiones, non tollit nullitatem ex defectu Citationis.*
35 *Statutum disponens, quod debitor capiatur ad omnem voluntatem creditoris, intelligitur mediante citatione.*
36 *Clausula, Supplens omnes defectus, &c. non tollit defectum Citationis.*
37 *Citatio etiam in executiuis requiritur, aliàs de nullitate executionis opponi potest.*
Quid in Vrbe, & Curia Romana, ibidem sub eodem numero 37.
38 *Citatio domi facta, non sufficit ad sententiam, nisi prius præcesserit personalis citatio.*
39 *In Practica quid seruandum, & quibus concurrentibus, vt hic.*
40 *Quid si agatur de eijciendo aliquem de possessione iniustè & illicitè detenta.*
Vsufructuarius finito vsufructu, non eijcitur de facto de possessione, ibidem sub eodem num. 40. sub finem numeri.

Cita-

41 Citatio generalis, per edictum seu proclama, non sufficit.
42 Idem si ignoretur possessor, quia actus factus eo non citato, non valeat.
43 Quid si extaret Statutum, vel Decretum disponens, ut hic.
44 Quid si vasalli sunt certi, vel ex libris Inuestiturarū de facili certificari possint.
45 Edicta, & proclamata generalia, possessoribus, & interesse habentibus non praeiudicant.
46 Inuentarium conficiens, debet citare nominatim certos, incertos vero per proclama, & Edictum.
47 Idem si possessor, vel interesse habens, esset absens.
Quid stante Decreto de capiendo possessionem propria auctoritate. Declara ut hic, sub eodem numero 47.
48 Quid si possessor inuisus esset persona incerta, nec potuit haberi eius certitudo.
49 Quid si persona esset certa, sed absens, & non esset tutus accessus.
50 Summariè non citata parte, constare potest de non tuto accessu.
51 Quid si citandus latitat in domo, nec patitur se videri.
52 Vagabundus possessor per Edictum citari potest.
53 Vagabundus quis dicatur.
54 Quid in Clerico spoliatore, coram iudice laico conueniendo à spoliato laico.
55 Quid de Vniuersitate in possessione existente, quomodo citari debeat.
56 Quid stante multitudine personarum vocandarum, licet certi sint.
57 Quid in casibus in quibus sola praesumpta scientia sufficit.
Declara in proclamationibus, & congruis dilationibus, ut hic sub eod. num. 57.
58 Quid in causis in quibus proceditur iuris ordine non seruato.
59 Declara ut hic.
60 Quid quando citatio dirigitur contra aliquem certum, & in consequentiam contra incertos.
61 Quid in ea qui praetendit se restitui ad possessionem antiquam, qua fuit spoliatus post inhibitionem.
62 An ad praedicta competat iudicis officium.
63 An procedatur iuris ordine non seruato.
64 An tali casu citatio requiratur.
65 Quid si ite procedatur parte aliqua non instante, sed officio iudicis.
66 An in criminalibus, vel ciuilibus haec procedant.
67 Quid quando Iudex alicui, illo irrequisito possessionem de facto abstulisset, transferendo in alium, ut hic.
68 Quid si quis fuit de facto spoliatus, & sine ulla citatione, an reintegretur, allegando solum defectum Citationis.
69 Iudex debet penetrare, an talis grauatus habeat aliquid releuans super meritis Causae.
70 Quid si quis esset notoriè iniustus possidens.
71 Quid si quis fuit citatus pro una die ad sententiam, & referatur alia die.
Citatio debet pro Cautela fieri pro tali die, & deinde pro singulis diebus, & horis, ut ibidem, sub eod. numero 71.
72 Citatio facta coram iudice ad sententiam, non valet coram Delegato postea addicto Iudice: sed noue citatio requiritur.
73 Idem si esset causa summaria.
74 Declara, & considera plures casus usque ad numerum 78. inclusiuè.
79 Quid in sententia lata super remedio l. fin. C. de Edicto Diui Adr. toll. distingue duos Casus.
80 Possessor citandus est, si quis petit possessionem rei ab illo possessa, aliàs sententia est nulla.
81 Quid si notoriè constet, nullum possessori ius competere.
82 Declara, & distingue verba pronuncia, & petitionis, ut hic.
83 Possessor an priuetur eius possessione per haeredem immissum à nuntio, & quando, Distingue, & Declara ut hic.
84 Sententia in Saluiano lata, an spoliatus priuetur absolutè possessione; ita ut recusans possit de turbata possessione querelari.
85 Appellans continuans possessionem appellatione pendente, licitè facit, & criminaliter accusari non potest.
86 Processus Tertio non vocato, valet, sed non praeiudicat Tertio quo ad suam possessionem.
87 Bona si sint vacantia, & a nemine possideantur citatio non requiritur.
88 Haeres bona vacantia capere potest propria auctoritate.
89 Citatio non requiritur, nec generalis tali casu.
90 Quid si adsit possessor, sed ignoretur.
Decreta ideo solent fieri cum Clausula dummodo possessio sit vacans, & sine praeiudicio habentium potiora, & meliora iura, ibidem.
91 Laudum arbitratoris requirit citationem, aliàs non meretur executionem.
92 Amplia procedere in quolibet Arbitratore, ut hic.
93 Idem si Statutum vel Compromissum dicat, quod procedat partibus praesentibus, vel absentibus.
94 Declara, & distingue de arbitro, & Arbitratore, ut hic.
95 Statutum dicens quod absens condemnari possit, intelligitur, mediante citatione.
96 Idem si data sit facultas prorogandi Compromissum partibus absentibus, & ignorantibus.
97 Laudum datum ad fauorem absentis, non citati, non valet.
98 Idem in Interlocutoria arbitri, parte non citata.
99 Quid si Statutum de Compromissis apponat Clausulam, Sola facti veritate inspecta.
100 Quid si Compromisso per partes fuerit apposita praedicta, vel similis Clausula.
101 Citationi partes renunciare possunt, praesertim in Ciuilibus.
Quid in sententia lata ex citatione nulla.

Quid

Quid si sententia lata sit contra absentem ex iusta causa, ibidem sub eod. num, 101.

102 Compromissum iuratum, non requirit citationem.

103 Arbiter cum facultate arbitrandi de iure, si sit incapax iuris, & compromissum iuratum dicitur compromissum de facto tantum, ex ratione, vt hic.

104 Iuramentum habet vim expressi, & specialis consensus.

105 Iuramenti causa licet non operetur vbi est defectus formæ, Citatio tamen est adeo pro forma, vt sine ea sententia lata pro absente non valeat.

106 Formæ defectus suppletur, vbi partes renunciare possunt.

107 Citationis defectus non impedit executionem Laudi intimati, à quo non fuit reclamatum.

108 Laudum nullum ex defectu citationis, an ratificari possit per partis consensum, vt valeat in vim laudi, vel pacti.

109 Laudum ex defectu potestatis, non potest ratificari partium consensu etiam expresso.

110 Quid si Statutum prohibeat dici de nullitate laudi.

111 Citatio non requiritur in laudo si compromissum est cum Clausula, Partibus præsentibus, vel absentibus, citatis, vel non citatis.

112 Quid si negocium requirit discussionem, vel informationem facti, & laudum sit latum sine citatione, vel non discussio negocio, neque receptis informationibus.

113 Quid si ex lectura compromissi Arbiter potest se instruere, & informare, an requiratur discussio.

114 Compromissum licet sit loco petitionis, & forsan petita indigent discussione, & iustificatione.

115 Arbitrator electus potest se informare ex se sine partibus, in pluribus casibus hic enumeratis, vsque ad numerum 119. inclusiuè.

120 Executor testamentarius tenetur facere Inuentarium etiam quod tamen negauit Baldus.

Bona assignare, & describere tenetur pro simplici ratione reddenda, num. seq.

122 Idem de executore ad captiuos redimendos.

123 Calculatores, & Reuisores electi ad reuidendum computa, possunt referre, & declarare parte absente, & non citata.

124 Declara procedere, quãdo constat parti absenti nullam competere defensionem.

125 Declara secundo duos Casus principales, quorum Primus est, quando Calculatores calculant data, & accepta, exitus, & introitus, tunc nulla requiritur citatio.

Quando autem vltra declarationem, aliquid declarant, citatio requiritur, vt hic, sub eodem numero 125.

126 Laudum latum vltima die compromissi, non citata parte, valet.

127 Idem in Iudice qui sententiare potest vltima die instantiæ, parte etiam non citata.

128 Declara, & limita vt hic.

129 Declara, aut terminus est præfixus ab homine, aut à Lege, vel Statuto, vt hic.

130 Quid si vltima die termini pars compareat, & contradicat, vt hic.

131 Quid si terminus Statuti ad laudandum de consensu partium prorogetur.

132 Quid si vltima dies compromissi sit feriata in honore Dei, distingue vt hic.

133 Laudum sine citatione proferri potest etiam vltima hora termini.

134 Arbiter habens facultatem laudandi secundum suam conscientiam, laudare potest sine citatione.

135 Commissum sub onere conscientiæ, videtur commissum ad veritatem.

136 Distributor electus ad aliquid secreto distribuendum, nemini rationem reddere tenetur.

137 Distingue, & concorda opiniones de mente Alexand. vt hic.

138 Papa committens alicui examen, si est idoneus, vel dignus, non requiritur citatio, vt hic.

Considera plures casus, vt hic relatiuè sub eod. num. 138 sub finem numeri.

139 Distingue, aut proceditur iudicialiter, aut extraiudicialiter, vt hic.

140 Item aut agitur de graui præiudicio, aut de modico.

141 Aut verbum, Conscientia, profertur simpliciter, aut cum verbo denotante arbitrium boni viri.

142 Expensarum condemnatio non potest ferri contra absentem non citatum.

143 Citatio facta ad vnum finem, actum, locum, vel tempus, si postea aliter fiat, & inseruiat, est nulla vna cũ sententia, vt hic.

144 Declara vt hic.

145 Citatio quod non requiratur tali casu expensarum, de Communi, vt hic.

146 Quid si in citatione sit apposita comminatio.

147 Declara considerando duos Casus circa expensas, vt hic, & num. seq.

149 Limita, & distingue alio modo, vt hic.

150 Citatio requiritur non solum in petente possessionem ex sententia lata, sed etiam in petente cõfirmationem possessionis.

151 Idem in eo qui propria authoritate, vel ex conuentione, vel alio modo possessionem capere poterat.

152 Idem in executione sententiæ latæ per duos Iudices ex tribus, tertio non vocato.

153 Limita, & declara vt hic.

154 Citatio requiritur in pronunciando causam desertam.

155 Idem in venditione pignoris facienda per creditorem.

156 Citationis dies certa, si sit feriata, & sententia feratur die sequenti, est nulla.

157 Declara, & limita in pluribus Casibus, vt hic.

158 Sententia lata extra diem, locum, & horam, in quibus fuit facta citatio, est nulla.

159 Quid in citatione ad totam causam pro singulis diebus, & horis.

160 Declara in casu quando citatus est de longinquo.

161 Declara, procedere in illis casibus, in quibus ad sententiam lite non contestata perueniri potest, secus in alijs.

162 Quid si citatus semel comparuit per se, vel per procuratorem.

1 Sententia lata † contra absentem non citatum, est ipso iure nulla, nec aliquam meretur executionem, l. ea quę, C. Quomodo, & quando iudex, l. prima, §. cum ex edicto, ff. quę sentent. sine appellatione rescindant. l. de vnoquoque, ff. de re iudic. Et hęc est vera, & Communis opinio. Viuius in Silua, Opinione septingentesima nona, numero primo, & vltra eum Communem dicit Iason, in l. ne quidquam, numero decimoquinto, de officio Proconsul. in l. furioso,

in l.furioso, numero 3. ff. de re iudic. Villalob. in Recollect. litera S. numero 27. Emanuel, in suo Thesauro, litera S. numero 54. dicentes pariter Communem, & in proprijs terminis, stante Statuto, quod contra executionem sententię nulla possit opponi exceptio, ad eam impediendam, tamen poterit nullitas ex defectu citationis in sententia lata, & sic impedire executionem. Caldarin. consil. octauo, de re iudic. Ancharan. consil. 212. post medium, Abbas, consil. nonagesimosecundo, columna secunda, libro tertio. Dixit singulare Marsil. Singulari 75. Gabr. de Citatione, Conclus. 1. num. 63.

2 Ampliatur notabiliter, vt † haec sententia valeat lata ad fauorem absentis non citati, Glossa notabilis in l. furioso, in Glossa prima, ff. de re iudic. quam notabilem dixit Bartol. in l. ea quæ, numero primo, C. Quomodo, & quando iudex. Roman. Singul. 93. Iudex non potest. Alexand. consil. 114. libro sexto. Anchar. consil. 16. colum. finali. Et hæc est Communis opinio. Alexand. in d. l. furioso, numero tertio. Ias. in l. ne quidquam, numero 48. de offic. Proconsul. Villalob. in Recollectis, litera S. numero 27. Viuius in Silua, Opinione 709. numero secundo. Grauat. ad Vestrium, libro quinto, capit. primo, numero sexto. Anton. Gabr. de Citatione, Conclus. prima; numero 67. vbi de Communi. Dixit singulare Aluysius de Alberic. Singul. 83. Guido Papæ, Singul. 6. num. 55. Beneuent. Decis. quadragesimaoctaua, numero 4. Rota nouissima, Decis. 1165. parte tertia, num. 3. Valasch. Decisione 81. nu. 2. vbi de Communi. Alexand. consil. 114. libro sexto, Capicius. Decis. nonagesimatertia, Boer. Decisione ducentesimaoctuagesimatertia. Grauat. ad Vestr. lib. 5. capit. 13. num. 7.

3 Et si dicatur, † inducta in fauorem, nō debent redundare in odium, l. quod fauore, ff. de legibus, vnde cum prosit, vt præsupponitur, sententia, non debet nocere ei, quia non fuit citatus.

4 Respondetur, quod † hoc introductum est ad rigorem iuris conseruandum, qui rigor est, vt per actus ciuiles, alteri, per alterum, non quæratur actio, nisi sit præsens, l. quæcumque gerimus, ff. de action. & obligatio. l. stipulatio ista, §. alteri, ff. de verborum obligatione.

Et sic habetur limitatio ad l. quod fauore, C. de legibus, vt non procedat in his quæ inducta sunt ad rigorem iuris conseruandum, qui rigor si nō obseruetur, fauor vertitur in odium; & hæc est bona Declaratio.

Declara hanc Ampliationem, nisi sententia ad fauorem absentis esset lata è iudice Commissario cum Clausula, Sola facti veritate inspecta. gloss. in l. ea quæ, C. Quomodo, & quando iudex. Alexand. in l. furioso, columna secunda, de re iudicata. Ancharan. in Clementina, Sæpè. Asinius in Practica, §. tertio, capit. decimosexto, dicens valde notandum. Blanch. de Compromiss. quæstione nona, nu. 6. qui extendit ad Laudum ad fauorem citati.

[illegible]claratur secundo, si notarius stipuletur pro [illegible] Blanch. in citato loco. Latè [illegible] tertio, de verborum obligatione Conclus. prima, numero nonagesimoquinto.

Declaratur tertio, in causis criminalibus, in quibus valet sententia ad fauorem absentis. Alexand. in l. furioso, columna secunda, de re iudic. Anton. Gabr. de Citatione Conclus. prima, numero 71. Roman. Singulari 193. Practica Asinijs, §. septimo, capit. quinto, Casu sexagesimotertio.

5 Declaratur quarto, in † sententia diffinitiua hoc locum habere, secus in Interlocutoria, quæ ad fauorem absentis lata, valet. Ias. in l. ne quidquam, numero quadragesimooctauo, de offic. Proconsul. qui allegat Angel. in l. prima, C. Quibus non nocet longi temporis præscriptio, qui in meo C. hoc non dicit, nec in l. prima, per eum allegata; nec in aliqua l. illius tituli, allegat etiam Innocent. in capit. Auditis, de procurat. qui in principio solum dicit, quod Interlocutoriæ fieri possunt partibus absentibus ob contumaciam, Innocent. qui loquitur in absente contumace, & præsupponendo appellationem, innuit de Interlocutoria contra absentem, & non ad fauorem absentis.

6 Si vero † loquimur de Interlocutoria contra absentem, considerantur duo Casus. Primus est, si sit modici præiudicij, & tunc ferri potest contra absentem non citatum; aut est non modici præiudicij, & ferri non potest contra absentem non citatum, Bartol. Imola, & alij, in l. si opus, ff. de noui oper. nunciatione, vbi Alexand. propè finem, & ibi Ias. numero quinto, declarat
7 Interlocutoriam † modici præiudicij, commissionē citationis; Pronūciā abbreuiationis termini expectatorij, quæ addi possunt ad ea, quæ posui supra, Exceptione centesimauigesimaquarta, numero quadragesimo. Bartol. in l. quod iussit, colum. penult. & ibi Imola, ff. de re iudic. Roman. in l. prima, ff. de Arbitr. & consil. septuagesimosecundo. Circa primum. Et hæc est Communis opinio. Ias. in l. ne quidquam, numero vigesimotertio, de offic. Proconsul. & Legati. Ruin. consil. sexagesimonono, numero sexto, volum. quinta. Viuius in Silua, Opinione 709. numero sexto. Et ita tenuit Rota, Decisione 548. aliàs quinquagesimasecunda; Vtrum processus, de Appellation. in antiquis, quæ loquitur in Casu notabili de processu appellationis à grauamine, quod fieri potest parte absente, nec citata, nec per contumaciam absente clarius. Decisione sexcentesimaoctuagesimasexta. Dominus Petus, in antiq. Asinius in Practica, §. septimo, limit. quinquagesimanona, in fine. Menoch. de Recuperanda, Remed. octauo, numero octuagesimoseptimo. Blanch. de Compromiss. quæstione nona, numero septimo.

8 Et declarat Alberic. in Practica, quod † Interlocutoria præiudicialis est illa, quæ requirit plenam causæ cognitionem, puta, si contineat aliquid dari, vel restitui, vel circa dilationes dandas, modici vero præiudicij sit, vt de citando, vel diem proferendo. Et vltra Alberic. est gloss. in l. tertia, §. si causa cognita, ff. de bonorum possession. Innocent. in capit. cum olim,

dere

de re iudic. in cap. Præterea, colum. 2. de dilatio.
Roman. consil. 61. colum. 1. vbi dat aliam nota-
9 bilem doctrinam, quod vbi † in causa non proce-
ditur absente aduersario, in forma Iudicii, & re-
manet saluum ius partis absentis, nec vocatæ,
tunc Decretum valet, parte non presente nec vo
cata. Exemplificans in decernenda bonorum
possessione etiam contra Tabulas, in qua rema-
net saluum ius hæredi ex ipsius Decreto.

Alio etiam modo declarat idem Roman. in
10 citato iam loco, † quod si Iudex est de negocio
adeo instructus, vt pars etiam si esset præsens, &
multa diceret, non posset Iudicem sie informa-
tum, remouere à sua primæua opinione, ad Re-
gulam, Qui potest inuitis, ff. de regul. Iur. Cumu
lat Anton. Gabr. libro secundo, de Citation. Cō-
clus. 1. numero 348. limitat. 16. de Communi
Curt. senior consil. 23. numero 46. Eman. in suo
Thesauro litera C. num. 60. Menoch. dicens hoc
verū, in quocumque Iudice de Arbitrar quæst.
17. num. 15. Marant. in Specul. parte 6. Membr.
3. numero quinto, Ias. ad l. iubere cauere, nume-
ro 4. cum seq. de iurisdict. omn. Iudic. idem Me-
noch. de adipiscend. Remed. 4. quæst. 56. num.
450. Personal. de adipiscend. num. 222.

Nec omittam pro vtilitate Practicæ vnum sal
tem incidenter dicere, quod pro constanti ponit
11 ibi Roman. quod attenditur † Consuetudo lo-
ci, an requiratur citatio in probatione laudi, &
hoc est obseruandum.

Eamdem opinionem in superius firmata Cō-
clusione tenet Marsil. ad l. de vnoquoque, Casu
24. de re iudicata. Marian. de Citatione, col. 50.
Casu primo. Asinius in Practica, §. 7. limitat. 59.
12 Et vltra alios notandum est, quod † consequē-
tia currit negatiue, scilicet, non requiritur causæ
cognitio, ergo non requiritur citatio; nō autem
affirmatiue, scilicet, requiritur causæ cognitio,
ergo est necessaria citatio, quia distinguitur in-
ter magnum, & paruum præiudicium, & ita vide
tur concludere Alexand. ad l. 3. §. si causa cogni-
ta, litera C. ff. de bonorum possess. exemplum po
nens in concessione veniæ quæ conceditur cau-
sa cognita, & tamen parte non citata, ad l. sed si
hac, §. liberos, versiculo liberos vbi Alexand. nu
mero 10. ff. de in ius vocando. Corn. consil. 46. co
lum. finali, volum. 2. Socin. senior consil. 10. vo-
lum. 4. Anton. Gabr. libro 2. de Citat. Conclus. 1.
num. 363.
13 Videmus etiam è contra † quod licet actus
non afferat parti graue præiudicium, tamen re-
quiritur citatio partis, prout in absolutoria ab
obseruatione iudicij, in qua requiritur citatio
partis. Bartol. in l. Titia, colum. 3. versiculo, quæ-
ro, ff. de Accusation. in Authent. Qui semel, co-
lum. 5. versiculo venio C. quomodo, & quando
iudex, in l. & post edictum, in fine, ff. de Iudic. Ca
strens. in l. secunda, C. quomodo, & quando iu-
dex. Bald. in cap. 1. columna prima, de milite Vas
sall. qui contumax est, in l. vt perfectius, columna
secunda, versiculo contra Actorem verò, C. de
annali except. & fuit opinio Innoc. in cap. Si ad-
uersarius, in fine, de eo qui mittitur in possess.
rei seruan. causa, in cap. ad petitionem, columna
prima, in fine, de accusation. Anton. Gabr. libro
2. de Citatione Conclusione 1. numero 79. Am
pliatio 10.
13 Et addo vltra eum, quod talis citatio debet es-
se peremptoria, l. consentaneum, §. & si quidem,
vbi Ias. numero vndecimo, reputat notabile, C.
de Iudic. Bartol. in l. consentaneum, numero
7. C. quomodo, & quando iudex, dicens, quod
ita obseruat Communis Practica, Ias. in l. si opus
in fine, numero decimo, ff. de noui oper. nun-
ciatione.
14 Limitatur, vltra alios singulariter, nisi reus ca-
uerit infra certum terminum se prosecuturum,
& finiturum litem, quo casu lapso termino, & de
cem diebus vltra, potest sine citatione perempto
ria absolui ab obseruatione Iudicij. Roman. Sin-
gulari 23. per text. singularem in Authēt. Quod
fieri, C. de dilation. Nat. in Clem. Sæpè, §. & quia,
in verbo, peremptoriè, num. 7. fol. 279.
15 Et ad id quod diximus superius, numero 8.
quod † Interlocutoria in dilationibus dandis, &
in præfixione terminorum, est grauis præiudicij,
& sic requirit partis citationem: addo, quod ista
est Communis opinio. Anton. Gabr. lib. 2. de ci-
tatione, Conclus. 1. num. 105.
16 Amplia, † quia iudex nec etiam prorogare po-
test dilationem, nisi prius parte citata. Socin.
consil. 47. columna 2. libro 4. Grammatic. con-
sil. Ciuili 78. colum. 2. nisi essemus in Abbreuia-
tione termini expectatorij vt supra, numero se-
ptimo.
17 Declara, quia † nec dare, nec augere, vt supra
potest, augere tamen, vel minuere potest parte
non citata, Nicell. de Concordant. glos. Concor-
dant. 52.

Et sufficit intimatio absenti facta de dilatio-
ne data. Bartol. Castrens. & Ias. in l. Labeo, ff. de
Iureiurando. Anton. Gabr. de Citatione libro 2.
Conclus. 1. num. 107. & 108.

Ampliatur Conclusio superius firmata, vt
18 † non sufficiat absentem esse citatum ad audien
dam voluntatem, si proferatur diffinitiua, erit
nulla, nec aliquam meretur executionem, cum
absens specifice ad sentētiam citari debeat, glos.
in Clemen. Sæpè, §. & quia, in verbo, ad id, vbi
Nat. numero secundo, verborum signification.
Bartol. in l. finali, C. de annal. exception. in Extra
uagant. Ad reprimendum, in verbo, super crimi
ne, Butr. in cap. cum cessante, de appellation. Ge-
min. in cap. 2. de dolo, & contumac. lib. 6. Imol.
in cap. ad petitionem, de accusation. & ibi Felin.
numero 10. Alexand. in l. si finita, §. Iulianus, co-
lumna quinta, de damn. infect. Roman. consil.
369. Circa Primum, numero octauo, dicens hoc
dictum esse multum notabile in Practica. Felin.
in cap. consuluit, numero decimosexto, de offic.
delegat. Alexand. consil. 105. numero quinto, li-
bro quinto, Bald. in l. consentaneum, columna
secunda, versiculo quæro, nota. C. quomodo, &
quando Iudex, in l. terminato, columna secunda,
versiculo, sed non quid, C. de fruct. & litium ex-
pens. Bero. in cap. quoniam contra, in glos. Cita-
tiones, numero 88. de probatio. Marsil. in l. de
vnoquoque, numero 142. de re iudic. Capic. De-
cisione

cisione prima, columna nona, versiculo, tamen
in praesenti.
19 Subampliatur haec Ampliatio, † siue simus in
iudice Ordinario, siue in Delegato, vtroque e-
nim casu, citatio debet specificè fieri ad audien-
dum sententiam, nec sufficit voluntatem. Mar-
sil. dicens hanc opinionem veriorem, in Rubr.
de probation. sub numero 369. versiculo atta-
men.
20 Subampliatur secundo, etiam † si in citatione
facta ad audiendum voluntatem, esset appositũ
verbum, peremptoriè, adhuc enim sententia ex
hac sic facta citatione, redditur nulla, nec aliquã
meretur executionem. Rota Decis. 342. alias 17.
Retento, de appellation. in nouis, quam vti nota-
bilem commendat Roman. Singulari 172. Cita-
tus. clarius Mattesilan. notabili 8. Anton. Gabr.
de citation. libro secundo, Conclus. 1. num. 300.
Ampliat. 110. Vant. de nullit. ex defectu citat. nu
mero 56. Viui. in Silua, Opin. 709. num. 9. Ali-
nnis in Practic. §. 7. limitat. 70. numero secundo,
Felin. in cap. Inquisitionis, numero decimono-
no, de accusat. dicens in hoc multos errare.
21 Ampliatur secundo loco principaliter, vt † e-
tiam si causa, quae agitur cõtra absentem, sit sum
maria, adhuc citatio sit necessaria ad sentẽtiam,
aliàs sententia est nulla, nec aliquam meretur
executionem, Clementina, Saepè, §. non sit, vbi
Narta, in 4. Notabili, numero 4. de verborum si-
gnificatione. Socin. in Tract. de Citatione, co-
lumna 37. & idem Socin. consil. 12. columna se-
cunda, volum. 1. Cuman, consil. 7. columna 1.
Brun. consil. 20. columna prima, Paris. consil. 20.
columna 1. volum. 4. Alexand. consil. 61. volum.
4. Anton. Gabr. libro 2. de Citatione, Conclus.
prima, numero trigesimosexto, Ampliatione
tertia.
Addo Ferret. consil. 59. numero 3. volum. 1.
Viu. in Silua, Opin. 709. num. 9. in fine. Contard.
ad l. diffamari, in limitat. num. 6.
Extenditur haec Ampliatio vltra superius no-
22 minatos, † vt requiratur citatio peremptoria.
Bartol. in Extrauag. Ad reprimendum, in verbo,
summariè, numero quinto; exemplificans in
causa primi, & secundi Decreti, in qua procedi-
tur summariè, tamen citatio requiritur. Bologn.
ad l. si finita, §. Iulianus, numero 40. ff. de damno
infecto & haec est Communis opinio. Paris. con-
sil. secundo, numero 166. volum. 4. Contrarium
tenet Menoc. de Arbitr. Casu 59. in fine.
23 Extenditur secundo, † etiam stante Statuto,
Decreto, vel Rescripto, quod procedatur sine
vlla solemnitate, nam haec verba non tollunt ci-
tationem. Roman. in Rubrica de Arbitr. nume-
ro 17. Socin. consil. duodecimo, columna prima,
volum. 1. Dec. in l. milites, C. de militari Testa-
ment. Marsil. in l. de vnoquoque, columna 12.
de re iudic. singul. 73. Felin. in cap. 2. in 2. declara-
tione, de testibus, vbi Decius, columna 4. Capic.
Decisione 1. in tertio dubio, Menoc. de Arbitr.
quaest. 17. numero 8. & fuit sententia Bartoli in l.
filiusfamilias, ff. de Donat. & in l. 1. ff. de militari
testament. quam etiam sequitur Narta in Clem.
Saepè, §. nõ sit, columna nona, Bouer. in §. plane,
de militari testament. Nell. de bannit. in 3. par. 1.
tempor. quaest. 4. Gratian. Decisione March. 231.
numero 3.
Extenditur secundo loco principaliter, etiam
24 † si Iudici esset commissa causa decidenda de
facto, adhuc enim sententiam ferre non potest
contra absentem non citatum, aliàs sententia
erit nulla, nec aliquam meretur executionem.
Nell. de Bannit. in 3. parte, primi tempor. quaest.
4. Lap. Allegatione 128. Factum super quo, Ma-
rian. in Tract. Citation. Ampliatione 37. Anton.
Gabr. libro secundo, de Citatione, Conclus. pri
ma, numero 39. Menoch. de Arbitrar. quaest. 17.
numero 8.
Vltra quem notandum videtur, quod non le-
25 uis est inter Doctores disputatio, quid † impor-
tet Clausula de FACTO. in Statutis, vel Rescri
ptis, & Commissionibus. Quãdoque enim talia
verba, in malam partem sonare videntur, Bar-
tol. in l. stipulatio, ista in fine principij, ff. de ver-
borum obligatione, vbi Doctores omnes, &
clare post Bald. & alios quos citat tradit Barbac.
consilio quarto, columna prima, libro tertio,
sentit Ruin. consil. 59. numero 13. libro quarto,
Dec. in l. non videtur defendere, numero sex-
to, ff. de regul. iuris. Hinc de facto spoliatus, de fa
cto est ante omnia restituendus. Doctor. in l. si pa
cto quo poenam, C. de pact. Barbac. consilio 51.
columna vigesima, in fine, libro primo, Roman.
singular. 766. possessio. Socin. senior cons. 32. co
lumna vltima, libro primo, Ruin. consil. 108. nu-
mero 26. libro secundo, consilio 17. numero se-
ptimo, libro quinto, Gozad. consil. 21. num. 31.
Tiraquel. de legibus Connubial. glos. 3. num. 15.
& 16. Marsil. singulari 195.
26 Quandoque talis Clausula, De facto, idẽ † im-
portat, quod manu Regia, nulla iuris solemnita-
te seruata. Bart. in Extrau. Ad reprimendum, in
verbo, videbitur, nu. duodecimo, cons. 82. Pun
ctus quaestionis, numero secundo, libro primo,
Bartolum secuti sunt Aretin. consilio 84. nume-
ro tertio, Anan. in cap. penult. columna penult.
de accusat. Angel. Aretin. in §. in bonae fidei, co-
lum. penult. versiculo; quid si dicatur, de action.
Narta, in d. Clementina, Saepè, §. non sit tamen,
columna 22. Alexand. consilio 199. in fine, libro
sexto, Ruin. consilio 13. numero sexto, libro se-
cundo; Amad. de Castell. in Tract. Syndicat. nu-
mero 142. Dec. consil. 434. numero quarto, qui
eiusdem sententiae refert Corneum, & Socin.
late Ripa, in l. naturaliter, §. nihil Commune, nu
mero 182. ff. de acquiren. possess. Quare Lapus
allegatione 128. factum super quo, numero quar
to, opiniones sic conciliare videtur; aut intelligi
mus de facto praeter legem, ac iuris Cõmunis di
27 spositionẽ, & põt ille cui † commissa est causa,
vt de facto ꝓcedat, & sic intelligatur Bart. & alij
superius nominati; Aut loquimur de potestate
procedendi contra legem, & tunc non dicitur
concessa libera haec facultas. sequitur Amade.
in Tract. Sindicat. numero 142. Paris de Puteo
in eodem Tract. Syndicat. in titulo de potestate
iudic. nu. octauo, Menoch. de Arbitrar. quaest.
7. numero 76. qui in sequenti numero subdit de-
claraudo,

28 clarando, quod † si verba referũtur ad Iudicem, semper important arbitrium boni viri, Cuius contrarium tenet eadem quæstione, num.38.cũ sequenti. Et notanda sunt verba Lapi in allegato loco, vbi vult talem clausulam, recipere potius modum procedendi, non in exequendo, in quo seruari debent termini iuris, & sic absens citandus etiam in Commissario cum Clausula de facto. Addo Blanch. de compromiss.q.1.num.24. Curt.iunior.consil.294.num.74.vol.3.

29 Extenditur quarto, † etiamsi causa esset commissa cum Clausula, Non seruato iuris ordine, adhuc enim Citatio requiritur ad sententiam, aliàs nullam meretur executionem. Franch.in cap.Bonæ, colum.secunda, de Appellation. Vide infra num.64.

30 Extenditur quinto, etiam † si causa commissa esset sine strepitu, & figura iudicij: nam citatio ad sententiam requiritur, Natta in Clementina Sæpè, §.quæ omnia, colum.2.de verbor.signific. Anton.Gabr.libro 2.de Citatione, Conclusione prima, num.41.

Contrarium sentit Bart. in Extrauagan. Ad reprimendum, in verbo, sine figura, in fine; Cuman.consil.7.num.7.versic.ad l.si finita, §.Iulianus, num.55.& ibi Ludouic.Bolognin.num.40. ff.de damno infecto. Asinius in Practica, §.7.c.5. Ampliatione 34.vbi etiam sentit non requiri sententiam, & sic excusatiuè.

31 Extenditur sexto, † idem in Clausula, Sola facti veritate inspecta. Brun.consil.27.num.7. Gratian.Decisione Marchiæ, 231.num.3. Et prædictis addo Borgnin.Decisione 10.num.35.& Decisione 12.num.59.Decisione 19.num.33.parte

32 prima. Concludit supranominatas † Clausulas siue simul vnitas, siue separatim positas, tollere solum ea, quæ respiciunt ordinem processus, & Ius Positiuum, non autem quæ respiciunt Ius Gentium, vel modũ decidendi, nec merita causæ, negocij veritatem, & partis defensionem, & sic citationem ad sententiam. Idem prosequitur vltra eum Tiberius Decian.consil.51.num.91. volum.2.Bellon.consil.25.num.9. Ferrant.Garzia, Patrocin.83.§.3.cum multis capitulis ibi positis.

33 Extenditur sexto † hæc Ampliatio, vt non valeat Statutum, vt sententia ferri possit sine citatione. Bald.in l.1.col.secunda, C. quomodo, & quando iudex. Imola in Clementina, Pastoralis, de re iudicata. Socin.consil.164.col.6.versiculo, Contrarium tamen, vol.2. Curt. iunior, consil. 70.num.21.Felin.in capitulo, Ex parte, el secondo, num.5.de offic.Delegati. Anton. Gabr. lib.2. de Citatione, Conclusione prima, num.43. Viuius, in Silua, Opinione 709.num.12.

Subampliatur, vt nec in vno actu præiudiciali Statutum citationem tollere non possit. Socin. consil.quadragesimosexto, nu.38. volum. quarto. Felin.in cap. Ex parte, el secondo, col.secunda, de offic. Delegati. De Communi Decius, consil.63.num.12.

Declarando hoc verum, quando pars contradicere non potest. Felin.in cap. Cum olim, col.8. versiculo, hæc, de re iudicata. Gabr. de Citatione Conclusione prima, num.219.

34 Vnde Statutum † tollens omnes Exceptiones, non tollit nullitatem ex defectu citationis. Anchar.consil.210. Calder.consil.8. titulo, de Sentent.& re iudicata. Felin.in cap.Qualiter, & quando, §.debet, colum.1.de Accusation.in cap. Cum olim, col.finali, de re iudicata. Alex.consil. 61.col.1.in fine, vol.7.Abb.consil.97.vol.2. Decius, pulchrè cons.38.num.7.versiculo, præterea, & dixi supra in principio.

35 Hinc Statutum disponens † quod debitor capiatur ad omnem voluntatem creditoris, intelligitur mediãte citatione. Marsil. in l. de vnoquoque, colum.13.de re iudicata. Posui latè superius Exceptione nona.

36 Extenditur septimo, † vt per Clausulam, Supplentes omnes defectus, non intelligatur sublatus defectus citationis. Curt.senior, consil.50.colum.7. Ruin. consil. 229. num.10.libro primo, consil.79.num. duodecimo, libro 3. consil. 36. num.5.cons.59.lib.5.Menoch. de Arbitr. quæst. 17.num.8.

37 Extenditur septimo, vt † etiam in executiuis citatio requiratur, aliàs executio sit nulla, & contra eam de nullitate opponi possit. Ruin. consil. decimoquinto, num.7.libro 4. consil. 7.num.9. libro quinto, Menoch.de Arbitrar.quæst.17.numero 8. Addo Baldum in Rubr. C. Comminatión.& epistol. Salicet.in l.ab executore, colum. 3.C.Quorum appellation.nõ recip. Anton. Gabriel.lib.2.de Citatione, Cõclus.prima. Ampliatione 28.num.128.pulchrè, rationem reddendo. Cannar.de Executione instrument. quæst.43. Felin.in cap.Ex parte, el secondo, numero 10.de offic.Delegati. Barz.de Guarentigia, parte secunda, quæst.3.Marian. de Citatione, Articulo 7. principali, Fallent.19. Franc. Anton.de præsentation.Instrument.Cõsiderat.4.fol.377. Bernard. Pand.in eod. Tract. par.4.declaratio.2. fol.489. Gallesi.ad formam Cameral. prope finem, versiculo, reliqua, de processu, num. 2.fol.mihi 271.ex quo habetur limitatio, quod in Curia Romana citetur præsens, sed non absens, vbi redditur bona ratio ad conseruandos homines, & eorum iura, qui sunt in Vrbe.

38 Ampliatur tertio loco principaliter, vt † ad sententiam non sufficiat citatio domi facta, nisi præcedat vna per prius personalis in principio Causæ. Abb.in cap.causam, colum. secunda, numero sexto, ibi: & suadet æquitas, de dolo, & contumac. Felin.in cap.Ad petitionem, colum. finali, versiculo, & ad alia dicta, de Accusation. Decius consil.460.num.25.

Et ita tenuit Rota Decisione 43. aliàs Decisione prima, de Dolo, & contumac. in nouis, & Decisione 395.aliàs Decisione octaua, de Dolo, & contumac. in antiquis. Et ita fuit tentum in vna Romana honorum de Zambeccarijs, apud Caputaquens. Decis.117.parte 1.

Sequitur Vant. de Nullitate ex defectu Citation.numero 91.Grauat.ad Vestr. libro quinto, capit. decimotertio, numero centesimouigesimo. Maranta, in Speculo, verbo, Citatio, numero 126.

39 Practica igitur videtur esse, facta prima † cita-
tione personali, si in futurũ personaliter citari nõ
potest, tunc sufficit citatio domi; si vero commo
de ad singulos actus citari potest, tunc personali-
ter est citãdus, nec sufficit domi citare. Castrens.
in l. ad peremptorium, colum. finali, ff. de iudic.
dicens, ita se pluries practicasse. Idem, attestatur
Decius in allegato consilio 460. numero vigesi-
moquinto. Et hæc Conclusio vera est, & proce-
dit, tribus concurrentibus. Primum est, quod in-
serta sit comminatio in prima citatione; Secun-
dum, partis contumacia; Tertium, vt sit de lon-
ginquis partibus. Afflictus in Practica, §. septimo,
limitatione septuagesimaprima. Et ita in facto iu
dicauit excell. Philesius Pezzutus Vicarius Illu-
strissimi Episcopi Tudertini in vna Spoletana, D.
Angelo Catalutio patrocinante.

40 Ampliatur quarto loco principaliter, etiã † si
agatur de eiiciendo aliquem de possessione, quã
iniustè, & illicitè tenet. Innocent. in capit. Inter,
de maiorit. & obedient. Bald. in l. secunda, C. si
propter public. pensitationem, l. ordo, vbi Angel.
C. de executione rei iudicatæ. Roman. in l. iustè
possidet, ff. de acquir. possessione. Anchar. consil.
274. Calderin, consil. quarto, de Dilation. Angel.
in l. si maritus, la prima, C. de Donation. inter vi-
rum, & uxorem. Felin. in capit. Dudum, colum.
septima, de Præsumption. l. meminerint, vbi Bar-
tol. & alij, C. Vnde vi, Socin. consil. centesimotri
gesimo, columna secunda, volum. 3. Decius. con
sil. centesimononagesimoprimo, columna ter-
tia. Calcaneus, consil. 115. colum. penultima. Ber
trand. consil. 73. col. 3. & consil. 85. volu. 2. Felin. in
capit. Cum olim, colum. octaua, de re iudic. Ro-
man. consil. 69. colum. finali, Bald. consil. 135. vo
lum. tertio. Alexand. consil. quinto, colum. 1. vo-
lum. 2. Lofred. consil. 47. colum. secunda. Crauet
ta, consil. 124. columna prima. Reputauit dictum
singulare Roman. Singulari 766. Possessio. Co-
mendat pro notabili Marsil. Singul. centesimo-
nonagesimoquinto. Et ita tenuit Rota Decisio-
ne 51. de Restitutione spoliat. in antiquior. Hinc
vsufructuarius etiam finito vsufructu, non eijci-
tur de facto de possessione. Guido Papæ, dicens
notabile, Singulari 366.

Ampliatur, siue extenditur, hæc quarta Am-
41 pliatio, † vt non sufficiat citatio generalis per edi
ctum, seu proclama. Bart. in Extrauag. Ad repri-
mendum, in verbo, per edictum, in fine; Alexãd.
consil. quinto, colum. prima, libro secundo, post
Anchar. ab eo relatum, pulchrè Crauetta, cons.
225. num. 1. 319. in fine. Alexand. consil. 107. colu
mna 1. libro 5. Felin. in cap. 2. num. 8. de Constitu
tion. Ias. consil. 85. numero 12. libro tertio, Paris.
consil. 25. num. 42. & consil. 101. numero 128. lib.
primo, consil. 31. num. 29. lib. 4. Ruin. consil. 62.
numero 20. libro 5. Rubeus, consil. septuagesimo
sexto, numero primo. Boer. in l. consentaneum,
numero 19. C. quomodo, & quando iudex. Ma-
rian. de Citatione, Articulo vigesimotertio. Her
culan. in Tract. Quis teneatur probare negati-
uam, numero 241. & 242. Menoch. de Recupe-
randa, Remedio 8. numero centesimosecundo,
dicens hanc esse Communem omniũ opinionẽ.
Latè Ioseph. de Ludouic. conclus. 5. Surd. Deci
sione 5. num. 8.

42 Extenditur secundo, † etiam si ignoretur pos-
sessor, adhuc enim actus factus eo non citato, nõ
valet, nec præiudicat, Alex. consil. quinto, co-
lum. prima, libro secundo, quod consilium satis
celebre, & sæpè allegatur in hac materia. Crauet-
ta consil. 225. num. 4. Riminald. in l. si pacto quo
pœnam, colum. secunda, C. de Pactis. Sapia, in l.
de ætate, numero vigesimoprimo, ff. de minor.
Herculan in tract. quis teneatur probare negati-
uam, numero 241. Menoch. de Recuperanda,
remedio octauo, numero ducentesimoter-
tio.

Addo Socin. consil. 19. colum. 3. libro 4. Ber-
trand. consil. 73. col. 3. & consil. 85. eod. volum.
3. Bonetus Singulari 9. in verbo, Possideo, Grat.
consil. 90. colum. 1. vol. 1. & consil. 75. in princip.
volum. 2. Ruin. consil. 62. colum. octaua, volum.
quinto, Boer. Decisione 277. Grammatic. consil.
ciuili, 120. colum. 1. & consil. 150. colum. 1. Ber-
trand. consil. 9. colum. 1. volum. 3. in antiquis. An
ton. Gabr. libro 2. de Citatione, Conclusione 1.
num. 73. Zuchard. ad l. finalem, numero 208. C.
de Edicto Diui Adriani tollendo, Personal. de
Adipiscenda, fol. 218. Roland. de Inuentar. parte
secunda. versiculo fieri debet, fol. mihi 64. versa
pagina. Et ita tenuit Rota, Sarnens. in regula, de
iure quæsito non tollendo q. 5.

Ampliatur secundo satis vtiliter, hæc quarta
43 principalis Ampliatio, etiam † si in loco extaret
Statutum, vel Decretum, in quo de translatione
possessionis agatur, si quis prætendat ius in bo-
nis, & disponat, quod prætendentes interesse, ci-
tentur per proclama: nam hoc intelligitur de in-
certis, nam certi sunt nominatim citandi. Ita
egregiè Alex. consil. quinto, numero sexto, ver-
siculo, & Statutum, volum. secundo, Casus fre-
quens, & vtilis in materia Statutorum disponen-
tium in aliquibus citari per bannum; nam hoc in
telligitur de incertis. Menoch. de Recuperanda,
remedio 8. num. centesimoquinto, cum mul-
tis sequentibus.

Et vltra eum confirmo, ex multis per eum nõ
44 adductis. primo, † vbi Vasalli sunt certi, vel ex li-
bris inuestiturarum, de facili certificari possint,
proclama generale non afficit ad comparendum
cum suis inuestituris. Cardinal. consil. 76. colum.
penult. & sequent. & consil. 154. Sequitur Ruin.
consil. 1. colum. 2. volum. 1. & consil. 63. nu. 24. vo
lum. 5. Felin. in cap. 2. colum. 6. versiculo, & pos-
sent ista, de Constitution. Roland. consil. 64. nu.
34. vol. 2.

Hoc idem repetit Roland. consil. 71. numero
45 12. volum. 1. dum vult, † edicta, & proclamata
generalia possessoribus, & interesse habentibus
non præiudicare, sed specialiter, & nominatim
citandos, ex doctrina Baldi, in l. finali, C. de edi-
cto Diui Adriani tollendo, & Anchar. in capitu-
lo finali, de Election. libro sexto. Sequitur So-
cin. consil. decimosexto, numero decimo, vo-
lumine quarto, pariter in confectione inuen-
tarij, certi sunt nominatim citandi, nec
sufficit Edictum, nec Proclama generale,
nisi

nisi de incertis. Diximus superius ex Rolando, in Tract. de Inuentario, & de Communi attestatur Alexand. in l. finali, C. de iure deliberandi, columna penultima, super principio legis. Decius consil. ducentesimoquinquagesimoprimo, col. penultima, in fine, consil. 633. colum. 2. Roland. consil. 18. numero 16. & consil. 73. num. 23. vol. 2. sic Statutum mandans proximiores citandos, intelligitur specialiter, & nominatim de illis qui sunt certi, vel de facili certificari possunt. Angel. consil. ducentesimosecundo. Alexand. consil. 107. columna prima, in fine, volum. quinto. Latè Asinius de Executor. §. sexto, capit. 35. fol. mihi 151. Bouer. in Singularib. suis, in verbo, Citatio, num. 30. & cum superius posita Extensione, cõcurrit, latius, & melius, quam faciat Menoch. Asinius de Executor. §. 6. capit. 37. fol. mihi 152. concludens, Statuta, quod fiant proclamata, intelligi de incertis tantum.

47 Extenditur quarto † hæc Ampliatio, ad propositum præsentis tractatus, † etiam si possessor iste, vel is de cuius præiudicio agitur, esset absens, adhuc enim citari debet per nuncium, vel epistolam; nec sufficit citatio per præconem, vel Edictum, quæ si fieret, nullius esset momenti, nec sententia inde lata, aliquam merebitur executionem. Oldrad. cons. 44. in quinto dubio, quẽ sequutus est Ias. consil. 86. num. 12. in fine, lib. 3. Boer. in l. consentaneum, num. 52. C. Quomodo & quando iudex.

Extenditur quinto notabiliter, etiam si extaret Decretum de capiẽdo possessionem propria auctoritate, nam intelligitur de vacanti, vel possessore incerto, & certus citandus est, nec allegãdo ignorantiam excusatur à pœna legis meminerit, C. Vnde vi. Decius in l. finali, numero 5. vbi Zuchard. numero 108. C. de edicto Diui Adriani tollendo. Anchar. consil. 133. numero 4. Alexand. consil. quinto, num. 2. lib. 2. Ripa, in §. nihil commune, num. 59. Crauetta, consil. 221. numero 11. Socin. iunior, consil. 18. numero 28. libro secundo. Personal. de Adipiscenda, numero 248.

Citandus igitur est possessor iniustus, personaliter, ex modis superius in Ampliationibus positis.

48 Limitatur Primo, si † possessor iste iniustus, esset persona incerta, nec per diligentiam adhibitam, & perquisitionem factã, potuit haberi eius certitudo, quo casu sufficit citatio per Edictum, Proclama, vel Præconem, l. si eo tempore, C. de Remissione pignorum, & ibi notat Bartol. Authentica, Si omnes, C. si vt se ab hæredit. abstineat. l. si vacãtia, C. de bon. vacant. libro decimo. Sapia, ad l. de ætate, numero 21. ff. de Minor. per capit. vltimum, de election. libro 6. Bartol. in Extrauag. ad Reprimendum, in fine. Ias. consil. 86. numero duodecimo, libro tertio. Felin. in capit. Quoniam frequenter, §. Porro, numero decimo quarto. Vt lite non contestata. Marantha, in verbo, Citatio, numero octuagesimonono. Alex. consil. quinto, numero secundo, libro secundo, & consil. 98. numero 4. libro 7. Socin. consil. 13. num. 5. lib. 4. Crauetta, consil. 221. numero 11. & consil. 172. num. 10. Cephal. consil. 203. numero decimoseptimo. Paris. consil. 31. numero 29. libro 4. Zuchard. ad l. finalem, num. 108. & 272. C. de Edicto Diui Adriani tollendo. Personal. de Adipiscenda, num. 246. Borgnin. Decisione 30. num. 77. parte 2.

49 Limitatur Secundo, † quando persona est quidem certa, sed absens est, & in loco vbi non est tutus accessus, tunc nec per nuntium, nec per Epistolam est citandus, sed sola sufficit citatio per Edictum, vel Præconem. Bar. in d. Extrauag. Ad reprimendum, in verbo, per Edictum, numero tertio, ex l. de ætate, ff. ad Trebellian. Felin. in cap. Quoniam frequentes. §. Porro, numero 14. Vt lite non contestata. Marantha, in Speculo, verbo, Citatio, num. 85. appellans locum non tutum, propter inimicitias, vel bella. per Clementinam primam, de iudic. & Clement. 1. de Foro competenti. Marsil. Singulari 260. vbi ampliat idem in longe, & valde distante. Ioseph. de Ludouic. Conclusione quinta, colum. 4. versiculo tertius. Menoch. consil. 100. num. 109. Non tamen dicitur absens, si distet per 30. milliaria. Ita Rota in vna Burgensi, Matrimonij, 16. Aprilis, 1547. Mannos, Commissione quarta, in verbo, in executione. Et ad probandum accessum non tutum, sufficiunt testes singulares, & poterit fieri citatio in loco vicino, si est eiusdem dominij. Mannos, vt supra, Glossa, Etiam.

50 Summatim † etiam parte non citata constare debet, quod non sit tutus accessus, licet sine hoc in multis locis seruetur Contrarium. Rebuff. ad Regias Constitut. titulo, de Citatione, numero 48.

51 Limitatur tertio, † in eo qui latitat, & stat clausus in domo, & non patitur se videri, tunc affigitur Edictum citationis in ianua domus. Alex. in l. Plerique, columna secunda, ff. de in ius vocando. Bartol. in d. Extrauag. Ad reprimendum, in verbo, per edictum, in fine, Marantha, in verbo, Citatio, numero 86. Latè Felin. in d. §. Porro, nu. 15. Tiraquell. de Retractu lignaier, §. 9. Glossa 2. numero 8.

Immo, nulla hoc casu requiritur citatio. Tiraquell. Res inter alios acta. Limitatione duodecima. Alexand. in l. contumacia, limitat. nona, de re iudic. Asinius in Practica, §. septimo, limit. septuagesimasexta.

52 Limitatur quarto, † in vagabundo possessore, qui per edictum citari potest. Bald. in l. si accusationibus, columna finali, C. de accusation. in l. consentaneum, in secundo Notabili, vbi Boer. numero 103. C. Quomodo, & quando iudex. Marantha in verbo, Citatio, numero 83. qui practicare docet post Bald. ab eo allegatum, affigendam citationem ad portam vagabundi, adhibitis duobus testibus, ex l. quarta, §. toties, ff. de damno infecto. Firmian. in verbo, vagabundus, versiculo sexto, bonus locus apud Angel. in l. hæres, §. 1. col. 4. de iudic. Menoch. consil. 100. nu. 110.

53 Et dicitur † vagabundus, qui non habet domum propriam, vel conductam, Glossa, in l. 4. §. Prætor, ff. de damno infecto. Bald. in l. prima, col. secunda, C. Vbi de crimine. Vnde Martialis,

libro 1. Epigrammate 72. Quisquis vbique habitat. Maximè numquam habitat, vel qui vagatur per orbem Bart. in l. 1. C. de Colonis Thracensibus, lib. 11. vel qui non stat firmus in certo loco. Bartol. in l. 1. C. de Tironibus.

54 Limitatur quinto,† in Clerico spoliatore, qui nominatim conueniri non potest coram iudice laico à spoliato qui sit persona sæcularis, & laica, Marantha in Speculo, verbo, Citatio, num. 88. versiculo, Sextus Casus. De qua materia posui Decisione 138. Casuum frequētium, vbi aliqua adducta videre placeat.

Quibus addo addo Tessaur. Decisione Pedemont. 82. qui concludit iudicem laicum esse cōpetentem in quibus possessorio Adipiscendæ, Retinendæ, & Reintegrandæ; & ita passim obseruare Senatum. Et loquitur in possessorio beneficij inter Clericos, quod est magnum verbū, declarando, & limitando, eam non procedere in Causa possessorij Matrimoniali, puta, cum vir petit vxorem à Socero, vel intentando spolium contra vxorem; quæ à viro suo diuertit. Idem Tessaurus, Decisione cētesimadecimaseptima, dicens ita pluries fuisse iudicatum, & Causam semper remissam ad Ecclesiasticum.

Et addo cum prima Conclusione de possessorijs Peregrin. de Fdeicommiss. Articulo 48. num. 43. aliàs 63. dicentē ita obseruari de Stylo Curiarum.

Quæ addi possunt ad posita per D. Farinac. quæst. octaua, numero centesimoquadragesimo sexto, qui latè profitendo tamen prædicta non allegat.

Et vt plurimū in his, & similibus casibus prouidetur per Constitutiones Synodales.

55 Limitatur sexto, quando † Vniuersitas esset in possessione, tunc sufficit citare per Edictum propositum in loco vbi consueuit congregari talis multitudo, Bald. in l. etiam, colum. quarta, C. de Executione rei iudicatæ, Est Glossa, in l. non potest dolo carere, de Rgul. iur. Bald. in Authentica, Sed cum testator, colum. secunda, C. ad leg. Falcid. vbi dicit, quod non sufficit citari Priores, & Præsidentes in eorum domibus, sed debent citari in loco vbi consueuerunt congregari. Marantha in Speculo, in verbo, Citatio, numero 94. Casu 12. Alio modo consuluit Farinaccius, quæst. 24. num. 113. sed prouidet in casu litis mouendæ, non in Monitorio ex Vrbe ex improuiso præsentando, prout sæpissimè occurrit.

Sufficit etiam citare maiorem de Vniuersitate, Romanus Singulari 763.

56 Limitatur septimo,† vbi datur multitudo personarum quæ vocandæ essent, licet personæ sint certæ, sufficit proclama generale in locis solitis. Est dictū singulare Franc. de Albergott. in Addition. ad Bart. in Extrau. Ad reprimendū, in verbo, per Edictum, quod dictum dixit perpetuo notandum, & paucis esse notum Caccialup. in Repetitione l. primæ, numero septuagesimoseptimo, C. de Summa Trinitate, & fide Catholica, attestans pluries fecisse practicari. Iason in l. decem, numero quinquagesimosecundo, de verborum obligation. Hercul. in Tract. Quis teneatur probare negatiuam, num. 243. Et licet Menoch. de Recuperanda, Remed. 8. num. 222. de hoc dicat valde dubitari, tamen nihil allegat, & ipsum sequitur, & multis comprobat Roland. consil. sexagesimoquarto, numero decimoquinto, volum. secundo.

57 Limitatur octauo,† in casibus in quibus sola præsumpta sciētia sufficiat, quo casu, citatio per Proclama, vel Edictum sufficit, per quæ inducitur scientia præsumpta. Ruin. consil. 62. num. 20. in fine, libro quinto. Menoch. consil. 100. num. 111. & sic licet vox præconis paucis innotescat, §. omnem, Authentica, de Litigios. & Authentica, Qui semel, C. Quomodo & quādo iudex, tamen ex ea inducitur præsumpta scientia, ex iam dictis.

Quod verum est, si in proclamationibus dentur congruæ dilationes, ex quibus verisimiliter possit deueniri in notitiam populi, secus si dilationes essent breues, & nimiū angustæ. Osasch. Decisione Pedemont. 72. numero 39. versiculo, Addo aliam.

58 Limitatur nono, in † causis in quibus proceditur Iuris ordine non seruato, quo casu sufficit citatio per Ploclama, vel Edictum. Paris. consil. vigesimoquinto, numero 116. libro primo. Cephal. consil. octuagesimonono, numero vigesimo, libro primo.

59 Declarat † Menoch. Remedio octauo, numero centesimovigesimoprimo, de Recuperanda, dummodo perueneritad notitiam citati, aliàs non, Ioseph. Conclus. quinta, Casu 13. Sed hoc præsumitur ex iam dictis.

60 Limitatur decimo,† quando citatio dirigitur contra aliquem certum, & in consequentiam contra incertos, tunc de istis sufficit citatio per Edictum, vel Proclama, Bartol. in l. si eo tempore, ff. de remissione pignor. l. hoc autem, §. secundo. Ex quibus caus. in possess. eatur. Alexand. consil. 150. colum. prima, libro 6. Decius, consil. 367. in fine, Decis. 693. colum. penult. Alexand. consil. 86. colum. prima, libro 2. consil. 156. eodem libro. Felin. in cap. Cum exhibita, in principio, de Iudic. Ias. l. si quis nec causam, colum. septima, ff. si cert. petatur, in l. filiusfamilias, §. Diui, in secunda lectura, colum. sexta. Alexan. in l. Sæpè, colum. octaua, de re iudic. Ias. consil. 101. in fine, libro primo. Herculan. in Tract. Quis teneatur probare negatiuam, numero ducentesimoquadragesimosecundo. Martianes. consil. 85. numero 76.

61 Principalis autem Ampliatio, de qua supra numero 40. quod citatio requiratur, etiam si tractetur de eijciendo iniustum, & illicitum possessorem à sua iniusta, & illicita possessione, limitatur non procedere in eo, qui prætendit se restitui ad possessionem antiquam, qua fuit spoliatus post inhibitionem presentatam; quo casu nulla requiritur citatio. Ita limitat Anton. Gabr. libro secundo, de Citatione, Cōclusione prima, num. 75. per consil. Calcanei 82. colum. penult. qui apud me hoc non dicit.

62 Et licet † ad prædicta competat iudicis officium, Menoch. de Recuper. Remed. vlt. num. 5. melius

melius hoc iudicio meo dicit Paulus Castren. in l. Aquilius, in fine, ff. de Donation. Lucas de Penna, in l. si coloni, quæst. 21. C. de Agricol. & censi. libro duodecimo, Reputauit dictum singulare Neuizan. consil. 80. Benedictus, post numerū tertiū, Lanceloti. de Attentat. parte tertia, cap. vigesimosexto, numero trigesimosecundo, fol. 522.

63 Et proceditur † iuris ordine nō seruato. Glossa in Clementina secunda, Vt lite pendente, Alexand. consil. 99. numero 9. libro 5. Ripa, in cap. Sæpè, numero 10. de Restitut. spoliat. Mannos, in Tract. Comission. formula 14. in verbo, Causam. Francb. in cap. Bonæ, num. 13. de Appellation. Menoch. de Recuper. Remed. vltimo, quæst. 6. num. 34.

Et ita tenuit Rota apud Bisigneit. Decisione 2. in titulo, de Appellation. secundum modernā impressionem, aliàs, 30. secundum antiquam. Bellamera Decisione 148. & 294. & Rota Decisione 474. Si attentata, de offic. Iudicis, in antiquis.

64 Citatio † tamen requiritur. Specul. in titulo, de Appellation. §. nouissimè, numero 20. versiculo, sed quæro virum. Franch. in cap. Bonæ, numero 13. versiculo, Amplius, de appellation. Marantha in Specul. in 3. pat. 6. partis principalis, quæst. 7. numero 392. allegando Decium, consil. 200. qui tamen nihil dicit de hoc. Grauat. ad Vestr. libro 8. cap. 9. sub numero 32. Et ita tenuit Rota, Decisione 13. alias secunda, de Restitut. spoliat. in nouis, in vltima Additione. ibi: & nota, quod quādo, ponens pro constanti, quod vbicumque est aliquid reuocandum Iudicis officio, lite pendente, requiritur diligens inquisitio, & sic citatio; Et Decisione tertia, aliàs 56. Si lite, in principio, Vt lite pendente, in nouis, quæ clarius loquitur, quod vocanda sit Pars. Gigas, in Tract. de Intruso, nu. 55. Æmilian. consil. 51. sub num. 21. Vide supra, num. 29.

65 Quæ Conclusio vera est, si procedatur † parte instante, secus si iudex ex officio procedat nemine instante: quia tunc citatio non requiritur. Angel. in l. finali, C. Si per vim, vel alio modo. Bald. in l. non dubium, columna sexta, versiculo, iuxta hoc quæro. C. de legibus, in l. neque natalem, in fine, C. de probation. in l. certum, columna tertia, Vnde Cognati Anton. Gabr. libro secundo, de Citatione, Conclus. prima, numero 344. limitatione 14.

Addo Asinium in Practica, §. septimo, cap. quinto, Casu 94. Lanceloti. de Attentat. parte 3. cap. vigesimoquinto, numero quadragesimooctauo, & eadem parte tertia, cap. 27. numero septimo.

Est Decisio Rotæ superius allegata secunda, de Restitutione spoliatorū, & Vt lite pendente.

66 Iura † hæc, loqui videntur vt plurimum in criminalibus.

67 Pari modo etiam † si iudex alicui illo irrequisito possessionem de facto abstulisset, transferendo in alium, potest iudex talem possessionem reuocare, etiam illo non citato in quem antea transtulerat. Ang. in l. finali, C. si per vim, vel alio modo, & consilio 134. numero sexto, post Bald. in l. secunda, columna 7. versiculo, quarto quæro, C. de seruit. & aqua, in l. si pacto quo pœnam, columna prima, in quinto notabili, C. de Pact. Alexand. in l. minor, ff. de Euiction. Vital. latè in Clausula, Nil innouari accusatione pendente, numero sexto, Loffred. consil. 47. Tiraquell. in Tract. Res inter alios acta, limitation. 39. Asinius in Practica, §. septimo, cap. quinto, Casu 134. Lancelot. de Attentat. parte 3. cap. 25. numero 45. & 46. pulchrè Roman. Singulari 773. Possessio. Rota apud Bellameram Decisione 664. Ias. in l. si pacto quo pœnam, C. de Pact. Roman. consil. 158. & 220. & 320. Decius in cap. Cum cessante, in fine, de Appellation. Marian. de Citatione, Articulo septimo, Casu vigesimo, Alexand. in l. prima, colum. 10. de noui oper. nunciatione.

Et hoc modo saluari posset illa Conclusio, quod ad ea quæ expediuntur Iudicis officio, Pactis citatio nō requiritur. Marsil. in l. de vnoquoque, numero 65. de re iudicata. Ripa in l. de pupillo, §. meminisse, numero vigesimosexto, versiculo, quartus Casus. ff. de noui oper. nunciatione. in l. filiusfamilias, §. Diui, num. 117. ff. de Legat. 1. in prima, & quarta Fallentia. Personal. de Adipiscenda, num. 263.

Nec illud omittam ad intellectum capituli, Si Episcopus, de Præbendis, libro sexto, quod 68 † si quis fuit de facto spoliatus, & sine vlla citatione, non reintegratur ex hoc, quod allegat nullitatem ex defectu citationis: sed vltra istum defectum, debet deducere aliquod ius releuans, aliàs non auditur. Ita declarat Personal. de Adipiscen 69 da, numero 266. & sic † non debet iudex currere ad reuocationem Commissionis facto, ex hoc solum, quod fuerit commissa parte non citata, sed debet iudex penetrare vlterius, si grauatus habet aliquod releuans super meritis Causæ, ne incidat in illud, si non esset commissa veniret. committenda, & in hoc debet esse admodum cautus, petens reuocationem, vt vltra nullitatem ex defectu citationis, deducat aliquod releuans in meritis Causæ.

70 Declaratur vlterius, nisi † quis possideret notoriè iniustè, tunc non requiritur iuris ordo, nec aliqua citatio in expellendo ipsum possessorem. Roman. consilio 419. In præmissa. Decius consil. 191. columna tertia, sub numero nono, & columna finali, respondendo ad Contraria. Quod consilium est satis frequens in hac materia. Marsil. Singulari 195. circa finem, ponens exemplum in eo, qui propria authoritate sine aliquo colore iuris, se ingessit. Idem consil. trigesimooctauo, numero decimoquarto, Barbac. consil. 61. numero 30. volum. primo, Glossa Consuetud. Bituricens. §. 18. Abb. in cap. Accepta, de Restit. spoliat. Marsil. de probation. columna. 45. Felin. in capit. Qualiter, & quando, columna octaua, de Accusation. in cap. secundo, de Simonia, Afflict. super Cōstit. fol. 270. Rebuff. ad l. quod iussit, in primo notabili, numero 61. de re iudic. Ant. Gabr. libro 2. de Citatione, Conclus. 1. numero 76. & 348. Marantha in Speculo, parte sexta, membro 1. numero 5. Ias. ad l. Iubere cauere. num. quarto,

de iurisdict.omn.iudic.Personal.de adipiscenda, numero 262. Menoch. de Arbitrar. Centur. 1. quæst.17.in fine; Idem Anton. Gabr.de Citatione, Conclus.1.num.350.

Addo vltra eum, bene loquentes Neuiz.consil.81.num.32.consil.82. Brun. consil. 19. numero 12. Ias.consil.86.colum.sexta, in fine, libro 3. Socin.consil. 87. colum.3. & consil. penult.col. 10.libro 3.Ruin.consil.31.numero 3. libro quinto.Gozad.consil.18.num.2.Paris.consil.1. numero 33.libro 1.Menoch.de Recuperanda, Remed. 1.num.222.Remed.15.num.259.Pontan.de Spolio,libro 3.capit.8.Grat.consil.76.num. 16.lib. 1. Asinius in Practica,§.septimo, capit.quinto.Casu 47.

Et ita tenuit Rota Decisione secunda, aliàs 12.de Restitut.spoliator.in nouis.Decis.secunda, quod met causa in nouiss.

Ampliatur quinto loco principaliter principalis

71 Conclusio,de absente non citato,vt † si fuerit citatus pro vna die, & referatur alia sequenti, an valeat,posui Casu centesimooctuagesimo, Casuum frequentium.

Cui addo Viuium in Silua,Opinione 709. numero 11.Ampliatione 6.Vnde adest Practica: Citetur talis pro tali die,deinde pro singulis diebus, & horis,Cautela tamen est,vt prorogatio intimetur.Asinius in Practica,§.septimo, capit.quinto, Casu 101.

72 Ampliatur sexto loco † principaliter, vt † si iudex citauerit partem ad sententiam, postea delegauerit,nam illa citatio non releuat, sed debet fieri noua citatio coram Delegato, aliàs sententia est nulla;nec aliquam meretur executionem. Glossa in l.consentaneum, in verbo, à quo, C. Quomodo, & quando iudex, & ibi Bartol. columna secunda,& Bald. etiam colum. 2. versiculo, modo quærunt Doctores,& ibi Salicetus, quæst. quinta.Marian.de Citatione, colum. 38. Bero.in cap.Quoniam contra,num.98.de Probation. Asinius in Practica,§.septimo,cap. quinto,Casu centesimoprimo.

73 Extẽditur hæc Ampliatio, etiam † si Causa esset Summaria, Felin.in c.Quia Gu.sub nu.4. versicul. item ista habent locum,de iudic.

74 Et † in materia pro veritate considerantur plures Casus. Primus est Casus; Si coram Delegato vtraque pars petit sententiam, ex hoc casu nulla requiritur ad sententiam noua citatio, cum ambæ partes consentiant.

75 Secundus † Casus est, cum vnus petit copiam Commissionis, vel aliquid opponit contra eam, & sic consentire non videtur, & noua citatio requiritur.

76 Tertius est † Casus, cum alter non comparet, & noua citatio requiritur.

77 Quartus est † Casus,cum à delegante emanauit citatio ad sententiam ferendam per se, vel cũ cui committeret,ex tunc alia Citatio non requiritur; ita pulchrè,breuiter tamen, Ioan.Andr.ad Specul.titulo,de Citatione, §.finali,num.8. litera B.in verbo,mortuo.

78 In hac † materia allegatur Specul.in loco proximè citato,pro vtraque parte,& pro affirmatiua loquitur per verbum,videtur,pro contraria parte pariter loquitur disputatiuè, dicendo argumentum contra.

79 Ampliatur † septimo in sententia lata super remedio l.finalis,C.de Edicto Diui Adriani tollendo,quæ non meretur executionem, & de nullitate opponi potest,nisi possessore prius legitimè citato, distinguendo duos Casus.

80 Primus Casus est, † cum petitur possessio rei, quæ ab aliquo possidetur, tunc is possessor citandus est, aliàs sententia desuper lata est nulla. Ita scribunt Bartol.ad d.l.finalem,num.16. Bald.nu. 41.Salicet.colum.9.versiculo,nunc circa.Decius num.32.Iacobin.num.24.Corneus, numero 26. Mantua,in Prima lectura,num.130.Curt.iunior, numero 63.Sapia, num. 66.Zuchard.num.311. Gozad.consil.21.num.13.Et hæc est magis Communis opinio,à qua nemo discrepat.Menoch.de Adipiscenda,Remed.4.num.447. vbi Personal. num.250.Anton.Gabr. de Citatione,Conclusione prima,num.157.

81 Declaratur hic Casus, quando † notoriè constat nullum possessori ius competere tunc enim possessor citandus non est, ex his quæ latè posui superius,numero 70.

82 Declaratur † secundo, quod attendenda sint verba pronunciæ; si enim simpliciter petatur, se declarari hæredem,& immittẽdum in possessionem,tunc isto casu nulla requiritur citatio; Si vero petatur vlterius immitti,& induci,tunc requiritur citatio.Ita Alex. conciliando opiniones, in d.l.finali,nu.16. Latius Zuchard. nu. 315. versic. quam Conclusionem,vbi Personal.nu. 249.Menoch.Remed.4.nu.453.subdens Castrens.vnum,

83 in Practica valde vtile, quod † postquam hæres est immissus per Nunciũ, quod possessor ex hoc non priuatur eius possessione, sed si hæres immissus, vult,quod possessor expellatur, debet ille citari, & si non comparet, expellatur; & fiet præceptum,vt possessionem liberam dimittat; si autẽ comparet, aut allegat possessionem de tempore mortis defuncti, & tunc auditur, & non expellitur, cum deficiat vnum substantiale ad remediũ l.finalis.Si vero allegat aliud ius potẽtius,aut docet incõtinẽti,& nõ expellitur; aut requirit altiorẽ indaginẽ,& non auditur,& expellitur.Faciunt quæ posui in Tract.Excussion.parte 2.quæst. 32. de Exceptione requirente altiorem indaginem, & quando hoc dicatur.

84 Et satis vtilis † mihi videtur præsens doctrina, ad Practicam quotidianam; nam conuenitur quis possessorio,puta, Saluiano, fertur sententia contra eum,an ex hoc dicatur spoliatus absolutè possessione,prout sæpius occurrit,vtique ex relata doctrina crederem, quod & licitè permaneat in dictis bonis, nisi post immissionem citetur; vel efficiatur contumax ex tunc sibi imputet. Si vero alleget aliquod ius, auditur, si incontinenti doceat,prout superius dictum fuit.

85 Pariter, si fertur sententia † contra aliquem, qui appellat, & continuat possessionem appellatione pendente, licite facit, nec criminaliter accusari potest. Alberic. in l.1. ff.nil innouari, appellatione pendente. Angel.in l.si cuius ff.de

Appella-

Appellation.recipiend Iaffred. Decisione 447. Paris. consil.49.num.3.& sequent.libro primo, Mannos, de inhibitor. quæst.23.numero 3.posui supra Exceptione 45. limitatione vigesimaquinta,num.246.

86 Declaratur † tertio, vt processus valeat in se, tertio non vocato; sed non præiudicat tertio quo ad suam possessionem, super qua citari debet. Alex.in d.l.finali, num.16.Iacob.in.num.24. Zuchard.num.315. Menoch. Remedio 4.numero 456.

Vltra quem ad confirmationem huius Declarationis addo Bald.in l.ab eo,in fine, C.Quomodo,& quando iudex,in l.finali, §.1.col.penult.ff. si cert.petat.Castrens.in l.si patroni,§.finali,in fine,ff.ad Trebellian.in l.decem, col.penult. ff.de verb.obligat. Roman.in l.peregre,§.quibus, de acquir.possessione. Alex.in l. de vnoquoque, in fine,de re iudic. consil.84.col.finali,vol.3.consil. 86.col.1.in fine,vol.2.consil.85.col.penult.vol.6. Ias.in l.rescript.colum.1. ff.de pact.in Repetitione l.filiusfamilias,§.Diui,col.13.de Legat.1.consil.3.col.finali vol.1.Socin. consil.282. col.3.vol. 2.Fel.in cap.finali, col.2.de maiorit.& obedient. Curt.consil.23.col.4. Cepoll.consil.ciuili 62.Ripa,in cap.cum M. col.62. de Constitut. Afflict. Decisio 396.num.3.Capicius Decisione 107.nu. quarto, Quid si possessor non fuit citatus, an poterit petere reuocationem ex capite nullitatis ex defectu citationis; posui supra, numero sexagesimooctauo.

87 Secundus Casus principalis est, cum † bona à nemine possidentur tunc in hoc remedio citatio non requiritur ita,omnes,in d.l.finali,vbi Bartol. num.16.Comens.num. 26. Mantica in prima lectura,num.129. & Communem attestatur Zuchard.nu.311. Asinius in Practica, §.7.cap.5.Casu 88.

88 Extenditur hic Casus, † vt capere possit hæres hoc casu propria authoritate. Alex. consil.5.nu. 2.vol.2.Gozadin. consil.21.num.10.ex l.cum hæredes,ff.de acquir.possessione.

89 Extenditur secundo, vt † nec citatio generalis necessaria sit tali casu,Menoch.de Adipiscenda, remed.4.nu.458.

90 Extenditur tertio,etiam si adsit † possessor,sed ignoretur: nam nec hoc casu citatio necessaria est,vt ibi per Zuchard.num.313.Declarando hoc verum,ad processus validitatē,secus,quo ad præiudicium in possessione:nam ad hoc citari, & audiri debet.Bartol. & Bal.in l.si eo tempore, C.de remissione pignorum. Menoch. d. remedio 4. numero 465.Socin.senior, consil.13. numero 5. libro 4.

Vnde solent fieri Decreta, dummodo possessio vacans, & sine præiudicio habentium potiora,& meliora iura,ex Corneo, in d.l.finali, num. vigesimoseptimo.

91 Ampliatur octauo, in † Laudo arbitratoris, qui proferre non potest, nisi prius parte citata, aliàs non meretur executionem, l. diem proferre,§.si quis,ff.de Arbitr.Imola,in cap.Quintanallis,col.7.de iureiur. Bald.in repetione l.ex compromisso,quæst.5.ff.de Arbitris.Et hæc est Communis opinio. Ias.ad l.si quis arbitratu, nu.21.de verb.obligatione. Anton. Gabr.libro 2.de Citatione,Conclusione 1.numero 194.Et hæc est verior opinio. Amat. Decisione March.58.numero 9.

92 Extēditur hęc Cōclusio,& Ampliatio,† siue simus in Arbitro electo ex necessitate iuris,vel Statutorum,siue simus in Arbitratore, voluntariè per compromissum voluntarium à partibus electo, iuxta Bartoli sententiam Communiter approbatam,teste Ias.in l.si quis arbitratu, sub numero 22.versiculo,retenta, ff.de verborum obligatione.

93 Extenditur secundo, etiam † si Statutum vel Compromissum dicat, quod procedat partibus præsentibus, adhuc enim ad laudi prolationem citatio requiritur.Speculat.de Arbitro,§.excipitur, num.10.§.finali prope finem. Imola,in cap. Dilectus, col.2.de Arbitris.Alex.in l.si quis arbitratu,num.14.in quarta limitatione,vbi notabili-

94 ter a† subdeclarat;aut loquimur in Arbitro,& Cōclusio procedat;aut loquimur in Arbitratore,& illa verba absentibus,excludunt citationem,cum aliàs nihil operarentur. Felin.in cap. Cum olim, col.8.circa medium,versiculo,facit dictum, de re iudicata. Reputauit dictum singulare Marsil. Singulari 173. Fiunt quotidie, ad l.de vnoquoque col.13.de re iudicata. Appellauit dictum singularissimum Ias.in §.bonæ fidei, numero 27.de Actionibus, & valde notabile Aret.,Problem. 94.Est Communis opinio. Boer. Decisione 283, nu.38. Ant.Gabr.lib.2.de Citatione, Conclus. 1. num. 48. & hoc dictum pro valde notabili ponit Roman.Singulari 273. Compromissum,dicens, pluries practicasse. Marsil.iterum Singulari 633. Materia.Cotta,in verbo, arbiter cui, el secondo, de Communi Emanuel, in suo Thesauro, litera A.numero 74.Blanch.de Compromiss.quæst.9. num.4.

95 Et sic si Statutum † dicat,quod absens condemnari possit, intelligitur non simpliciter,sed mediante citatione,& sic reddatur contumax, Bald. in l.prima,colum.prima, versiculo, sed hic quæritur, an valeat, C. quomodo, & quando iudex.

96 Extenditur secundo, idem † in prorogatione, puta,si data sit facultas prorogandi Compromissum,partibus etiam absentibus, & ignorantibus, quia saltem prorogationem factam, partibus intimare, & notificare debet, & antequam notificetur, prorogatio non operatur effectum suum,ita singulariter Bald.in l.eos, §. Apostolos, col.2.versiculo, quatro numquid, C.de Appellation.dicens se ita consuluisse. Quod est bene notandum. Felin.in cap.1.col.penult. versiculo 13. nota,de Constitution.in cap. Rodulphus,col.29. circa medium, de Constitution. in cap. Dilect. col.2.de iudic. pro valde singulari reassumit Ias. in l.nec quidquam. §.vbi Decretum, num.56.de offic.Proconsul.& Legati.Felin.post Aretinum, in cap.Dilect.col.2.de iudic. Roman.in Rubrica, de arbitr.colum.septima, quæst.17.Singulare dixit Bald. consil.350.in 2.column.lib.5. Alex. consil.63.ad finem,libro tertio, & consil.34 colum. vltima,

vltima, versiculo, super eo, libro primo, Paris.
consil.43.colum.2.volum.1. Dixit singulare Ias.
in §.in bonæ fidei, numero 28.de Action. Boer.
Decisione 282. numero 32. Et hæc est Commu-
nis, & recepta opinio. Decius consil.39. colum.1.
Curt.iunior, consil.31. colum.1.& consil.32.in
principio. Anton.Gabr.de Citatione, Conclusio
ne 1.numero 51.Cotta, dicens singulare, & Com
muniter receptum, in verbo, Arbiter, cui, el se-
condo. Contrarium tamen tenet Marsil.ad l.de
vnoquoque, numero 26.de re iudic. Asinius in
Practica, §.7.cap.5.Casu 82. Conciliari potest di-
stinguendo; Aut tempus est appositum à Lege;
vel ab Homine, vt per Cottam, in verbo, Arbi-
ter, cui, el secondo, dicens valde notãdum, Gabr.
de Citatione, Conclus. prima, limitatione 120.
num.514.

97 Extenditur tertio, vt nec laudum † latum ad
fauorem absentis non citati, valeat. Blanch. de
Compromissis, quæst.9.num. 6. Declarando vt
supra, num.2.& 3.

98 Extenditur quarto, vt nec † Interlocutoriam
Arbiter ferre possit parte non citata. Blanch. vt
supra, numero 7. Declarando vt supra, numero
6.& subdit Blanch.vt supra, attendenda esse ver-
ba Statuti, & Clausulas in eo appositas, per quas
videatur tolli debitum citationis.

99 Si enim † Statutum de Compromissis appo-
nat Clausulam, Sola facti veritate inspecta, vel si-
miles, prout Communiter in Statutis adesse so-
lent, quæ tendunt ad abbreuiandas lites, tunc In-
terlocutoria etiam non modici præiudicij, sine
citatione ferri potest, vt sentit Blanch. in citato
loco, numero 7.in finalibus verbis. Vnde omnes
ille Clausulæ per quas ex interpretatione Iuris
Communis tollitur citatio, nec necessaria est, po
sita in Statuto de Compromissis operabitur eũ-
dem effectum.

100 Idem † crederem in Arbitris Compromissa-
rijs, si in Compromisso sint apposita verba talia
per Compromittentes quæ citationem exclu-
101 dant, cum Partes † possint citationi renuncia-
re, præsertim in Ciuilibus, ex Glossa notabili in
l.diem proferre, §.si quis litigatorum, ff.de Ar-
bitr.Specul.in titulo de Citatione, §.Viso, versi-
culo, Pone quod Partes, numero 15. Roman.
consil.142. Marsil.ad l. de vnoquoque, numero
82.de re iudic. Alciat. Respons. 17. numero no-
no, latè Asinius in Practica, §.septimo, capit.5.
Casu 57.

Ampliatur nono, in sententia lata ex citatio-
ne nulla, Rolandus consil. 29. num.23. volum.1.
Bursat. consil.74. num.7.

Ampliatur decimo, vt si sententia lata sit con-
tra absentem ex iusta causa, si à sententia non sit
appellatum, possit appellari ab executione, vt su-
persedeatur. Duenn. Regula 41.limit.quinta, Asi
nius in Practica, §.31.cap.decimooctauo, limit.
decima.

Limitatur primo loco notabiliter hæc vtilis,
& practicabilis materia, quæ passim, & quotidie
102 in facto occurit, vt non † habeat locum in Cõ-
promisso iurato, quo casu non requiritur citatio
de speciali priuilegio Iuramenti. Ita in specie
Caccialup.in Tract.de Arbitr. quæst.70.colum.
4.numero 153.versiculo, quinta Conclusio, exul
tans dicendo esse suam nouam considerationẽ.
Sequitur Ioan.Lup.ad capit. Per vestras, §.finali,
numero 30. fol. mihi 185. ea ratione præcipuè
motus, quia Iuramentum facit valere actum eo
meliori modo quo potest, & debet. Textus sin-
gularis licet notissimus, in l.cum pater, §.filijs ma
trem, ff.de legat.2.Bartol.in l. cum quis decedẽs,
§.codicillis, num.8.ff.de legat.3. Alexand.consil.
37.num.22.consil.58.numero 6.& 11.volum.1.
Latè Tiraquell.in Repetitione l.Si vnquam, nu-
mero 133.in Præfatione, C.de Reuocand.dona-
tione, Gabr.in titulo de testament. Conclusione
quinta, in fine. Euerard. in loco, à Vi Iuramenti,
numero vigesimo, Seraphin.de Iuramento, Pri-
uileg.89. Peregrin.de Fideicomiss. Articulo 34.
num.75.

103 Et omissis multis, non exeundo † materiam
Compromissi, de qua agitur, fuit in facti contin-
gentia iudicatum, quod si est factum Compro-
missum in aliquem cum Clausula, de Iure, & de
facto in procedendo, & sententiando, si electus
est incapax arbitrandi de Iure, quia Monachus,
vel similis, & fuerit iuratum, tale iuramentum
operatur, vt videatur Compromissum de facto
tantum, & non de iure, quia iuramentum habet
vim Clausulæ, Omni modo meliori. Ita Cor-
neus consil. secundo, columna penultima, volu-
mine 2.

104 Et videtur etiam confirmari posse: quia † iu-
ramentum habet vim expressi, & specialis con-
sensus. Bald.in l.1. colum.2.versiculo, secundo
quæritur, C. Commodati, allegat textum in d.l.
cum pater, §.filius matrem, de Legat.2. Alexan.
in l.sciendum, columna 8.de verbor.obligat.con
sil.133. columna penult. versiculo, & eo fortius,
volum.5.consil.61.colum.finali, volum.3.Latè
Anton.Gabr.de Iureiurando, Conclus.4.Sera-
fin.de Iuramento, Priuileg.70.

105 Et si dicatur, † causam iuramenti non opera-
ri vbi est defectus formæ. Tiraquell.de Legibus
Connubial.l.vltima, numero 158.vbi allegat Bar-
bac.consil.55.columna penult. volum.2.sed talis
citatio est adeo pro forma, vt sine ea non valeat
sententia, ad fauorem absentis, vt dixi superius in
principio, num.2.

106 Respondetur, quod † supplet defectum for-
mæ cui Partes renunciare possunt, Felin.in cap.
Cum dilecta, numero 47.de Rescript. Seraphin.
priuileg. 70. numero 4. Citationi autem Partes
renunciare possunt, vt dixi supra numero 101. Et
ponam inferius de Clausula in Compromisso
apposita, Partibus citatis, & nõ citatis. Non igno
ro tamen, Anton.Gabr.de hoc dubitasse, de Ci-
tatione, Conclusione 1.numero 52.& iterum,
numero 196.sed mihi placet, per supradicta.

107 Suppletur tamen † defectus citationis, si po-
stea laudum intimetur, & non reclametur: quia
transit in iudicatum, nec impeditur executio per
defectum citationis, Gratus consil.76. columna
prima, in fine, volumine secundo, Borgnin. De-
cisione 27.numero sexto, & Decisione 22.nume
ro 78.

Ani-

Animaduertendum crederem circa hoc di-
108 ctum Grati, quod † si demus laudum nullum ex defectu fortasse citationis, non potest partium consensu etiam expresso ratificari, ita vt valeat in vim Laudi, sed bene in vim pacti, & hoc, si sit vitium, quod per partes remitti possit, aliàs non; vt bene declarat Decius consil. 475. numero trigesimotertio, versiculo, Præterea, per capit. Examinata, vbi Abb. notat de confirmatione vtili, vel inutili. quem textum dixit singularem ad hoc propositum Roman. consil. 155. numero 4. Anton. Gabriel. de Sentent. Conclusione secunda, numero 9. libro secundo, & concurrũt requisita ad pactum. Surd. Decisione 53. numero 22. & non contineat turpia, & quæ sunt contra bonos mores. Berous, consil. trigesimo, numero 21. volum. 3.

109 Vnde Laudum nullum † ex defectu potestatis, non potest ratificari partium consensu, etiam expresso, Paris. consil. 24. numero 156. volumne secundo. Pulchrè Berous, videndus consil. 30. nu-
110 mero 21. volum. 3. vbi Ampliat, † etiam si Statutum prohibeat dici de nullitate Laudi, & super omnibus laudatis intelligitur compromissum, sicut latum extra forma cõpromissi. Brun. de forma, titulo de Potentia, & effectu formæ, limitatione vigesimaoctaua. Surd. Decis. 53. numero 24.

Limitatur secundo loco hæc octaua Amplia-
111 tio, de sententia vel laudo † Arbitratoris, vt in eius probatione non requiratur citatio, si apposita sit Clausula, Partibus præsentibus, vel absentibus, citatis, vel non citatis: nam hoc casu poterit laudare sine citatione. Ita in d. l. si quis arbitratu, Castrens. num. 10. Alexand. num. 16. Socin. num. 31. limitatione decima. Ias. num. 22. latius in l. ne quidquam, §. vbi Decretum, numero 56. vbi reputat singulare in Practica, & consil. 12. in fine, volum. 1. in l. admonendi, numero 80. de iureiurando. Roman. consil. 7. Bald. in l. si quis ex consensu, colum. 11. C. de Episcopali audient. Felin. in capit. Cum olim, colum. octaua, de re iudicata. Curt. consil. 170. colum. quinta. Nicell. Concord. 52. Fallent. 28. Boer. Decisione 283, numero 38. Marsil. Singulari 173. Gabr. de Citatione, Conclusione prima, num. 54. Addo Baptist. de Sancto Blasio, in tract. de Arbitrar. quæstione septuagesima, num. 150. Barbac. consil. 18. num. 17. volum. 1. Imolam, consil. vltimo. Menoch. de Arbitr. quæst. 17. num. 13. Ananiam, consil. 83, columna vndecima, Anchar. consil. 270. Romanum, consil. 61. Et hæc est Communis opinio, & in Practica semper seruata. Viuius in Silua, Opinione 708. num. 2. Cotta, in verbo, Arbiter, cui, el secondo, Niconit. in capit. Quoniam contra, numero nonagesimotertio, de probation. Cuman. consil. septimo, numero octauo. Asinius, in Practica, §. 7. capit. 5. Casu 52.

Requiritur tamẽ aliqualis intimatio. Marian. de Citatione, Articulo 7. versiculo, 42. col. finali, in fine, versiculo, item aduerte, dicens in Practica notandum.

Limitatur tertio, & hæc est clauis totius mate-
112 riæ, † quod si negocium requirit discussionem, vel informationem facti, & negocij, tunc si hoc præcessit, auditis partibus, Laudum latum ab Arbitratore, sine citatione valet, aliàs latum nõ discusso antea negocio, nec informationibus receptis, sine citatione erit nullum, nec aliquam merebitur executionem. Bald. in l. finali, C. de contrahenda emptione. Salicet. in l. si societatem, §. Arbitrorum, ff. pro socio. Ias. in l. si quis arbitratu, colum. 9. versiculo, dummodo arbitrator, Alex. consil. 130. volum. 1. vbi Rouescala in consilij additione exclamat, illud cõsiliũ esse crudele, & scriptum sanguine humano, & sapere in puncto per eum apposito totam feritatem. Bal. in cap. Quintauallis, colum. tertia, & seq. de iureiurando consil. 64. Numquid arbiter. volum. 3. Lanfranch. de Arbitr. parte tertia, quæstione decima, numero 88. Latè Marian. de Citatione, Articulo 7. versiculo, 42. procedit in Arbitro. Cuman. consil. 7. Socin. consil. 27. colum. penult. volum. 3. Viuius, in Silua, Opinione 708. in fine, sicco tamen modo. Socin. in d. l. si quis arbitratu, colum. vltima, versiculo, quarta, & vltima. Boerius Decisione 282. num. 34.

113 Declaratur hæc limitatio † multis modis; Primo, vt talis discussio non requiratur, si ex lectura Compromissi potuit se instruere, & informare, cum coram Arbitratore Compromissum sit loco petitionis. Bald. in capit. finali, numero sexto, in fine, de re iudicata. Et ita etiam tenet Baptista de Sancto Blasio, in tract. de Arbitr. quæstione septuagesima, numero centesimosexagesimoquarto, versiculo, sexta Conclusio.

114 Sed licet † Compromissum sit loco petitionis, non per hoc petitum, examinatur, & discutitur, & multa petuntur, quæ indigent discussione, & iustificatione: Quare nõ crederem declarationem esse absolutè veram.

115 Multi enim † sunt Casus, in quibus Arbitrator electus potest se informare ex se, sine Partibus, puta, si sit electus super quantitate Dotis declaranda, vel pretio alicuius rei venditæ, vel similibus, hoc enim potest facere ex se. Bald. consil. sexagesimoquarto, parte tertia. Et vidimus in materia Arredij nuptialis, dum sæpius remittitur in pectore matris. Gozad. consil. centesimo, numero 17. & 18.

116 Secundus Casus, † Si quis debet iudicare de proprio sensu ad materiam l. Theopompus, ff. de Dote prælegata, posui latè in Tract. de Iuramento litis decisorio, quæstione quinta, nonæ quæstion. Principalis, numero decimoquinto, cum seq. vbi videre placeat. Addo ibi dictis Anton. Gabriel. de Citatione, Conclusione prima. Ampliatione quadragesima. Menoch. de Arbitrar. quæstione decimaseptima, numero duodecimo.

117 Tertius est Casus, † cum quis est assumptus ad declarandam voluntatem testatoris sibi cognitam: nam hoc facere potest parte non citata. Bartol. in dicta l. Theopompus, numero nono, ff. de Dote prælegata. Sequitur Ias. in l. si quis arbitratu, numero vigesimosecundo, in quarta Limitatione, vbi Socin. senior, in nona limitatione, ff. de verborum obligat. Butrius, in cap. Ve-

cap. Vestra, de cohabit. cleric. & mulierum. Niconit. in cap. Quoniam contra, numero 94. de probation. Asinius in Practica, §. 7. cap. 5. Casu 41. Est Casus satis vtilis in Practica, Sæpè enim occurrit. *Il tale lo puo sapere che praticana assai con il testatore.* Anton. Gabr. de Citatione Conclus. 1. numero 184.

118 Quartus Casus est † in Arbitratore assumpto ad electionem personarum, ad aliquod commodum venientinm, puta, pauperes: nam talis declarare poretit sine aliqua citatione, per l. cum quidam, la seconda, in fine, ff. de Legat. 2. Textus tamen ibi, in fine, cum l. sequenti, Contrarium sentire videtur, volens absentes vocandos, & audiendos. Vult etiam ibi textus, & clarius explicat Castrens. numero 5. quod si Commissio facta sit per verba importantia Arbitrium boni viri, eligendo indignos, ptiuatur electione. Allegat etiā textum in l. vnum ex familia, §. primo, vbi Bart. numero 3. notat, & Castrens. §. sequenti, num. 1. ff. de Legat. 2. l. nulli, & ibi Bald. C. de Episcop. & cleric. Bald. in l. captatorias, C. de testamento militari, in l. finali, C. Communia de legat. Socin. in l. si quis arbitratu, limitatione 5. vbi etiam Ias. numero 22. pariter limitatione quinta, de verbor. obligat. Anton. Gabr. de Citatione, Conclus. prima, numero 523. limitatione 128. Niconit. in capit. Quoniam conntra, numero 95. de Probationibus.

119 Declaratur tamen † præsens materia; Aut testator non taxauit quantitatem, & tunc hæres est citandus; si vero faciēda est electio personarum, & distributio circa eas, ex tunc non requiritur citatio, sed sufficit notificatio ex post facto. Bart. in l. prima, numero 16. ff. de Legat. 2. per l. nulli, §. cū autem, C. de Episcop. & cleric. vbi Castrens. numero 6. vult, quod iste executor debet facere Inuentarium, & reddere rationem suæ executionis, ostendendo, & declarando personas, quibus distribuit, & quantitatem, quam distribuit, & sic à principio non procedit citatio, sed ex post facto, talis coram Iudice propalatio, publicatio, & exhibitio. Idem Bartol. alio numero 16. de Aliment. & Cibar. legat. Asinius in Practica, §. 7. c. 5. Casu 53.

Sed nec illud obiter omittam, quod Castrens.
120 concludit, quod † executor testamentarius tenetur facere Inuentarium, quod in testamentario, negauit Bald. in Authentica, Sed cum testator, in fine, C. ad leg. Falcid. Alexand. consil. 215. numero 7. volum. 6. dicens ita de consuetudine seruari. Roland. de Inuentar. parte 2. quæst. 31,
121 fol. 30. tenetur † tamen assignare bona, & describere pro simplici ratione reddenda. Capra, de Executor. vltim. volunt. Membro 5. numero 22. Petr. Pecch. de testament. coniug. libro 1. cap. 11. Pitrh. in Consuetud. Aurelianens. cap. 17. Phanuc. de Inuentario, parte tertia, numero 75. Crass. qui hos non allegat, §. Inuentarium, quæst. septima.

122 Idem dicendum † in executore ad captiuos redimendos. Roland. de Inuentario, parte 2. quæstione 22. fol. 31.

123 Quintus Casus est † in calculatoribus, seu reuisoribus electis, & vocatis ad calculandum, & reuidendum computa: nam hi possunt referre, & declarare parte absente, & non citata. Bartol. per illum textum, in l. secunda, §. quod si de frumentaria, ff. de administrat. rerum ad ciuitat. pertinent. Quod dictum dixit perpetuo notandum Castrens. in l. secunda, numero 3. C. vbi de Curiali, vel Cohortali, Abb. in cap. Ex insinuatione, ad finem, de Appellation. in cap. 1. columna secunda, de Causa possession. & proprietat. in c. Olim, columna 6. de re iudicata, in cap. Vestra, prope finem, de cohabitat. cleric. & mulierum, in capit. Bonæ, el secondo, columna 4. de Election. in cap. Cum sit Romana, prope finem, de Appellation. vt recepta sit apud Abbat. & approbata Conclusio. Ias. consil. 200. columna penult. volum. 2. Nicell. Concordant. 52. limitatione 16. Ant. Gabr. de Citatione, Conclusione 1. limitatione 74. numero 455. Tiraquell. in Tractatu Res inter alios acta, limitatione 16. Marantha, in verbo, Citatio, num. 24.

124 Declaratur hic Casus, † vt procedat, & locū habeat, quando constat parti absenti nullam cōpetere defensionem. Ias. in l. ne quidquam, §. vbi Decretum, numero 45. de offic. Proconsul. & Legati, in l. si quis arbitratu, numero 22. in 6. limitatione, ff de verbor. obligat. Felin. in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ, numero 20. de Constitution. in cap. 1. numero 25. in 3. limitatione, de Iureiurando, Asinius in Practica, §. 7. cap. 5. Casu 74. Posui superius, num. 70. de Communi Curt. iunior, cōsil. 25. num. 46.

125 Declaratur † secundo, considerando duos Casus principales. Primus est, si calculatores, & reuisores calculant data, ex accepta, exitus, & introitus, & isto casu nulla requiritur citatio, cum factum consistat in simplici calculo.

Secundus Casus est, quando vltra declarationem aliquid declarant, & isto casu, citatio requiritur, ita Socin. in l. si quis arbitratu, in octaua limitatione, ff. de verborum obligat. dicens sic intelligenda verba Saliceti, in l. hac edictali, §. illud, per illum textum, C. de secundis nuptijs, & iste Casus est magis vsitatus & frequens, quia reuisores computorum vt plurimum aliquid declarāt; sed non vidi citari partem, & ita fortasse procedit, quod ponit Gabr. de Citatione Conclus. 1. numero 187. & 188. Paulus autem Castrens. in l. si cui libertas, ff. de condit. & demonstrat. iterum tangit istum passum, & dicit se vidisse frequentius obseruari, quod computa exhibeantur coram Iudice, qui contra citatum procedit. Sequi videtur Benuenut. Straccha, de Mercatura, par. secunda, numero 67. sed hoc potest esse verum in aliquibus locis, sed ego vidi obseruari, calculari, & declarari per eosdem.

126 Limitatur quarto loco, si † Arbiter laudaret vltima die Compromissi, quia laudum valeret, parte non citata, l. secunda, & ibi Bartolus, in primo Notabili, C. de Tempor. appellat. vbi Bartolus ponit doctrinam, quod si ego volo facere aliquid infra terminum, debeo citare partem, sed in vltima die termini non teneor citare: quia est nota omnibus. Idem Bartol. in l. qui ante Calendas,

das,

das, vbi Ias. numero 8. ff. de verbor. obligat. idem clarius reperit Bartol. in l. item illa, sub numero 5. versiculo, & est notabile, ff. de Cōstituta pecunia, cōcludens, quod vltima die termini, possum producere iura, parte non citata: quia dies interpellat. Bald. in cap. 1. Quo tempore miles, in vsibus feudor. in Authentica, Ei qui, columna secunda, C. de tempor. appellation. Bartol. in l. si de meis, §. finali, columna secunda, in principio, ff. de Arbitr. Bald. in l. si quando, per illum textum, C. de Testament. in l. eos, §. Apostolos, ff. de appellation. in l. finali, C. qui admitti, in l. si ita scriptū, §. Pegasus, de Legat. 2. in l. secunda, ff. si quis caution. Roman. in Rubrica, de Arbitr. quæst. 10. Anchar. in Clementina, Quamuis, de Appellation. Nicell. Concordant. 52. Anton. Gabr. sicco sanè modo, lib. 2. de Citatione, Conclus. 1. numero 202.

Doctores in l. si quis arbitratu, vbi Castrens. numero septimo, Alexand. numero duodecimo, Ias. numero 23, in 6. limitatione. Socin. senior, numero 31. in secunda limitatione, Socin. iunior, numero 56. dicens hanc limitationem præ omnibus notandam in Practica, & sæpius in facto euenire. Socin. in Tract. Citation. Articulo 7. versiculo, Decimus tertius Casus. Blanch. de Cōpromiss. quæst. 9. numero 8. & numero 41. Arno. Singul. 84. Campeg. de Testament. Conclus. 164. Fallent. 12. Marantha, in verbo, Citatio, numero 18.

127 Ampliatur † idem in Iudice, qui sententiare potest vltima die instantiæ, etiam parte non citata. Bald. in Authentica, Ei qui, C. de tempor. appellation. Dixit notabile in Practica Castrens. ad l. admouendi, sub numero 14. versiculo, plus dicit, de Iureiurando, Socin. de Citatione, Articulo 7. Casu 13, singulare Ias. in l. ne quidquam, §. vbi decretum, numero 25, in 3. limitatione, de offic. Proconsl. & Legati. Marsil. ad l. de vnoquoque, numero 51. & 63. de re iudicata.

128 Declaratur † præsens limitatio multis modis; Aut de Causa liquet, & in vltima die Compromissi non requiritur citatio; aut non liquet de Causa, & licet sit vltima dies Compromissi, tamen citatio requiritur, Ita Bald. in cap. Quintavallis, columna quarta, versiculo, Item si requireretur citatio; quod reprobare videtur Alexand. ad l. si quis arbitratu, numero 12. sed Baldus bene saluat seipsum, dicendo, requiri ex necessitate discretionis. Ego putarem etiam considerandam causam, quare non liquet in vltima die Compromissi, & si alicuius culpa vel defectu, nam illi erit imputandum.

129 Declaratur secundo, † si terminus sit præfixus ab Homine, tunc sufficit vltima die laudasse sine alia citatione, secus, si terminus sit præfixus à Lege, vel Statuto, quo casu requiritur citatio, licet feratur laudum in vltima die. Bald. in Authētica, Ei qui, C. de temp. appellation. in cap. 3. Quo tempore miles. Socin. de Citatione, Articulo 7. Casu 23, Blanch. de Compromissis, quæst. 9, numero 8. Baptista de Sancto Blasio in Tract. de Compromissis, quæst. 70. numero 49. dixit valde singulare Lanfranch. in Practica, titulo, de Citatione, numero 18. Dixit valde notabile Cotta, in verbo, Arbiter, cui, subdens tenere Contrarium, esse errorem. Afinus in Practica, §. 7. cap. 5. Casu 55. Contrariam tamen opinionem tenet Alex. in d. l. si quis arbitratu, sub numero 12. per l. secundā, cum ibi notatis, per Bartol. C. de Tempor. appellation. prima tamen opinio videtur magis recepta.

130 Quid si in illa vltima die termini pars compareat & contradicat, & petat terminum ad docendum de iure suo, aliàs appellet, an debeat audiri? vtique non, cum vltima dies termini habeat vim peremptorij, & conclusionis in Causa, nisi doceat de legitimo impedimento. Specul. de Sētent. prolatione, §. nunc videndum,

131 Quid si † terminus Statutiad arbitrandum, & laudandum prorogetur de consensu partium, erit ne ista prorogatio, terminus Legis, vel Hominis. Vtique non mutat naturam primæuam prorogatio, sed extendit illam tantum, ex glossa, in l. inter conuenientes, ff. ad Municipal. per quam ita tenet Blanch. de Compromissis, quæst. 9. numero 9. & tempus prorogatum est idem tempus, l. sed si manente, ff. de precar. & ponit Rebuff. ad l. derogatur, columna 4. versiculo, aliàs Prorogo, ff. de verborum significatione, Marsil. Singul. 300.

132 Quid si vltima † dies Compromissi, sit feriata in honorem Dei? vtique videtur distinguendum cum Baldo, in cap. Bonæ, el secondo, columna prima, in fine, de Electtion. Aut tempus statuitur per Legem, vel Statutum, & tunc instantia non prorogatur, sed debet citatus comparere congruo tempore, scilicet ante terminum, per l. 2. in fine, C. de Appellation. & hoc in ferijs solemnibus, & certis, quæ præuideri poterant. Si verò sumus in termino Hominis, & vltima dies sit feriata, tunc sufficit per diem post non feriatam. Sequitur Ias. in l. secunda, num. 14. ff. si quis in ius vocat. Socin. de Citatione, Articulo 19. quæst. 4. idem Bald. in cap. finali, colum. 2. de Dolo & contumacia. Blanch. de Cōpromissis quæst. 9. num 41.

133 Declaratur, † non solum vltima die termini, sed vltima hora, laudum sine citatione proferri posse, & debere ex glossa, in §. omnis, in verbo, tribui. Institut. de verbor. obligat. ea ratione: quia certum est Aduersarium ea hora amplius venire non posse; dicens hanc opinionem veriorem. Et hæc est Communis opinio. Tobias Nonius, ibi, sub numero 18. versiculo Altera. Baptista de Sancto Blasio Tract. de Arbitr. quæst. 70. numero 149. vbi hoc in terminis ponit, & concludit.

134 Limitatur quinto † loco, si Arbiter debet iudicare secundum suam conscientiam, quo casu in vim huius Clausulæ, non requiritur citatio. Glossa in Clement. prima, de offic. Delegati, Bal. in l. certum, columna secunda, C. Vnde legitimi. in l. vltima, C. de legitimis hæred. in l. qui se patris, C. Vnde liberi. Roman. in Rubrica de Arbitr. columna secunda, Bald. in l. si qua per calumniam, versiculo, sed pone, C. de Episcop. & cleric. in l. neque natales, columna finali, C. de Probation. Calcaneus consil. 85. columna finali. Socin.

ciu.consil.90.colum.penult.libro quarto. Marsil.ad l.de vnoquoque, num. 99. Casu 48. de re indicata. Mantua consil. trigesimooctauo, colum.finali, Alciat.ad l.si quis arbitratu, prope finem, de verbor. obligat. Menoch. de Arbitrar. quæst.17.nu.14. Declaratione 3. Addo Lapum, Allegatione 61. columna secunda, in medio. Baptistam de Sancto Blasio, quæst.70.numero 157.Conclusione 9. Gozadin. consil.100. num. 17.versiculo octauo. Socin. Regula 74. Citatio, in secunda Fallentia. Et ad prædicta est Glossa notabilis, & singularis, in cap.Statutum, §. Assessorem, in verbo, Relinquitur, de Rescript. vbi Franch. col.2. circa medium, dicit eam singularem, & allegat Bald.in l.2.in princip. C. de fideicommiss. quod Lex commendat, & fauet illi quod fit ex conscientia, cui non conuenit de apicib. iuris disputare. Vnde † cõmissum sub onere conscientiæ, videtur commissum ad veritatem, & satis est, quod sit munita de Iure gẽtium.

135

Singularem quoque dixit Bald. vbi Castrens. numero primo. Ias. num. quarto, in l. de pupillo, §. qui opus, de noui oper. nunciatione. Singularem quoque dixit Anchar. consil.436. In his dubijs, colum. secunda, versiculo, Præterea, vbi hanc Glos. extendit ad casum quotidianum, si quid

136 † distribuẽdum committitur secreto, nam nulli, quid fecerit, tenetur rationem reddere, & solus Deus sit scrutator cordium, cap. Vt nostrum, vt Ecclesiastica beneficia. Singularem quoque dixit Ias. in §. sed iste, num.136. de action. Bald. in cap. Si sacerdos, de offic. Ordinar. Cephal. consil. 89. num. vigesimosecundo, volum. primo. Singularem quoque dixit Marsil. Singul. 214. & 402. Alexand. consil.170. volum. tertio, consil.2. volum. secundo. Ioan. de Amic. consil.34. Corneus, consil.113. colum. secunda, volum. tertio. Bolognin. cons. quadragesimoseptimo, colum. secunda, in fine, versiculo, accedat. Curt. iunior, in l. admonendi, numero 383. de Iureiurando. Anton. de Petrut. in Repetitione l. primę, num. 365. de Iureiurando. Latè Tiraquell. in Tract. Præscription. §. primo, glossa octaua. Seraphin. de Iuramento, Priuileg. tertio, num.4.

Contrarium, in limitatione superius posita, tenet Alexand. consil.45. volum. 6. Roman. in l. certum. C. Vnde legitimi, Angel. in l. ab executione, in fine principij, de Appellation. Anchar. consil.385. Alexand. consil.208. colum. prima, volum. primo. Nicell. Concordant.52. Fallentia 14. & 79. Bertrand. consil. 175. col. vol.2.

137 Quare Alexand. † consil. 218. volum. secundo concordando opiniones, dicebat; Aut exprimitur, id quod tacitè inerat, & citatio nõ requiritur; Aut ponitur, quod tacitè non inerat, & tũc citatio requiritur. Sequitur, & latè comprobat Ias. in l. certum, num.19. C. Vnde legitimi, in l. nec quidquam §. vbi Decretum, num.44. de Officio Proconsul. & Legati, in l. si quis arbitratu, sub num.23. in octaua limitatione, ff. de verbor. obligatione.

138 Vnde, si † Papa committat alicui examen, si est idoneus, vel dignus, non requiritur citatio: quia hæc verba important simplicem monitionem; & licet non sint expressa per Pontificem, tamen subintelligerentur ex natura actus, & negocij; glossa in Clementina vnica, in verbo, reperierint, de offic. Delegati, & ibi Cardinal. in tertio notabili. Felin. in cap. finali, numero 29. versiculo tertia Conclusio, de Præsumption. concludens exprimere ea, quæ tacitè insunt, non inducere conditionem, neque formam. Baldus, in l. non dubium, columna sexta, C. de Legibus, in l. neque natales, colum. tertia, C. de Probation. in l. si qua per calumniam, C. de Episcop. & cleric. colum. prima, in fine, in l. certum, vbi Iason, num. decimonono, C. Vnde legitimi, & in l. quinquaginta, ff. de excusat. tutor. Abb. in capit. secundo, de Testibus, colum. tertia. Socin. Regula 406. in 2. Fallentia. Alexand. consil.45. volum. sexto. Milis, in verbo, Citatio nõ requiritur quando, Cardinal. consil.132. colum. finali, Alexand. consil.218. colum. prima, in fine, vol. secũdo. Paris. consil.31. num.36. volum.4. Cassanæus, consil.85. col.8. Marsil. ad l. de vnoquoque, num. 52. in 4. limitatione, de re iudicata. Niconit. in cap. Quoniam cõtra, numero 69. de Probation. Imola, in cap. finali, de Translation. Prælator. Roman. Singulari 369. Fui interrogatus, in 4. Fallentia. Laudens. in Clement. vnica, vbi Cardin. quæst.3. de Rescript. in Clement.1. vbi etiã Cardinal. quæst. 1. de Concessione præbend. Alexan. in l. de pupillo, colum. vltima, versiculo, item fallit, ff. de noui oper. nunciat. Iason, in l.3. num.6. de Legat.1. Baldus in Rubrica, C. Qui accusare non poss. Lap. Allegatione 60. Visis literis Apostolicis, post num.3. Oldrad. consil.41. num. primo, versiculo, & ideo prima verba, Lambertin. de Iure patronatus, Articulo secundo, quæst. decima principali, parte prima, libro secundo, Alciat. Regula 3. Præsumptione tertia. Mascard. Conclusione 875. numero secundo. Menochus, libro sexto, Præsumptione 91. numero sexto, versiculo, Tertius Casus. Anton. Gabr. de Citatione, Conclusione prima, numero trecentesimonono, in quarta limitatione. Afinius in Practica, §. septimo, cap. quinto, limitatione septima, considerando tamen in hoc plures Casus, de quibus post alios per Menoch. libro sexto, Præsumptione nonagesimaprima. Et vltra Menoch. ita tenuit Rota, Decisione 674. aliàs 21. de Rescript. in antiquis. Paris. cons.45. col. prima, volum.4.

Vel dici fortasse posset vltra Menoch. supe-
139 rius allegatum; Aut proceditur † iudicialiter, vel extraiudicialiter; Primo casu requiritur citatio, secundo casu non requiritur, nisi agatur de graui præiudicio. Abb. in cap. secundo, numero septimo, vbi Aretin. columna secunda. Felin. numero octauo. Decius numero quadragesimoquinto, de Testibus. Ruin. consil. sexagesimooctauo, numero secundo, volum. primo. Anton. Gabr. de Citatione, Conclusione 1. num.312.

Et ita tenet Rota, Decisione 686. D. Petrus, in antiq. Staffileus, de literis gratiæ, fol. centesimooctuagesimo.

Et vltra alios in locis ordinarijs circa Clausulam, In conscientia, datur alia declaratio; Aut

140 † Aut agitur de graui præiudicio, aut de modico; primo casu citatio requiritur, secundo casu non. Tiber. Decian. tract. Crimin. libro secundo, capit. decimosexto, numero tertio tomo primo.

141 Secunda vltra alios est declaratio; aut † verbũ, conscientia, profertur simpliciter, aut cum verbo denotante arbitrium boni viri. Primo casu, non requiritur citatio, secũdo vero casu sic. Natta, in Clement. Sæpè, §. non in verbo conscientiam, numero vigesimoseptimo, de verb. signicat.

142 Ampliatur nono † loco principaliter Conclusio principalis, in cõdemnatione expensarũ nam condemnatio expensarum, non potest fieri contra absentem non citatum. Bartol. in l. non ignorat, C. de fruct. & litium expens. vbi limitat, nisi fuerit quis à principio citatus cum comminatione, vt nisi compareat, procedatur contra eum; idem sentit Bartolus sed non ita clare, in l. 3. §. ad diem, ff. de re militari, contra quam limitationẽ, Bartoli insurgit Dec. in c. 1. nu. 199. de iudic. quod

143 † citatio facta ad vnum finem, actum, locum, vel tempus, si postea fiat ad alium actum locum, vel tempus, est nulla, & sententia lata vti contra non citatum, est nulla, l. aut qui aliter, in principio, ff. Quod vi aut clam. vbi Bart. dicit, illum textum esse literis aureis scribẽdum. Ioan. Andreas, in cap. Si à iudice, in verbo, termino, de Appellation. in sexto, Milis, in verbo, citatio adeo necessaria, Felin. in cap. Consuluit, num. 3. de offic. Delegati, in cap. 1. num. 22. de iudic. in cap. Ad audientiam, num. 19. prope finem, de Accusation. Posui late Decisione 108. numero septimo, Casuum frequentium.

144 Ad quod † videtur de facili posse respõderi, ex notatis per eundem Decium, consil. 449. in principio, vbi declarando dicta Bartoli concludit, citationem saluandam, si verba quoquomodo adaptari possint etiam impropriando; & licet expensæ videantur quid diuersum a negocio principali, sunt tamen de appenditijs eius, & ideo iure merito citatus ad se defendendum comprehendetur etiam respectu expensarum.

145 Contrarium, † pro negatiua, scilicet quod citatio non requiratur, tenet Gloss. in cap. Constitutus, in Glossa penult. in fine, & ibi Hostiens. & Abbas, de Procur. Innocent. in cap. Querelam, eod. titulo. Ioan. Andr. in cap. finali, colum. prima, de dolo & contumac. Et hæc est Communis opinio. Ias. in l. sancimus, numero nono, C. de iudicijs.

146 Limita vt supra, ex mente Bartoli, † quando in citatione est apposita comminatio.

147 Declaratur † secundo, considerando duos Casus. Primus est, si iudex vult simpliciter condemnare in expensis, & tunc citatio non requiritur, quasi iudex in hoc sit executor Legis, quæ mandat condemnari in expensis, ex l. sancimus, C. de iudicijs.

148 Secundus Casus † est, quando nedum iudex vult condemnare, sed & simul taxare, & hoc casu requiritur citatio, cum taxando possit grauare. Decius, in cap. primo, numero ducentesimo, vbi Berous num. ducentesimovigesimosecundo, de iudic. licet postea ibi non parum dubitet, & quod in taxatione requiratur citatio, ponit Marantha, in verbo, Executio, num. 21. Lucas Petus, in Practica Capitolina, libro nono, cap. primo, sub numero decimoquinto, & an iudex condemnationem reseruare possit, ponit Minsyng. Centuria tertia, Obseruat. trigesimasecunda.

149 Limitatur † tertio, distinguendo alio modo; aut victus citatus comparuit in prima sententia, & in condemnatione expensarum noua citatio requiritur, cum illa per comparitionem consumpta sit; si vero victus ad primam sententiam contumax fuit, & tunc noua citatio requiritur, si fuit apposita hora præcisa, secus si ad diem. Bald. in l. terminato, C. de fruct. & litium expens. Roman. in Rubr. de Arbitr. num. 15. Lanfranch. in Practica, in titulo, de Expensis, sub num. septimo, versiculo quæro vlterius; refert Asinius in Practica, §. septimo, cap. quinto, Casu 73.

150 Ampliatur decimo, non solum † in petente possessionem ex sententia lata, sed confirmationem possessionis: quia ad eam absens citandus est, ex l. tertia, §. missum, de Carbon. edicto Bart. in l. tertia, quæst. quinta, C. de pignor. Bald. in l. finali, in 7. & 8. oppos. C. de Edicto Diui Adriani tollendo.

151 Ampliatur vndecimo in eo † qui propria authoritate, vel ex conuentione, vel alio modo, possessionem capere poterat, si adit iudicem, requiritur citatio, alias executio est nulla; De qua materia posui latè Decisione quinquagesimaseptimo. Casuum frequentium, vbi videre placeat. Et ibi dictis addo Amat. in Decision. March. quadragesimooctauo, numero decimo, Pontan. de Spolio. libro tertio, numero centesimoquinquagesimonono, qui loquitur in protestatione faciẽda in actu aditionis iudicis. Hercul. de Attent. cap. 3. num. 19.

152 Ampliatur duodecimo, † in executione sententiæ latę per duos iudices ex tribus, tertio non vocato; nam exequi illam non possunt illi duo iudices, qui eam protulerant, nisi vocato ad exequendum illo tertio, ex cap. secundo, vbi Glossa vltima, de dolo, & contumacia, libro sexto.

153 Declarando † hoc verum, si in exequendo requiratur causæ cognitio, aliàs non debet vocari ille tertius, vbi declarat Dominic. & Franchus.

154 Ampliatur tertiodecimo † in pronunciando causam desertam: nã citatio requiritur, aliàs exequi non potest, dixi superius, Exceptione 45. numero ducentesimononagesimoseptimo. Et ita tenuit Rota, Decis. quinquagesimanona, de Appellation. in nouis.

155 Ampliatur quartodecimo, in † venditione pignoris facienda per creditorem: quia ad illam citari debet debitor, iuxta l. finalem, C. de iure dominij impetrando, l. creditor, la seconda, C. de distractione pignorum. Guido Papæ, Singulari 590.

Posui latè materiam, in Tract. excusion. bonorum, parte 2. quæst. 8. num. 12.

Addo Guidonem Papæ, quæst. 329. Anton. Gabriel. de Citatione, Conclus. prima, numero 236.

156 Ampliatur quintodecimo, vt si quis fuit † citatus ad diem certam, quæ est feriata in honorē Dei, si feratur die sequenti, non valet, vti contra absentem sine noua citatione. Felin. in capit. primo, numero 37. de Testibus. Bald. in Margarita, in verbo, Citatio ad diem. Et ita tenuit Rota Decisione decimaquinta, aliàs 178. de Testibus, in nouis.

157 Declarando, nisi † in diem immediatè sequē tem, vel vlteriorem, de partium consensu; vel ita se haberet consuetudo; vel esset citatio generalis ad totam causam, cum Clausula, Deinde pro singulis diebus, & horis. Milis, in verbo, Citatio adeo est necessaria. Ruin. consil. centesimo trigesimosexto, volum. quinto. Posui latè Decisione centesimaoctaua. Casuum frequentium; & posui superius, & ponit Guido Papæ, quæstione 219.

158 Ampliatur † sextodecimo, in citato ad certam diem, vel horam; nam si feratur sententia extra illum diem, locum, vel horam, sententia est nulla. Posui superius incidenter tamen, & per viā oppositionis, num. 142.

Addo Bartol. consil. 167. Pluries contingit, qui loquitur de sententia lata extra horam. Milis, in verbo, Citatio adeo est necessaria. Decius, consl. 449. Et hæc est Cōmunis opinio, quam Doctores vbique sequuntur. Alexand. consil. 109. Ponderatis, col. 5. lib. 6. consil. 213. col. 2. Anchar. consl. 406. in principio. Afflic. Decisione 387. Crauetta, consl. 122. in fine. Aretin. in §. omnis, col. 2. super glo. in verbo, debetur. Inst. de verb. obligat. Vant. de Nullitate ex defectu citation. nu. 37. vbi de magis Communi.

159 Ampliatur † septimodecimo, in citatione ad totam causam, pro singulis diebus, & horis, nam hæc citatio regulariter non valet, cum in quolibet actu, pars citanda sit, ex iam dictis.

160 Declaratur hoc verum, cum † citatus est de longinquo. Abb. in capit. vltimo, numero tertio, de dilation. Alexand. in l. qui ante Calendas, ff. de verborum obligat. Ias. in l. ne quidquam, §. vbi Decretum, limitatione decima, de verborum obligat. Vant. de Nullit. ex defectu citation. numero 99. Milis, in verbo, Citatus ad vnum actū. Grauat. ad Vestr. libro 4. cap. 4. nu. 15. dicēs hanc esse Communem, & veriorem opinionem.

161 Declaratur secundo, vt procedat † solum in illis Casibus, in quibus ad sententiam lite non cō testata perueniri potest, in alijs non. Bald. consil. quarto, libro 5.

162 Declaratur tertio, cùm † citatus semper fuit cōtumax, secus si semel comparuisset, per se, vel per procuratorem, Abb. Alexand. & Grauatius, in citatis iam locis.

163 Declaratur quarto, † quando comminatio interuenisset. Nicell. de Concordant. Glossa Cōcordant. quinquagesimasecunda, in decima limitatione.

164 Ampliatur octauodecimo, quando † quis est citatus coram pluribus iudicibus Delegatis per vnum tantum ex eis in solidum datis, vt comparеat coram se, vel eius Collega: nam coram Collega, qui non citauit, non tenetur comparere, & si Collega procedat sine noua citatione, sententia est nulla, vti contra absentem non citatum, nec vllam meretur executionem. Franch. in capit. Cum plures; de offic. Delegati, libro sexto. Milis, in verbo, Citatus per vnum. Firmian. in verbo, iudices plures, in verbo, Citatio requiritur, & in verbo, Citatio incerta. Aufrer. ad Tolosan. Decis. 400.

Et ita tenuit, Rota Decis. 2. aliàs 110. de offic. delegati, in nouis.

165 Ampliatur nonodecimo, vt generaliter † in quolibet negocio arduo absentes sint vocandi, & requirendi. Innocent. in capitulo secundo, de noui oper. nunciatione. Butr. in capit. Cum omnes, colum. sexta, vbi Felin. colum. decimaquarta, de Constitution. Idem Butrius, in cap. 1. de his quæ fiunt à maiori parte Capituli, in capit. finali, colum. quinta, de maiorit. & obedient. in cap. Licet, colum. tertia, de Election. in cap. primo, col. quinta, de noui oper. nunciatione. Abb. in capit. secundo, in fine, eodem titulo. Ias. in l. placet, columna quarta, in secunda lectura, C. de Sacrosf. Eccles. in l. omnes populi, col. 6. de Iustitia, & iure. Dominic. in cap. secundo, colum. 2. de Testibus, libro 6. Brun. de Constitution. in verbo, absens, Cotta in Memorabil. in verbo, Absentis.

166 Ampliatur vigesimo, † in missione in possessionem ex primo Decreto, in qua requiritur citatio, aliàs missio redditur nulla, & contra eam opponi poterit. Corneus, consil. centesimosexagesimotertio, columna secunda, volumine primo.

167 Nec sufficit † vnica citatio, sed requiritur trina, de Communi Alex. in l. si finita, §. Iulianus, col. 2. ff. de damno infecto. Anton. Gabr. de Citatione Conclusione 1. num. 253.

168 Ampliatur primo, & vigesimo † ne pupillus supra infantiam sit citandus. Bart. in l. 1. §. sufficit, numero secundo, ff. de administr. tutorum. Speculat. de libelli conceptione, §. nunc videndum, num. 10. Castrens. in l. nec impuberes, ff. de in ius vocando. Abb. in cap. Tua nobis, colum. prima, de Appellation. Afflict. Decisione 262. numero 2. in titulo de Milite vassallo qui contumax est, num. 35. Decius, consil. 449. num. 11. de Communi Alex. in l. si ex legati causa, ff. de verb. obligat. Sed contraria opinio est magis Communis, contra Bartol. vt impuberes citari non possint sine tutoris auctoritate. Alex. ad l. nec impuberes, de in ius vocando, in fine. Ant. Gabr. de Citatione, Conclus. prima, numero 299.

169 Considerandum tamē videtur, † quod si causa, agatur cū infante, nō potest citari, ne legitimè cōpareat, vt sentit Afflict. in allegata Decisione 262. Abb. consl. 29. n. 4. in fine, vol. 2. nec in discursu dissentit Decius, consl. 449. nu. 10. vbi Decius in eo conflictu adhæret Negusantio contra Ruinum; & si infans nullum habeat tutorem, nec sit

nec sit qui velit eius defensionem suscipere, cita-
tis omnibus agnatis, iuxta l. hæc autem, §. si non
defendi, ex quibus caus. in possession. eatur. &
tradita per Crauettam, consil. 225. num. primo,
& 5. decernet Curatorem ad lites in ea causa, &
sentit Vrsillus ad Afflict. Decisione 262. num.
5. in fine.

170 Si vero sumus † in pupillo supra infantiam
constituto, vel adulto, tunc si habeat tutorem, vel
curatorem, debet tutor, vel curator citari; Nec
sufficit solum pupillum; Si vero non habeat tu-
torem, vel curatorem, citetur solus pupillus, vel
vel adultus: quia intelligitur vt legitimè compa-
reat. Bald. in adulto loquens, in l. finali, C. si pro-
pter public. pensitationẽ in l. non eo minus, in fi-
ne, C. de Procur. & dicit Bartol. in d. §. sufficit,
quod si adultus habet curatorem, electio est A-
ctoris, dirigere libellum, vel contra minorem,
vel contra curatorem. Idem Cardinal. in Cle-
mentina, Religiosus, quæst. 5. de Procurat. De-
cius, d. consil. 449. num. 11.

Ampliatur secundo, & vigesimo, vt non va-
leat sententia lata contra absentem, etiam si lata
sit ex causa probabili, & necessaria, l. cum nõ vo-
luntatis, C. Quomodo, & quando Iudex.

171 Ampliatur † tertio supra vigesimũ in decla-
rando sententiam, vel processum nullum: nam
citatio requiritur. Abb. in cap. Causam quæ, col.
prima, vbi Decius, Imola, & Sicul. colum. prima,
de re iudic. Marian. de Citatione, colum. 54. Ca-
su 18. Anton. Gabr. de Citatione, Conclus. pri-
ma, num. 211. Practica Vestr. libro 8. cap. primo,
num. 13.

172 Declara, nisi ageretur † de nullitate decla-
randa nemini præiudiciali, Felin. in d. cap. Cau-
sam, colum. prima, Marsil. ad l. de vnoquoque,
num. 54. Nicel. Concordant. 52. Fallent. 46. Ro-
ta apud Bellamer. 207. in fine.

173 Declara † in nullitate notoria ex defectu Iu-
risdictionis. Marsil. de Probation. colum. 45. An
ton. Gabr. de Citatione, Conclusione prima, nu-
mero 484.

Limitatur primo loco principalis Conclu-
174 sio, vt † nõ sit citandus ille, de cuius præiudicio
principaliter non agitur, sed in consequentiam
tantum, de qua materia posui superius, Exceptio
ne 224. Res inter alios acta. Est bonum consiliũ
85. num. 83. inter consilia Martianesij.

175 Limitatur secundo, † quando pars etiam si
fuisset citata, & præsens fuisset, non potuisset a-
ctum impedire, nec ei iustè contradicere, cum
nullam haberet defensionem: nam in tali casu
non requiritur citatio, qui enim inuitis alijs põt
actũ explicare, multo magis absentib. & ignoran
tib. potest, l. qui põt inuitis, ff. de Regul. iuris. Io.
Andr. in cap. 2. col. 2. versiculo, Præsidentes, de
noui oper. nunciat. Bart. in l. 3. §. si causa cognita,
col. finali, versiculo, sed hodie, ff. de bonorũ pos-
session. Bald. in l. minorum, in fine, C. In quibus
caus. In integrum restitutio non est necessar. Ias.
in l. si quando, num. 24. C. Vnde vi, inferens ex
176 hoc, quod in † dilatione iuramẽti ex dispositio
ne l. si quando, C. Vnde vi, & iuxta formam cap.
Super eo, de eo quod metus causa, non requi-
ritur citatio partis, ea ratione: quia cũ Lex man-
det tale iuramentum præstandum in odium vio
lentis, vel dolosi, pars, si esset præsens, nec contra
dicere, nec impedire posset; & allegatur consi-
lium Alexand. 130. volum. primo. Et ita tenuit
Rota, Decisione secunda, aliàs 299. de his quę vi,
metusue causa, in nouis.

Contra quam est Communis opinio. Plot. de
in litem iurando, §. 51. num. 7.

Et cum opinione Rotæ tenet Milis, in verbo,
Citari non oportet, allegando Decisionem præ-
dictam. Anton. Gabr. de Citatione, Conclusio-
ne prima, num. 325.

177 Vltra quem Ampliatur in quolibet iuramẽ-
to, quod defertur contra violentum, vel dolo-
sum. Ias. in Repetitione l. si quando, sub nu. 327.
versiculo, & per hoc puto. Marantha, in verbo,
Citatio, numero vigesimoquinto, limitatione
decimaoctaua. Asinius in Practica, §. septimo,
Casu 105.

Restringendo semper secundum prædictos,
178 in pręstatione † ipsiusmet iuramẽti: sed ad pro-
bationem violentiæ, vel metus, & ad taxationẽ,
requiritur citatio, cum pars hoc casu aliquid al-
legare posset.

Eamdem opinionem in principali limitatio-
ne tenet Milis, in Repertorio, in verbo, Citare
non oportet ad actum. Brun. consil. primo, col.
10. Curt. senior, consil. primo, colum. 8. & consil.
174. colum. 1. Socin. cons. 4. col. 6. volum. 3. &
consil. 87. col. 9. vol. 3. consil. 127. col. 7. volum. 3.
Marsil. in Rubrica de Probation. num. 219. Ni-
cell. Concord. glos. 52. Fallẽt. 16. & 26. Staffileus,
de literis Grat. & Iustit. fol. 178. inferens, quod li-
179 cet † etiam prædo sit ante omnia restituendus,
l. colonus, & l. cum fundus, ff. de Vi, & vi armata,
& est clarissima in ore omnium & vulgatissima
Conclusio. Menoch. de Recuperanda, Remed.
primo, num. 109.

180 Tamen † hoc fallit, si constat ex Actis, vel pa
cto, nullam competere defensionem, ex dicto
Innocent. in cap. Cum Ecclesia Sutrina, vbi Ab-
bas, num. 26. de causa possession. & propriet. An-
ton. Gabr. de Restit. spoliator. Cõclus. 1. num. 7.
Marsil. Singul. 195. in fine, de Cõmuni Berous,
in cap. In literis, num. 68. versic. vigesimo allega-
tur, de Restit. spol. Menoch. de Recuperanda,
Remedio primo, num. 113.

181 Illud obiter dicã † quod Staffileus in citato
loco, videtur loqui in beneficialibus, vt notorius
prædo restituatur, cuius cõtrarium est Commu-
nis opinio, Alciat. Respõso 41. in fine. Menoch.
de Recuperanda, Remedio primo, numero cen
tesimotrigesimoprimo.

Hanc eamdem opinionem tenet Gozadin.
consil. 92. numero decimotertio, versiculo, &
182 primo, † vbi si in legitimatione apponitur fa-
cultas legitimandi filijs inuitis, ergo non citatis,
Oldrad. consil. 95. in fine, Castrens. in l. quia po-
terat, numero octauo, ff. ad Trebellian. vbi cla-
rius quam alius firmat hanc Conclusionem.
Felin. in cap. Qualiter, & quando, numero 15. de
Accusation. inferens ad vnum, quod reputat val.
de notabile post Cardinal. ab eo allegatum,

quod iudex potest absoluere excommunicatum, etiam si esset Delegatus, & parte nullatenus citata. Bald. in cap. Cum scire, num. 3. C. de eo qui mittitur in possess. causa rei seruandæ, & in his quod in recuperāda tenuta reus auditur, dando idoneam cautionem, si tempora non largiantur.

Alex. in l. si pacto quo pœnam, num. 4. prope finem, C. de pact. vbi vult, † quod præceptum
184 emanatum ad tollendum rixas, & scandala, sicut fieri potest parte absente, ita inuita, & contradicente, dicens perpetuo notandum. Posui late in tract. Sequestri, parte 1. quæst. 6. num. 63. & in tract. Casuum frequent. Decisione 29. num. 54. Roman. consil. 212. concludens per hanc limitationem, quod si † emphyteusis finita sit per li-
185 neam, & generationem finitam. sicut potest dominus directus locare alteri inuito emphyteuta antiquo, sic eo absente, & ignorante. Gabr. de citatione, Conclus. 1. num. 475.

Contrarium in puncto, tenuit Rota, apud Peregrin. 33. in manuscriptis, & iterum coram A corambono, in vna Mediolanensi bonorum, prout Decisione trigesima, parte tertia, in nouissimis. Marsil. Singulari 30. Tu scis, dicens valde singulare in Repetitione Rubricæ, de probation. num. 219. ad l. de vnoquoque, num. 67. de re iudicata, in l. 1. §. finali, num. 16. de quæstion.
186 inferentes ex hoc in locis signatis, quod † non est citanda pars, ad videndum iurare, vel examinari testem, cui pars etiam præsens, nihil releuās opponere posset, sentit Felin. in verbo, citatio, in capitulo, In nomine Domini, numero 14. de Testibus. Marantha, in verbo, Citatio, numero 28. Alex. consil. 180. volum. primo. Gabr. de Citatione, Conclus. prima, numero 378. in fine, versiculo, hinc infertur. Decius, consil. 274. colum. vltima, versiculo tertio, &c. inferens per hanc li-
187 mitationem, † quod prodigo potest interdici administratio, sine aliqua ipsius citatione: & qui si esset præsens, contradicere nec impedire posset. Nicell. Concordant. quinquagesimasecunda Fallentia 12. & 13. Marsil. ad l. de vnoquoque in septima limitatione, numero quinquagesimoquinto, de re iudicata. Oldendorp. in libello iuris, col. 351. Ruin. consil 89. numero 13. vol. 5. Ant. Gabriel. de Citatione, Conclusione prima, limit. 7. numero 315.

188 Sed Contraria opinio est † verior, & Communis, attestata per eundem sibimet contrariū, in eadem Conclusione, num. 203. Ampliatione 95. & sic vnum tenet in ampliationibus aliud directo contrarium in limitationibus, vt ante eum de Communi attestatur. Cagnol. ad l. furiosi, num. 17. de Regul. iur. Asinius in Practica §. 57. c. 5. Casu 63. Viuius, lib. 1. Opin. 295. Eman. in suo Thesauro, litera D. num. 324.

189 Secus † in furioso, qui citari non debet, de Communi Ruin. cons. 99. num. 3. lib. 4.

Hanc eamdē limitationem superius positam tandem sequitur, & comprobat Roman. consil. 369. colum. 6. Rubr. in cap. tuam, colum. 2. de ordine cognition. Asinius in Pract. §. 31. c. 4. limit. 1. §. 7. capit. 5. Casu 42. 43. & 79. Menoch. de arbitr. quæst. 17. num. 15. Ias. in l. si quis arbitratu, nu. 22. de verb. obligat. in l. nequidquam, §. vbi Decretum, nu. 45. de offic. Proconsul. & Legati. Felin. in c. Ecclesia Sanctæ Mariæ, num. 20. de Constitution. in cap. 1. nu. 25. limit. 3. de iureiurando. Et in summa hæc est Communis opinio. Curt. consil. 25. nu. 46. Parisius, consil. 1. num. 33. vol. 1. Anton. Gabr. de Citatione Conclus. 1. numero 348. in fine.

190 Declaranda † tamen venit præsens materia, vt non procedat quando est data forma negocio pertractandi, iuxta l. si in tres, ff. de Arbitr. Et ita sentit Cagnol. ad l. qui potest, sub numero 5. ff. de
191 Regul. iuris, † vbi si in tres arbitros fuerit compromissum, duo possunt laudare inuito tertio, vocato tamen, secus eo absente, & nullatenus vocato, ita, vt si ille tertius absens, non vocatus, postea ratificaret, adhuc laudum est nullū. Specul. de Arbitr. §. finali, numero quinquagesimo quarto, versiculo, sed pone latè est, quod dictum. Singulare reputauit Angel. in l. licet, in fine, ff. de iudic. latè Lanfranc. de Arbitr. parte 3. quæst. 13.
192 num. 90. etiam † si vnus commisisset alij motum animi sui, & sic illi duo pronunciassent, adhuc enim laudum est nullum: quia Arbitentalia committere non potest. Bart. in d. l. duo ex tribus, ff. de re iudicata, vbi Ias. in finalibus verbis, dicit singulariter notandum.

193 Similiter in † electionibus, & scrutiniis, in quibus attenditur factum à maiori parte, & contradictio minoris partis non releuat, l. quod maior, ff. ad municipal. capit. Cum omnes, de Constitution. & tamen factum à maiori parte aliquibus absentibus, & ignorantibus, quia plus nocet contemptus vnius, quam contradictio multorum, cap. Per venerabilem, de electionibus.

194 Declaratur secundo, quod Regula † nō procedit in Iudicialibus, quia iudicium redditur in inuitum, l. inter stipulantem, §. primo, ff. de verb. obligat. & non contra absentem non citatum, vt in hoc discursu.

195 Declaratur tertio, † vt Regula procedat, vbi datur eadem ratio, secus, data diuersitate rationis, ita Decius ad d. l. qui potest, num. 3. vbi Cagnol. num. 5. ff. de Regul. iuris.

196 Declaratur quarto, vt Regula procedat, † vbi absolutè me inuito aliquid fieri potest, tunc enim & me ignorante poterit, secus si non potest fieri me inuito, nisi causa cognita: nam tunc absente parte fieri non poterit, Aretin. in l. secunda, §. finali, colum. fin. ff. soluto matrimon. Cagnol. in l. furiosi, numero decimoseptimo, in fine, ff. de Regul. iur.

197 Declarat † quinto Ioan. Ferrar. ibi, adhærendo multum literæ, vt l. qui potest, procedat in alienatione tantū, prout verba sonāt, & nō vltra.

198 Declaratur † sexto vtiliter, quando notorium est parti nullam competere defensionem. Ias. consil. 169. col. 1. vol. 2. Ruin. consil. 31. col. 1. vol. 5. Socin. cons. 469. col. 26. vol. 3. Aretin. in §. curare, & §. finali, de Action. Ias. in l. Gallus, §. & quid si tantū, col. finali, in 1. & 2. lectura, vbi Crotus, colum. decima, de liber. & posthum. Gabr. de Citatione, Conclus. 1. nu. 349. & 350. Marsil.

in l.finali,num.33.ff. de Iurisdict. omn.iudic.in Rubrica,C.de Probation.;num. 221. & 227.in l. de vnoquoque, num. 9. de re iudicata, in Rubr. C.ad leg.Cornel. de fals. num. 41. Fuit dictum Innocen.in cap.Sacro,de sentent.excommunic. in cap.Tua,de cohabit.cleric. & mulierum. Decius,in l.finali,num.15. de Iurisdict.omn.iudic. in cap.Cum sit Romana,num.53. de Appellat. Ias.in l.ne quidquam,§.vbi Decretum, Fallent. 7.de offic. Proconf. & Legati,Decisio Tolosana 440.Roman.Singulari 775.

Et ita tenuit Rota,Decisione 55.aliàs 2.Vt lite pendente,in nouis.Menoch.de Adipiscenda, Remed.4.quæst.56.num.450. Personal.nu.262. Ias.ad l.Iubere cauere,num.4.de Iurisdict. omn. iudic.Lancelot.de Attentat.par.3.c.24. quæst.1.

199 Declaratur septimo † vltra Ant.Gabr.& omnes alios supra nominatos, vt sufficiat defensionem competere posse, licet actu non competat; & ita tenuit Rota in vna distributionum apud Caputaquensem Decis.114. parte prima, & sic tollatur replicatio,si non competit,competere potest,& hoc discutiendum. Et hæc Conclusio vera est in delicto notorio, quod aliqua excusatione tolli potest, vt citatio requiratur, ex magis Communi.Vrsill.ad Afflict. Decis.178.num.7. Mascard.in verbo,notorium,num.11.Contard. de Momentanea possess.limit.7.n. 58. Menoch. de Arbitr.Casu 235.num.14. Farinac. quæst.21. num.72.

200 Limitatur † tertio loco principaliter, quando actus ipsi absenti non citato nullum afferret præiudicium,tunc sententia valet, & executioni mandanda est.Bald.in l.ab eo,in fine,C.Quomodo,& quãdo iudex,in l.finali, §. Cum igitur, col. 3.C.de Iure deliberan.in Authẽt.Si omnes, col. 2.C.Si vt se ab hæred.abstin. Bartol. in Authent. Sed cum testator,col.2.in fine, C. ad leg. Falcid. Castrens.cons.256.col.1. in fine. Marsil. Singul. 30.ad l.de vnoquoque,in 7.Casu, de re iudicata.

201 Limitatur quarto loco principaliter, † vt citatio non requiratur in causis,vbi quis potest incipere ab executione, prout in nunciatione noui operis, & præceptis cum Clausula iustificatoria.Posni Casu 19.num.13.& 20.Decisionum causarum frequentium,

202 Limitatur quinto † in Notorijs,in quibus citatio non requiritur. Dictum est Innocent. in c. Ex insinuatione, de Appellation. Bart. in l.2.§. quod de frumentaria,de administr.rerum ad Ciuit.pertinent.Ioan.And.in cap.Quanto,de Trãslat.prælat.Gemin.cons.53.col. secunda. Calcan. consil.18.colum.penult. Angel. in Repetitione l.1.colum.10.C.de Iudic. Cuman.consil.7. colum.secunda.Oldrad.consil.293. in princip. Socin.Regula 406.in prima Fallẽt.Milis,in verbo, Citatio non requiritur ad sententiam. Felin.in cap. Parochianos, de Sentent. excommunic. Socin.consil.87.colum.8.volum.3.Barbac.consil.81.colum.20.volum.primo. Menoch.de Recuperanda,Remed.13.num.259.

203 Vnde † de nullitate notoria, si feratur sententia,citatio non requiritur.Grammatic.Decisione 65.num.55.

Præsertim, si est nullitas ex defectu Iurisdictionis.Dominic.in cap.Tua, ad finem, de offic. Vicarij; Quod dictum singulare reputauit Marsil.in Rubrica,de Probation. num. 223. Felin.in cap.quæ,...col.2. in princip. in prima saluatione, de rescriptis,inferens ex hoc,quod Iudex Ecclesiasticus potest declarare nullum processum factum contra clericum, etiam parte non citata. Nicell.Concord.52. Fallent.46. Anton. Gabr. de Citatione,Conclus.prima,in fine. Rota apud Bellameram Decis.107.Nicolut.in cap.Quoniã contra,num.62. de probation. Marsil.ad l.de vnoquoque,num.54.Ias.dicens singulare,ad l.ne quidquam,§.vbi Decretum,colum.6.limitatione quinta.Riminald.consil.425.num.46.volum. 3.Tiraquell.in Tract.Res inter alios acta, limit. 8.Asinius,in Pract.§.7.cap.5.Casu 60.

204 Et hæc Conclusio † vera est etiam in criminalibus,vt si agatur contra absentem super notorio crimine,requiratur citatio. Iul. Clar.quæst.9. versiculo quæro numquid, prope finem. est Cõmunis opinio. Roland. consil.68.num.14.libro 2.Bossius de Crimine notorio,num.quarto,prope finem. Capra de Notorio,in 4. membro,nu. 21.Gomes. de Delict.cap.1.num. 42.Corrad.in Titulo de notor. crimine, numero secundo. Prosper Farinac.quæst.11.numero 44.versic.nec prætermittẽdum reprobat opin. Deciani, quam sequitur Baiard.ad Clar.quæst.44.num.79.& idẽ Farinac.quæst.21.num.68.

205 Et præcipuè ad sententiam,† vt omnes suprà relati clarè attestantur; & fuit opinio Alberici,in l.ea quidem,n.14.C.de accusation.dicens, quod de hoc nullus dubitet, & de magis Communi Aretin.consil.163.num.7.

Declaratur octauo & vigesimo præsens limi-
206 tatio,† vt vera sit,& procedat, quando certum sit ex Actis, vel confessione, vel simili modo, nullam defensionem competere posse, ex his quæ superius posuimus num.194.

Addo de Communi Alexand.consil.6.col.finali,vol.3.Ant.Gabr. de Citatione, Ampliatione prima,numero 5.Asin.in Practica, §.7.cap.5. Casu 92.Ant.Gabr.libro 7.de Malefic.Conclus. decima, Ampliatione prima. Sebastian.Medic. dicentem esse Communem in Practica,cap.76. col.6.circa medium, vbi ponit quattuor exempla.Curt.senior.cons.21.num.25. Andr. Gail. Pract. Obseruation. libro primo, Obseruatione 77.in fine.

207 Declaratur Primo hæc limitatio,† nisi immineret timor scandali in differendo executionem quo casu multo minus requiritur citatio, etiam ad sententiam.Innocent.in cap. Tua nos, num. quinto,vbi Hostiens.col.secunda,de cohab.cler. & mulierũ.Ioan. Andr. in cap. Vestra,col.5.vbi Anchar.col.4.n.22.eodem titulo.Capra,de Notorio,col.4.membro 4.nu.28.Cõrad. de Notor. crimin.nu.11.limit.2. Gomes.de Delict.c.1. sub num.43.Prosper Farinac.quæst.27. num.73.

Ratione enim scandali multa prohibentur;
208 † vnde spoliatus non restituitur, cum futurum est scandalum,glos. in Canone, In primis,secunda,quæst.1. in cap. Ad petitionem, de

Accusation. Alexand. in l. naturaliter, §. nihil cōmune, numero 22. & ibi Ripa, numero 76. Ruin. numero 150. Zasius, numero 62. post Federic. de Senis, consil. 171. ff. de acquirenda possess. Felin. in cap. nihil cum scandalo, in sexta Fallent. de Praescription. Garzia, consil. 10. numero 9. Iaf. in l. secunda, numero quatto, C. de Edicto Diui Adriani tollendo, & consil. 38. colum. secunda, versiculo, primo quia, libro 3. Luc. de Penna, in l. si coloni, quaest. 23. C. de Agricol. & censit. libro 11. Boerquaest. 238. in fine. Menoch. de Recuperan. Remed. 1. quaest. 29. num. 290.

209 Et haec Declaratio † de Scandalo, intelligitur primo, de scandalo quodam modo imminenti, & certo, secus, si sit dubium. Ruin. consil. trigesimoseptimo, numero 3. versiculo, nec etiam obstat, libro quarto, quod iudicio meo, pēdet à iudicis arbitrio, nec creditur iudici asserenti ita esse. Posui latè in Tract. de Sequestro, parte prima, quaest. 6. num. 61.

210 Intelligitur secundo, vt † in delictis puniendis, attendi non debeant vanae voces populi, & ex hoc innocentem condemnare, sed rescribere Principi, & interim supersedere, & responsum expectare, secundum Decium, in capit. Cum teneamur, numero quinto, de Praebendis. Cuius Contrarium obseruauit Pilatus, qui ad clamorem populi Christum cōdemnauit. Vnde fuit à Populo Romano cum infamia missus in exilium cum damno perpetuo animae, & corporis. Glossa in l. Decurionum, C. de Penis. Tiraquell. de Penis, Causa 46. Iacob. Nouell. Regula, 206. Fallent. prima.

211 Intelligitur tertio, † quod scandalum populi non attenditur, si ex hoc iudex incurreret peccatum, & periculum Animae. Innocent. in capit. Officijs, de Poenitent. & remiss. Bal. in l. Presbyteris, C. de Episc. & cleric. Nouellus, in citato iam loco.

212 Declaratur tertio vltra alios, † vt in Notorijs citatio non requiratur, si sumus in Sententia Censurarum, ex quo tunc praecedit monitio, Felin. in capit. Cum sit Romana, columna quinta, de Appellation. in capit. Cum olim, columna 9. de re iudicata.

213 Declaratur quatto, quando † fertur declaratoria, non condemnatoria super notorio, tunc non requiritur citatio, Felin. in c. Cum non ab homine, col. penultima, limitatione 3. de iudicijs.

214 Declaratur quinto, vt † quando requiritur condemnatio certae personae, etiam in notorijs, citatio requiritur. Millens. in Practica Criminali, fol. decimosexto, §. quintus testis, versiculo, sin autem, vide supra, num. 200.

215 Limitatur sexto, vt † citatio non requiratur, vbi pena incurritur ipso iure, & in executione, quae fit ipso iure, quae fieri potest parte non citata. Abb. Franch. & Decius, columna prima, in capit. Reprehensibilis, de Appellation. Marian. de Citatione, Articulo 7. Casu 14. Card. in cap. Extirpandae, §. quia vero, col. finali, de praebend. Nicell. Concord. quinquagesimasecunda. Fallent. octuagesimatertia. Emphyteuta. Posui superius numero centesimooctuagesimo, & latius posui Decisione nona, quaestione secunda, Casuum frequent. quibus addo Corbol. in fine oper. quaestione vigesimasecunda. Asinium in Practica, §. septimo, capit. quinto, Casu quadragesimooctauo. Hieron. Gabr. consil. 88. in fine. Vrsill. ad Afflict. Decis. 97. numero 7. Rotam antiqu. Decis. trigesima, parte prima, quae concludit ex Canone non soluto, licere propria authoritate, ex alio capite non licere; & data petitione formali, via iudiciaria, parte vocata, vt dixi d. quaestione secunda, & per emphyteutam non negetur, & contradicatur, reuocando in dubium, ex Corbolo, 9. quaest. numero 23.

216 Declaratur hoc non procedere † in declaratione talis iuris, in qua citatio requiritur, Glossa in Clementina, Praesenti, in verbo, Constiterit, de Censibus, in Clementina 1. §. finali, in verbo, quinto concede, in Clementina 2. in verbo, Constiterit, de Penis. Roman. in l. is cui bonis, ff. de verb. obligation. Panorm. in capit. Peruenit, de Appellation. Bart. in l. ab executore, in principio. ff. eod. Bald. in l. ea quae, C. Commun. vtriusque iudic. Aretin. in capit. 1. col. 8. versiculo, verum autem, de iudic. consil. 166. col. 9. Alex. ad Bartol. in l. Imperator, ff. de iure Fisci. Felin. in cap. Rodulphus, col. antepenul. versiculo, sed iustior est, de Rescript. Asinius in Pract. §. septimo, capit. quinto, Casu 83. numero 7.

217 Limitatur septimo, quando † quis cum comminatione fuit à principio citatus, tunc alia citatio non requiritur. Innoc. in cap. finem litibus, de dolo & contumac. Bart. in l. impuberibus, §. item si quis, ff. de suspec. tutor. in l. statuliberos, §. Stichus, ff. de statuliber. in l. consentaneum, col. penult. C. Quomodo, & quando iudex, in l. de vnoquoque, num. 3. de re iudic. Asinius in Practica, §. 7. capit. 5. Casu 120.

218 Limitatur octauo, vt † citatio nō requiratur in connexis, vel indiuiduis, glos. in c. penult. de re iudic. Butr. in c. Dudum, el secondo, de Election. Alex. in l. finali, col. 11. de re iudic. Tiraq. in Tract. Res inter alios acta, limit. 12. de iudicijs. l. 2. §. 1. vbi Angel. de verb. oblig. in l. qui in aliena, §. vltimo, in verbo Praedio, de neg. gest. in l. loci, §. si fundum, in verbo, proderit, ff. si seruit. vendic. Alex. in l. vltima, col. 13. vers. aduertendū de re iudic. Tiraq in Tract. Res inter alios acta, limit. vigesimatertia.

219 Limitatur nouo, † quod spoliatus de facto, restituitur parte non vocata, quae spoliauit, glos. in l. si minor, ff. de Euict. Socin. consil. ducentesimosexagesimosexto, in fine. Alexand. in l. prima, §. nunciatio, de noui oper. nunc. Ias. in l. si pacto, C. de Pact. Alciat. Responso quadringentesimo octauo, numero 8.

220 Limitatur decimo, † in executore Apostolico, de quo dixi supra, in principio, quaestione secunda.

Plures alij reperiuntur Casus, de citatione omissa, sed non respiciunt sententiae executionem, ideo omitto.

221 Et si contra † absentem non citatum sententia lata fuerit, cōpetit ei restitutio in integrū, hoc modo; aut nō fuit defensus, & restituitur ad totā

Causam,

Causam, & qui absente, ff. de Procur. aut fuit defensus, & tunc restituitur ad appellandum, l. vltima, ff. de Restitut. in integrum. Masuer. in Practica, titulo, de Except. contra diffinitiuas, versiculo, Item si sententia.

222 Et vltra alios, † citatio non requiritur in subscriptione sentent. ę latæ, prout in cedula, per Antecessorem, qui mortuus est post latam sententiam, nondum tamen subscriptam, si à subrogato subscribatur, & coram eo negocium sit discussum, Rota apud Puteum Decisione 249. parte secunda.

223 Et nullitas ex † defectu citationis, non inficit totum processum, sed solum sententiam, quæ potest per iudicem appellationis reformari. Alex. consil. 55. libro 5. Cornazzan. Decisione Lucana 140. in fine.

EXCEPTIO CXXVI.

Excessus.

SVMMARIVM.

1 *Excedere dicitur iudex modum, ratione rei, loci, temporis, & quantitatis.*
Excessus respicit defectum Iurisdictionis, sub eod. num. 1. de quo author supra Exceptione 23.
2 *Iurisdictionis defectum exemplificat.*
3 *Iurisdictio ratione rei, limitata & restricta pouli potest.*
Exemplificat in confitente debitum, & allegante exceptionem, quæ directò non impugnat, sed modificat vel è contra, vt hic.
4 *Credenti aliquid sic esse, si confiteatur vt credit, & contrarium appareat ex lectura scripturæ, quomodo sit succurrendum confitenti.*
5 *Exceptiones modificatiuæ opponi possunt contra sententiam, vel confessionem, vt hic.*
6 *Restitutio in integrum peti non potest coram executore sed coram iudice committente.*
7 *Limita vt hic.*
8 *Iudex cui commissum est antecedens, an dicatur eidem commissum consequens, & super & procedere possit.*
9 *Iudex an condemnare possit etiam ad fructus.*
10 *Limita vt hic.*
11 *Quid si in Statuto est expressus certus terminus, vt hic.*
12 *Fructus an debeantur ei, qui fundi possessionem accepit fructibus nondum maturis.*
13 *Quid in Arbitro, vel Arbitratore.*
14 *Arbiter potest condemnare in fructibus, & expensis, & dilationes dare, licet in Compromisso non sit expressum.*
15 *Idem in Arbitratore.*
16 *Idem in quolibet perito, & æstimatore à partibus electo, & num. seq.*
18 *Declara procedere in connexis, dependentibus, vel annexis necessarijs.*
19 *Arbiter vel Arbitrator in quem est factum Compromissum de fundo, an totum fundum possit concedere vni, & alteri concedere, & adiudicare aliam rem.*
20 *Declara tale laudum in pecunia cōceptum valere, vt hic*
21 *Declara & distingue, vt hic.*
22 *Declara secundo procedere pro partium adæquatione.*
23 *Verba laudi esse attendenda.*
24 *Arbiter pro bono pacis, potest prohibere vni, ne vadat ad contradam alterius.*
25 *Idem in Arbitratore.*
26 *Limitationes vide hic.*
27 *Iudex causæ ciuilis, potest punire testem coram eo falsum deponentem. Limita tamen vt hic.*
28 *Amplia etiam vt hic.*
29 *Adde vt hic.*
30 *Iudex exequens, potest punire deponentem falsum, vt hic.*
31 *Quid in Iudice Ecclesiastico post sententiam in Causa factam.*
Quid in Iudicibus diuersis ad diuersas pœnas, an ordinaria, vel extraordinaria pœna punire possint. sub eod. numero 31.
Quid in Iudice Delegato Principis, vel alterius superioris, ibid. sub eod. num. 31.
Quid in Iudice Pedaneo? ibid. sub eod. num. 31.
32 *Contrarium in puncto principali de mente Boer. vt hic.*
33 *Iudex laicus de Causa spirituali incidenter cognoscere potest.*
34 *Declara vt hic.*
35 *Quid si adesset Statutum, vel Edictum, vel aliud quid seculare, puniens Vsuras, vel simile delictum, tunc iudex secularis sine dubio poterit, vt hic.*
36 *Amplia etiā si iudex Ecclesiasticus inhiberet seculari, vt hic.*
37 *Vsurarum crimen est mixti fori, vt hic.*
38 *Matrimonij quæstio si sit circa factum, cognoscitur per secularem iudicem, si iuris, de eo Ecclesiasticus Iudex cognoscit.*
39 *Quid si dubitatur, an quæstio sit facti, vel iuris.*
40 *Cautela pro iudice seculari, in casu, vt hic.*
41 *Quid si in possessione rei beneficialis de titulo incidenter tractetur.*
42 *Iudex criminalis potest incidenter cognoscere de interesse partis.*
43 *Iudex stupratoris potest cognoscere de interesse stupratæ, constito de delicto, vt hic.*
44 *In iudicio Retinendæ potest cumulari iudicium criminale incidens.*
45 *Sententia vnica potest terminari quæstio incidens cum principali, vt hic.*
46 *Incidens quæstio quæ dicatur, Declaratur hic.*
47 *Dependens quæstio quæ sit, declara, & exēplifica, vt hic.*
48 *Emergens quæstio quæ dicatur, declara, vt hic.*
49 *Connexum dicitur quod ad vnum finem tendit.*
Capitula dicuntur connexa quando vnum venit ad determinationem alterius vt hic, sub eodem num. 49.
Arbitrium Iudicis in hoc multum versatur vt hic, sub eodem num. 49.
50 *Arbitrium datum in principali, censetur & datum super incidentibus, emergentibus, annexis, & connexis, vt hic.*
51 *Quid in possessorijs.*
52 *Iudex Delegatus inter duos nominatos etiam in Commissione specificatos, si vnus nominet authorem, contra eū quoque cognoscere, & procedere poterit.*
53 *Petens rem simpliciter, quæ haberi non possit, fit condemnatio ad æstimationem per iudicis officium.*
54 *Pretium in particularibus succedit loco rei, si res est perempta, vel extincta.*

Idem

55 *Idem si non appareat, vel cum magna difficultate haberi possit.*
56 *Venditor obligatus, non potest cogi praecisè, sed liberatur soluendo interesse.*
57 *Iuramentum appositum obligat praecisè, dummodo impleri possit.*
58 *Iudex in iudicijs diuisorijs, si res non patitur commodam diuisionem, potest adiudicare vni rem, condemnando eundem ad soluendum iustum pretium, vt hic.*
59 *Iudex potest etiam mandare, vt res ponatur ad incantum, si non patitur diuisionem, & quando vnus est impotens, potest in offerendo submittere tertium.*
60 *Si est potens adofferendum iustum pretium, & tamen vult submittere tertium, non auditur, vt hic.*
61 *Quid si sint discordes, & vnus vult quod diuidatur, alter verò ... arbitrio remittitur.*
62 *Iudex an possit supplere in fructibus vti accessorijs, considerantur duo Casus, vt hic, & num. 63.*
64 *Iudex condemnando ad restitutionem rei, intelligitur etiam de fructibus.*
65 *Iudex potest condemnare etiam ad expensas factas post litem contestatam, vti accessorias, etiam quod non fuerint petita.*
66 *Iudex condemnando ad fructus, non specificata quantitate, sententia est nulla, & non meretur executionem.*
67 *Expensa praesumuntur petita, petendo sententiam ferri ad sui fauorem, vt hic.*
68 *Expensa possunt peti in calculo ferenda sententia, etiam quod prius non fuerint petita.*
69 *Clausula, Iut & institium, in fine posita, operatur quod iudex possit in fructibus, vsuris, & expensis condemnare.*

1 Pponi potest † in executione sententiæ quod iudex excessit modum: qui modus potest cõsiderari ratione rei, loci, temporis, & quantitatis. Et de hac materia quia respicit defectum Iurisdictionis, posui superius Exceptione 23. & in versiculo, Exceptio Iurisdictionis ex incertitudine contractus, ponam aliqua vtilia, vltrà ibi dicta.

2 Et illud † in primis & ante omnia præmitto, si quis non habet Iurisdictionem contra aliquem, sed in aliquo casu speciali, puta, si Florentinus citaretur Ianuæ pro contractu ibi celebrato, & ipse opponeret allegando non esse suppositum Iurisdictioni, negando se ibi contraxisse, necesse est, antequam ad vlteriora procedatur, circa expeditionem causæ, vt primo cognoscatur summariè an ibi contraxerit, vel non. Innoc. in cap. Super litteris, de Rescript. cum quo est Communis opinio. Felin. in cap. Si clericus laicum, columna 2. versic. secundo limita, de foro competenti. Curt. iunior consil. 24. numero 6. Villalob. in Recollectis, litera I. num. 175.

3 Ratione rei Iurisdictio limitata est restricta, de qua poni potest exemplum in l. penult. C. de Confessis, quam ibi Paulus Castrens. dicit difficilem, sed singularem, vt si commissa sit alicui executio contra confessum fideicommissum, si confitens allegct aliquam exceptionem, quæ directò non impugnat confessionem factam, sed modificet tantum, tunc potest audiri per Delegatum; si verò proponit exceptionem, quæ directò impugnaret, tunc auditur per viam restitutionis in integrum, quam proponere debet coram Delegante. Et notabilis est ille textus iudicio meo ad duo.

4 Primum est, quod † si ego credens sic esse confessus aliquid debere ex aliquo testamento, si ex lectura testamenti appareat me ex eo, nihil debere, & sic lectura met Contrarium probet nihilominus iudex Delegatus hanc exceptionem nõ admittet, sed debet confitens recurrere ad beneficium restitutionis coram Delegãte; & sic plus operatur propria confessio, quam veritas ex lectura apparens & manifesta.

5 Secundum est, quod † contra sententiam vel confessionem opponi possunt illæ exceptiones, quæ modificant eam, non illæ quæ impugnant, ad propositum principale præsentis Tractatus.

6 Tertium est, quod † restitutio in integrum peti non potest coram executore, sed coram iudice committente. text. de hoc est expressus in l. minor autem, quæ ex l. 19. ff. de minor. per quem textum ita tenet Alexand. ad l. Nam & postea, §. si minor, num. sexto, ff. de iureiurando. Franc. in cap. finali, numero 47. de Appellation. Sfort. de Restitut. in integrum, quæst. trigesimasecunda, Articulo 19.

7 Limitatur † autem Conclusio superius firmata, scilicet, quod iudex datus super vna re, non potest de alia iudicare, nec procedere in his, quæ se habent per modum antecedentis, & consequentis principalis, & accessorij, & similibus.

8 Hinc iudex † cui commissum est antecedens, dicitur eidem etiam commissum & consequẽs. Bart. in l. prima, C. si a non competente iudice. Sequitur Bald. in l. Ordinarij, C. de rei vendicatione, in l. præscriptione, columna octaua, C. si contra ius, in l. finali, C. Vbi, & apud quem, in l. 1. C. quando prouocare non est necesse. Ioan. Andreas, in Nouella, in cap. Dispendia, de Rescript. libro sexto, Castrens. consilio 71. Visis, libro primo, Alexand. consil. 97. Circa primum, libro 3. Iasin l. quoties, C. de iudic. Felin. in cap. Cum sit generale, columna octaua, de foro competenti. Abb. in cap. Cum olim, de offic. Delegati. Decius consil. 33. columna finali. Marantha, in Speculo, parte quarta, Distinctione sexta, numero vigesimoquinto, Bossius, in titulo de foro competenti, numero primo, Vant. in titulo, Quibus modis sententiæ nullitas reparetur, numero 65. Est Communis opinio attestata per Curt. iuniorem consil. 152. Et ita tenuit Rota, Decisione 396. Si committatur, alàs 19. de Causa possession. & propriet. in Nouis Bellamera Decisione 50. Est dictum singulare, & perpetuo notandum Petr. Girard. in Singul. in verbo, Iudex Causæ. Posuilatè in Repetitione Regulę, Cum quid, parte prima, in principio, numero secundo. Ado Menoch. de Adipiscenda, Remed. 4. numero 815.

9 Hinc etiam in remedio l. finalis, C. de Edicto Diui Adrianni tollendo, iudex condemnare potest etiam ad fructus. Ita Mantua, Singul. 262. per textum, quem ibi Bald. dicit singularem, in l. 3. §. hæc

5.§.hæc verba,versiculo,sed si quid, ff.de negoc.
gestis, & ibi etiam sentit Alberic.in expositione
verborum. Contrarium tenet Speculat. in titu-
lo,de Testament.§.sequitur,numero 36.versicu-
lo,sed numquid accessiones, ponderando verba
l.finalis i,bi;tempore mortis, &c. Alberic.in d.l.
numero 19.& clarius Iacobin.in fine. Alexand.
consil.184. numero nono, libro 5. Menoch. de
Adipiscenda, Remed.4.quæst.97.numero 800.
Quæ opinio mihi magis placet, per d.l.5. §.hæc
verba,versiculo, sed si quid, vbi Iurisconsultus-
met fatetur,hoc non prouenire ex vi verborum,
sed per quãdam interpretationem,& ibi Accurs.
in verbo, Accipi.
10 Quam opinionem † limitarem, non procede-
re,vbi esset in loco Statutum; de possessionibus
nanciscendis,prout Tuderti, Rubrica 31.distin-
ctione 2.ex quo hoc venit per interpretationem,
quod in Statutis locum non habet, ex doctrina
11 Angeli,in d.§ hæc verba, inferentis † ad Statutũ
Florentiæ, disponens, quod debitor per Instru-
mentum guarantigiatum, in quo est expressus
certus terminus,vt debitor capi possit ad volun-
tatem creditoris,non vendicat locum, si termi-
nus non est expressus, licet pro expresso debeat
haberi,dicens se ita in facto consuluisse.Commẽ
dat Felin.in cap.Nonnulli, columna 8.versicu-
lo,hæc,& similia, de Rescript. & ad propositum
præsentis tractatus de Exceptionibus, in execu-
tione sententiæ, si vigore sententiæ in personali-
12 bus, Actor mittatur † in possessionem alicuius
fundi, fructibus nondum maturis, quod tempo-
re recollectæ sibi non debentur, & licet debitori
eos asportare; quod verum est, si fructus petun
tur discretiuè,secus congregatiuè. puta, petatur
fundus in ea qualitate, in qua erat tempore con-
tractus.Bald.in l.fructus,numero 3.C.de Action.
empt. Franc. Marc. Decisione 14. parte prima,
13 Ampliatur ista Conclusio,idem † in Arbitro,vel
Arbitratore, qui licet non possit apponere ma-
num extra Compromissum, l.nõ distinguemus,
§.de officio.ff de Arbitr. & non extenditur vltra
specificata, etiam si haberet Clausulas amplissi-
mas, Corneus.consil.108. columna penult.vo-
lum.1. Roland. consil.28.numero 34.volum.4.
potest tamen apponere manum ad accessoria,cõ
nexa,& dependentia, Butr. in cap. Constitutus,
de Religios.domibus,in cap. Quintaualllis,de iu-
reiurando,in cap. Licet Heli,de simon.Bald.in l.
finali,§.primo,columna 3.C.Commun.de legat.
in l.super possessione,C.de Transaction. Alexan.
consil.118.& 124.volum.secundo, Lanfranc.de
Arbitr.parte vltima, quæst.secunda, num. 171.
Blanch.de Compromissis, quæst.6.numero 15.
qui bene loquitur.Ioan.Baptista in Tract.de Ar-
bitr.libro nono, cap.6.columna 3.& melius eo-
dem libro cap.16.Lancelott.de Attentat.pendẽ-
te Compromisso.parte secunda,cap.15.numero
68.Alexand. consil.109.libro 2. columna 12.eo-
dem libro.Socin.consil.104.libro 4.Decius con-
sil.11.colum. 3.in l.vinum, numero 18. ff.si cert.
petat.Socin.Regula,Sententia lata, Ampliatio-
ne 1.Fallent....
14 Hinc Arbiter † potest condemnare in fructi-
bus,& expensis & dilationes dare,licet in Com-
promisso nihil sit dictum.Bald. in l. prima, co-
lumna secunda, C. Si à non competente iudice.
Dixit multum singulare Ias.in l.Aquiliana, nu-
mero 8.ff.de Transaction. Felin. in cap. Causam
quæ,columna secunda, versiculo, sic etiam dicit
Innoc.de re iudic. Pro singulari ponit Cioff. in
verbo, Arbiter. Marsil.de Fideiuss. quæst. 25. nu-
mero 189.
15 Extenditur hæc Ampliatio, vt † vera sit, nedũ
in Arbitro, sed etiam in Arbitratore. Ioan.Bapt.
de Arbitr.lib.11.cap.16. & 17. Lancelott. de At-
tentat.parte secunda,capit.decimoquinto, num.
136. & 137.
16 Immò & in † quolibet perito, à partibus ele-
cto, secus à iudice.Bald. in l. si super possessione,
in fine,C.de Transaction. Anchar.consil.207.nu
mero 5. Nell.consil.248.numero quinto,vbi pos
sunt apponere modos congruos, & adiacentes.
17 Idem in † æstimatoribus à partibus electis. Si-
mon de Pretis, consilio 154. numero 7. Lup.de
Vsur.§.5.numero 33.Redoan. de Rebus Eccles.
Rubr. 19. num.146. licet secus sit in æstimatori-
bus electis à iudice Ias.in l. Arbitro, numero 9.ff.
Qui satisdare cogantur. Felin.in cap. Proposuisti,
num. 11.de Probation.
18 Declarantur prædicta † esse vera in Connexis,
Dependentibus, vel Annexis necessarijs, vt latè
dixi in Repetitione Regulæ, Cum quid, parte 1,
limitatione 4.
Addo benè loquentes Blanc.de Compromiss.
quæst.6.numero 15. Gratian. Decisione Marc. 6.
numero 16. Quibus addo bonum locum apud
Gomes.in cap.primo,§.si verò, numero trigesi-
mo,de iudic.libro 6.subobscurè Butr.consilio 77.
columna tertia, versiculo non obstat arbitrium.
Ex quibus infertur ad multa vtilia in Practica, in
materia Arbitrorum, & Iudicum, an dicantur
excedere suam facultatem, vel Iurisdictio-
nem.
19 Primo, † Arbiter, vel Arbitrator, in quem est
factum Compromissum de fundo, non potest to
tum fundum adiudicare vni, condemnando eũ-
dem ad dandum aliam rem alteri. Bartol. in l. A-
quiliana, ff.de transaction. vbi Ias. numero sexto.
20 Declaratur † præsens materia, quod valebit
tale laudum, si concipiatur in pecunia, hoc mo-
do: Condemno Titium ad dandum fundum
Seiæ, solutis prius per Seiam Titio scutis centũ.
Specul. in titulo, de Arbitr. §. excipitur, nu-
mero nono, versiculo, sed pone litigantes.
21 Et hoc verum, † si per modum conditionis in
eadem oratione exprimatur; secus si dispositiuè
in diuersis orationibus: quia laudum valebit in
fundo compromisso, & non in pecunia, & sic
pro ea non merebitur executionem. Ita declarat
Angelus in d.l.de his, dicens se in facto habuisse,
cuius verba dixit aurea, & valde notanda Lan-
franc.de Arbitr.parte quinta, quæst.nona, nume
ro 84. & licet Specul. in citato iam loco, distin-
guat inter Arbitrum, & Arbitratorem, tamen
hoc non recipitur. Lanfranc. in citato iam loco.
22 Secundo † modo pro partium adæquatione,
potest cogere vnam partem, dare aliquid alteri,

& hoc

& hoc non ſapit donationem. Roman. conſil. 55.
Si volumus dicere, numero ſecundo, per textum
notabilem, in l. ſi ita legatum, la prima, ff. de con-
dit. & demonſtratione, quem textum dixit ſin-
gularem Iaſ. in l. ſi ita, columna ſecunda, C. de
Tranſaction. in l. Aquiliana, numero 10. ff. eod.
titulo.

23 Attendenda † igitur ſunt ſecundum Roman.
verba laudi, quod ſpecificent adæquationem, nō
donationē, dari enim poteſt adæquatio abſque
eo quod ſit donatio, & l. finali, ff. de Condict. ob
cauſam, vbi textus aureus & ſingularis, ſecun-
dum Iaſ. ibi.

24 Tertio modo † poteſt Arbiter pro bono pacis
prohibere vni, ne vadat ad contradam alterius.
Iaſ. poſt Alberic. ibi, in l. finali, vbi Alberic. in fi-
ne, Iaſ. numero 9. ff. de offic. procurat. Cæſar. Idē
Iaſ. in l. ſi ſuper poſſeſſione, numero 3. C. de Trā-
ſaction. Cephal. conſil. 121. numero 15. Corſett.
Priuileg. Pacis, in princip. numero ſecundo, Ba-
ptiſta de Sancto Blaſio, de Arbitr. quæſt. 72. nu-
mero 45. Ioan. Bapt. eodem Tract. cap. 16. nume
ro 2. Caccialup. loquens in materia confinium,
de Tranſact. quæſt. 18. num. 8. in fine.

25 Quod † procedit tam in Arbitro, quam in Ar
bitratore. Blanc. de Compromiſſis, quæſt. 6. nu-
mero 16. & hoc ſi fiat partibus præſentibus, & de-
ducatur quod pro quiete fiat. Socin. conſil. 220.
numero 2. libro 2. Gratian. Deciſ. March. 6. num.
36. limitatur tamen, vt non poſſit Arbiter lauda-
re faciendam pacem de vulneribus illatis, cum
hoc ſapiat criminalitatem. Roman conſil. 105.
colum. 5.

26 Et ſic habentur † limitationes ad l. non diſtin-
guemus, §. de officio, ff. de Arbitr. vt non proce-
dat in ſupradictis Caſibus, ratione dependentiæ,
& connexitatis.

27 Hinc † etiam iudex Cauſarum ciuilium, po-
teſt punire teſtem coram eo falſum deponentē,
vt latè dixi in Repetitione Regulæ, Cum quid,
parte 1. Ampliatione 2. numero 16. vbi numero
17. limitaui in clerico falſum deponente coram
iudice laico: quia ab eo puniri non poteſt, cum
ſit totaliter impotens. Addo Proſperū Farinacc.
quæſt. 8. numero 26. Cui plenè profitenti addo
Arno. Comentar. 26. Triuiſian. Deciſ. 8. libro 2.
28 Annam, Singulari 35. & † vltra eumdem, ad ſatu
ritatem profitentem, in d. quæſt 8. numero 16. po
no duas vtiles Ampliationes in allegata Repeti-
tione, numero 18. & 19. vt nec Conſuetudo vale-
eat in contrarium, nec etiam laicus poſſit, ſi Epi-
ſcopus mandaret.

29 Addo etiam, † quod iudex poteſt punire teſtē
coram eo in cauſa ciuili falſum deponentem, la
ta ſententia in cauſa ciuili, procedendo per in-
quiſitionem, ſi talis iudex habet merum impe-
rium, aliàs mixtum. Angel. in Repetitione l. ſi va-
cantia, numero 138. vbi numero 140. limitat in iu
dice Arbitro, qui non poſſet, etiam ſi haberet me
rum imperium: quia fuit offenſus vt Arbiter, nō
vt Iudex.

30 Addo † etiam ipſi, quod deponens falſum
coram Iudice ſic exequente, poteſt puniri. Bald.
in l. nullum, numero 6. C. de teſtibus. Marian. in
cap. Poſtulaſti, numero 19. de foro competenti.
Decian. in Tract. Criminal. Tomo 1. cap. 17. nu-
mero 28. Baiard. ad Clarum quæſt. 38. num. 36.
Quid in iudice Commiſſario? Berous conſil. 22.
num. 31. volum. 3.

31 Iudex † tamen Eccleſiaſticus non poterit pu-
nire teſtem coram eo falſum deponentem poſt
ſententiam in cauſa latam, quia functus eſt offi-
cio ſuo. Butr. in cap. 1. de ea limitat, vbi Felin.
numero 4. & ita fuit iudicatum. Vrſill. ad Afflict.
Deciſione 219. vbi etiam tenet, puniri poſſe à di-
uerſis Iudicibus ad diuerſas pœnas. Declaratur
vlterius, vt punire poſſit pœna extraordinaria, nō
ordinaria. Menoch. de Arbitr. quæſt. 91. numero
ſecundo.

Declaratur quarto in Delegato Principis, ſe-
cus in Delegato alterius ſuperioris. Didac. dicens
receptiſſimam, Practicarum quæſtionum, cap.
18. numero 8. Dixi ad Regul. Cum quid, parte 1.
Ampl. 2. numero 14.

Declaratur quinto in iudice pedaneo, qui de-
bet remittere ad ſuperiorem circa punitionem,
ſed bene repellet teſtem in tali crimine. Franc.
Marc. quæſt. 497. num. 23. parte 1.

32 Non omitto † etiam, quod ſuper puncto prin-
cipali de teſte falſum deponente coram iudice
laico, vt ab eo puniri poſſit, Contrarium tenet
Boer. quæſt. 305. num. 2. dicens hoc ſpectare ad
Eccleſiaſticum, etſi iurans ſit laicus, dicens hanc
eſſe Communem opinionem. Viuius in Silua,
Opinione 402. num. 3.

33 Similiter, † iudex laicus de cauſa ſpirituali inci
denter cognoſcere poteſt. Bald. in l. 2. C. de Car-
bon. edicto, in Authentica, Ei qui iurat, num. 26.
verſiculo, in coniuge, C. de bonis author. Iudic.
poſſidend. illum ſecuti ſunt Butr. in cap. Cum ſit
generale, de foro competenti. Roman. conſ. 173.
colum. 1. verſiculo. Præmiſſis tamen. Alexand. in
l. Titia, nu. 9. verſiculo, quarto fallit. ff. ſoluto ma-
trimon. Crauet. conſil. 258. num. 4. declarando
34 † cum recepta diſtinctione; Aut incidēs eſt quæ-
ſtio facti, vel iuris; ſi facti, cognoſcetur per laicū;
ſi iuris, non conoſcetur, ſed remittet ad Eccleſia
ſticum. Bald. conſil. 311. colum. 2. volum. 2. conſ.
348. colum. finali, volum. 3. in cap. 1. §. ſimiliter,
de Cōtrouerſ. Inueſtitur. in l. filium, ff. de his, qui
ſunt ſui, vel alieni iur. Alexan. ad l. Titia, ff. ſoluto
matrimon. Fulgoſ. conſ. 134. In quæſtione verſa,
colum. finali, Paul. in Clementina. Et graui, de
Vſur. Anchar. conſil. 236. colum. 1. verſiculo, ad
quod facit. Afflict. in Conſtitutione Regni, Sta-
tuimus, num. 2. Guido Papæ, in Tract. de Vſur.
num. 36. Iaſ. conſil. 163. in 2. dubio, volum. 4. Bart.
in l. quoties, C. de Iudic. in l. omni nouatione, C.
de Sacroſ. Eccleſ. in l. 2. ff. de Iuriſdict. omn. iu-
dic. Imola in Clement. Diſpendioſam, colum. pe
nult. de iudic. Cardin. in Clement. 1. quæſt. 18. de
Vſur. Caſtrenſ. conſil. 109. Viſa petitione, in 2. du
bio, volum. 2. Cagnol. in l. ſecunda, numero 62.
C. de Pact. inter empt. & vendit. Et hæc eſt diſtin
ctio Communiter à Doctoribus recepta. Rolād.
conſ. 75. num. 37. vol. 1. & conſ. 96. nu. 44. vol. 2. di-
cens hanc eſſe indubitatā Concluſionem. Dec.
conſil. 170. col. finali, vbi hæc Concluſio procedit
ſecun-

secundum omnes. Felin. attestans pariter de Cōmuni in cap. Cum sit, num. primo, de foro competenti. Ripa, in cap. primo, num. 17. de iudic. Ias. consil. 153. num. 3. vbi, quod ita concludunt omnes Doctores, tam Legistæ, quam Canonistæ. Socin. consil. 88. num. 24. lib. 4. Alciat. pariter de Communi, in cap. primo, nu. 77. de offic. Ordinar. & ita obseruat Cōsuetudo. Bald. in l. filiū, ff. de his qui sunt sui vel alieni iur. Prosper Farinac. quæst. 8. nu. 135. Addo in terminis Vulpell. Responso 70. dicentem magis receptam opinionem. Viuium, Opinione 402. in fine.

35 Hæc tamen distinctio locum † nō habet, quādo in loco esset Statutum, Edictum, vel quid simile seculare, puniens vsuras, & eius vigore ageretur, quo casu Iudex secularis procedere potest siue quæstio sit iuris, siue facti: quia tendit ad executionem pœnæ dispositionis secularis, non Ecclesiasticæ, cum procedatur ex Statuto, vel Edicto secular. Castrens. consil. 210. Visis & ponderatis, volum. secūdo, Ias. in l. quoties, C. de Iudic. Roland. consil. 75. nu. 35. volum. primo. Osasch. Pedemont. Decis. 137. num. 12.

36 Et hoc est † adeo verum, vt si iudex Ecclesiasticus sibi inhiberet, posset iudex secularis respōdere: Nescio vos: quia in dependentibus à Statuto, vel simili ordine seculari, cognitio non spectat ad ipsum. Natta, consil. 369. num. 12. Riminal. iunior, consil. 218. num. 19. & consil. 339. numero vigesimo. Baiard. ad Clarum, quæst. 37. numero quinto.

37 Nec illud † omittam circa hoc crimen vsurarum, quod ponit D. Prosper Farinac. quæst. 8. numero 140. versiculo, quarta Conclusio, quod crimen Vsurarum est mixti fori: quia in Regula, hoc fateor verum in se, sed circa factum incidentis, de quo ibi agitur, dico, quod si talis quæstio occurrat per modum incidentis coram iudice seculari, quod non poterit de ea cognoscere nisi habeat talem potestatem, nec sit debilis Iurisdictionis, iuxta ea quæ superius dixi numero vigesimonono.

38 Sic etiam † in Matrimonio, si quæstio incidēs sit facti, cognosceturper sæcularem, si iuris, remittit ad Ecclesiasticum. De Communi Couarruuias in Epitome, cap. 8. §. duodecimo, num. 3. Diaz, Regula 359. Villalob. in verbo, iudex, numero 107. Turzan. Opinione 90. Roland. consil. 32. numero 24. volum. primo. Latè Prosper Farinac. quæst. 8. num. 25. & 150. Addo Vrsillū ad Afflict. Decis. secunda, num. 9. & ad Decision. 138. numero 1. Latè Borgnin. Decisione 2. num. 38. parte secunda.

39 Et vltra eumdem † pariter addo, quod si dubitetur an causa sit quæstio facti, vel iuris, adeundus est Ecclesiasticus, qui decidet. Felin. in cap. Si clericus laicum, num. 3. & 4. de foro competenti. Fernand. Vasquius, lib. 3. cap. 22. num. 69. limit. 17. Lancelott. de Attentat. parte secunda, cap. 20. quęst. 3. num. 79. quo cognito, remittitur ad iudicem competentem. Borgnin. Decisione 2. num. 38. in fine, parte 2.

40 Cautela † etiam datur iudici seculari remittere nolenti, assignando parti terminum ad producendum capitula quæ vult probare in Curia Ecclesiastica, vt videat an releuent, & si non releuent, ad vlteriora procedat. Dixi in Repetitione Regulæ Cum quid, parte prima, Ampliatione secunda, num. 4. vers. vnum tamen nota.

Addo Vrsill. ad Afflict. Decis. 138. num. 2. post Afflictum ab eo allegatum.

41 Similiter † iudex laicus est competens, cum clericus turbatur in possessione rei beneficiariæ, si de titulo incidenter tractetur. Ripa, libro secundo Respōsor. numero primo. Nauar. in Repetitione cap. Cum contingat, nu. 7. de Rescript. Menoch. de Retinenda Remed. 3. num. 331. & prædictis omnibus vltra alios addo bonum locum, Franc. Marc. Decisione 497. parte prima, qui varias in ꝓposito refert opiniones, & tenet, quod iudex laicus cognoscit de causa spirituali, sed non pronunciat, nisi pars confiteatur, vel deducatur non in figura iudicij, & disceptationis, vel in causa summaria potest, vt alimentorum, sed in ordinaria non potest directo, sed causatiuè.

42 Et iudex criminalis † potest incidēter cognoscere de interesse partis. Bartol. in l. interdum, §. qui furem, num. 4. ff. de furt. Sequitur Alex. in l. Diuus, in vltimo notabili, de re iudic. Brun. cōsil. quarto, num. secundo, & cons. 87. num. 2. lib. quarto, & pulchrè consil. 35. num. primo, libro quinto. Cassaneus, consil. 40. num. primo. Vant. de Nullit. ex defectu iuris ordinar. num. 47. Crauetta, consil. 14. numero primo. Riminald. inter consil. criminalia, 106. num. 8. Menoch. de Arbitr. quæst. 91. num. 7. Posui latè Ampliando & Limitando in Repetitione Regulæ, Cum quid, parte prima. Limitatione 6. numero 8.

43 Hinc iudex stupratoris, potest † etiam cognoscere super interesse ipsius stupratæ, etiam quod virgo illud non petijsset, vbi per confessionem constaret de delicto; Ita per hanc doctrinā Bartoli tenet Cassaneus consil. 40. num. 3. Plot. de in litem iurando, § 34. num. 42.

44 Hinc etiam in iudicio Retinendæ, potest cumulari iudicium criminale, maximè cum incidenter veniat. Menoch. post relatos, de Retinenda, Remed. 3. num. 552. & an iudex criminalis absoluendo à pœna, possit reseruare interesse parti, posui Decisione 54. Casuum frequētium, vbi conatus sum respondere rationibus Prosperi Farinac. quæst. prima, limitatione prima, numero 65. Addo prædict. Cornaz. Decisione Lucana 14.

45 Et si quæratur, an † vnica sententia, vel separatim incidens quæstio sit terminanda, dicitur, quod quęstio incidens potest simul cum principali terminari, si iudex vult, sed tamen non cogitur: emergens vero debet saparatim terminari. Et hæc est verissima opinio, Bartol. in l. 1. C. de ordin. cognit. Menoch. de Arbitrar. Casu 167. versiculo, tertia fuit.

46 Incidens † quęstio dicitur illa, quę tangit negocium principale, & inducitur ad excludendū intentionem Actoris, & habet vim exceptionis peremptoriæ, vt est Pacti de nō petendo, Iurisiurandi, Litis decisorij. Item contra matrimoniū, quod

quod alter est consanguineus, c. Tuam, de ord. cognition.l. 1. vbi Bartol. C. de ordin.iudic.glos. in l.quod iussit, vbi Alexand. numero 2.ff.de re iudicata. Menoch.de Arbitrar. quæst.45.in 2.& 3.opinione, dum in ea confirmat secundam.

Addo Rebuff. ad l. quod iussit, super Glossa magna,in quinta parte, fol. mihi 274. in paruis. Bald.in l.1.colum.penult. versiculo Incidentis,vero, C.de ordin.iudic. Butrius in cap. 1, de ordine cognition.& ibi Abbas numero 12.Ruin.consil. 164.Quis ex his,numero 9.in 3.responso, volum. 5,de Communi Socin.iunior, consil.136. Iussisimi,numero secundo,libro secundo, Mannos, formula 2. qui melius explicat quam Menochius.

47 Dependens † quæstio est,quæ negocium principale quoquo modo tangit, & ab eo originem trahit, sicut quæstio Dotis à Matrimonio pendere dicitur,l.3.ff.de iure dot.Clementina, Dispendiosam, de Iudic. & vt causa dicatur dependens, necesse est quod de ea tractetur, pendente negocio principali,& incidenter ad illud.Bald. Angel. Castrens.& Alexand.in l.1. ff. soluto matrimon. Ruin.consil.164.numero 10. volum. 5. Aret.in Tract.Malefic.in verbo, emergentibus, Bossius de foro compet.num.117.

48 Emergens † quæstio dicitur, quæ respicit processum, & ordinem litis, & cadit in naturam exceptionis dilatoriæ,puta,an dilatio sit danda, an testis sit admittendus,vel non, iuxta exemplum glossæ 1.in l.quod iussit, vbi Cuman. numero secundo, de re iudic.vel si opponatur,non esse procuratorem; vel libellum esse ineptum. Bald.& Castrens.in l.prima, C.de ordin.iudic. Abbas,in cap.finali, de ordin. cognition. Ruin.consil.164. numero nono, & ante numero duodecimo, libro 5.Socin.iunior,consil.136.numero secundo, libro secundo,Mannos,de formula,2.in verbo, emergentibus.

49 Connexum † dicitur, quod ad nonum finem tendit.Bald.in l.ampliorem,in fine,C.de Appellation.Felin.in cap.Cum inter, num.7.de re iudic.vel quorum vnum sine altero stare nō potest Aretin.in cap.Translato,in 1.Notabili, de Constitut.Niconit.in Rubr.de noui oper.nunciat.numero 58.vel quādo vnum pendet ab altero. Aretin.consil.29. num. 29. vel Connexa sunt indiuidua.Cranetta cons.232.num.1. Lancelott.de Attentat.parte 2. cap. 12.limitatione 2. num.10.fol. 244. Et Connexa dicuntur,quando vnum dependet ab altero,glos.in l.etiā, §.1.ff.de minor.Bald, in l.2.nu.2.C.de re iudic.Socin.senior, cons.20. num.10.Menoch.de Arbitr. Casu 95. num.15.& Connexa dicuntur capitula,quando vnum venit ad determinationem alterius. Fulgos.consil.7. num.5.Abb.in cap.Peruenit, & ibi Felin.colum. finali,de iureiurando. Becius consil.45. num.31. Roland.consil.69.num.44.volum.4.Bellon.consil.49.num.11.Natta consil.133.num. 6. Ossich, Pedemont.Decisione 39.num.29.Surd.Decisione 258.num. 12. Et ita tenuit Rota, Puteus Decisione 214. libro 3. Rota Decisione 441.numero 3.in nouissimis.parte 1.Berous consil.15. numero 71.libro 3.Menoch. consil. 123. numero vigesimo secundo. Et in hoc multùm versatur Iudicis arbitrium. Hieron.Gabr.consil.38.numero sexto,volum.1.

50 Et iuxta prædicta postea infertur, † quod arbitrium datum in principali, censetur etiam datū super incidentibus,emergentibus, dependentibus,annexis,& connexis; & sicut principale negocium fuit commissum summariè tractandū, sic censentur incidentia,dependentia, emergentia, annexa & connexa, Bartol.in Extrauag.Ad reprimendum,in verbo, Summariè, columna 3. numero 20. Dixi latè in Repetitione Regulæ, Cum quid, parte prima, limitatione 5.numero 10. vbi notabiliter limitaui in legitimatione personarum. Addo Veronens. consil.73. numero 5. Plot.inferentem ad causam appellationis de in litem iurando, §.4. numero 51. Ant. Collumbell. de Modo procedendi in caus.criminal. Articulo 4.in Tractatu Criminas. diuers. Menoch. de Arbitr.quæst.45.numero 10. inferentem post Bald. vtiliter in Practica, quod si in causis instrumentalibus debet ex forma Statuti,executiuè procedi, sic etiam si agatur ex hypotheca in eo Instrumento contenta: & sic in hypothecaria, Saluinno,& similibus. Et sic tempore feriarum, & similibus. Sfort.loquens de Restitutione in integrum, parte 1.quæst.35.Articulo 8.num.52.

51 In possessorijs † verò hoc non procedit, respectu probationum,quæ licet summariæ sint, plenas probationes requirunt, & simiplenæ non sufficiunt.Dixi Decisione 126. Casuum frequentiū Addo Nattam,consil.585. Ruin.consil.38. libro 5.Bursat.consil.201.numero 96. lib. 2. Gratian. Decisione March. 192. numero 5. Addo Valascum Decisione 51. numero 47. libro 1. de magis Communi Menoch.de Adipiscenda, Remed. 4. numero 443. & 678. Rotā Decis.3. de Rescript. in nouis.

52 Et Iudex Delegatus † inter duos nominatos, & in Commissione specificatos,si vnus nominet authorem contra eum quoque cognoscere & procedere poterit.in terminis Afflict.Decis.227. Rebuff. de Recusation. Articulo 9. glos. vnica, num.12. Caball.de Euictiōn.§.3.num.118. in fine.

53 Similiter si peto rem † simpliciter, quæ haberi non possit, fit condemnatio ad æstimationem, per Iudicis officium Speculat.in titulo, de oblig. & solut.§.sequitur, num.9. Afflict.Decis.23.num. 7.vbi Vrsill. post Alex. dicit hanc esse Communem opinionem.

54 Et † in particularibus pretium succedit loco rei,si est perempta, vel extincta.glos.in l.1. ff.de distract.pignorum,vbi Bart.eam sequitur. Negus. de Pignor.in quinto membro, 2. parte, num. 58. & eam dicit Communem Gabriel. consil.37. numero 2.vol.1.Surd.Decisione 206.num 14.

Addo Cassaneum,in Consuetud. Burgund.§. 2.num.1. Est bona Additio Alex. ad Bartol. in l. in re furtiua, ff. de Condict.furtiua. Idem Alex. in l. si constante §. vxor; ff. sol. matr. vbi Ampliant, vel quod sit perempta, uel non appareat, vel cum magna difficultate haberi possit, puta, ex longa absentia,vel simili. Est bona Glossa quā ibi Imola dicit singularem, in l.rei iudicatæ, §.1. ff. soluto matri-

mon. & præcipuè in obligatione, rem restitui, prout præfati Doctores loquuntur, & præcipuè Bart.in d.l.in re furtiua.

56 Et obligatus † ad vendendum non potest cogi præcise, sed liberatur soluendo interesse. Dec. consil. 503. num. 2. Est Communis opinio Ias. in l. si pecuniam, num. 23. de Condict. ob causam. Surd. Decisione 304. num. 8. Butigella, in l. vinũ, num. 55. ff. si cert. petatur, vbi Curt. iun. in fine.

Et prædictis omnibus addo textum in l. Titiæ amicæ, ff. de auro & argento legato, quem singularem dixit Bart. in l. præsefert, de sentent. Bald. in l. prima, C. quando prouocare non est necesse. Felin. in c. licet Heli. de Simon. num. 22. vbi Alberic. not. quod si promissor posset vnum de duobus facere, Iudex potest condemnare in vno, &

57 cõdemnatus soluere aliud. Iuramentũ † tamen appositum obligat præcisè, dummodo tamen impleri possit. Didac. ad cap. Quamuis, parte 1. §. 6. num. 4. Gabr. de Iureiurando, Conclusione 8. in fine. Menoch. consil. 27. num. 51. Benuenũt. Straccha ad Crauett. consil. 6. & sic recte cõsiderando, siue adsit Iuramẽtum, siue non, possibilitas attenditur, & sic præcisa coactio semper est cum grano satis, late in regula obligationis precise in actu curato. Serafin. Priuileg. 74. Vrsill.

58 post Afflict. 263. & in iudicijs † diuisorijs, vt Finium regundorum, Familiæ erciscundæ; & Cõmuni diuidundo, licet in eis agatur ad diuisionẽ rerum, si res non patiatur cõmodam diuisionẽ, potest iudex adiudicare vni rem condemnando eumdem ad soluendum iustum pretium, l. ad officium, §. cum autem, C. Communi diuidundo, vbi Cin. in secũdo Notabili, Alberic. col. prima, circa medium, versiculo, notabiliter. Castrens. numero 9. dicunt illum textum valde singularẽ,

59 † quod si res commodam non recipit diuisionẽ. Iudex mandet poni ad incantum, & si vnus offerat, sed nõn iustum pretium, & alter sit impotẽs, vt non valeat offerre iustum pretium, tunc his duobus cõcurrentibus, poterit socius impotens submittere tertium ad offerendum iustum pretium, aliàs si ista duo non concurrunt non poterit submittere tertium; & hoc secundum prædictos, post litem contestatam, ante autem posset socius impotens alienare, & sic tertium submittere. Si verò primus offerens offerat iustum pretium iuxta communem æstimationem, non potest submitti tertius emptor ad offerendum plus vltra condignum, quia hoc arguit malitiã & ini-

60 quitatem. Similiter † si alter non esset impotẽs & volens ex se offerre iustum pretium, & vellet submittere tertium, non auditur, quia sapit iniquitatem volens submittere tertium, cum ex se potens sit & valeat, & sic non datur plus offerenti excessiuè sed iustum, & condignum offerenti.

61 Et subdit Alberic. in d. l. in medio col. quod † si sint discordes, & vnus vult quod diuidatur, & alter licitetur, remittitur iudicis arbitrio ad licitandum, & si ambo æqualiter in pari offerant, præfertur primus offerens; & ad prædictorum confirmationem est bonus text. in l. arbitri, §. de vestibulo, ff. Communi diuidundo.

62 Numquid † autẽ Iudex possit supplere in fructibus vti accessorijs? considerantur duo Casus principales.

62 Primus est Casus in iudicio † vniuersali, prout, petitionis hæreditatis & simili; & isti veniunt licet non fuerint petiti, & sic consequenter, iudex ad eos condẽnare poterit, licet petiti nõ fuerint, l. item veniũt, §. item non solũ, & ibi Ang. notat, ff. de petit. hered. Personal. de Adipiscẽda, n. 698.

63 Secundus † est Casus in iudicio particulari, prout in rei vendicatione, & tunc distinguendũ videtur; Aut loquimur ante lit. contest. & isti nõ veniunt, nisi petantur; Aut loquimur post litem cõtest. & isti veniunt, licet nõ fuerint petiti, & sic iudex ad eos cõdẽnare poterit, & supplere, Bart. in l. post motam, n. 3. vbi Bald. nu. 2. Personal. de Adipiscẽdã, n. 698. Afflict. Decis. 59. n. 2. Boer. loquẽs ĩ Interdicto, Vnde vi, ratione violẽtię in ver-

64 bo, expẽsæ, in Singularib. suis, nu. 5. Et iudex † cõdemnãdo ad restitutionem rei, intelligitur ẽt ad fructus, ex vi verbi, restituo, quod plenum est ẽt circa fructus, l. videamus, l. secũda, §. ĩ Fauiana, in fine, ff. de vsur. c. Grauis, de restit. spoliat. Ias. in l. Gallus, §. & qd si tãtũ, nu. 69. de liber. & posthum. Dec. in l. in condemnantione, §. cum verbũ, ff. de regul. iur. Didac. lib. 1. Var. Resolut. c. 3. nu. 1. & 2. Marsil. Singul. 17. Menoch. de recuper. in prælud. nu. 5. & remed. 1. nu. 37. vbi latius Tessaur. Decis. 29. nu. 4. & 9. Borg. Decis. 14. nu. 2. Dixit perpetuo notandum Ias. in §. 1. in fine, Inst. de Action. Põt

65 † ẽt iudex in vim accessorij, & cõsequentis, cõdemnare in expẽsis, præcipue factis post litẽ cõtestatam, licet petitæ nõ fuerint, sed tñ ad id faciendũ non cogitur. Bal. in l. properandum, §. fin aũt alterutra, nu. 5. C. de iudic. in c. Ex parte, de rescr. Marãtha, in verbo, Libellus, n. 12. Frãc. Marc. Decis. 58. par. 1. Didac. Practic. Quęst. c. 27. nu. 5. versic. 7. & Borg. Decis. 14. nu. 35. de Cõi A fin. in Pract. §. 32. Ampliat. 54. Viu. Opin. 404. vbi ita Practicatur, nõ solũ in expensis factis post litẽ cõtestatam, vt dictũ est, sed ẽt ante, Glos. in c. fin. de rescr. Est Cõis opinio. Ripa, in l. 4. §. hoc aũt iudiciũ, de dãno infecto, num. 8. Viu. Opin. 404. nu. 4. tria tamẽ

66 † ex prædictis ponã in Practica multũ notabilia.

Primum est, in materia fructuum, vt iudex cõdemnando simpliciter ad fructus, quantitate nõ specificata, sentẽtia sic lata est nulla; Vnde executionẽ non meretur, l. in summa. §. q fortis, ff. de re iudicata, vbi Angel. dicit ita iudicatum eo aduocato. Dixit singulare Ias. in §. 1. in fine, de Action.

67 Secundũ est, † ꝙ sufficit petitio implicita expẽsarũ, petẽdo sñam ferri ad sui fauorẽ, nã presumitur petijsse, & in principali, & in expẽsis. Bal. in d. §. fin aũt alterutra, in fine, vbi Castr. dicit ppetuo notãdũ in Pract. Grauat. ad Vestr. lib. 8. c. 2. nu. 17.

68 Tertiũ est, ꝙ notat ibidẽ Castr. nu. 3 † ꝙ sufficit expensas petere in calculo ferendę sententiæ, licet prius petitæ amplius non fuerint.

69 Quartũ est; † ꝙ per Clausulã, Ius & iustitiã, iudex in fructibus, vsuris, & expẽsis cõdemnare potest. Minsyng. dicens veriorẽ, & æquiorem, & in Practica sæpius obseruatã, Obseruat. 55. Cent. 4.

Et ad tollendũ conflictũ opinionum, bonum est semper protestari de expensis. Grauat. ad Vestr. lib. 2. cap. 8. nu. 17.

EXCEPTIO CXXVII.

Extra instantiam.

SVMMARIVM.

1 *Sententia lata extra instantiam, est ipso iure nulla.*
2 *Idem in sententia lata in causa appellationis post decursa fatalia.*
Considera duos Casus hic relatos.
3 *Amplia idem in Arbitro, & Arbitratore, vt hic, & numero seq.*
5 *Idem in sententia Iudicis delegati cum præfixione termini ad causam expediendam. Declara vt hic.*
6 *Quid in Delegante.*
7 *Quid si non sit appositum certum tempus in Commissione in Iudice Ordinario; considerandi sunt plures casus sub eod. num. 7. sub finem numeri.*
8 *Quid si tempus præfigitur Causæ & Instantiæ, vt hic.*
9 *Tempus in dubio præsumitur præfixum Instantiæ.*
10 *In Statuto præfigente declara, & distingue vt hic.*
11 *Quid si verba dirigũtur Iudici, Iurisdictioni, vel Officio eius simul.*
12 *Quid si verba diriguntur Iudici soli, & tollunt omnem potentiam.*
13 *Verbum, potest, negatiuè positum, tollit omnem potentiam.*
14 *Quid si statuentes, vsi sunt verbis negatiuis prohibitiuis, vt hic.*
15 *Actus gestus contra prohibitionem legis est nullus.*
16 *Quid si Statutum præfigit tempus Instantiæ, sed apponit pœnam.*
17 *Quid si terminus Instantiæ præfigitur partibus litigantibus, vel eorum actioni.*
18 *Amplia principalem Conclusionem procedere etiam in Consistorio Principis, vt hic.*
19 *Iudex appellationis debet sententiam declarare nullam, nec reparare, vel confirmare.*
20 *Declara Ampliationem multis modis, vt hic.*
21 *Declara secundo, vt hic.*
22 *Declara tertio pro Cautela, vt hic.*
23 *Expensæ peremptionis instantiæ compensantur cum expensis rei, si non habuit iustam causam litigandi.*
24 *Reintegratio cessat quando vitium appareat ex sententia met.*
25 *Iudex potest vnico contextu declarare sententiam nullam, & quo ad merita illam confirmare.*
26 *Iudex tenetur in Syndicatu ferendo sententiam extra instantiam, etiam si esset iusta quo ad merita causæ.*
27 *Solutum per talem sententiam repeti potest.*
28 *Iudex afficitur pœna ferens sententiam extra instantiã.*
29 *Amplia etiam in causa dotis.*
30 *Subamplia & circa instantiam Statutariam; Idem in causis summarijs est executiuis, in quibus datur instantia, vt hic.*
31 *Conclusio procedet in foro seculari, secus in Ecclesiastico, seu terris Ecclesiæ.*
32 *Limita in causis spiritualibus, vel dependentibus ab eis, vt hic.*
33 *Clericus si litigat pro Ecclesia, instantia est perpetua si pro se, non, vt hic.*
34 *Instantia non perit in causis Tributorum, Collectarum, & publicis similibus functionibus.*
35 *Instantia est perpetua, inspecto Iure Canonico, vt hic.*
Contrarium seruatur in Terris Ecclesiæ, in foro seculari, vt hic. sub eod. num. 35.
36 *Limita in Causis Iudici arbitrarijs, in quibus non datur instantia.*
37 *Idem in Arbitro electo in actibus extraiudicialibus, quia is perpetuo iudicare potest, vt hic.*
38 *Quid in Arbitro assumpto in actu extraiudiciali dependente ab vltima voluntate.*
39 *Quid quando alter contrahentium esset arbiter inter ipsos contrahentes.*
40 *Quid in re tempore peritura, vel immodica dilatione, magnum damnum allatura.*
41 *Distingue vt hic.*
42 *Instantia coram Arbitro Compromissi durat anno, vt hic, si coram Arbitratore, vide supra, num. 4. & sequenti.*
43 *Instantia non perit in habente liberum arbitrium in procedendo, & sententiando, secus in sententiando tantum.*
44 *Iudex post instantiam peremptam potest absoluere ab obseruatione Iudicij, cum condemnatione expensarum.*
45 *Delegatus etiam hoc facere potest etiam absque Commissione.*
46 *Arbiter idem facere potest vt hic.*
47 *Declara tamen & distingue vtiliter, vt hic.*
48 *Declaratio adfertur ex prædictis ad leg. 5. ff. de re iudica. & ad l. nemo qui, ff. de regul. iur. vt hic.*
49 *In confessis & lapsa instantia potest ferri sententia.*
50 *Limita non procedere si tempus præfigitur instantiæ, & causæ.*
51 *Dubitatur an per confessionem Partis, tollatur præsumptio iuris, & de iure.*
52 *Respondetur vt hic.*
53 *Nemo cogitur confiteri, contra fictionem seu præsumptionem iuris, & de iure, & post elapsum terminum iuris, vt hic.*
54 *Contrarium hodie seruatur, & practicatur, vt hic.*
55 *Amplia idem in causis ciuilibus, vt hic.*
Creditori tamen negligenti ad petendum, & exigendum, succurritur tribus remedijs, vt hic sub eod. numero 55.
56 *Primo Officio iudicis succurritur, quod non censetur exclusum.*
57 *Secundo Denunciatione etiam Euangelica, recurrendo ad iudicem Ecclesiasticum.*
58 *Tertio Statutum prædictum non habet locum in actu inrato.*
59 *Statutariæ Exceptioni decursæ renunciari potest.*
90 *Quid quando iudex moreretur prope finem instantiæ.*
61 *Instantia decursa, facto & culpa aduersarij, adhuc durat, vt hic.*
Quid si facto iudicis.
62 *Protestatio vnica in prima instantia, sufficit ad retardãdam peremptionem, vt hic.*
63 *Instantia non currit pendente termino quo causa transmittitur, & manet apud Principem, seu alium superiorem consulendum, vel aliud, vt hic.*

Senten-

Ententia lata † extra instantiam, est ipso iure nulla. Iasin l. properandum, in principio, num. 26. C. de iudic. Vantius, de nullitate ex defectu iurisdictionis, num. 115. Asinius in practica §. 2. cap. 14. num. 3. Marantha, in verbo, Sententia, numero 90. Alex. consil. 137. num. 1. vol. 2. Felin. in capit. De causis, numero 8. de offic. delegati. Paris. consil. 108. numero 29. lib. 4. Ruin. consil. 26. num. 9. lib. 4. Cornaz. Decisione Lucana 22. Et hæc est Communis, & recepta opinio. Turzan Opinione 62. Viuius Opinione 262. Emanuel in suo Thesauro, in verbo, sententia, numero 68. Decisio Genuens. 13. num. 8.

2 Ampliatur † primo, idem in sententia lata in causa appellationis post decursa fatalia. Bald. in d. l. properandum, quæst. 2. Marantha in verbo, sententia, numero 90. considerando in hoc duos Casus principales.

Primus est, & ampliatur secundo in Arbitro

3 † considerãdo plures Casus, si sumus in Arbitro, & tunc coram eo durat triennio instantia, si lis est contestata, cum Arbitria redacta sint ad instar iudiciorum, l. 1. ff. de Arbitr. si lis non est contestata, nec per iudicem aliquis est appositus terminus, tunc perpetuo durat. Lanfranc. de Arbitr. parte quinta, quæst. decimanona, numero decimonouo, per l. si Compromissum, ff. de Arbitr. iuxta glos. finalem, ibi: vltra triennium. Minsyng. Centur. 3. Obseruat. 44.

4 Secundus † est Casus in Arbitratore, & tunc nullo tempore apposito, perpetuo potest, ita Lanfranch. in citato iam loco: sed Papiens. ad pœnam ex compromisso, in verbo, infra duos menses, nu. 4. videtur tenere quod anno duret, licet pedem non figat.

5 Ampliatur tertio, idem † in sententia iudicis Delegati cum præfixione termini ad causã expediendam, c. De causis, vbi Dec. in principio, de officio delegati, extendendo præsentem Ampliationẽ, siue simus in Delegato Papæ, iuxta d. cap. De causis, siue simus in Delegato inferioris. Bald. in l. properandum, §. sin autem alterutra, in fine, C. de iudic. extendendo secundo, siue verba dirigantur iudici, siue iurisdictioni, siue Causæ, vel partibus, quomodocumq. non transacto tẽpore iurisdictio exspirat, & sñia extra tempus lata, est ipso iure nulla. Vantius de nullitate ex defectu iurisdiction. num. 118. etiam si esset Delegatus Principis. Magon. Rotæ Florent. Decis. 90. nu. 12. Nec est necessaria appellatio, sed statim redit ad Delegãtem. Matthesil. in l. cum non eo die, C. Quando prouoc. non est necesse, vbi etiam subdit, ꝙ de consensu partium possit prorogari, dummodo iustam metam causarum non excedat.

6 Declarãtur prædicta † esse vera quo ad Delegãtem, ad quem causa reuertitur, & potest iudicare ex eisdem Actis. Bal. in l. properandum, §. sin aũt alterutra, in fine, C. de iudic. in l. penultima, quæ incipit: Placuit, C. de Pedan. iudic.

7 Declaratur † secundo loco, vt prædicta sint vera, & procedant, si in Commissione certum tempus apponatur, aliàs non exspirat, iuxta ea quæ tradit Socin. iunior, consilio 133. numero 3. volum. 2. & sequi videtur Asinius in Practica, §. secundo, capit. 15. numero 28. & iudex Delegatus tenetur seruare Statuta loci circa instantiam. Alexand. consil. 164. volum. 6. Vantius de Nullitate ex defectu process. num. 56. Roland. consil. 48. vol. 3. de Comuni Borgnin. Decisione 25. numero 15. Si vero sumus in iudice Ordinario, in hoc casu considerandi sunt plures Casus principales.

8 Primus † Casus est, cum tempus præfigitur Causæ, & instantiæ, puta, dicendo: quod Causa infra certum tempus expediatur, isto casu, sententia lata extra instãtiam, est nulla, nec aliquam meretur executionem. Bald. in l. properandum, in principio, columna secunda, versiculo quarto, dicens hanc esse Communem opinionem, & quotidie practicari, & esse in vsu. Alexand. consil. octuagesimosecundo, Viso processu, in princip. lib. tertio. Roman. Singul. 795. Post lapsum. Afflict. Decisio. 283. numero 4. Socin. in Tract. de Instant. Articulo 15. principali. Et hæc est magis Communis opinio. Vant. de Nullit. ex defectu iurisdict. sub num. 120.

9 Et in dubio † tempus præsumitur præfixum instantiæ ad obuiandum immortalitati litium. Io. And. ad Specul. de offic. Delegati, §. Restat. Imola. in c. De causis, de offic. Delegati.

10 Declarando † hoc modo distinguendo; Aut Statutum præfigit terminum loquendo in rem, & tunc censetur præfixum instantię; aut loquitur in personam, dicendo: Iudex expediat, & tũc secus. Bald. in l. finali, C. Vt infra certum tempus, in l. obseruare, §. proficisci, quæst. 3. de offic. Proconsul. & Legati, & in l. properandum, in principio, C. de iudic. Felin. in capit. Venerabilis, num. 19. de iudic.

11 Tertius est Casus, † cum verba diriguntur iudici, iurisdictioni, seu Officio eius simul, puta, statuendo, quod iudex debeat infra certum terminum Causam expedire, & eo elapso, non possit vlterius se intromittere; Aut quod super debito cognosci non possit, nisi vsque ad annos decem, iuxta terminos quæstionis positæ per Bartolum, in l. omnes populi; in 2. quæst. principali, ff. de iustit. & iure. Alexand. consil. 138. colum. 2. libro 3. tunc elapso termino iurisdictio exspirat, & sententia sic lata, est nulla. Bal. in Authentica, Clericus, colum. 2. versiculo, sed iuxta hoc quæritur, C. de Episcop. & cleric. Latè Alexand. consil. 137. lib. 2. & consil. 484. ad finem, libro quarto. Vantius de nullit. & defectu iurisdict. sub numero 120. versiculo, idem foret.

12 Quartus est Casus, si † verba diriguntur Iudici soli, & verba tollunt omnem potentiam, dicendo: iudex non possit certo termino decurso; tũc

13 etiam isto casu sententia erit nulla: quia † verbum potest, negatiuè positum, tollit omnem potentiam. Glossa ordinar. in capit. primo, in verbo, non potest, de Regul. iur. quam Glos. dicit ordinariam in capit. Si quis contra, de foro competenti. Anchar. consil. centesimoseptuagesimoprimo. De titulis, colum. finali. Corneus. consil. centesimouigesimosexto, col. 2. libro 1. vbi negatio præposita verbo, potest, reddit actum nullum,

ipso iure. Et hæc est magis Communis opinio. Ias. ad l. Gallus, in principio, numero 20. ff. de li-
14 ber. & Posthumis. Quintus Casus est, cum † statuentes vtuntur his, vel similibus verbis: Iudex non faciat; Iudex se amplius non intromittat, pariter sententia extra tempus lata, erit nulla. A-
15 ctus enim † gestus contra prohibitionem Legis, est nullus, l. non dubium, C. de legibus. l. iubemus, §. sanè, & l. prima, C. de Sacrosanct. Eccles. capit. Qui contra, de Regul. iur. capit. Imperiali, vigesimaquinta quæstione secunda, est gl. in Clementina prima, de Iurepatron. quam singularem dixi. Panorm. in cap. Ex parte, de Constit. Dec. consil. 502. in principio, declarando, vt dixi in Repetitione Regulæ, Cum quid, parte 4. limitatione prima, & crederem diligenter esse ponderanda verba prohibitionis.

16 Sextus Casus est, quando † Statutum præfigit tempus instantiæ, sed apponit pœnam; & hoc casu sententia lata extra instātiam, valet; quia actus gestus contra prohibtionem pœnalem, non est nullus, & contentatur disponens, ipsa pœna imposita, quam incurrit iudex. Bald. in l. Ait Prætor, §. 1. de damno infecto. Castr. consil. 184. col. 2. libro 1. Alex. consil. 72. col. finali, versiculo, secundo respondeo, lib. 6. & consil. 24. in fine, eod. libro, & consil. 24. col. 1. libro 4. Felin. in cap. venerabilis, sub num. 15. limitatione prima, de iudic. Decius in capit. De causis, numero 73. de offic. Delegati. Et hæc est Communis opinio. Vant. de Nullit. ex defectu iurisd. num. 124.

17 Septimus est Casus, si † terminus instantiæ, præfigeretur partibus litigantibus, vel earum actioni, tunc sententia extra terminum lata, non est nulla. Est Communis opinio. Vant. in citato iam loco, sub num. 124. versic. si autem.

18 Ampliatur quarto, etiā † in Consistorio Principis, in quo sententia lata extra instantiā, est nulla, gl. in Authentica, Vt sponsalit. largit. §. hoc quoque, in Authent. de Appellation. §. ad hæc. Afflict. Decisione 283. num. 4. versiculo, Secunda nullitas, cōtrarium vt perpetuo duret. Minsyng. Centuria 12. Obseru. 48.

19 Ampliatur † quinto loco notabiliter, vt per iudicem appellationis, debeat omnino declarari nulla, nec reparari, vel confirmari. Bald. consil. 298. in fine, libro 3. Alex. cons. 79. lib. 2. Corneus, consil. 324. col. finali, libro 1. Crauetta, cons. 270. num. 7. Borgnin. Decis. 21. num. 14. & Decisione 17. num. 2. Cornazzan. Decis. 22. suo tamen modo. Grammat. Theoremate 16. num. 26.

20 Declaratur † hæc Ampliatio multis modis; Primo, vt non procedat, si fuit appellatum etiam ratione iniustitiæ, & aduersarius tacitè consensit, & petiit sententiam confirmari quo ad merita causæ. Bart. in l. 4. in fine, nu. 20. & 21. C. Quando prouocare non est necesse, in l. si expressim, in fine, ff. de Appellation. Bald. in l. taie pactum, §. qui prouocauit, quæst. 22. de Pact. Lancelot. Corrad. de Offic. Prætor. §. 2. titulo, de Appellation. num. 28. Turzan. Opinione 45. Vant. Coram quo nullitas proponi possit, num. 12. & 13. Borgnin. Decisione 25. num. 12. parte 1.

21 Declaratur † secundo, vt dum disputatur coram iudice appellationis, an instantia sit perempta, vel non, & ab hoc emergenti principaliter fuerit appellatum, poterit cognoscere de negocio principali, vti consecutiuo, etiam quod non fuerit commissum ratione accessorii, & consecutiui. Turzan. Opinione 26. iuxta ea, quæ dixi superius, Exceptione 227.

22 Declaratur tertio, & † erit potius Cautela, vt coram iudice, ad quem, fiat summaria reproductio singulorum Actorum, cum Clausula, Ius, & iustitiam, Bartol. in l. mutari, ff. de Procurat. in l. 2. C. de sentent. Decius, consil. 549. num. 4. Vant. in titulo, Quibus mod. sentent. nullit. reparetur, numero 88. versiculo, & postquam, & num. 129. & numero 133. & in titulo, Quibus mod. nullit. proponi poss. numero 127. & 128. Berous consil. 37. num. 15. vol. 3. Ias. in l. properandum, in principio, num. 23. C. de Iudic. Afflict. Decisione 262. col. finali, Vestr. libro 8. cap. 1. numero 16. Asinius, in Practica, §. 2. capit. 16. numero 4. Rota apud Cassador. Decisione 8. num. 7. de Rescript. Et cogitur pars per iudicem consentire tali reintegrationi, & valebit postea sententia, prout ex nunc,
23 & non prout ex tunc, † & fiet compensatio expensarum peremptionis instantiæ cum expensis Rei, si non habuit iustam causam litigandi. Felin. in cap. Venerabilis, num. 12. Declarat. 4. de Iudic. latè cumulat Borgnin. Decisione 25. numero 20. 21. & 22. Ias. in l. 2. num. 14. vbi Dec. numero 33. C. de Edendo. Matth. Silan. Notab. 161. Luc. Petus, lib. 2. cap. 14. num. 16.

24 Quæ reintegratio † cessat, quando vitium appareat, ex sententia met. verum Grammatic. consil. Ciuili 14. Vrsil. ad Afflict. Decis. 262. col. 2. exēplificans in sententia lata contra minorem indefensum.

25 Et poterit iudex † vnico contextu declarare sententiam nullam, & quo ad merita causæ confirmare. Bald. in l. eos, columna tertia, versiculo quærunt Doctores, C. de Appellation. Vantius, Quibus mod. sentent. nullit. reparetur, num. 133. Triuisan. Decisione 6. num. 4.

26 Ampliatur sexto, † vt teneatur iudex in Syndicatu, ferendo sententiam extra instantiam, etiam si sit iusta in meritis causæ. Anchar. in cap. vnico, de Rest. in integrum. Marsil. in Practica, §. successiuè. colum. 2. Grammatic. Voto 31. nu. 6. Borgnin. Decisione 17. num. 2. & 3. & Decisione 25. nu. 7. Hodiè tamen hoc non est in vsu, cum Syndicatus fiat solū de Dolo, & Barattaria. Et ita Practicatur. Gramm. cons. 54. Clar. quæst. 73. versiculo, itē iudex. Ioseph. Rota Lucana, Decis. 3. n. 39. & 46. & Decis. 4. n. 39. & 46. Decis. 4. n. 53. Decis. 9. nu. 27. & Conclus. 38. illatione 102. Borgnin. in Repertor. Decision. in verbo, instantia, parte 1.

27 Ampliatur † septimo, vt solutum per talem sententiam repeti possit: Bald. de Pace Constant. in verbo Ciuitate.

28 Ampliatur † octauo, vt pœna afficiatur iudex ferens sententiam extra instātiam. Petr. ad l. properandum, quem refert Asinius in Practica, §. 2. cap. 14. num. 7. quod parum obseruatur, si pœna afficerentur partes litigātes, obseruaretur etiam cum rigore.

Ampliatur

29 Ampliatur † nono, in causa Dotis, cuius instantia finitur triennio. Ita de Communi testatur Bald. Nouellus de Dote, parte 8. quæst. 14. licet non bene figat pedem. Campeg. de Dote, parte 1. quæst. 7. Asinius de magis Communi, in Practica, in principio, cap. 3. num. 74.

30 Subampliatur † etiam circa instantiam Statutariam, quæ & in Dote locum habet, & extra eã sententia lata non tenet. Socin. iunior, in Repetitione d. l. 1. numero 126. versiculo, cogita tamen, in fine, dicens millies ita practicasse. Ampliatur decimo in executiuis & summarijs, in quibus datur instantia, De magis Communi Asinius in Practica, in princip. numero 42. Aemilian. consil. 67. numero 1. Barz. de Guarantigia, colum. 46. Berous, consil. 40. numero 4. & consil. 38. num. 7. lib. 3. Magon. Rotæ Florentinæ Decisione 89. numero tertio. Dixi in Repetitione Regulæ, Cum quid, parte 2. limitatione 6. num. 10.

Siue intentetur Iudicis officium, siue Actio in factum; Vrsill. ad Afflict. Decis. 346.

31 Et hæc Cõclusio vera † est in foro seculari, secus in foro Ecclesiastico, vel Terris Ecclesiæ, vt per Bald. Nouel. in allegato Priuilegio, in fine.

32 Limitatur † primo in causis spiritualibus, vel dependentibus ab eis. Clement. Dispendiosam, de Iudic. cap. penult. de Iudic. vbi idem in causis Ecclesiarum, secus in causis proprijs clerici, vt ibi per Abb. num. quinto, Marantha, in verbo, Instantia, numero vigesimo, in septima limitatione.

33 Et sic incipiendum est, † si clericus litigat pro Ecclesia, vel pro se; primo casu instantia est perpetua, secundo casu non. Barbac. consilio primo, volum. 3. Asinius in Practica, in principio, cap. 3. num. 27.

34 Limitatur secundo, in † caustis Tributorũ, Collectarum, & publicis similibus functionibus, in quibus instantia non perit, d. l. properandum, Afflict. Decisione 210. Asinius in Practica, in princip. cap. tertio, numero trigesimoquarto; & sic numquam sententia redditur nulla ex defectu peremptionis Instantiæ.

35 Limitatur tertio, † inspecto Iure Canonico, secundum quod instantia est perpetua, cap. finali, de Iudic. de Communi Ias. in l. properandum, in princip. numero 27. C. de Iudic. Marantha, in verbo, Instantia, numero 14. extendens nimis largè hoc verum in omnibus Terris, Ecclesiæ, vbi seruatur ius Canonicum. Felin. in cap. De causis, in principio, de offic. Delegati, Grauat. ad Vestr. lib. 3. cap. 5. numero 6. Emanuel. in suo Thesauro, litera I. numero 113. & magis Communem Asinius in Practica, in cap. 5. numero 21. & 22. Rota apud Cassador. Decisione 5. num. 4. Vt lite pendẽte, Vant. de Nullit. ex defectu Iurisdiction. numero 126. dicens magis Communem. Grauat. ad Vestrium, lib. 8. cap. 1. num. 22. lib. 3. cap. 5. num. 6. Socin. Regula, 182. in fine, Viuius in Silua, Opinione 176. num. 9. vbi restringit ad forum Ecclesiasticum. Tiber. Decian. lib. 2. cap. 21. nu. 14. tomo 1. sed in Terris Ecclesię in foro seculari hoc non vidi obseruari, sed Statuta locorum & instãtiam ab eis præfixam.

36 Limitatur quarto, in † causis iudici arbitrarijs, in quibus non datur instantia; & sic sententia ex hoc capite non potest allegari nulla, & executionem non mereri. Felin. & Decius, in cap. Ex literis, de Constitution. ille num. 8. iste colum. 8. & vltima Tiraquell. de Retractu Conuention. §. 3. glos. 1. num. 39 Zasius in l. si quis arbitratu, num. 20. vbi Socin. num. 33. Menoch. de Arbr. quæst. 22. num. 2. Boer. quæst. 283. num. 8. Gozadin. consil. 100. num. 24.

37 Extenditur hæc Limitatio † in Arbitro electo in actibus extraiudicialibus, puta, in cõtractibus, cum is perpetuo inter partes iudicare possit Ias. ad l. si quis arbitratu, num. 24. versiculo, tertium, de verb. obligat. vbi Socin. num. 34. Zasius numero 35.

38 Declaratur † in Arbitro assumpto in actu extraiudiciali, dependente ab vltima voluntate, tũc anno finitur talis potestas, ex l. vltima, §. sed si quis, C. Cõmunia de Legat. & ibi notant omnes.

39 Declaratur secundo, † non procedere quãdo alter contrahentium esset Arbiter assumptus super contractu inter eos celebrato: nam tunc hæc arbitrandi potestas intelligitur cum primum potest, arbitrio boni viri. Ias. in l. si quis arbitratu, num. 24. ex l. hæc venditio, in principio, ff. de contrah. emptione.

40 Declaratur tertio, † in re tempore peritura, vel ex immodica dilatione, magnumq. detrimentũ allatura: nam tunc inesse præsumitur tantum temporis spatium arbitrio boni viri, quo possit controuersia sine damno finiri. Boerius quæst. 283. num. 9. & l. item si vnus, §. vltimo, ff. de Arbitr. Anan. consil. 19. colum. 1. versic. circa secundum. Et hæc est Communis opinio. Asinius in Practica, in princip. cap. 3. nnmero 68. subdens, quod iudex Arbitro vel Arbitratori statuat si liquet sibi de Causa, ad Compromissum terminandum.

41 Declaratur quarto, hoc † modo distinguẽdo; Aut loquimur de facultate proferendæ sententiæ, & tempore non coarctatur, ex l. item si vnus, §. 1. cum ibi notat. ff. de Arbitr. Aut loquimur de ipsa instantia post litem contestatam, & tunc in Arbitro durat triennio de Iure Ciuili, secus de Iure Canonico, iuxta ea quæ superius dicta sunt.

42 Declarando si coram iudice † litigatum sit: nam vltra tempus litis anno durat instantia coram Arbitro Compromissi. l. properandum, §. sin autem in medio, C. de Iudic. per quem ita ibi declarant Cin. & Ioan. Andr. ad Specul. in titulo, de Arbitris. Si loquimur in Arbitratore, posui supra, num. 4

43 Declaratur quinto, in † habente liberum arbitrium in procedendo, & sententiando, quo casu non perit instantia, secus si in sententiando tantum. Castrens. in l. si in lege, in principio, ff. Locati. Alexand. consilio quinquagesimo, columna tertia, versiculo, Pro hoc, libro tertio, in l. qui Romæ, §. Callimachus, columna finali, de verbor. obligat. Marantha in verbo, Instantia, numero 16.

44 Declaratur sexto, in † absolutoria ab obseruatione iudicij, cum condemnatione expensarum,

quam iudex ferre potest, etiam post instantiam peremptam; quia talis sententia sic lata, valet, nec in hoc expirat eius iurisdictio, ita Angel. in dicta l. properandum, in principio, C. de iudic. per l. finalē, C. vt infra certum tempus, vbi etiam Salicet. notat. Ias. in dicta l. properandum, numero vigesimosexto, in secunda limitatiōne, & in §. illo procul, numero sexto. Felin. in capit. Venerabilis, numero decimosexto, in tertia limitatione, de iudic. Decius in cap. De causis, num. 77. in vltima limitatione, de offic. Delegati. Alex. consil. 66. post princip. vol. 5. Lanfranc. in c. Quoniam cōtra, in verbo expensæ, in fine. Alex. consil. 136. col. 1. & consil. 138. colum. 1. vol. 2. Marantha, in verbo, instantiæ, numero 59. Asinus in Practica, in §. 2. cap. 15. num. 14 Vant. de Nullit. ex defectu iurisdict. num. 127. Rupellan. Forens. institut. lib. 1. capit. 33. litera F. Roman. Singulari 795. Post lapsum. Decius, consil. 34. in fine, versiculo, & ideo. Borgn. Decisione 8. num. 1. parte 1. Luc. Pet. lib. 2. cap. 14. num. 3. Magon. Rotæ Florentinæ. Decis. 31.

45 Ampliatur, † vt Delegatus hoc facere possit sine alia Commissione. Rota Decis. 692. Qualiter in antiqu. Bellamera, Conclus. 22. & 28. Vant. de Nullit. ex defectu iurisdiction. num. 127. dicens hoc verum, quia emergens ad causam per ea quę dixi Exceptione 227. num. 50.

46 Ampliatur secūdo, idem † in Arbitro, qui potest pronunciare instātiam compromissi esse desertam, & absoluere ab obseruatione iudicij, condemnando in expensis, quando tempus compromissi est elapsum. Est de mente Bartoli, in l. admonendi, num. 14. ff. de iureiurando. Imola, in l. si quis abirtratu, col. antepen. ff. de verb. oblig. & inclinare videtur Ias. in l. properandum, §. illo, numero 6. C. de iudic. & sic Arbiter pronunciat extra tempus Compromissi.

47 Declaratur † satis vtiliter in Practica, vltra Ias. Decium, & alios, in locis superius nominatis, hoc modo distinguendo tam in Ciuili quam Criminali causa; Aut in causa sunt producti testes, & instantia est perempta, & reus petat absolui ab obseruatione iudicij, cum condemnatione expensarum, & iudex facere debet, d. l. properandū, & l. finali, C. vt infra certum tempus, vbi glos. in verbo, Absoluere, Si vero non solum producti sunt testes, sed etiam processus agitatus, & tunc diffinitiuè absolui debet à tota causa, & Actor in expensis condemnandus. Ita Ioan. de Amic. consil. 139. num. 19. quam doctrinam tunc acceptarem, si iudici constaret in meritis causæ de bono iure Rei conuenti, aliàs si hoc non constaret, nō debet instantię lapsus tollere ius partis, & melius est absoluere ab obseruatione iudicij, per quam non tollitur ius iterum inchoandi iudicium.

48 Ex prædictis † infertur declaratio ad l. tertiam, ff. de re iudic. ad l. nemo qui, ff. de Regul. iur. vt procedat in diffinitiua, aliàs qui non potest condemnare, potest absoluere ab obseruatione iudicij, vt dictum est, licet hæc pronuncia contineat vtrumque, absolutionem, & condemnationem simul respectiuè.

49 Declaratur septimo, nisi simus † in confessis, quo casu potest contra eum ferri sententia, licet instantia sit perempta; & sic post lapsum instantiæ. Bald. in d. l. properandum, in principio, vbi Ias. numero vigesimosexto, limitatione tertia. Alexand. ad Bartol. in l. si confessus, de Custod. reorum. Marantha, in verbo, instantia, numero sexagesimo. Felin. in capit. finali, numero decimoseptimo, de iudic. Decius in capit. De causis, numero 75. de offic. Delegati. Marsil. Singulari 201.

50 Declaratur hoc verum, † si tempus præfigitur simpliciter instantiæ, secus si instantiæ, & causæ, puta, si dicatur, quod de tali delicto non possit cognosci post tale tempus, nam elapso dicto termino, si confiteatur, non potest de ea confessione puniri, ex quo est præscriptum. Bald. in capit. finali, de offic. Delegati, columna penult. versic. sed pone quod Statutum. Marsil. in Practica, §. Postquam, num. 10. in l. finali, numero 2. ff. de iurisdict. omn. iudic. Singul. 329. prope finem, consil. 87. numero nono, in l. 1. numero 69. ff. de quæstion. Paris. consil. 169. nūm. 4. vol. 4. Socin. cons. 108. num. 17. volum. 4. attestans ita Bononiæ obseruatum. Gigas, de Crimine lęsæ Maiestat. lib. 2. titulo, Quomodo, & per quos, quæst. 1. num. 15. Anchar. quæst. 49. nu. 12. parte 2. Monticell. Regula 2. num. 13. Mascard. Conclusione 357. num. 13. in septima limitatione, & Conclus. 351. num. 5. Tomo primo. Cattar. de Executione sentent. capto bannito, c. finali, nu. 315. & hęc opinio est verior, & Communis. Berous, consil. 167. nu. 13. vol. 3. Roland, consil. 94. numero 12. vol. 3. Foller. in Practica, parte prima, tertiæ partis principalis, numero 9. in versiculo, & si confitebuntur. Prosper Farinacc. quæst. 10. num. 14. commendat pro singulari Arno Soliloqu. 30.

51 Sed vna hæc oritur dubitatio, quod † contra præsumptionem iuris & de iure, admittitur probatio per confessionem ipsius partis, gl. in l. vltima, ff. quod met. causa; & in Authentica, Sed iā necesse, C. de donat. ante nupt. in §. aliud, Authētica de æqual. dot. Menoch. de Præsumpt. libro primo, quæst. 61. num. 5. Nouell. Regul. 160. Mascard. in Euidential. q. 10. nu. 48. & Conclusione 225. num. 21. Cotta, in verbo Confessio. Asin. in Practica, §. 31. limitatione 10.

52 Respondetur per D. Prosper. † Farinacc. & alios, quod hic non cadit præsumptio iuris & de iure, sed potius fictio, cum Statutum eum fingat pro absoluto post tempus elapsum; ita declarat Marian. in capit. Dohis, colum. 12. de Accusation. quem comendat Felin. à nemine allegatus, in capit. Venerabilis, sub numero 17. de iudic. & sic cōtra præsumptionem iuris & de iure admittitur probatio per confessionem, secus contra fictionem, & sic fictio potentior est. Et fuit opinio Socini, in l. cum annus, num. 73. ff. de Condit. & demonst. Felin. in cap. Quanto, nu. 2. de Præsumption. Alciat. de Præsumption. in prælud. parte 1. num. 4. Menoch. de Præsumpt. libro 1. quæst. 8. num. 11. & 14. Nec illud etiam vltra, alios omittam, quod † siue sit fictio, prout verè est, siue præsumptio iuris & de iure, non potest quis cogi ad confitendum contra eam. Bald. in Repetitione

titione l. secundæ, colum. decima, versiculo, Hinc est, quod si lex, de iureiurando, Cremens. Singulari 156. Ferrat. Cautela 16. numero quinto, & sic elapso termino Iuris, vel Satuti, Reus carceratus nō cogitur cōfiteri, & adhærere temporis lapsui.

54 Sed hodie † non admodum confidunt delinquentes, quia cum delictorum castigatio pendeat ab authoritate superiorum, fortasse nō admitterēt talem exceptionem: & vidimus sępius puniri delicta inueteratissima, & non videtur ab hac opinione dissentire Scaccia, cap. 94. versiculo, & licet consentiteem.

55 Et prædicta vera sunt, etiam in † Causis Ciuilibus; vnde inferri possot ad Statuta, quod si creditor nō petierit debitum infra tot annos, quod in futurum non videatur vlterius, non data validitate dicti Statuti in conflictu variarum opinionum prout est, si verba diriguntur ad creditorē, & in odium suæ negligentiæ, iuxta distinctionē Castrens. in l. sequitur, §. si viam, ff. de Vsucap. in l. hæc autem iura, ff. de seruit. vrbanor. prædiorum, quæ Communiter tenetur, vt per Anton. Gabr. de præscription. Conclus. quarta, numero quarto, si elapso dicto termino debitor fateatur, confessio ista non præiudicat; & vno verbo sentit Felin. in cap. Venerabilis, numero decimooctauo, de Iudic. & est Casus, qui sæpè occurrere potest.

Succurritur tamē, vt & hoc obiter dicam, negligenti creditori tribus remedijs.

56 Primo per iudicis † officium, quod non censetur exclusum. Grat. consil. quadragesimoprimo, col. finali, vol. 2.

57 Secundo per † denunciationem Euangelicam, recurrendo ad iudicem Ecclesiasticum. Bald. in cap. primo, §. si quis per triginta, col. finali, si de feud. controuers. fuerit, in Authētica, Ad hæc, colum. quarta, C. de Vsur. in l. prima, §. Initium, ff. de postulando. Bart. in Extrauag. Ad reprimēdum, in verbo, per denunciationem, columna secunda, in fine. Butrius in cap. Nouit, colum. decima, & ibi Aretin. colum. octaua. de Iudic. Calcan. consil. vigesimooctauo, colum. finali, Balb. de Præscription. in secunda parte, tertię part. principalis, quæst. decima. Abb. in cap. finali, colum. quinta, de Pręscription. Marsil. Singul. 370.

Vide supra Exceptione 76.

58 Tertio, quia † tale Statutum non habet locū in actu iurato. Ias. in l. nam & postea, §. si is, qui temporali, de iureiuran. Veronens. Cautela 20. Felin. in cap. finali, colum. tertia, de Pręscript. Marsil. singul. 141. Grat. consil. quadragesimoprimo, col. secunda, volum. primo. Berous, Decisione 328. Capella Tolosana, Decisione 220. Anton. Gabr. de Statut. Conclus. vndecima, libro sexto.

59 Nec illud omittam vltra alios, † quod Exceptioni Statutariæ decursę renunciari potest. Roman. consil. 101. numero quinto. Crot. ad l. nemo potest, numero 13. in sexta Fallentia, de legat. primo. Viuius, Opinione 277. parte prima.

60 Declaratur † octauo, quando Iudex coram quo fuit incepta Causa, moreretur prope finem instantię, & triennij, & veniret alius successor, quia illi successori datur à iure integer annus ad illius causę expeditionem, & sic in isto casu prorogantur instantię ex dispositione iuris Communis, l. properandum, §. sin autem, in medio, C. de Iudic. vbi hoc extenditur ad aliam quamlibet iustam causam, ex qua iudex esset mutatus, puta ob infirmitatem, absentiam, & similes causas. Marantha, in verbo, Instantia, numero 28. est Casus satis considerabilis ex mutatione Officialium.

61 Declaratur nono, † si instantia cucurrit facto aduersarij, ob eius subtilitates, cauillationes, & subterfugia, adhuc enim instantia durat. Bart. in l. si cum ipse, ff. de excus. tut. & ibi latè Alexan. in addition. secus si facto iudicis, quo casu regulariter currit instantia. Et hęc est magis Communis opinio. Marantha, in verbo, Instantia, num. trigesimoprimo, vbi laudat pro Cautela instruere processum, & ipsum concludere, & diligenter protestari.

62 Et in ea hæc principaliter concurrunt, † protestatio, & sufficit vnica tantum in prima instantia, de qua agimus. Bart. in l. Titia Seio, §. Vsuras, de legat. secundo, vbi Bartol. quem sequitur Roman. & Imola, l. mora, & ibi glos. in verbo, Repetendi, ff. de vsur. Idem Bartol. in l. qui Romæ, §. Seia, numero quarto. ff. de verborum obligatione, quem sic intelligit Osasch. Pedemont. Decis. ... numero primo, iuncto numero nono, versiculo, non obstat. Emanuel. in Thesauro, litera I. numero 162. dicens hanc esse Communem opinionem. Secundo fiat iudice sedente. Crauetta consil. ducentesimooctuagesimo, numero sexto, versiculo, octauo, &c. Tertio causa instructa, & processus adeo conclusus, vt nihil remaneat nisi sententiare. Vant. de Nullitate ex defectu Iurisdict. numero cētesimodecimoseptimo. Quarto, quod iudici sint exhibita Acta. Borgnin. Decis. sexta, numero decimo, parte prima.

63 Decimo declaratur, † quod instantia non currat pendente termino, quo causa transmittitur, & manet apud Principem, vel alium superiorem consulendum, vel penes sapientem pro consilio, iuxta formam Statutorum; & sic illud tempus est detrahendum. Lucas de Penna, in l. secunda, colum. octaua, C. de Naufrag. libro decimo. Afflict. in Constitutione, Hac lege, in tertio notabili, in Constitut. Accusatorem, in 2. notabili. Marantha, in verbo, Instantia, numero 38. & 41. dicens hanc esse Communem opinionem.

EXCEPTIO CXXVIII.

Contra Filiumfamilias.

SVMMARIVM.

1 *Filiusfamilias non posset esse in Iudicio sine patris consensu.*
2 *Amplia etiam procedere & locum habere in Causis Summarijs & executiuis.*
3 *Idem in Causis vbi procedi potest de facto.*
4 *Amplia vt nec mutare possit filius sine consensu patris.*
5 *Amplia etiam si pater non esset in loco vbi filius agit, dummodo sit in territorio.*
6 *Ratificatio patris nec etiam sufficeret.*
7 *Authoritas & consensus patris requiritur in ipso actu, vel incontinenti post.*
8 *Consensus an requiratur per modum solemnitatis, & forma, aut potius in vim simplicis consensus; distingue, & declara vt hic, & num. 9. & 10.*
11 *Amplia sexto, quod sola præsentia patris non contradicentis non sufficiat.*
12 *Limita in Casu quo filius interuenit in Iudicio procuratorio nomine.*
13 *limita secundo, vt sufficiat consensus patris in quacumque parte iudicij, vt hic.*
14 *Limita tertio, consensum patris requiri, si agatur ordinariè, secus si extraordinariè, & non in figura iudicij, vt hic.*
16 *Consensus patris adhibitus à falso Actore, non requiritur in filio postea condemnato, & conuento, nec in executione rei iudicatæ, vt hic.*
17 *Limita quinto, in omnibus Causis, in quibus minor potest esse in iudicio sine consensu patris.*
18 *Limita sexto, in causis spiritualibus, in quibus potest esse in iudicio sine consensu patris.*
19 *Declara in clerico, in beneficialibus, excedente 14. annos aliàs Episcopus dat Curatorem.*
Pater nõ habet vsumfructum in acquisitis à Clerico post Clericatum, vt hic, sub eod. num. 19.
20 *Limita patris consensum non requiri in criminalibus, siue publicis, siue priuatis, siue agat, siue se defendat filius.*
21 *Executio si condemnetur, fiet per capturam personæ.*
22 *Executio non potest fieri in peculio profectitio, si filius fuit semper contumax.*
23 *Limitatur octauo, quãdo in Tribunali rejicerentur omnes exceptiones, exceptis specificatis, & non attenditur patria potestas.*
24 *Limitatur nono, Casibus in quibus pater nullũ ius habet, vt in bonis castrẽsibus, vel quasi prout beneficialibus, quæ Castrensibus æquiparantur, &c.*
25 *Si filius non esset ætatis legitimæ ad administrandum, tunc dabitur curator.*
26 *Limita decimo, in filia quæ potest agere ad dotem in iudicio sine consensu patris.*
27 *Dos magna vel parua quæ dici debeat, declaratur ab Alciato, vt hic.*
28 *Declara esse verum in casu vergentiæ viri ad inopiam, vt hic.*
29 *Limita adhuc, & declara dicta absentia patris, in longinquis tamen partibus, vt hic, & num. seq.*
31 *Limita vndecimo si coram Arbitro sit, agere potest filius sine patris consensu.*
32 *Limita duodecimo, quod filius potest constituere procuratorem ad sequendam.*
33 *Limita tertiodecimo in causa appellationis.*
34 *Limita quartodecimo, in obligatione per ipsum filium facta.*
35 *Limita quintodecimo, quando filius in iudicio fatetur, vt hic.*
56 *Limita sextodecimo, quando Iudex interloquitur filium posse comparere sine consensu patris.*
37 *Limita septimodecimo quando filius cum iuramento promisit non contrauenire, tunc Iudicium validatur à tali iuramento.*
38 *Limita octauodecimo, quando pater nollet consentire, tunc poterit sine illius consensu esse in iudicio filius.*
Tutius tamen est, si agatur de graui præiudicio, cogere patrem, vt hic, sub eod. num. 38.
39 *Limita nonodecimo, Si filius agat ad donationem propter nuptias, nam tunc agere potest sine patris consensu.*
40 *Consensus tamẽ non apparens, in dubio non præsumitur, quando sumus in actibus iudicialibus, vt hic.*
41 *Limita vigesimo, vt consensus præstari possit per Nuncium, vel Epistolam.*
42 *Limita primo & vigesimo in Casu reconuentionis.*
43 *Cautela pro litigante cum filiofamilias, vt hic.*
44 *Limita secundo & vigesimo, quod consensus non requiratur quando pater esset turpis & abiecta persona.*
45 *Limitatur tertio & vigesimo, quãdo pater esset absens, vt captus a Turcis, vel peregrinans ad S. Iacobum, vide hic.*
46 *Limitatur quarto & vigesimo, quod quando filiusf. conuenitur & est Reus, distingue, vt hic, in plures casus.*
47 *Filiusfamil. legitimæ ætatis in castrensi peculio vel quasi castrensi agere potest.*
48 *Quid in peculio in quo pater habet vsumfructum, & filius proprietatem.*
49 *Quid in peculio profectitio in hoc casu citandus est pater, non filius.*
50 *In peculio aduentitio cautius est citare patrem, vt hic.*
51 *Filius si in aliquo casu litiget cum patre, non requiritur consensus patris, sed venia, vt litiget, num seq.*
53 *Iudicium inchoatum, & lite contestata sine consensu patris, non conualidatur per subsequentem patris ratificationem.*
54 *Consensus præstitus a principio generaliter, sufficit ad singulos actus futuros.*
55 *In aditione hæreditatis, specialis requiritur consensus.*
56 *Consensus requiritur ab initio, non autem ad omnes actus.*
17 *Consensus si fuerit præstitus à patre in causa principali, non requiritur iterum vt præstetur in causa reconuentionis, vel appellationis.*
58 *Quid si pater esset aliàs suspectus, puta infidelis, hæreticus, Iudæus, vel similis.*
59 *Quid in filijs emancipatis, incestuosis, adulterinis, vel aliàs ex damnato coitu procreatis.*
60 *Patris consensus supplet ad defectum curatoris in filio minore.*

Filiusfa.

1 Filiusfamilias non † potest esse in iudicio sine patris consensu, l. finali, §. necessitate, C. de bonis quæ liber. l. 1. §. finali, vbi Bald. C. de Annali except. cap. finali, de Iud. lib. 6. Doct. in l. 1. C. Qui admitti. & talis exceptio opponi potest etiam in executione sententiæ, ad eam impediendam. Specul. in titulo, de Actor. §. 1. num. 20. melius in titulo, de Exception. §. dicto, num. 22. Marantha distinctione 16. in verbo, Iudicium, num. 18. Clement. de patr. potestate, cap. 6. Effectu 40. numero secundo.

2 Ampliatur hæc Regula, † vt procedat & locũ habeat etiam in Causis summarijs & executiuis. Bald. in l. ne quidquam, §. De plano, versiculo, sed numquid ibi, ff. de offic. Proconsulis, & Legati. Ias. in Rubrica, C. Qui admitti, colum. secũda, in l. prima, colum. quarta, versiculo, fortifica, C. eodem, in l. secunda, nu. quinto, C. de Edicto Diui Adriani tollendo, dicens hanc opinionem non habere contradictorem, licet in se dubitet. Asinius in Pratica, §. 28. cap. 1. numero 3. Iacob. de Nigris, in Rubr. C. Qui admitti, num. nono. Marsil. in l. si quis ne quæstio, num. 8. ff. de quæstion. Trigon. Singul. 64. Viuius Opinione 122. parte prima. Cotta, dicens valde singulare, in verbo, filiusfamilias non potest. Zuchard. in Repetit. l. primæ, num. 59. C. Qui admitti, vbi Curt. iunior, num. 38. Decius, num. 87. Borgnin. de Tutor. num. 212. Arno Soliloq. 65. Vrsill. ad Afflict. Decis. 180. num. 5. Decis. Perus. 13.

3 Ampliatur secũdo, † etiam in Causis vbi procedi potest de facto. Rouescala, ad Alexan. consil. 59. volum. 2.

4 Ampliatur tertio, vt nec † iurare possit filius, sine consensu patris. Bald. in l. finali, §. filijs, C. de bonis quæ liber. Dixit singulare Marsil. Singulari 40.

5 Ampliatur quarto, etiam † si pater nõ esset in loco vbi filius agit, dummodo sit in Territorio; nam eo casu debet eius consensus expectari, qui præstandus est ante litem contestatam. est Communis opinio. Villalob. in verbo, filius, nu. 130.

6 Ampliatur quinto, † vt non sufficiat ratificatio patris, cum iudicium peccaret in substantia, l. 3. §. sed vtrum, vbi Bart. ff. de minor. Borgnin. de Tutor. num. 212. Decisio Perusina 13.

7 Authoritas enim, † vel consensus in ipso actu præstari debet, vel incontinenti post, l. obligari, §. finali, ff. de author. tutorum, §. Tutor, Institut. eod. tit. vbi Faber, Bart. Angel. & Aldobrand. Bartol. & alij, in l. si quis mihi bona, iussum, ff. de acquir. hered. Bart. in l. si autem plures, de aqua pluu. arcẽda. Angel. in l. prima, §. fuit quæsitum, ff. ad Trebel. Castrens. in l. Actor, ff. Rem ratam haberi. Bald. in l. prima, vbi Iase, C. qui admitti, in l. quæcumque, C. de bonis quæ liberis, in l. vltima, §. sin autem æs alienum, C. eod. in l. secunda, C. de seru. Reipublicæ manumittend. Marmer. in l. quo tutela, §. vt factum, ff. de Regul. iur. Doctores in l. finali, §. necessitate, C de bon. quæ liber. in l. Ait Prætor, §. præmittitur, ff. de minor. Doctor. in cap. Cum consuetudinis, de Consuetud. in cap. primo, de Rebus Eccles. nõ alienand. libro sexto. Anchar. consil. trecentesimotrigesimoseptimo. De efficacia. Roman. consil. 356. Circa primum, in secundo dubio. Calcan. consil. quinquagesimosexto. Corsettus, in Singular. suis, in verbo, minor, in secundo. Lanfranch. in Practica, cap. septimo, numero decimoquarto, de Consiliis. Tiraquell. de Legibus Connubial. in principio.

8 Ad cognoscendum autem quando † consensus requiratur per modum solemnitatis, & formæ, aut potius in vim simplicis consensus, talis doctrina fortasse accomodari posset; Aut consensus requiratur in aliquo actu ex dispositione Hominis, aut Iuris Communis, vel Statutarij.

Primo Casu attenditur forma dispositionis l. Contractus, ff. de Regul. iur. l. diligenter, ff. mandati.

9 Secundo Casu, quando † requiritur consensus ex dispositione Iuris Communis, vel Municipalis; tunc aut requiritur consensus eius, de cuius præiudicio agitur, tunc non dicitur requiri in modum solemnitatis, & Formæ, ideo quandocumque accedere poterit, l. filio preterito, ff. de iniusto testamento, l. si impubes, C. de Carbon. Edicto, cap. Cura, de iure patron. Decius, consil. 503. Superioribus diebus, num. 5.

10 Aut requiritur † cõsensus illius, de cuius prętudicio non agitur, & tunc post actum interuenire non potest, siue sit superior, siue inferior. Bald. in l. prima, C. qui admitti. Alexand. Ias. & alij, in l. si quis mihi bona, §. iussum, ff. de Acquir. hęred. Butr. in cap. Cum Cõsuetudinis, de Consuetudine. Roman. consil. 54. versiculo, & Primo. Abb. consil. 40. in secundo dubio, libro secundo. Decius, consil. 503. numero quinto. Latè Tiraquell. de Legibus Connubial. Glossa sexta, num. 5. Simoncell. de Decret. in prędatione, nu. 54 & 55. Lamberteng. de Contract. mulierum, glos. 1. num. 26.

11 Ampliatur sexto, vt non † sufficiat simplex, & sola pręsentia patris in iudicio, qui non contradiceret, glos. in l. si cum dotem, §. 1. in princip. ff. soluto matrimon. Bartol. in l. non solum, in princip. col. 2. versiculo, sed contra, ff. eod. Castr. in l. 1. §. voluntatem, col. penult. versiculo, Item nota, vbi Ias. col. 2. versiculo, ego addo, ff. eod. Ioan. Andr. in cap. finali, de Iud. lib. 6. Boer. in Singularib. in verbo, authoritatis, num. 3. Ias. in l. quę dotis, num. 102. ff. soluto matrimon. Capra Conclusione 46. num. 45. & 57. Mascard. in verbo, præsentia, num. 33. est Communis opinio. Dixi in cap. At si Clerici n. 77. de iudic. Grannt. Theorem. 25. nu. 10. Plot. de in litem iurand. §. 8. n. 22.

Ampliatur sexto, etiam si pater iurauerit non consentire, non remittitur iuramentum, & cogitur consentire. Specul. de Actor. num. 30. versic. sed quid.

Ampliatur septimo, vt nec teneat præceptũ ei factum sine Patris consensu, si præceptum respiciat totam causam. Specul. de Actor. numero trigesimosexto.

Ampliatur octauo, vt legib. de hoc disponẽtibus renunciari non possit, nec valeat promissio penę. Specul. de Actor. num. 42.

Limi-

12 Limitatur primo † si filius interueniat in iudicio, procuratorio nomine, & sic alieno nomine, cap. Qui generaliter, §. primo, de Procurat. libro 6. Marantha in Specul. distinctione 16. numero 19. dummodo sit maior annis 325. Et est Communis opinio. Apostillator, in l. finali, §. primo, C. de bonis quæ liber. ad uerbum, quid in tutore, contra glos. ibi. Villalob. in verbo, filiusfamilias, numero 132. Tiraq. de legibus Connub. glos. 5. numero 174. Viuius, in Silua, Opinione 122. Decius in cap. decernimus, numero 50. de Iudic.

13 Limitatur secundo, † vt sufficiat consensus patris in quacumque parte Iudicij, etiam post conclusum in Causa, siue patri quæratur vsusfructus, siue non, Afflict. Decisione 180. & ibi etiam comprobat Vrsill. in princip. de Actor. num. 43. [Fallit post sententiam. De Communi Vrsill. ad Afflict. Decis. 180. num. 4.

14 Limitatur tertio, vt † tunc demum requiratur patris consensus, si agatur ordinariè, secus si extraordinariè, & non in figura iudicij imploretur judicis officium: quia hoc casu rectè agit sine patris consensu. glos. singularis & Communiter approbata, in l. prima, in verbo, ignorante, secundũ vltimam responsionem, C. Qui admitti quam ibi Bartol. & Angel. reputant singularem. Roman. in Rubrica, de Arbitr. Marsil. in Practica, §. oportunè, numero 73. Ias. in d. l. prima, numeró 5. vbi Castrens. dicit hoc sibi placuisse. Idem Ias. latius in l. ne quidquam, in principio, numeró 77. ff. de offic. Proconsul. in l. Cum filiusfamilias, numero 7. ff. si cert. petat. vbi plenè declarat, tũc agi extraordinariè, & non in figura iudicij, non apparente adhuc contradictore, aliàs eo apparente, diceretur agi ordinariè, & sic consensus patris requireretur. latè Trigon. Singulari 64. Rota in nouis. Decis. 6. de Iudic.

16 Limitatur quarto, quando filius egisset cum consensu patris, & postea fuit condemnatus, & postea pro condemnatione conuenitur actione in factum, tunc patris consensus in tali iudicio non requiritur, & sic in executione rei iudicatæ non requiritur consensus patris. glos. notabilis, & ab omnibus commendata, in l. 3. §. sed vtrum, in verbo, inuito patre, ff. de minor. sed hic filius erat Reus.

17 Limitatur quinto notabiliter, † in omnibus Causis, in quibus minor potest esse in iudicio sine consensu patris. Specul. in titulo, de Actor. §. primo, versiculo sed numquid in illis Casibus, numero 45. est glos. singularis in cap. finali, in verbo, regulariter, de Iudic. lib. sexto, quod dictum singulare, & pro regula menti tenendum posuit Roman. Singulari 322. in fine. Decius in l. prima, numero 53. Cels. Hugo, ad Lanfranc. in verbo, Cõfessiones, vbi multa adducit. Anton. Trigon. Singul. 64. in fine, vbi valde commendat Socin. Regula, mihi 195. filiusfamilias. limitatione 11. Viuius Opinione, 122. columna 2. in fine, parte prima.

18 Limitatur sexto, in † Causis spiritualibus, in quibus filiusfamilias potest esse in iudicio sine patris consensu, & est integer homo, glos. singularis in cap. primo, de iureiurando, in l. at Prætor, in princip. ff. de milit. testamento, cap. finali, & ibi Geminan. de Iudic. lib. 6. Posui Decisione 94. numero decimo, Casuum frequentium. Addo glos. in l. sacrosanctæ, C. de Episcop. & cleric. Purpurat. consilio 102. Neuiz. consil. 18. Cassançum in Cõsuetud. Burgund. Rubr. 6. pag. 212. Ferron. in Consuet. Burdegalens. de Iure Person. §. tertio, Socin. Regula, 145. Filiusfamilias, in secunda Fallentia.

19 Declarando hoc † modo in Clerico in beneficialibus; Aut filiusfamilias excedit annum 14. & auditur, sine patris consensu, agendo, & excipiendo; si non excedit, datur Curator ab Episcopo. c. si annum, de Iudic. libro 6. Aretin. in §. filiusfamilias, numero 3. Institut. Quibus modis ius patriæ potestas soluitur, & sic, nec in spiritualibus, nec in beneficialibus patria potestas attenditur, ex prædictis; & filiusfamilias Clericus siue acquisiuerit ex Clericatu, siue aliundè ex cõsanguineis, vel alijs, dicitur esse liber in disponendo, à patria potestate; nec in his pater habet vsumfructum, etiam si esset clericus primæ tonsuræ, dummodo sint quæsita post clericatum. Bart. consil. 61. volum. primo, Ias. in l. patre furioso, in fine, de his, qui sunt sui. Corrad. in c. Quia nos, de testament. Specul. de Actor. num. 47.

20 Limitatur septimo, † in criminalibus, siue publicis, siue priuatis, siue accusando, siuè se defendendo, numquam requiritur patris consensus; & ita quotidie practicatur. Iul. Clar. quæst. 14. versiculo, sed quid in filio, vbi Additionator hoc attestatur. idem ponit Farinacc. quæst. 12. numero decimo, licet Decian. Tract. Criminal. tomo primo, libro 3. cap. 9. aliter distinguat. Addo Vrsill. ad Afflict. Decis. 180. num. 6.

21 Sed vltra † supra nominatos, quæro, quomodo fiet executio si condemnetur? vtique per capturam personę. Barto. in l. tertia, §. sed vtrum, numero secundo, ff. de minor. in l. Cum & filij, numero secundo, C. Qui bonis cedere poss. in l. quod si maior, §. seruus, ff. de minor. in l. si postulauerit, §. iubet, ff. de adulter. Ias. in l. prima, §. huius studij, numeró 16. ff. de Iust. & iure. Ex quibus etiam habes, quod si vult se liberare à carceribus, cedat bonis; & sic actus tandem reddetur vanus. Marsil. in Practica, §. Attingam, numero 69.

22 Nec poterit † fieri executio in peculio profectitio, si filius fuit semper contumax, secus si aliquando in Iudicio se exhibuisset. Aretin. in §. Actiones, numero 25. de action. nec capi personaliter, & carcerari, si sit minor. Duen. Regula 258. num. 1. in fine.

23 Limitatur octauo, quãdo † in aliquo tribunali, reijciuntur omnes exceptiones, exceptis specificatis, & non atenditur patria potestas, Guido Papæ, Decis. 410.

24 Limitatur † nono, in Causis in quibus pater nullum ius habet, prout in Castrensibus, vel quasi, in quibus filius reputatur sui iuris; vel in beneficialibus, quæ castrensibus æquiparantur, l. Sacrosanctæ, C. de Episcop. & cleric. glossa, in c. Ex parte, de Restit. spol. Iul. Clar. §. Testamentum, quæst. 18. Cucch. de Legitima, in verbo, substantia,

tia,numero 36. vel in Casibus in quibus pater nō habet vsumfructum, de quibus in l. 1. C. de bonis matern. in l. cum oportet, in principio, C. de bon. quæ liber. tunc enim patris consensus non requiritur. Aretin. in §. Ius autem, num. 4. Institut. de patr. potest. in §. in personam. Lanus in §. Actiones, numero 25. de Action. vbi latè examinat, & prosequitur. de Communi Bartol. in l. finali, §. 1. numero 12. C. de bonis quæ liber. Guido Papæ, quæst. 54. vbi latè Clement. cap. 6. Effectu 4. num. 13. de patr. potestate. Vrsil. ad Afflict. Decis. 180. Decisio Perusina 13.

25 Et si filius non sit † eius ætatis, vt possit administrare, tunc dabitur curator. glos. in Authentica, Excipitur, C. De bonis quæ liber. in Authentica. Vt liceat matri & auiæ, in principio, in verbo, Rebus. Bald. in l. 2. C. de Contrahenda & cōmittenda stipulatione. Ias. in l. non solum, num. 15. ff. soluto matrimon. Paris. consil. 157. num. 15. & 16. libro 4.

26 Limitatur decimo, in filia, † quæ potest agere ad dotem in Iudicio, sine consensu patris. Ias. in l. quod locum, C. de Collation. vbi declarat duobus modis; Primo, in dote aduentitia à matre, vel auo materno; Secundo, in dote magna, in cuius actione non requiritur patris consensus, secus in parua. Boer. quæst. 130. num. 7. de Communi Viuius Opinione 122. Villalob. in verbo, filius, numero 131. Clement. de patria potestate, cap. 6. Effectu 4. limit. 4. Iul. Clar. §. Testamentum, quæst. 23. num. 3.

27 Dos autem † magna vel parua declaratur ab Alciato, libro 4. Parergon. cap. 8. vt parua sit, quæ amissa ex patris hæreditate resarciri valeat, magna verò secus sit; Ampliatur, etiam si filia esset minor. Roman. consil. 486. num. 4.

28 Declaratur, vt sit vera † & procedat in casu vergentiæ viri ad inopiam. Ias. de Communi, in l. quod locum, numero quinto, in quinto Notabili, C. de Collation. in l. si constante, numero 55. ff. soluto matrimon. Bartol. in §. Aliud, Authent. de æqual. dotis. Clement. de Patria potest. cap. 6. Effectu 4. num. 15. Addo prædictus Campeg. de Dote, parte 3. quæst. 71.

29 Limitatur † decimo, data absentia patris, quo casu filius potest esse in iudicio sine consensu patris. Bartol. in l. si cum dotem, §. eo autem tempore, numero tertio, ff. soluto matrimon. Bald. in d. §. necessitatem, Guido Papæ, Singul. 896. Licet libellus. Abb. in cap. Parrochianos, numero 3. de Sentent. excommunicat. Marsil. in l. 1. §. Præterea, num. 93. de Quæstion. Viuius in Silua, Opinione 122.

30 Declara † si esset in longinquis partibus, vt commodè haberi non posset, secus si in loco parum distanti, puta in Territorio. Bald. consilio 488. libro 1. & consilio 394. libro 5. Tiraquell. de Legibus Connubial. glos. 8. numero 6. & supra num. 5.

31 Limitatur † vndecimo, coram Arbitro, coram quo filiusfamilias potest agere sine patris cōsensu, secundū Angel. in §. necessitatem, vbi Bal. dicit, quod Compromissum fieri potest nulla interueniente obligatione; ex cuius verbis videtur colligi, quod filiusfamilias compromittit in Arbitrum sine patre, & compare t coram Arbitro, sine consensu patris; sed dum Bal. subdit, Cōpromissum fieri sine aliqua obligatione, repugnat vulgaris Practica, qua in Compromisso apponuntur, nedum obligationes, sed strictiores obligationes, & pœnales etiam.

32 Limitatur † duodecimo quod filiusfamilias, sine patris consensu potest constituere procuratorem ad defendendum, l. seruum quoque, ff. de Procurat. Guido Papæ, Singul. 450. Constitutiones feudales, in fine.

33 Limitatur † tertiodecimo in causa appellationis. Bald. in dicto §. necessitate, per l. ita demum, C. de Procurat. Socin. Regula, Filiusfamilias, in quinta Fallentia, & hæc est bona limitatio.

34 Limitatur † quartodecimo satis vtiliter in Practica, quod filius conuenitur ex obligatione per eum facta cum consensu patris, & sententia contra eum lata tenet, licet pater non interuenerit in iudicio. Bald. post g loss. in l. tertia, ff. de minorib. Alexand. consil. 11. Viso processu, volum. 5.

Limitatur similiter quintodecimo, † si filiusfamilias in iudicio confiteretur: nam pro confes-

35 sis in iudicio † sine patris consensu fit præceptum in confessum, vt soluat, & valet, nec potest dici de nullitate. Bald. in capit. primo, colum. secunda, de litis contest. Socin. in Regula, Filiusfamilias, in fine. Casus practicabilis, & sæpius in facto contingēs, & ibi Bald. præsupponit actum gestum non in figura iudicij, quæ verba videntur ponderanda.

36 Limitatur sextodecimo, † si iudex interloquatur filium posse comparere sine consensu patris: nam hoc Decretum supplet consensum patris, & validat iudicium. Ioan. Andr. ad Specul. in titulo, de Actor. versiculo, quid si pater noluit cōsentire.

37 Limitatur septimodecimo, † nisi filius cum iuramento promisisset non contrauenire, tunc iudicium à tali iuramento validatur, nec filius de nullitate dicere poterit. Bartol. in l. minor, vigintiquinque annis, ff. de minor. vbi hoc dat pro Cautela Aduocatis, Capella Tolosana. Decis. 45. & 49. Clemēt. de Patr. potestate, Effectu 4. c. 6. numero 41. quam declarationem, non crederem absolutè verā, sed iuxta declarationes quæ dantur ad Regul. Authenticæ, Sacramenta puberum.

38 Limitatur octauodecimo, si pater † nolit consentire, tunc erit in iudicio sine consensu patris, & valebit iudicium. Roland. consil. nonagesimo septimo, numero vigesimoquarto, volum. primo. Cogetur tamen consentire, etiam si haberet iustam causam contradicendi, glos. singularis, in l. si cum dotem, §. primo, glos. 1. ff. soluto matrimon. vbi Castr. & Angel. Alexand. in l. nō solum, ff. soluto matrimon. Ias. in l. quod locum, numero octauo, versiculo, sextus casus, ff. de collation.

Tutius tamen est, si agatur de graui præiudicio, & sine iusta causa recuset, vt cogatur, vel multa

multa in dicta, vel captis pignoribus, missione in possessionem, vel priuatione vsusfructus, & similibus. ita docet Specul. de Actor. numero 30. dicens hoc cautius esse; vel dabitur curator bonis, vt ibi per eum, num. 31.

39 Limitatur nonodecimo, si filius agat † ad donationem propter nuptias, tunc agere potest sine patris consensu. Bald. in l. finali, in principio, C. de iure dot. Rauenn. Singulari 157. dicens hoc valde singulare respectu filiæ, quæ pariter agit ad dotem sine patris consensu, de qua supra num. 26. limit. 10.

40 Sed numquid præsumetur consensus, si de eo non apparet? vtique non, cum tractemus de actibus iudicialibus, in quibus adhibentur scripturæ, si ex eis non apparet, non præsumitur talis cõsensus, ex consilio Castrens. 81. In causa quæ vertitur, columna tertia, versiculo, tertio inducit, libro secundo, dum inquit, sententiæ solemnitatem, non præsumit, quando non producuntur Acta, ex quorum inspectione appareat de nullitate sententiæ, propter ipsorũ Actorum exhibitionem, vbi citationis defectus clarè probatur. Et Castrens. sic intelligit, & sequitur Gozadin. consil. 13. Circa dubium, columna quinta, versiculo, ad quartum. Curtius iunior, consilio 130. Habita, columna secunda, numero 4. Cephal. consil. 47. Tres sunt, columna secunda, versiculo, nec dicatur, libro primo, Alexand. consil. 1. Ponderatis his, columna finali, in princip. versiculo, ex inspectione, libro 4. Ias. in l. 1. columna 5. sub numero 15. in quinta limitatione, C. qui admitti, & consil. 176. in fine, libro secundo, consil. 140. Communitas, columna penult. versiculo, ex inspectione, lib. 4. consilio 148. columna finali, versiculo, secundo respondetur, eodem libro 4. Decius in Authentica, Si quis in aliquo, columna 5. versiculo, sed tamen considerandum, C. de edendo. cõsilio. 13. columna penult. versiculo, nec obstat; quod propter. consil. 36. columna penult. versiculo non obstat, quod præsumptio, & consil. 445. In casu ad me, columna penult. versic. non obstat, quod exemplum, consilio 564. columna secunda, in fine, versiculo, non obstat quod propter. Ruin. consil. 41. In duobus, columna 7 versiculo, non obstat etiam, consil. 63. columna 1. versiculo, non obstat, libro primo, consil. 28. columna finali, libro 4. Afflict. Decisione 107. numero 5. & 6. Bertrand. consil. 154. columna secunda, versiculo, nec opponitur, lib. secundo, Albert. Brun. de Forma, Titulo, de Præsumpt. formæ, colum. secunda, versiculo, est aduertendum, & hæc est Communis opinio. Socin. iun. consil. 56. colum. 3. versiculo, secundo, etiam libro secundo, Vnde Crauetta de antiquit. temporum, parte 3. in princip. numero 3. condolet de Decij consil. 341. columna 6. post medium, & consil. 409. quod in eis conetur reprehendere Castrens. in citato loco, cum non meruerit reprehendi, ex causis iam dictis. Sequitur Lamberteng. de Contract. mulierum, glos. 7. num. 70.

41 Limitatur vigesimo, vt talis † consensus per Nuncium vel Epistolam præstari possit. Bartol. in l. finali, §. finali, numero 15. C. de bonis quæ liber. Bartol. in l. prima, §. finali, numero quarto, ff. de Contrah. emptione. Et hæc est Communis opinio. Emanuel. in suo Thesauro, in verbo, Pater. num. 36.

42 Limitatur primo, & vigesimo, in casu † reconuentionis, glos. in l. sed, & hæc, ff. de Procur. Socin. Regula, filiusfamilias, limit. 8

43 Cautela tamen † datur litiganti cum filiofamilias, si dubitat de sententia contra se ad fauorem filij, vt in fine Causæ dicat processum nullum, vti sine consensu patris celebratum. Angel. in l. sed, & si quis de sua, quam legit cum l. hæres, ad finem, ff. de acquir. hæred. vbi latè Alexand. colum. penult. in l. is potest, colum. 2. ff. eod. Veronens. Cautela 189. Quis in dubio. Corneus, cons. 204. libro tertio. Cotta, in verbo, filiusfamilias non potest, Marsil. in l. si quis ne quæstio, numero quadragesimoquarto, de quæstion. Viuius, Opin. 122. in fine, parte 1.

Limitatur secundo, & vigesimo, quando pa-
44 ter † esset turpis, & abiecta persona, tunc enim eius consensus non requiritur, l. filiusfamilias, §. sed, & filiofamilias, ff. de Procur. l. si cum dotem, §. eo autem tempore, ff. soluto matrimon. l. sed si vnius, §. filiofamilias, ff. de Iniur. Ias. in l. quod locum, numero octauo, versiculo, quintus casus, C. de Collation. quam limitationem crederem veram, attẽta qualitate personarum; quid enim si sunt de vili genere. Pulchrè ad prædicta Aufrer. ad Tolosan. Decis. centesimaquadragesima prima. vbi pater turpis persona, non habet filium in potestate.

45 Limitatur tertio, & vigesimo, si pater sit † absens, scilicet, vel quia captus à Turcis, vel ex causa peregrinationis ad Sanctum Iacobum, tunc datur curator bonis, si nõ est qui eum defendat, non tamen dabitur personæ. Specul. de Actor. numero trigesimo, versiculo, quid si nullo modo.

46 Limitatur † quarto, & vigesimo, si filiusfamilias sit Reus, & conueniatur; distinguẽdum est, considerando plures Casus.

47 Primus est, in castrensi peculio, vel † quasi, tũc sufficit citare filium, si sit legitimæ ætatis, & fit missio in possessionem eo citato, l. secunda, ff. ad municipal. l. miles, §. primo, ff. de Castr. peculio, per quæ tenet Specul. de Actor. numero trigesimosecundo.

48 Secundus Casus est, † si agatur de peculio, in quo pater habet vsumfructum, & filius proprietatem, tunc non debet fieri missio in possessionem, nisi patre citato, qui est legitimus administrator, l. 1. C. de bon. matern. l. cum oportet, §. vbi autem, C. de bonis quæ liberis.

49 Tertius est Casus, † in peculio profectitio, tũc pater, est citandus, non filius, l. possessio, §. primo, ff. de acquir. possessione, l. Fulcinius, §. si quis, ff. Ex quibus caus. in possess. eatur.

50 Quartus Casus est, † in peculio aduentitio in casibus in quibus pater nõ habet vsumfructum, tunc fit missio, filio vocato; licet cautius sit, citare patrem, & sic filius isto casu patietur conuentus extraordinarium iudicium, missionis in possessionẽ. Specular. in titulo, de Actor. nu. 32.

à quo

à quo implicite colliguntur prædicti Casus; vtiles, quondiani, & practicabiles.

51 Limitatur quinto, & vigesimo † si filius litiget cum patremet, quo casu non est necessarius eius consensus, sed dabitur curator ad litem istam, ꝗ officium finita lite exspirabit. Specul. in titulo, de Actor. num. 35. per textum Instit. de Author. tutorum, in fine, l. 3. §. si pupilli, in fine, ff. de Tutel. notatur in simili, in cap. edoceri, de Rescript.

52 Et sic licet inter † patrem, & filium sit lis nulla, iuxta textum in l. Lis nulla, ff. de iudic. tamen si in aliquo casu detur, tunc habita venia, vocabit patrem in ius, & filio dabitur Curator ad litē, cuius officium exspirabit lite finita.

53 Et si iudicium † sit inchoatum, & lis contestata cum filio, sine patris consensu, si pater postea ratificet, non cōualidatur iudicium quod fuit ab initio nullum. Specul. de Actor. §. primo, numero 37.

54 Limitatur sexto & vigesimo, vt sufficiat † consensus generalis ab initio ad singulos actus præstitus, Glossa in l. si longius, §. 1. in Glossa magna, circa medium, versiculo, sed numquid, ff. de iudic. vbi eam ponderat Bartolus, ante finem, versiculo, Quæro vtrum pater. Castrens. circa finem versiculo, in glossa, ibi: sed numquid, videtur subobscurè tenere Specul. in titulo, de Actor numero 40. versiculo, sed quid si pater filio, præsertim secundum eum, si vnus casus specialis exprimatur. Cin. in l. finali, §. necessitatem, quæst. 3. & ibi Bald. colum. penult, versiculo, quæro vtrū sufficiat. Alberic. col. 4. versiculo, an sufficiat generale, C. de bonis quæ liber. Bartol. in l. filiusfamilias, in fine, ff. de donation. Bal. in Repetitione l. 1. col. 6. versiculo, nunc incidenter, C. de Sacrosanct. Eccles. cons. 283. Casus coram R. versiculo, sed ad hoc respondetur, libro 1. Roman. in l. si quis mihi bona, §. sed vtrum, circa princip. ff. de acquir. hæredit. Alex. consil. 59. libro 4. Afflict. Decisione 180. numero quarto, Ias. in l. 1. §. item acquitimus, colum. secunda, versiculo, secundo facit, ff. de acquir. possessione. Alex. in l. prima, §. Fuit quæsitum, colum. penult. ff. ad Trebellian. Lamberteng. de Contract. mulierum, Glossa 7. num. 45.

55 Declaratur hæc Limitatio, vt † non procedat in aditione hæreditatis, in qua generalis consensus non sufficit, sed requiritur specialis. l. si quis mihi bona, §. sed vtrum, vbi glos. in verbo, specialiter, & ibi latè Ias. ff. de acquir. hæredit.

Limitatur septimo, & vigesimo, vt sufficiat
56 † consensus semel ab initio præstitus in principio litis, nec requiratur successiuè ad omnes actus iudiciales, glos. in l. finali, §. necessitate, in glos. magna, post medium, versiculo, item opponitur, ff. de minor. quam ibi sequuntur Bald. colum. 4. versiculo, subsequenter, & col. 5. versiculo, quid si est præstitus. Albericus col. 5. versiculo, & hoc etiam apparet. Angel. colum. finali, versic. sed solutionem glossæ. Fulgos. col. penult. versiculo, in eadem, ibi in causa principali. Castrens. penult. versiculo, in glos. C. de bonis, quæ liber. Latè Tiraquell. de Legibus Connubial. Glossa 5. num. 165.

Et vltra adducta per eum, illam Glossam secutus est Ias. in l. 1. §. item acquirimus, col. 2. vers. tertio facit, ff. de acquir. possessione. Afflict. in titulo, de prohib, feud. alienat. per Frideric. in princip. quæst. 24. versiculo 46. Inferunt in dictis lo-
57 cis Doctores, quod † si cōsensus fuit à patre præstitus in causa principali, non requiritur amplius in causa reconuentionis, vel appellationis. Lamberteng. de Contract. mulierum, glossa 7. nu. 56. Specul. de Actor. num. 41. qui hanc opinionem veriorem dicit, vt sufficiat consensum semel tantum ab initio præstitum fuisse.

58 Limitatur † octauo & vigesimo, si pater cuius consensus requiritur, esset aliàs suspectus, puta, infidelis, hæreticus, Iudæus, vel similis. Plot. de in litem iurando, §. 8. num. 15. & 16. Vrsill. ad Afflict. Decis. 180.

59 Limitatur † nono & vigesimo, in filijs legitimis, & naturalibus, secus in emancipatis, incestuosis, adulterinis, vel aliàs ex damnato coitu procreatis. Contrarium in emancipato tenet Viuius, Opinione 91. & 122. parte 1.

60 Et si filius † sit minor, patris consensus supplet defectum curatoris. Vrsil. ad Afflict. Decis. 180. reprobata opinione Bartoli, in l. finali, §. 1. de verbor. oblig.

EXCEPTIO CXXIX.

Non conformis libello.

SVMMARIVM.

1 *Sententia debet esse conformis libello, aliàs nullam meretur executionem.*

2 *Amplia, vt non valeat lata super eo, super quo lis non est contestata.*

3 *Amplia secundo, quid in Statuto facto quod a duobus nō possit appellari, & quid si in secunda sententia contineatur plusquam in prima, vt hic.*

4 *Amplia tertio in Arbitratore qui non potest arbitrari nec laudare vltra petita.*

5 *Declaratur Ampliatio ista in re dependenti connexaq. rei petita, vel æstimatione eiusdem.*

6 *Petitio seu libellus, est tanta importantiæ, vt nec per partem, nec Iudicem remitti possit.*

7 *Sententia lata sine petitione, est nulla.*

8 *Sententia lata extra petita, non validatur per Clausulas salutares.*

9 *Limitatur primo, non procedere necessitate, vel impossibilitate repugnante.*

10 *Dubitatur tamen circa hoc, vt hic.*

11 *Limita secundo, Conclusionem non procedere in Criminalibus, quamuis procedat in ciuilibus.*

13 *Libellus vel querela in criminalib. non attenditur circa conclusionem.*

Limita tertio, vt non procedat stante consensu partium, vt pronuncietur vltra.

14 *Partes tacite remittere possunt substantialia iudicij.*

15 *Quid si talia substantialia concernunt vtilitatem publicam, non priuatam.*

16 *Limita quarto, in iudicijs diuisorijs, vt hic.*

17 *Quid si res non potest commode diuidi sine iniuria vnius ex partibus, licitatio est admittenda.*

18 *Quid si partes essent pares in offerendo, ille præfertur qui maiorem habet partem.*

19 *Contrarium tenet Corneus, vt hic.*

20 *Quid si in licitatione concurrat simul consors, & extraneus, vt hic.*

21 *Quid si consortes sint pares in offerendo, quisnam eorũ præferator.*

22 *Quid si vnus ex socijs habeat duas partes, alter vnam, tantum, vt hic.*

23 *Molendinum commune diuiditur per tempora.*

25 *Claustrum domorum communium, diuiditur pro medio cuiusque domus, si ambo habeant exitum ad claustrũ, aliàs adiudicatur habenti exitum.*

25 *Porta magna, ad varias domos, non diuiditur etiam per licitationem.*

26 *Aquæductus diuidi debet pro quantitate & mensura fundi, exemplo, vt hic.*

27 *Pascua a bono iudice diuidi debẽt pro modo prædiorum, vt hic.*

28 *Quid si iudex cognoscere debeat causam inspecta veritate.*

29 *Limitatio ad l. habeat, in princip. ff. de instit. actione.*

30 *Declara vt hic.*

31 *Statutum tollens omnes exceptiones, non tollit eam quæ prouenit vigore alterius Statuti.*

32 *Exceptio alterius Statuti admittitur contra executionem Instrumenti.*

33 *Limita si Reus post libellum porrectum fateatur, quia tunc confessio, non petitio attenditur.*

34 *Quid si Iudex sententiauerit super præambulo, antecedenti, consequenti, vel successiuo, vt hic exemplificatur.*

35 *Agens rei vendicatione, vel petitione hæreditatis, tacitè videtur petere se declarari hæredem, vel dominum.*

36 *Iudex potest condemnare Actorem ad restituendum pignus, qui petijt debitum sibi solutum, vt hic.*

37 *Iudex poterit sententiam infirmare, licet appellatus petierit eam confirmari remissiue.*

38 *Iudex potest condemnare in illo, quod tacite comprehenditur sub petito.*

39 *Condemnatio ista infra quod tempus, & de quota fieri debeat, vide hic.*

40 *Quid si alicui competunt duæ actiones, vna tendens ad contractum reformandum, alia ad rescindendum, iudex ex officio vltra libellum poterit iudicare ex mente Romani, vt hic.*

41 *Romani dictum reprehenditur, vt hic.*

42 *Libellus in remedio l. 2. C. de Rescind. vendit. procedit simplex præcisus, & alternatiuus.*

43 *Libello si petatur simpliciter rem restitui, sententia continere potest in possessorio restitutionem possessionis tantum.*

44 *Declara tamen, vt hic.*

45 *Declara secundo, vt hic.*

46 *Iudex in his, quæ emergunt post litem contestatam, multum potest, ideo limita.*

47 *Declara tamen limitationem prædictam, vt hic, & numero sequenti.*

49 *Quid si expensæ debeantur Iure Actionis, vel Officio Iudicis.*

50 *Expensæ victoriæ causa, siue ante, siue post litem contestatam debentur officio Iudicis.*

Expensæ vero contumaciales, ante litem contestatam debentur Iure Actionis, post litis contestationem Officio Iudicis.

51 *Expensæ conuentionales iure Actionis petuntur, vnde si victus sit condemnandus ex forma Statuti in expensis, peti poterunt Condictione ex Lege, vel Statuti, si sint omissæ, si vero victus fuerit absolutus, absolutio est nulla, & nihilominus poterunt expensæ peti a victore.*

52 *Cõuentus Actione reali si deijciatur de possessione rei de qua agitur pendente iudicio per aliquem alium, sine tamen collusione & dolo, an poterit condemnari, & quomodo.*

53 *Interdictum, Vnde vi, cedi potest.*

54 *Declara procedere prædicta, in possessore bonæ fidei, & in Iudicijs vniuersalibus, secus in particularibus exẽplificatis, vt hic.*

55 *Cessio actionum fit solum in Iudicijs vniuersalibus, non particularibus, cessante collusione, vel dolo, & data bona fide, cedens non tenetur ad pretium nisi sit effectus locupletior.*

56 *Limita, quando tale quid veniet ex natura rei petitæ, prout duplum in petitione Legis Aquiliæ.*

57 *Limita duodecimo nisi veniat implicitè ad sententiam, exemplificando, vt hic.*

58 *In causis vbi agitur de periculo Animæ, vel spiritualibus, non attenditur petitio, sed veritas, vt hic.*

59 *Quid si petatur res quæ habeat pertinentias, licet non fuerint petitæ.*

60 *Limita quintodecimo, in casu quo partes post petitionem porrectam excipiendo & replicando discesserint a prima materia, vt hic.*

61 *Sententia suppletur ex Actis, & postea probatis, & sequens probatio declarat libellum.*

62 *Idem coram Arbitro, vel Arbitratore, vt hic.*

63 *Agens ad domum, si constat eam fuisse venditam, Iudex potest condemnare ad pretium, licet non fuerit petitum.*

64 *Limita septimodecimo, quando notoriè constat ex Actis de meritis causæ, ad euitandum circuitus, vt hic.*

65 *Iudex ex officio super pretio supplere potest, & super eo sententiare, ad euitandos circuitus, vt hic.*

66 *Idem quo ad fructus.*

67 *Idem quo ad valorem bonorum, etsi agatur vigore confessionis, vel Instrumenti guarentigiati, vel Cameralis.*

Forma libelli in Practica, vt hic sub eodem numero 67.

68 *Idem si casus euenerit post litem contestatam.*

66 *Idem si causa esset terminanda sola facti veritate inspecta, vel cum Clausula, prout iuris.*

70 *Sententia potest ferri super vna specie illius generis quod petitur, vt hic.*

71 *Limita vigesimo, in Iudicijs generalibus, vel vniuersalibus, vt hic.*

72 *Sententia in dubio præsumitur conformis libello, vt hic.*

73 *Quid si sententia esset lata super vna parte libelli, & non super alia, vt hic.*

Quid

74 *Quid si pronuncietur super Exceptionibus Rei.*

75 *Iudex cognito de petito, & informatus de facto Rei conuenti, potest pronunciare vltra petita, vt si actor dixit: Conqueror me spoliatum.*

76 *Verbum, Conqueror, est verbum prægnans, in se includens Conclusionem libelli, vt hic.*

77 *Verbum, Conqueror, est vsitatum in Iure Canonico, vt hic.*

78 *Iurisconsulti vtuntur verbo, Querentes.*

79 *Interesse simpliciter petitum, licet incertum, potest in sententia liquidari.*

80 *Limita vigesimosexto, quando in libello adest Clausula salutaris, Ius & iustitiam, vt hic; quod procedere videtur quando ex narratis apparet de vtroque.*

81 *Sententia debet esse conformis libello in tribus, scilicet, Re, Causa, & Actione, non autem in concomitantijs, nisi in specie sit actum.*

82 *Agente ad factum, potest sequi condemnatio ad interesse.*

83 *Habilitatio pretij facta à testatore hæredi loco fundi legati, transit in emptorem, & singularem successorem, vt hic.*

84 *Limita vigesimonono in causis in quibus proceditur sine libello.*

85 *Limita trigesimo quando in iudicio limitato superueniat ex post facto incrementum iuxta naturam rei.*

86 *Limita trigesimoprimo in casu, in quo aliter de Iure nõ potest iudicari.*

87 *Limita trigesimosecundo in dependentibus a dispositione Iuris.*

88 *Limita trigesimotertio, in casu vbi petitioni censetur inesse replicatum, vt hic.*

89 *Iudex non potest supplere, si plus est probatum quam petitum.*

Quid in arbitrarijs, ibidem, sub eod. num. 89.

90 *Quid si pars post petitionem plus cõfiteatur, talis confessio supplet libellum etiam ineptum.*

1 Sententia † debet esse conformis libello, aliàs nullam meretur executionẽ, l. vt fundus, ff. Communi diuidundo, l. finali, ff. de fideicomm. libert. cap. Licet Heli, de Simon, cap. Sepè, versiculo, verũ quia; de verb. signif. cap. Qualiter, el secundo, de Accusation. Papiens. in forma diffinitiuæ, in verbo, Nos, num. 17. & fatuus est Iudex, qui iudicat extra petita, glos. in cap. Prudentiam, §. sexto, de Offic. Deleg. Rom. consil. 22. Curt. consil. 48. num. 32. Niconit. in cap. Quoniam contra, in verbo, Petitiones, num. 118. Machel. Patrocin. 2. num. sexto. Patrocin. 43. num. 4.

Et iudex debet se accommodare negocijs, sicut medicus purgandis infirmis. Borgnin. Decisione 19. num. 9. Magon. Rotæ Florent. Decis. 3. num. 5. Benintend. Decis. 90. num. 2. Hieron. Gabr. consil. 49. num. 6.

2 Ampliatur, † vt sententia non valeat super eo, super quo lis non est contestata. Bald. in l. prima, col. 2. C. si plures vna sentent. Alex. consil. 171. colum. 2. in fine, vol. 6. Surd. Decis. 295. in fine.

3 Ampliatur † secundo, stante Statuto, prout Tuderti, quod à duobus non possit appellari, nec de nullitate dici, si prima sit in centum, secunda in centum & boue, executio super boue fieri nõ poterit, de quo non apparet in prima instantia. Papiens. in forma diffinitiuæ, in verbo, Nos, numero 18.

4 Ampliatur tertio, in Arbitratore, † qui non potest arbitrari nec laudare vltra petita. Bald. in l. finali, §. sed si quis, col. 3. versiculo, Porto Arbiter iussit, Communia de legat. Bartol. in l. cum Aquiliana, versiculo, Promitto tamẽ, ff. de transact. Angel. consil. 218. col. penultima.

5 Declaratur Ampliatio ista, † vt Arbiter non possit sententiare super re penitus extranea à petita, secus à dependenti, connexa, vel æstimatione rei petitæ, Dixi superius Exceptione 227. numero 14. in Exceptione, Excessus.

6 Ampliatur quarto, quod † est tantæ importantiæ Petitio seu Libellus, vt nec per partes, nec Iudices remitti possit. Vantius de Nullitate ex defectu process. nu. 9. & 18. Borgnin. dicens Communem, Decisione 11. num. 15.

7 Ampliatur quinto, vt adeo debeat † esse conformis sententia petitioni, vt sine ea lata, sit nulla, Berous, consil. 27. num. 14. & 15. volum. tertio. Borgnin. Decisione 25. num. 2. parte prima.

8 Ampliatur sexto, quod non releuant Clausulæ salutares vt sententia valeat extra petita. Alex. consil. 121. colum. quinta, libro primo. Aretin. consil. 17. col. 4. versiculo, vnde, sicut illa Clausula. Socin. consil. 149. col. quarta, libro primo, & consil. 168. colum. penult. versiculo, tertio, hoc idem, libro 2. Latè & pulchrè Corneus, consil. 91. colum. 1. libro quarto. Crauetta, consil. 151. num. 4. Menoch. in Prælud. Recuperan. numero 17. de Præsumpt. libro quarto, Præsump. 76. sub numero 82. Bursat. consil. 52. num. 34. de Communi Decisio Perusina 117. num. 22. Hieron. Gabr. consil. 137. nu. 36. vol. 1. Anton. Gabr. de Clausul. Conclus. 4. num. 9. Scaccia, cap. 50. sub num. 26. Borgnin. de Vsufr. num. 197. Decis. 21. num. 83. parte prima.

9 Limitatur † primo loco hæc Conclusio, vt nõ procedat necessitate, vel impossibilitate repugnante, tunc. n. super alio possibili fit condemnatio, ex Bart. in l. stipulationes non diuidũtur, q. 8. in l. si seruum, §. finali, de verb. obligat. Glossa, in l. finali, ff. quę sentent. sine appell. rescind. Bald. in l. finali, C. de fideicom. libert. Ias. ad l. vinum, nu. 23. in prima limitatione, vbi Decius, nu. 18. vers. & Regula, Bald. in l. fideicomissa, §. si seruo, in fine, ff. de legat. 3.

10 Dubitat † tamen Decius in citato loco: quia hæc impossibilitas videtur potius respicere executionẽ, quam sententiæ prolationem, & sic feratur sententia super petitis, & in exequẽdo imploretur Iudicis officiũ, vt data impossibilitate, fiat executio super alia re. Crederem hoc esse posse, sed si opponeretur ante sentẽtiam, crederem limitationem veram: satis est, quod requiritur implorare Iudicis officiũ, & mutationẽ Petitionis.

11 Limitatur secundo loco, vt † Conclusio procedat in ciuilibus, secus in criminalib. Ias. in l. vinum, nu. 25. vbi Decius nu. 20. ff. si cert. petat. Socin. Regula, sententia ad hoc, in 1. Fallent. Iason, post Angel. in §. Curare, numero 30. Instit. de action.

action. Felin. in cap. Licet Heli, num. 24. in sexta limitatione, de Simonia.

12 Hinc postea † in libello criminali, vel accusatorio, non requiritur, nec attenditur Conclusio. Bald. in l. quid ergo, §. pœna grauior, in secunda colum. versiculo, venio ad tertiam glossam, ff. de infamibus, videtur text. in l. prima, §. primo, ff. ad Turpilian. Bart. in l. libellorum, numero 19. de Accusation. in l. 2. §. si publico, numero 121. ff. de Adulter. Angel. in Tract. Malefic. in verbo, hæc est quædam inquisitio, num. 53. & 66. & in verbo, ad querelam, num. 56. in verbo, super quibus numero 5. & ibi Anguiss. sub numero 5. Et hæc est hodie magis Communis opinio, Socin. in c. Qualiter & quando, num. 211. de Accusation. Gomes. de delict. cap. 11. num. 8. Baiard. ad Clarum, quæst. 12. in fine, & ita de Cōsuetudine seruatur. Gayl. Practic. obseruat. lib. primo, obseruat. 61. num. 18. & 19. Sebastian. Scaccia, in Practica, cap. 51. sub num. 25. versiculo, hæc doctrina.

13 Limitatur tertio, vt † non procedat Regula stante consensu partium, vt pronuncietur super alio, quam sit petitum, ita Alexand. ad l. vinum, colum. secunda, ff. si cert. petat. per l. si conuenerit, & ibi not. Bart. ff. de re iudicata. Socin. in Regula, sententia ad hoc, in quinta limitatione.

Dubitat Ias. de hac limitatione cum partes nō possint remittere substantialia iudicij, per Bart. in Authentica, Offeratur, circa finem, C. de litis contestatione.

14 Respondet Decius Partes † tacitè remittere posse substantialia iudicij, in cap. finali, num. 6. de Probation. vbi dicit, esse casum singularem, & valde notabilem.

15 Vel Acta † iudicialia per partes remitti non possunt, quæ concernant vtilitatem publicam, secus si priuatum interesse. Alex. in l. si conuenerit, colum. septima, de re iudic. Commendauit pro valde notabili Decius, in cap. De causis, numero 68. de offic. delegati. Felin. in cap. Cum inter, num. 17. de re iudicata.

16 Limitatur quarto, in Iudicijs † diuisorijs, in quibus iudex potest vnum totum adiudicare vni vltra petita, & alium recompensare in estimatione rei, quæ commodè diuidi non potest, §. penultimo, & ibi clarius explicat Aretin. in primo notabili, Institut. de offic. Iudic. & vni assignare proprietatem, alteri vsumfructum, l. quinta, vbi Florian. not. ff. de Vsufr. Menoch. de Arbitr. Casu 123. Et in hac vtili & practicata materia notādum est, quod si res potest commodè diuidi, sine cuiusque iniuria, diuidi debet, & cuilibet sua portio assignari, cum suis finibus, & signis, l. 1. C. Communi diuidundo.

17 Sed si res † non potest commodè diuidi, nisi cum iniuria alterius partis, tunc deueniri debet ad licitationem, & illi adiudicari in totum, qui plus pretij offert consorti, l. ad officium, versiculo finali, C. Communi diuidundo.

18 Si vero sunt † pares in offerendo, ille præfertur, qui habet maiorem partem. Bald. in l. sancimus, in principio, columna penultima, C. de donation. per illum textum, in versiculo, ne autem, & in versiculo, ampliorē partem; Bene facit l. finalis, in principio, in verbo, fortunam, C. Communia de legat. Est bona Glos. in l. secunda, C. de metat. libro duodecimo. Petr. de Vbald. de duobus fratribus, parte vndecima, quæst. duodecima, numero decimotertio, colum. quarta. Capic. Decisione trigesimasexta, numero primò. Nicolaus de Donation. columna quarta, numero 19. fol. 157.

Addo vltra alios bonum locum apud Ias. in §. quædam, num. 59. & 60. Inst. de Action.

19 Addo etiam vltra alios, quod † Contrarium tenet Corneus, consil. octuagesimoprimo, volum. secundo. Licet primo aspectu, dicens, dictam l. sancimus, §. ne autem, C. de donation. ponere casum specialem in donatore nolente præferri vti dominium maioris partis. Tiraquell. libro de primogenitura, quæst. 60. numero 15. & 16. Vrsill. ad Afflict. Decisione 23. sub num. 7.

20 Insuper additur vtilius, † quod si in licitatione concurrunt simul consors, & extraneus, seu tertius, & consors in licitando offert pretium iustum, & condignum, nec illud vult excedere, sed extraneus seu tertius offert maius pretium, nihilominus præfertur consors in minori pretio sed iusto, & condigno. Bald. dicens singulare, in l. ad officium, vbi Cin. & post eum Alberic. qui ambo reputant hoc in Practica singulare, quod tunc admittitur tertius ex iure cesso, quando socius, & consors eius sit impotens, aliàs non; vnde datur exceptio impotentiæ in cessione.

21 Et si pares sint consortes in offerendo, † & in portionibus, ille præfertur, qui fuit primus in offerendo, argumento l. si pluribus, de legat. 1. & l. in emptione, ff. de minor. & l. finali, §. finali, ff. de manumiss. testamento.

22 Et si vnus † ex socijs habet duas partes, alius tertiam tantum, præfertur habens duas, si habeat iure proprio, secus si vnam habeat ex iure cesso ab alio consocio. Alberic. ad l. ad officium, colum. 1. in fine, C. Commun. diuid. Cōtrarium indistinctè, vt præferatur quouis modo socius habens duas, Capic. Decisione 36. num. 3. ex l. maiorem, ff. de Pactis.

23 Molendinum † commune diuiditur per tempora, l. communi diuidūdo, ff. Communi diuid.

24 l. arbor, §. finali, ff. de Vsufruc. Claustrum † duorum domorum communium, diuiditur pro medio cuiusque domus, si ambę habeant exitum ad claustrum, aliàs adiudicatur illi soli, qui exitū ad eum habeat. Ang. in l. quod cōclaue, de Damno infecto. Petr. de Vbald. de duob. fratr. parte 11. num. 24. quæst. 23.

25 Porta † magna ad varias domos nō diuiditur, etiam per licitationem. Bald. in l. arbor, §. de vestibulo, ff. Communi diuidundo. Casus satis frequens est, & quotidianus.

26 Aquæductus † diuidi debet pro quantitate, & mensura fundi, non pro necessitate partis fundi. Vnde si vnus habeat tria iugera fundi, alter quattuor, alter vero quinque, & concedantur duodecim vnicæ aquæ, qui habet tria iugera habebit tres vncias, qui quattuor, vncias quattuor,

&

& qui quinque iugera, quinque vncias, etiam si is,qui habet tria iugera ob fundi sterilitatem maiori aquæ quantitate egeret,l.si partem fundi, ff. de seruit.rustic.prædior. Cepolla,de seruitut. rustic.prædior.cap.4.de seruit.Aquæduct.num.13. versiculo,secunda Conclusio,Bellon. consil.27. numero primo. Menoch. de Arbitrar. Casu 228.

27 Pari modo,† bonus & prudens iudex diuidere debet pascua,& cõcedere vsus eorum pro modo prædiorum quæ in territorio possidet. Alberic.ad l.Imperatores,ff.de seruit.rustic. prædiorum,in l.testatrix,§.1.ff.si seruit.vendic. qui scribit,illos qui minorem partem pecudum habent agere posse Communi diuidundo,vt vnicuique iusta portio assignetur.idem cum Alberic.senserunt Calcaneus,consil.34.nu.6.in fine. Crauetta consil.60.num.30.Menoch.de Arbitrar.Casu 245. qui tandem in fine hoc iudicis arbitrio remittit,ex Didaco,Practic.quæst.cap.37. & in specie habebit respectum, vt pauperes melius subleuentur.

28 Limitatur† quinto in Iudice qui causam cognoscere debet inspecta veritate, quo casu sententiare poterit ex causa probata, sed in libello non deducta, & merebitur suam executionem. Ias.illatiuè in l.vinum,num.21.ff.si cert.petatur. Marantha in Speculo,in verbo, Sententia,num. 62.Alex.in l.ita stipulatus,§.Chrysogonus,num. 8.ff.de verb.oblig. Decius,in cap. Dilecti,num. 18.de Iudic.Ias.ad d. §. Chrysogonus, num.33. Grammatic.Decisione 103.num.141.Paris.consil.131.num.14.volum.primo.Socin.consil.146. num.decimoquinto. Ripa,in l.naturaliter,§.nihil Commune,num.181.ff.de acquir.possession. Seisellus,in l.1.colum.penult.& finali, ff.de Iust. & iure.Osasch. Decisione prima, numero vigesimoprimo.Ruin.cons.21.num. 10. libro primo. Marsil.hoc valde commendans Singul.272. In hac inclita, vbi Marsil.summa cum laude extollit Procuratores, non solum Iuris studiosos, sed practicos, & ab eis se multa egregia didicisse gloriatur,Tiraquell.de Retractu Conuentionali,in fine,numero 101.Crauetta consil.198.num.7.& consil.218.num.8.& consil.248.in fine,Benuen. Straccha, de Mercatura. Titulo, Quomodo in caus.mercat.procedendum sit, numero sexto. Menoch.de Arbitrarijs,quæst.31.numero quinto.Practica Asinij, §.3.cap.6. Ioseph. de Ludouic.Illatione 14.numero 64.Bursat.de Communi,consil.27.num.3.Prosper Farinac. quæst.prima,numero trigesimotertio.Borgnin.Decisione 19.num. 12. in Repertor.in verbo, Iudex in causa summaria. Mãgon. Rotæ Lucanæ Decisione 50.nu.15. Grammat. Decis.29.Pinell.de rescind.vend.parte tertia,cap.tertio,dicẽs Communem.

29 Et sic † habetur etiam Limitatio ad l. habeat,in principio,ff.de Institor. actione, vltra tradita per Felin.in cap. Licet causam, num.40. cum seq.de probation.multis explicat Arius Pinell.de rescind.vendit.parte tertia, cap.3. numero 18. & antequam vlterius procedamus, non omitto,quod Contrarium in hac limitatione tenet Hieron.Gabr. consil. 33.numero 3.volum. primo,tenens intrepidè hanc Clausulam non operari vltra petita. Prima tamen opinio magis

30 recepta videtur.Quę † declaratur non procededere,quando idem vel aliud Statutum, vel Decretum procederet vlterius addendo,esse faciendam petitionem in scriptis, vel verbo, & partes in suis iuribus audiendas; ita limitat Aretin.in cap.Dilecti,colum.3.de Iudic.quem refert & sequitur Parisius, consil.131.num.14. & 15.lib.1. loquens de Statuto Bononiensi. Ias. in §.item si quis in fraudem, numero 81. Instit. de Action. Bald.in l. prolatum, C. de sentent. & interloc. omn.iudic.Osaschus,Decisione Pedemont.prima,numero 21.

31 Statutum † namque,tollens omnes exceptiones,non tollit eam,quæ prouenit vigore alterius Statuti.Bart.in l.1.§.& parui, num.5. ff.Quod vi, aut clam.Alexand.consil. 80.num.8. vol.primo, Decius,consil.356.numero 4. & consil.238.nu. 9.in cap.Ex parte,el secondo,num.41. de Offic. Delegati.Pand.de Executione Instrument. parte 5.num.8.consil.64.num.5.libro 4.in l.Ait Prętor,§.iurari,num.18.vbi Ias.num.12. de Iureiurando.Fulgos.consil.107.in fine.Roman.consil. 244.in fine,Corneus consil.241. libro 5. Marsil. in Practica,§. vltima quæstio, num.6. consil.16. num.9.Sing.293.Scaccia in Practica,cap.97.nu. 33.Vantius in titulo, Quis possit dicere de Nullitate,numero 5.Dec.consil.424.numero 6.Menoch.libro 3.Præsumpt.37.nu. 26. Pręsumptione 48.num.3. Dixi in Tract. Excuss. bonorum, parte 2.quæst.14.num.16.

32 Et † ad propositum præsentis Tractatus hæc exceptio alterius Statuti,admittitur contra executionem Instrumenti. Foller.in Practica Censuali,in verbo,quæ quidẽ executio,n.14. Intrigl. super Bulla,quæst.2.num.1.Crass.de Exception. ad Statutum, Exceptione 3.num.3.

33 Limitatur sexto,† si post libellum porrectum Reus confiteretur,quia attenditur confessio nõ petitio.Innocent.in cap.Qualiter,el secondo,de Accusat.in cap.Licet Heli,num. 42. de Simon. Marantha,in verbo,Sententia,num.62. Est bona Glossa in l.præsens, §. notandum, ff. ad leg. Aquil.vide infra num.90.

34 Limitatur septimo,nisi † iudex sententiauerit super præambulo, vel antecedenti, vel consequenti,vel successiuo. Hinc petens rem restitui, tacitè videtur petere rescissionem contractus, licet hoc non sit expressum; & ob id Iudex in sententia ponere poterit, nec ob id dicetur sententiasse extra petita. Butr. in cap. Constitutus, de Religios.domib.Sequitur Alexãd.in l.secunda,§.Prius,ff.de vulgar.& pupillar. Felin. in cap. secundo,de libell.oblatio.in cap. Licet Heli, numero vigesimosecundo.de Simonia. Reputauit dictum notabile Ias.in §. Rursus, num.20.de Action. Dixi in Repetitione Regulę, Cum quid, parte secunda,quæsito quarto, de Regul.iur.libro sexto.

35 Hinc etiam † agens Rei vendicatione, vel petitione hæreditatis, tacitè videtur petere se declarari hæredem, vel dominum. Bart.in l.ex diuerso, ff. de rei vendicat. sequitur Butrius

in capit. Constitutus, numero vigesimoquinto, de Religios. domibus. Alexand. consil. 177. Viso testamento, colum. finali, volum. 5. in Rubr. C. Qui admitti. Felin. in cap. 2. col. 7. de fide instrument. in cap. 2. de libelli obligation. Ripa, in l. naturaliter, §. nihil Commune, nu. 29. de Acquir. possessione, dixi in Repetitione Regulę Cū quid, parte 2. quæstio. 4. num. 3. de Regul. iur. in sexto. Addo Aretin. in §. Actionum, numero 140. de Action. Decium, in l. prima, nu. 25. versiculo sed ista, C. de edendo, Roland. consil. 90. nu. 4. lib. 2. Personal. de Adipiscenda, nu. 553. reputantē cautius ad euitandas opiniones petere specificè se declarari hæredem.

36 Similiter, iudex † potest condemnare Actorem, qui petijt debitum ad restituendum pignus soluto sibi debito petito, licet hoc in petitione non sit dictum. Bartol. in l. eum qui ita, §. qui ita, de verborum obligat. Felin. in cap. Licet Heli, numero 42. de Simonia. pulchrè Afflict. Decisione 32.

Accedat Anchar. in cap. penult. in quarto notabili, de Appellation. vbi vult quod si appellatus

37 petat sententiam confirmari, poterit tamen † iudex infirmare, per dictum Innoc. in cap. cum cōtingat, de Iureiurando, est textus in materia singularis, in l. Titiæ amicæ, ff. de auro, & argento legato, de quo dixi superius. Exceptione 227. numero 56.

38 Limitatur † octauo, nisi illud, in quo iudex cōdemnat, tacitè comprehendatur sub petitione, ex l. bouem, §. aliquando, ff. de success. edicto, vbi libellus fuit porrectus in quanto minoris potest, nihilominus iudex potest condemnare ad redhibendum, cum redhibere quod est minus, contineatur sub quanto minoris; Et clare hoc firmat Veronens. in d. §. Aliquando.

39 Et ista † condemnatio fieri debet infra annū, & non infra sex menses, habendo respectum ad redhibitoriam, in qua fit condemnatio non ad quanti minoris intentatam, vt ibi not. Angel. & sequitur ibi Veronens. num. 5. & dicit singulare Cremens. Singul. 160. Caballin. de Aedilit. Actione, cap. 3. num. 11. Rebuff. ad l. annuus, colum. 2. versic. quinto, de verbor. significat.

Et iuxta prædicta infert Roman. ad vnū, quod reputat singulare, vt per eū, Singulari 654. Quo-

40 tiescumque. Quod † si alicui proditæ sunt duæ actiones, quarum vna tendit ad contractum reformandum, alia ad eumdem rescindendum, si in tentetur Actio ad rescindendum, potest iudex ex officio in sententia reformare, licet hoc in libello non sit petitum, per hunc textum. Sequitur Ias. ad l. Vinum, numero decimooctauo. Fallentia sexta, vbi Socin. in fine, ff. si cert. petatur. Socin. Regula, sententia debet, Fallentia 12. Felin. in cap. Licet Heli, Fallent. 28. sub numero 42.

41 Sed hoc dictum † Romani reprehenditur per Veronens. in d. §. aliquando, nu. 11. & rationibus, ibi per eum satis vulgaribus, & dicit potius procurandum Contrariū, scilicet vt proponatur Actio ad reformandum, & condemnetur ad rescindendū in re penitus inutili, & certè hoc est proprius ad casum istum, transeundo à quanto minoris, ad redhibitoriam.

42 In † remedio tamen l. 2. C. de Rescindenda vēditione, vtroq. modo procedit libellus simplex, & præcisus, & alternatiuus, & datur sentētia vtroque casu alternatiua. Et hæc est verior, & magis Communis opinio, de qua Cagnol. in d. l. 2. nu. 116. vbi Pinell. parte 3. c. 2. nu. 9. Rota apud Cassador. Decis. 2. ad finem, de emptione, & vendit.

43 Limitatur nono, si quis in † libello petat simpliciter rem restitui, potest ferri sententia in possessorio ad restitutionem possessionis tantum. Io. And. ad Specul. de action. & petition. §. sequitur, versiculo, hæreditatem. Socin. in l. rē quæ nobis, q. 6. de acquir. possessione, & in cons. 90. in principio, libro 3. Ias. ad §. nihil Commune, nu. 187. Alexand. consil. 43. numero 1. libro 4.

44 Declaratur † præsens limitatio, cum narrata, in libello respiciunt solum petitorium; tunc conclusio, Rem restitui, importat petitorium, & super petitorio est sententiandum; si vero narrata respicerent tam petitorium, quam possessorium, & conclusio esset, Rem restitui; dici potest etiam intentatum possessorium, cum rei amplissima sit significatio, l. prima, in fine, ff. si cert. petatur. l. rei, ff. de verborum signific. iuncto capit. Cum dilectus, numero decimoquarto, ff. de acquiren. possessione, Ias. consil. centesimoseptuagesimo, columna sexta, versiculo non obstat, libro secundo. Menoch. de Recuperanda, in præludijs, numero vndecimo. Roland. consil. 41. num. 22. volum. 3. Contardus, de Momentanea, possess. limitat. 24. num. 22.

45 Declaratur secundo, † nisi in libello ponantur verba prægnantia, quæ solum petitorium importare possint, si dicatur rem liberè restitui; vel pleno iure. vel similibus verbis, tunc iudex in solo petitorio iudicare debet. Socin. in l. Rem quę nobis, numero decimoquarto, versiculo, aduerte tamen, ff. de acquir. possessione. Alex. consil. 96. num. 12. libro 5. Ruin. consil. 13. libro 4. Riminald. consil. 98. numero tertio, libro primo. Ias. ad §. nihil Commune, numero 183. Neuiz. consil. sexagesimooctauo, num. 2. Menoch. in Prælud. Recuperandæ, numero 14. Pontanus de Spolio, libro 2. num. 30.

46 Limitatur † decimo, in his, quæ emergunt post litem contestatam, quia in his iudex multum potest. Bald. in l. & si seuerior, columna tertia, ff. de his qui not. infam. per l. ędiles, §. item sciendum, ff. de edilit. edicto. Felin. in capit. Licet Heli, limit vigesima, numero trigesimoocta uo, de Simonia. Rebuff. ad l. Vnicam, in gl. Alijs, numero 44. C. de sentent. quæ pro eo. Papiens. in forma libelli in actione reali, in glos. Florenis, numero 161.

47 Declarando † materiam, hoc modo; aut contingentia post litem contestatam, peti poterant alia actione principali, & tunc non spectant ad iudicem, nec veniunt in illo iudicio, sed est opus nouo iudicio separato, l. prima, C. de iudic. vbi Castr. numero octauo, Ias. numero duodecimo. Angel. in l. non solum, de rei vendicat.

Si vero

48 Si verò † non poterant peti alia actione in iudicijs stricti iuris, non pertinent ad iudicem: in iudicijs bonæ fidei, si principaliter peti poterant, ad iudicem non spectaret, secus si accessoriè. Ita egregiè Veronens. ad d. §. Item sciendum, in prima oppos. & latius sub num. 14.

49 Vtilitas magna est, † si expensæ debeantur iure Actionis, vel Officio Iudicis: nam si accessiones debentur iure Actionis, & iudex omittat in sententia condemnare, adhuc peti poterunt, secus si Officio iudicis. glos. reputata notabilis, in l. 3. §. si rem, in verbo, fortassis, ff. de legat. 3. in l. nō solum, in glos. vltima, in verbo, Cauere, ff. de rei vendicat. Specul. in titulo de Expens. §. 1. Bald. in l. sancimus, quæst. 11. C. de iudic. Ias. in §. Actionum, num. 52. de Action. Lanfranc. in titulo, de Expens. num. 11.

50 Et expensæ † victoriæ causa, siue ante litem contestatam, siue post, Officio Iudicis debentur: expensæ verò ratione contumaciæ ante litis contestationem, iure Actionis debentur, post verò litis contestationem Iudicis officio debentur; & est Communis opinio. Practica Asinij, §. 32. cap. 20. num. 3.

51 Similiter † expensæ conuentionales iure actionis petuntur. Alexand. consil. 32. in fine, volum. 4. Hinc postea si ex forma Statuti victus sit condemnandus in expensis, tales expensæ peti poterunt Condictione ex Lege, vel Statuto, si fuit omissæ, secus si victus fuerit absolutus, vt per Bart. in d. §. si rem, & in l. non solum, & Ias. & Lāfranc. in iam citatis locis. Didac. Practicar. quæstion. cap. 27. colum. 11. versiculo in hoc. Immo si absoluerit, absolutio est nulla, & peti poterunt. Roland. consil. 62. numero decimoquatto, libro quarto.

52 Hinc postea infertur, quod si † quis fuerit conuentus Actione reali, quia possidebat domum, vel fundum meum, vel rem meam, si pendente iudicio, iste conuentus deijciatur de possessione per aliquem, sine tamen collusione & dolo, certè non poterit amplius condemnari prout petitum est, ex quo desijt possidere sine dolo, sed iudex postquam iste est deiectus, potest condemnare ad cedendum iura, & sic procedere per Vnde vi, contra turbatorem, licet ad hoc non sit actum in libello, l. quid si in diem, §. Iulianus, in verbo, Cedere, & ibi clarè not. Angel. numero secundo, ff. de petitione hæreditat. inferens ibi Angel.
53 † colligi ex eo contextu, Interdictum Vnde vi, cedi posse, Et ibi sequitur Paul. Castrens. in l. hæredem, §. sed & is, numero 4. ff. eodem, dicens ad hoc semper allegari illum textum. Bald. in l. licet, circa medium, & ad finem, per illum textū, C. de Exception. dicens hoc procedere non solum respectu possessionis, sed damnorum, & interesse, latè Tiraquell. de Retractu lignaier, §. 26. glos. 3. num. 18.

54 Et prædicta vera sunt, † & procedunt in possessore bonæ fidei, & in iudicijs vniuersalibus, prout est petitio hæreditatis, secus in iudicijs particularibus, prout est Rei vendicatio, vt declarat Castrens. in citato loco, & bonæ fidei possessor conuentus petitione hæreditatis, si rem hæreditariā alienauerit, vel permutauerit, non erit in facultate Actoris ad pretium, vel ad ipsam rem agere, sed solum ad rem, quam pro hæreditaria habuit. Aretin. in §. Actionum, numero 102. de action. & si pretium non habuit, sufficit ei Actiones cedere, vt dictum est, & habetur in l. si possessor, §. bonæ fidei, ff. eodem titulo, nec tenetur ad pretium, nisi effectus locupletior, l. vtrum, ff. de pet. hæred. Personal. de petitione hæred. numero 664.

55 Et sic ex prædictis colligi videtur, quod † cessio Actionum sit solum in iudicijs vniuersalibus, nō autem in particularibus, & cessante collusione, vel dolo, pariter data bona fide, nec tenetur ad pretium, nisi locupletior sit effectus.

56 Limitatur vndecimo, nisi † tale veniat ex natura rei petitæ, prout duplum, à petitore legis Aquiliæ, ad quod iudex condemnare potest, licet non fuerit petitum, l. Contra negantem, vbi Bald. colum. 3. C. ad leg. Aquiliam, Felin. in c. Licet Heli, num. 20. de Simon. Ias. in l. vinum, numero 30. ff. si cert. petatur.

57 Limitatur duodecimo, † nisi veniat implicitè ad sententiam, puta, peto pro me sententiam ferri: nam ex ista indefinita, poterit iudex condemnare in expensis, licet specificè non fuerint petitæ. Innocent. in cap. Grauis, de Restitut. Spoliat. Bald. in l. properandum, §. sin autem alterutra, C. de Iudic. Nellus in Clement. Sæpè, §. non sic tamen, numero decimonono, de verborum significat.

58 Limitatur tertiodecimo, in causis, † in quibus vertitur periculum Animæ, vt cum agitur de matrimonio carnali, vel spirituali, & similibus: nam in his non attenditur petitio, sed mera veritas. Cardinal. in Clement. Sæpè, §. non sic, vbi Nell. sub numero 8. versiculo Prædicta, de verb. signific. Felin. in cap. Licet Heli, numero 31. dè Simon. Ias. in l. vinum, numero trigesimo, ff. si cert. petat.

59 Limitatur quartodecimo, nisi petatur † res, quæ habeat pertinentias, quæ licet non fuerint petitæ, tamen super eis condemnatio, & sententia ferri potest. Imola, in cap. inter dilectos, ff. de donation.

60 Limitatur quintodecimo, † satis vtiliter in Practica, nisi partes post petitionem porrectam excipiendo, & replicando, discesserint à prima materia, transeundo ad aliam, faciendo processum capitale, & probationes: nam tunc nō requiritur vt sententia sit conformis libello, sed prosecutis post libellum. Afflict. Decisione 95. in fine. Papiens. in forma sententiæ diffinitiuæ, in verbo, Pertinere, Paris. consil. 90. numero 20. & 21. colum. 4. pulchrè & clarius Roland. consil. 41. numero 25. volum. 3. vbi in libello fuit intentatum petitorium, & prosecutum possessorium, quod prosecutio attenditur. Riminald. consil. 98. numero 38. Hieron. Gabr. subobscurè more suo, consil. 47. numero 20. volum. primo, Personalis de Adipiscenda, in titulo, Quorum bonorum, numero 461. latè Borgnin. Decisione 19. numero 25. parte prima. Est Communis opinio, attestata per Pinell. de Rescind. venditione, parte 3. cap. 3. num.

num.26. dicentem hoc multo magis procedere in iudice qui poteſt procedere ſola facti veritate inſpecta, de qua dixi ſuperius, numero vigeſimooctauo.

61 Et ſenſit hãc limitationem † Felin. in cap. Licet Heli, numero 28. quod ſententia ſuppletur ex actis, & poſtea probatis. Burſar. conſil. 158. numero 11. volum. ſecundo, & ſequẽs probatio declarat libellum. Innocent. in cap. ſecundo, in verbo, Iuſtitiam, de Ordine cognit. Specul. de libell. exceptio. §. nunc videndum, verſic. Cum ex his, Abb. in cap. Ex literis, de Reſtitut. in integrum. Aretin. in §. ſi minus, de Action. Alex. in l. ſcire debemus, numero 10. de verborum obligat. Magonus Rotæ Florentinæ Deciſione 2. numero ſecundo.

62 Extenditur † hæc limitatio, vt procedat, & locũ habeat, etiam coram Arbitro, vel Arbitratore: nam licet excedere non poſſit fines, & terminos Compromiſſi, l. de his rebus, ff. de Arbitr. l. non diſtinguemus, §. de officio, ff. eod. cap. Cum dilectus, eod. titulo, cap. Rainutius, & ibi Barbac. de teſtament. tamen ſi fuit compromiſſum ſuper certo, & litigatum ſuper alio, proſecutum attenditur. Alexand. conſ. 84. volum. 5. Decius in cap. Prudentiam, §. ſexto, columna 6. verſic. notandum, de officio Delegati. Socin. conſil. 99. col. 5. verſiculo, ſecũdo reſpondeo, volum. 3. latè Boer. Deciſ. 283. num. 13. & 14.

63 Limitatur ſextodecimo, ſi fuerit † actum ad domum, & conſtet eam eſſe venditam, poteſt iudex condemnare ad pretium, licet non fuerit petitum, ſed domus ipſa. Niconit. in cap. Quoniam contra, in verbo, Petitiones, numero 109. limitat. 11. & iterum num. 113. limit. 13. de Probation. Borgnin. Deciſione 19. numero 17. & 18. parte prima.

64 Limitatur ſeptimodecimo, quando † notoriè conſtat ex Actis de meritis cauſæ, ad euitandum circuitus, poteſt ferre ſententiam ſuper illo notorio, licet petitum non fuerit. Franc. Niconit. in c. Quoniam contra, in verbo, petitiones, limitatione 211. de probation.

65 Limitatur octauodecimo, quia † iudex ex officio ſuper pretio ſupplere poteſt, & ſuper eo ſententiare, ad euitandos circuitus, ſi conſtat rem petitam eſſe venditam pro certo pretio, & pretiũ non fuiſſe ſolutum, & relaxare rem venditam emptori, & illum condemnare ad pretium, licet non fuerit petitum: quia in re vendita pretium tacitè ineſt, & ſic ad illud videtur etiam actum, & petitum. Felin. in cap. finali, verſiculo, ſecunda Concluſio, de Simonia. Grammatic. Deciſione 19. numero 7. Barbac. conſil. 91. colum. penult. poſt medium, volum. 3. Cephal. conſil. 407. numero 19. & 20. volum. 3. Exea, de Pace, numero 435. in fine, verſiculo, ego tamen. Afflict. Deciſione 83. numero 9. Soarez, in Repetitione l. poſt rem iudicatam, in declaratione Regni, §. ſed pro euidentia, numero 41. de re iudic. Riminald. ſenior, conſil. 137. numero 9. volum. 1. Simon de Pretis, conſil. 152. numero 4. Afflict. Deciſ. 90. numero 7.

66 Idem † quo ad fructus, Cephal. conſilio 506. volumine quarto.

67 Idem quo † ad valorem bonorum. Iacob. Machel. Patrocinio ſeptimo, numero 21. etiam ſi agatur vigore confeſſionis, vel inſtrumenti Guarentigiati, vel Cameralis, ad rem, quæ poſtea perempta eſt. Bartol. in l. Iulianus, ff. de confeſſ. eſt gloſſa in l. finali, ff. quæ ſentent. ſine appellatione reſcind. quæ loquitur de re perempta.

Vnde boni practici ſic formãt libellum; Peto rem ſi extat, ſin autem, valorẽ eius. Bart. in l. ſancimus, C. de ſacroſanct. Eccleſ. Socin. Regula, Sententia debet. Fallent. 8.

68 Et præcipuè † ſi caſus euenerit poſt litem conteſtatam. Heron. Gabr. conſilio 47. numero 18. volum. 1.

69 Et prædicta vera ſunt, † non ſolum ſi cauſa eſſet terminanda ſola facti veritate inſpecta, in caſu Grammatic. 19. numero 7. ſed etiam ſi cauſa commiſſa eſſet cum Clauſula, Prout iuris, prout omnia Reſcripta expediuntur, Calcaneus conſilio 61. Borgnin. Deciſ. 19. num. 21. & Iudex ex Actis ſupplere poteſt, etiam parte non petente. Roman. conſil. 227. Spectabilis, in fine, & maximè ſuper his, quæ ſunt de iure. Catauita Ritu 241. num. 2. Machel. Patrocin. 2. num. 6. Patroc. 39. nu. 9. poſt Cioc. in l. vnica colum. 2. C. Vt quę de ſunt aduocat.

70 Limitatur nonodecimo, ſi petatur † genus, ſententia ferri poteſt ſuper vna ſpecie illius generis. Anan. in cap. Licet Heli, dicit ſe ita Mutinæ conſuluiſſe, quod fuit facta petitio de Florenis, & ſententia ſit lata ſuper ducatis, quod ſententia tenet, ſicut ſi quis accuſetur de adulterio, & probetur de ſtupro, cum nomine adulterij veniat etiam ſtuprum. Bald. in l. ſi ea, C. de Adulter. Felin. in cap. Cum inter, numero 12. de re iudic. Iaſ. in l. licet, C. de Iudic. Nouell. Regula, 91. num. 6. vide Exceptione a 30. num. a 1.

71 Limitatur vigeſimo, in iudicijs † generalibus, vel vniuerſalibus, prout in petitione hæreditatis, pro ſocio, & ſimilibus, in quibus iudex ſententiare poteſt ſuper omnibus, præter quam exceptuatis. Abb. poſt Gloſ. in cap. Id venire, in cap. Cum Eccleſia Sutrina, columna 9. de cauſa poſſeſſ. & proprietat.

72 Limitatur vigeſimoprimo, vltra alios, vt † in dubio ſententia præſumatur conformis libello, & præſumatur talis, qualis reperitur ſententia, cũ talia ſint ſubiecta, qualia prædicata demonſtrãt. gloſ. reputata Singularis, in cap. Dudum, de Decimis, & ibi not. Butr. Abb. in cap. Cum olim, columna decima, de cauſa poſſeſſ. & proprietat. in cap. Cum ad Sedem, colum. 13. de reſtit. ſpoliat. Hoſtienſ. in cap. Querelam, de......

73 Limitatur vigeſimoſecundo, † niſi ſententia eſſet lata ſuper vna parte libelli, & non ſuper alia, in qua iudicium eſſet ſuſpenſum, vel extinctum alio modo, quia valebit, licet non ſit conformis libello. Roman. poſt Bald. in l. ſi conſtante, §. Bona, in ſecundo notabili, ff. ſoluto matrimon. per text. ibidem, & in l. 1. C. ſi reus vel accuſat. mortuus fuerit, & in l. non idcirco, ff. de iniurijs.

Limitatur vigeſimotertio ſatis vtiliter, niſi
74 † pronuncietur ſuper exceptionibus rei, quia videtur

detur pronunciasse super petitis. Imola, in capit. Cum inter vos, de Consuetud. vbi iudex stante petitione super decem, & exceptione pacti de nõ petendo, deducta per Reum, pronunciando super ea, & dicendo eam competere, satis dicitur sententiasse super petitis.

75 Limitatu vigesimoquarto, nisi iudex † cognito de petito, remaneat informatus de facto Rei conuenti, quia pronunciabit vltra petita; Vnde dicente spoliato; Conqueror me spoliatem, & nullam apponat vlterius Conclusionem, videtur etiam petere restitui ad possessionem. Bald. in capit. primo, in titulo, Quo tempore miles, in Vsibus feudor. in l. incerti, quæstione 14. C. de interdict. Archidiac. in Canone, in primis, secunda quæstione prima. Sed ista procedunt per regulã antecedentis, & consequentis; ad quid enim cõqueror me spoliatum, nisi vt ad possessionem restituar?

76 Et notandum est, quod hoc verbum, † Conqueror, est verbum prægnans, in se includens in ventre Conclusionem. Vnde si dico; Conqueror de tali, quia me spoliauit, vel mutuaui decẽ, & non restituit, tacitè videor petere, vt restituat possessionem, vel datas mutuo pecunias. Ias. in §. primo, num. centesimotrigesimoquinto, Instit. de Action.

77 Est verbum † valde vsitatum in Iure Canonico, prout in capit. Dilectus, el secondo, in cap. Venerabilis, de præbend. in cap. finali, de solution. &
78 passim. Iurisconsulti † autem vtuntur verbo, querentes, & simili, & est text. magistralis, in l. prima, §. quod autem, ff. de offic. præfecti Vrbis, vbi dat duos modos querelandi, Iudiciale, & Verecundum.

79 Limitatur vigesimoquinto, nam † si quis petat interesse simpliciter, quod est incertum, l. quatenus, ff. de Regul. iuris, potest ferri sententia super certo, Bartol. in l. stipulationes non diniduntur, colum. 3. de verbor. obligat. Felin. in capit. Licet Heli, Fallent. trigesima, numero quadragesimosecundo, de Simonia.

80 Limitatur vigesimosexto, si apponatur † in libello Clausula salutaris, Ius & iustitiam, quia si vnum fuerit petitum, & in alio conclusum, saluatur in eo quod potest, non attẽto libello. Butrius in capit. secundo, colum. tertia, versic. Ioan. Calderin. de ordin. cognition. vbi Abbas, colum. penult. versiculo, nota ex prædictis. Cardinal. columna secunda, versiculo, quantum ad illud. Marian. ibi, columna secunda, versiculo, secundus effectus. Castrens. consil. 85. volum. 2. Calcan. consil. 75. colum. 3. versiculo, item debet intelligi, consil. 76. colum. 4. versiculo, pro hoc facit. Alexand. consil. 192. colum. finali, versiculo, sed posito, volum. 2. Felin. in cap. Examinata, colum. antepenult. versic. vel salua tamen de iudic. in capitulo, Licet Heli, Fallent. vigesimanona, sub numero quadragesimosecundo, de Simon. Abbas in capit. Pastoralis, columna prima, in 2. notabili, de Causa possession. & proprietat. Corneus, cõsil. 91. columna prima, versiculo, nec obstat prædictis, volum. 4. Ias. in §. nihil commune, colum. finali, versiculo, si tamen libellus, ff. de acquirenda possessione, in §. omnium, numero 117. de Action. vbi Aretinus, numero 22. versiculo, posset tamen. Barbac. consil. 62. colum. quinta, volum. 3. in capit. primo, num. 13. de officio Delegati. Corneus, consil. 8. colum. finali, volum. 1. Ias. in l. petens, colum. 2. C. de pact. Brun. consil. 83. Ripa, in §. nihil commune, numero 109. Dec. in capit. Ex parte, in tertio notabili, de Rescriptis.

Qui omnes loquuntur, quando ex narratis apparet de vtroque. Anton. Gabriel. de Clausul. Conclus. quarta, numero decimosexto, libro sexto.

Limitatur vigesimoseptimo satis vtiliter, qđ
81 † sentẽtia debet esse conformis libello in tribus, scilicet Re, Causa, & Actione, non autẽ in concomitantijs, nisi in specie sit actum. Bald. in l. 1. numero quarto, C. de sentent. ex breuiculo recitandis, in l. prima, numero 12. C. si plures vna sententia.

82 Limitatur vigesimo octauo, data † conformitate; Vnde petendo factum, potest sequi condemnatio ad interesse, ex Regula, Quod in obligationibus facti, succedit obligatio ad interesse, l. stipulationes non diuiduntur, versiculo Celsus, de verborum obligat. Ias. numero trigesimosecundo, l. si quis ab alio, §. finali, ff. de re iudicata, & ibi Ias. dat duplicem modum libellandi, vel petendo factum absolutè, vel simpliciter interesse, post moram; & vtraque Practica est bona, & recepta, l. finali, ff. si quis in ius vocat. non ierit, l. finali, de Prætoria stipulatione. Decius cõsil. primo, numero septimo, versiculo, & ita, de Communi Villalob. litera O. numero decimoquinto, nisi factum sit iniunctum à Lege, vel Testatore, vel de facili adimplendum. Socin. Regula, trecentesimatrigesimaseptima. Obligatio facti.

Et in proposito, non est silentio prætereundus textus notabilis in l. si quando, §. hæres, ff. de
83 legat. primo, quod † si testator legauit fundum, & postea habilitauit eum, quod in solutione possit dare centum si vult loco fundi legati, quod istud ius transit etiam in emptorem, & singularem successorem, qui etiam in executione sententiæ latæ de fundo præstando, excipere poterit, velle loco fundi dare centum, & sic ad propositum præsentis Tractatus.

84 Limitatur vigesimono † in causis in quibus proceditur sine libello, glos. in l. vinum, vbi latè Ias. numero trigesimotertio, Socin. Regula, Sententia debet, Fallentia sexta, faciunt quæ latè cumulat Felin. in capit. Qualiter, & quando, columna prima, & secunda, de Accusation. in capit. Cum ordinem, de Rescript. Crauetta de antiq. tempor. parte quarta, numero quinquagesimonono, & in Articulo sequenti fol. ducentesimotrigesimoptimo. Anton. Gagliard. de Absolut. à iuramento, in principio, numero vndecimo.

85 Limitatur trigesimo, nisi † in iudicio Illimitato, superueniat ex post facto incrementum, iuxta naturam rei, iuxta textum notabilissimum, secundum Bartolum ibi, in l. ampliorẽ, §. finali, C. de Appellation. in l. si idem cum codẽ, num. 2.

numero secundo, versic. sed quæro, vbi Ias. num. 6. ff. de iurisdict. omnium iudic. Addo vltra alios late profitentes Glos. notabilem, in §. & iudicare, in Authentica, de Defensor. Ciuitat. Din. singulari 179.

86 Limitatur trigesimoprimo, nisi † essemus in casu in quo aliter de iure nō potest iudicari. Glossa reputata singularis, in Canone, Frequens, in glos. 1. distinctione 4. Socin. reputans singulare, in Regula, Senrentia ad hoc, limitatione decima.

87 Limitatur trigesimosecundo, in † dependentibus à dispositione iuris, iuxta l. videamus, §. iurare, de in litem iurando, latè Butr. in c. Veniens, columna 7. versiculo, sed pone, quod Papa, de præscript. in cap. Nostra, columna 5. de cohabit. cler. & mulierum, in cap. super eo, de electione, in capit. Cum Ecclesia, de Caus. possess. & propr. etat.

88 Limitatur trigesimotertio, vltra alios † in casu notabili per Baldum, in l. finali, numero 38. C. de hæred. instit. vbi petitioni censetur inesse replicatum, licet secundario veniat, & aliunde.

Et vltra alios in hac materia, Addo glos. in l. verbum, Oportere, ff. de verborum significatione, quam singularem, & ad rem dixit Baldus in cap. 1. de Milite vassallo qui contumax est, versi-

89 culo, Ita nota, dicens, quod † Iudex non potest supplere si plus est probatum, quam petitum. Sequitur Faber, in §. minus, de action. Roman. in l. quidam æstimauerunt, ff. si certum petatur.

Quod credo non procedere in Arbitrarijs, & in hoc conueniunt ibi Alciatus & Rebuffus.

90 Secundo † non procedit si post petitionem, pars plus confiteatur, quę supplet libellum, etiam ineptum. Baldus in l. prima, in fine, de Iuris. omn. iudic. Barbac. in l. si confessus, ff. de custod. reorum, Roman. in l. prima, ff. de Arbitris, columna septima, Natta in Clement. Sæpè, §. non sic, sub numero 31. de verbor. significat. Posui supra, numero trigesimotertio.

EXCEPTIO CXXX.

Non super toto.

S V M M A R I V M.

1 *Sententia debet ferri super toto, & lata super parte non valet.*

Amplia, idem, si feratur super negocio principali, vel super expensis.

2 *Limita, nisi ex maximis coniecturis constet iudicem pro alia parte absoluere voluisse.*

3 *Limita secundo, in pluribus iudicibus diuersas simul sententias ferentibus, quo casu non attenduntur variationes, sed illud salum in quo conueniunt omnes.*

4 *Limita tertio, quando erant plura capitula diuersa, & separata, & plures petitiones ferri possint plures sententiæ, & lata in vno capite, non videtur absoluere, nec condemnare in alijs.*

5 *Connexa quæ dicantur.*

6 *Libelli, & petitiones tot esse præsumuntur, quot res, & persona venit specificata, vel quot sunt species criminum.*

7 *Limita, nisi vna actio pro omnibus competeret: nam tunc vnus esset libellus, vnicaq. petitio.*

8 *Sententia lata super vno capitulo tantum, & eo quidem dimiduo, non potest pro parte valere.*

9 *Sententia est indiuidua, nec pro parte valere potest respectu personarum indiuum.*

10 *Sententia lata super vna re, alia relicta indiscussa, valet pro illa parte, quando in petitione essent plures res consistentes in diuersitate factionum.*

11 *Sententia valet super parte tantum, quando iudicium nō versabatur super toto, vt hic.*

Declara tamen, & limita, vt hic.

12 *Ex positione superuenta in Reo conuento, quomodò sit ferenda sententia, & quomodò procedendum, an Executiuè, vel Ordinariè. Declara vt hic.*

13 *Quid in Actione in rem?*

14 *Quid si petuntur centum, & probatio est de quinquaginta?*

15 *Quid si Reus nolit conueniri ad partem debiti, dicendo nolo toties frustrari.*

16 *Sententia lata contra vnum tantum ex connexis, valet, licet libellus sit directus contra plures diuersas personas.*

Amplia, etiam in criminalibus, vt hic.

17 *Sententia lata contra coniunctum, non nocet coniuncto, nisi habeat mandatum, vel ratam habuerit.*

18 *Inuentarij confectio valet, & tenet, quo ad præsentes, & citatos, sed non nocet absentibus, & non citatis.*

19 *Iudex condemnans Reum in quinquaginta tantum, si petitio fuit oblata de centum, in reliquis censetur absoluere, si certa quantitas est petita, aliàs secus, vt infra numero 28.*

20 *Debitor in centum, si offerat, & soluat creditori 50. tantum, non ob id dicitur in residuo liberatus.*

21 *Libellus factus super aliquo vniuersali, uel genere, si prosecutio fiat super certis speciebus, sententia super illis lata valet; & super alijs præsumitur facta absolutio.*

22 *Declara procedere, si certa species sint resolubiles aliàs secus.*

23 *Iudex condemnando ad decem pro residuo, in alijs videtur absoluere, si certa quantitas est petita, aliàs secus.*

24 *Iudex appellationis infirmans sententiam in vno articulo, in alijs videtur confirmare.*

25 *Statutorum reformatores si deleant aliqua capitula, videntur reliqua firmare.*

26 *Sententia lata super toto, sed non super qualitatibus petitis, an valeat? remissiuè vt hic.*

27 *Sententia super negocio principali, in qua fuerunt omissa accessoria petita, puta expensa, valet.*

28 *Expensæ omissæ in sententia diffinitiua, an amplius peti, & consequi possint.*

29 *Quid in expensis conuentionalibus, vel aliàs debitis iure actionis, ex dispositione hominis.*

30 *Sententia lata de consensu partium, valet etiam super parte tantum.*

31 *Substantialia Iudicij per partes an remitti possint. Remissiuè.*

32 *Sententia ferri debet super illa parte libelli, à parte confessata*

fessata, & super residuo ventilari.
33 *Sententia Arbitri cuius laudum pro parte latum est, valet, licet non absoluat in reliquo.*
34 *Laudum continens plura capitula separata, non potest in parte approbari, & in parte reclamari ab eo, ratione voluntatis, & iuramenti, cum ambo sint indiuidua.*

1 SEntentia debet † ferri super toto, & lata super parte, non valet, l. in hoc iudicio, ff. Communi diuidundo. l. 1. cum materia, C. si aduers. rem iudicatam, l. etiam, ff. de minor. Magon. Rotæ Florentinæ, Decis. 63. num. 13. & Decis. 67. num. 29.

Ampliatur, vt Conclusio vera sit, siue sententia feratur super negocio principali, siue super expensis. Viuius de Communi, in verbo, index condemnans, secundum primam impressionem, aliàs 419.

2 Limitatur † primo, nisi ex maximis coniecturis constet iudicem pro alia parte absoluere voluisse. Didac. Variar. resolut. lib. 1. cap. 2. sub numero 6.

3 Limitatur † secundo, in pluribus iudicibus, diuersas simul sententias ferentibus: nam omnes in minori summa conuenire videntur, absoluendo à residuo; nec discutitur amplius circa excessum, & variationes, sed illud solum attenditur in quo conueniunt omnes. Didac. Variarum resolut. lib. primo, cap. secundo, numero sexto, qui ita limitat l. in hoc iudicio; clarius explicat, & sub paucioribus verbis Hieron. Gabr. consil. quinquagesimosexto, numero decimotertio, volum. primo.

Fuit quęstio apud antiquos satis famosa, quam indecisam reliquit Aristot. lib. 2. Polit. cap. 6. Plinius libro octauo Epistolar. in Epistola ad Aristonem. Quinctilianus in Declamation. & meminit Alciat. lib. nono Parergon. cap. decimo quarto.

4 Limitatur tertio, † quando petita erant plura capitula diuersa, & separata, quia cum videantur tot petitiones, plures ferri possunt sententiæ, & lata in vno capite, non videtur absoluere, nec condemnare in aliis. Bald. in l. prima, colum. tertia, numero decimotertio, C. de iudic. Anchasan. in regula, Ea quæ, col. 27. versiculo; sed ego ex dictis, de regul. iur. lib. 6. Bal. in l. quędã mulier, ff. famil. erciscundæ. Felin. in cap. Cum inter, numero 9. de re iudicata. Contard. de Momentanea possess. limit. prima, numero trigesimooctauo, Gratian. Decisione March. sexagesima, numero decimo. Rota apud Puteum 323. libro primo.

5 Connexa † autem quæ dicantur, ponit Menoch. de Arbitrar. Casu 95. Lancelott. de Attentat. fol. 244. Mannos, Commiss. formula secunda, in verbo, Annexis. Surdus Decis. 258. numero centesimodecimo, Hieron. Gabriel. consil. trigesimooctauo, in fine, vide supra, Decisione ducentesimavigesimaseptima, num. 45. cum sequentibus.

Adddo ad hanc sic positam limitationem, Ias. post Bartolũ, in l. scire debemus, col. 3. Ampliatio ne 1. ff. de verb. obligatione.

6 Sic è contra tot præsumuntur † esse libelli, & petitiones, quot res, vel personæ in eo specificatæ, vel quot sunt species criminum. Bald. in l. libellorum, §. sed si alium, C. de Accusation. Alexand. post Bald. in l. ordinarij, C. de Rei vendicatione.

7 Nisi vna † actio pro omnibus competeret: nã tunc vnus esset libellus vnicaq. petitio. Bald. in l. edita, quæstione decimaquarta, C. de Edendo. Rota apud Puteum, Decis. 323. lib. 1.

8 Addo vltra latè profitentes, quod † si sententia feratur super vno capitulo tantum, & hoc sit diuiduum, tamen sententia non potest pro parte valere, l. in hoc iudicio, ff. Communi diuidundo, vbi Alberic. notat, numero secundo, & rationem reddit: quia continentia causæ diuidi non debet, l. nulli, C. de iudic. & sententia debet imponere finem controuersiæ, l. 1. ff. de re iudic. quod non faceret, si pro parte valeret.

9 Pariter, sententia † est indiuidua, nec pro parte valere potest respectu personarum iudicum, l. Pedius, §. in seruum, ff. de Arbitr. Dinus in Regula, Vtile, columna tertia, sub numero septimo, versiculo, sed contra, libro sexto.

10 Limitatur † quarto, quando in petitione essent res plures consistentes in diuersitate factionum: quia lata sententia super vna re, alia relicta indiscussa, tenet super illa parte. Abb. Ioan. Andreas Felin. & alij, in capit. Cum super, de re iudicata. Quæ limitatio parum, iudicio meo, discrepat à prima.

11 Limitatur quinto, ne † procedat, quando iudicium tenebat super toto, secus si pro parte tantum: quia sufficit pro illa parte tantum sententia re. Bart. in l. si constante, §. final. vbi Alexand. numero sexto, ff. soluto matrimon. Milis, in Repertorio, in verbo, Sententia si fertur, & infert Bartol. in dicto loco, quod si est actum rei vendicatione ad fundum, & in progressu apparet possidere pro dimidia, ferenda est sententia ad dimidiam, licet non absoluat in alia; & sententia tenet. pulchrè Baldus, consil. trecentesimosexagesimonono, libro tertio. Contrarium tenet, & concludit Bartol. in l. si à te, §. primo, ff. de Exceptionibus rei iudic. dicens in Practica: quod si egi Rei vendicatione ad totum fundum, & probetur quod Reus conuentus, eo tempore possideat fundi partem tantum, nihilominus Actor debet declarari dominus totius fundi petiti, & proderet, quod si in futurum Reus efficiatur possessor totius fundi, quod sententia poterit exe-
12 qui contra eum, † & etiam super superuenta possessione, & ibi Socin. attestatur de Cõmuni, amplians notabiliter secundum eum, num. 4. versiculo, secunda Conclusio, etiam si Reus eo tempore, pro parte non possessa fuisset absolutus. Reputat etiã singulare. Matthesilan. Notabili 137. Felinus in capit. Cum inter, numero 9. de re iudicata, in capit. Examinata, columna prima, in tertia limit. de iudic. Et si quæratur, An contra istum Reum conuentum ex possessione superuenta, procedi possit Executiuè, vel via Ordinaria? Respondetur cum Socino, in citato

in citato loco, numero tertio. Aut possessio superuenit ex noua causa, & tunc via Ordinaria procedetur; Aut ex causa veteri, & tunc Executiuè procedi potest.

13 Et insuper, in Actione † in rem, si peto vnum de extremis requisitis, tacitè videor petere & aliud, & procedit sententia Castrens. in l. prima, C. de Alienat. iudic. mutandi causa fact.

14 Quid † si petis centum, & probo de quinquaginta, an sequi debeat condemnatio de illis quinquaginta probatis? Vtique sic. Cin. in l. prima, in fine, C. de litis contestatione, Alexand. in l. scire debemus, numero decimotertio, de verborum obligatione.

15 Bene verum est † quod Reus si non vult, non potest conueniri ad partem debiti, dicendo; ego nolo frustrari toties, petas totum quod prætendis, per textum singularem in l. apud Celsum, §. item quæritur, el primo, de doli exceptione, secundum Imolam, in l. scire debemus, ff. de verb. obligat.

16 Limitatur sexto, † in libello porrecto contra plures diuersas personas, non ferri potest contra vnum omissis alijs. Bart. in l. de vnoquoque, in principio, ff. de Re iudicata, in l. 3. de Duobus reis inferens ex hoc, quod potest ferri sententia contra vnum ex processatis, saluo processu contra alios. Felinus in capit. Cum super, numero decimo, de Re iudicata.

17 Et ad prædicta † facit titulus, C. Quibus res iudic. non nocet, vbi sententia lata contra coniunctum, non nocet coniuncto nisi haberet mandatum, vel ratam habuerit.

18 Sic videmus, † quod confectio Inuentarij, valet, & tenet quo ad præsentes, & citatos, & non nocet absentibus, & non citatis. Et hæc est veritas. Roland. de Inuentar. parte 3. versiculo, quid si aliqui, fol. 71. Monticulus dicens Communem, ad d. l. finalem, in verbo, ceterorum, numero quinquagesimoprimo. Phanuccius, parte 3. numero 26.

19 Limitatur septimo, quando † iudex super petitione producta, de scutis, puta centum, dixisset: condemno in quinquaginta tantum: quia super reliquo videtur absoluere. Bart. in l. prima, columna prima, ff. Si quis ius dicenti non obtemperauer.

Hoc fortasse procedet in sententia iudicis, prout loquitur, secus in confessione per taxationem

20 tantum. Vnde † si debitor dicat suo creditori, ecce quinquaginta tantum, quæ debeo tibi, si creditor recipiat, non prohibetur petere residuum, l. si quidem, vbi Ias. dicit textum notabilem, C. de Transactionibus.

21 Limitatur octauo, † si fiat petitio super aliquo vniuersali, vel genere, & prosecutio sit facta super certis rātum speciebus, nam in illis valet sententia, & super alijs præsumitur facta fuisse absolutio, per l. licet, C. de iudic. & cap. 1. de Transaction. Cardinal. consil. 73. Posui supra, Exceptione ducentesimauigesimanona, numero septuagesimo.

22 Declaratur hæc limitatio, vt † procedat si certæ species sint resolubiles, aliàs secus. Felin. in capit. Cum inter, num. 12. de Re iudicata, post Abb. ab eo allegatum. Nec illud omittendum vide-

23 tur: quod si iudex in sententia dicat: † cōdemno ad decem pro residuo, quod in alijs videtur absoluere, si certa quantitas fuit petita, aliàs secus. Ita Felinus, in citato loco, & est casus satis quotidianus in materia tutelæ, & aliarum administrationum.

24 Limitatur nono, † in iudice appellationis, qui infirmans sententiam in vno Articulo, in alijs videtur confirmare. Innocent. in capit. Dilect. de Appellation. Alberic. in l. in hoc iudicio, colum. prima, in fine, versiculo, in iudice, ff. famil. erciscundiæ. Felin. in capit. Cum inter, numero duodecimo, de Appellation Nouell. Regula, 191. numero 7. Rota Decis. 22. de Appellation. in antiquis.

25 Et reformatores Statutorum † si cassant aliqua capitula, videntur alia confirmare. Bald. in l. tribus, §. finali, ff. de Testam. militari, quod satis Practicabile est.

26 Limitatur decimo, quādo † sententia fertur super toto, sed non super qualitatibus petitis, prout in sententia solidi, contra plures in solidum obligatos. Dixi latè superius, Exceptione nonagesimaquinta.

27 Limitatur vndecimo, si iudex † omisit in accessorijs, puta, sententiauit in negocio principali, omittendo, & tacendo expensas, licet expensæ fuerint petitæ: nam valet sententia, licet super expensis non sit sententiatum. Bart. in l. terminato, C. de fruct. & litium expens. Bald. in l. prima, C. si aduers. rem iudic. Anchar. in Regula, Ea quæ, colum. 18. libro 6. Felin. in cap. Cum inter, num. 15. de Appellation. Nouell. Regula 191. numero 9. Surd. loquens in interesse petito vna cum sorte, Decisione 69.

28 Qua sententia † diffinitiua iam lata, cōdemnatio expensarum amplius fieri non potest, nec cōsequenter amplius peti possunt, d. l. terminato. Boer. consil. vigesimoseptimo. Ias. in l. properandum, §. sin autem alterutra, numero tertio, C. de iudic. Ioannes de Grassis. in Tractatu, de Substant. procurat. in verbo, taxari, numero 5. Abb. in cap. 1. nu. 15. de Sequstr. possess. & fruct. in cap. 1. nu. 10. de plus petiton. Imola, in cap. ex parte, el primo, numero 15. de plus petit. Alex. in l. 1. §. hoc autem iudicium, num. 19. ff. si quis ius dicenti non obtemperauer. Roland. consil. 62. volum. 4. Tessaur Decisione 135. Rota Decisione 1. Vt lite pendente, in nouis.

29 Fallit tamen † in expensis conuentionalibus, vel aliàs debitis iure actionis, ex dispositione hominis. Angelus, & post eum Fulgos. in l. non solum, ff. de Rei vendic. Marsil. in l. patre, vel marito, numero vigesimooctauo, de Quæstion. Alba, consil. quinto, numero sexto. Ias. in §. Actionū, num. 53. de Action. Afflnius in Practica, §. 32. capit. secundo, limit. trigesimatertia. Roland. & Tessaur. in allegatis iam locis.

30 Limitatur duodecimo, in † sententia lata de cōsensu partium, quo casu valet, etiā super parte tantum, secundum Bart. in l. si cōuenerit, per gl. ibi: in secunda solutione, ff. de iurisd. omn. iudic.

quod

quod alibi non reperitur, secundum Imolam in cap. Cum inter, vbi Felin. num. 17. de re iudicata.

31 Et si dicatur, quod † substantialia iudicij per partes remitti non possunt; Respondeo vt supra, Except. 229. num. 15.

32 Limitatur tertiodecimo, quando super † vna parte libelli constaret per confessionem partis: quia tunc super ea sola sententiari poterit, & super residuo causa ventilari. Anchar. in Regula Ea quæ, colum. 18. libro 6. Nouell. Regula, 191. numero duodecimo, vide supra Exceptione 228. num. 49.

33 Limitatur quintodecimo, in sententia † Arbitri cuius laudũ pro parte latum, valet, licet nõ absoluat de reliquo. Felin. in cap. Cum inter, numero 19. de re iudic. Bald. in l. prima, circa princip. C. de sentent. quæ sine certa quantitate, Nouell. Regula, 191. num. 12. dicens notandum, per l. diem proferre, §. si plures, ff. de arbitr. de cuius intellectu aliàs dixi latius.

34 Et si laudum continet plura capitula separata, non potest in parte approbari, & in parte ab eo reclamari, & hoc ratione voluntatis, & iuramenti, quæ ambo indiuidua sunt. Vincent. Franch. Decisione 173. parte prima.

EXCEPTIO CXXXI.

Lata per metum.

SVMMARIVM.

1 *Sententia per metum lata regulariter valet ipso iure, sed obstat Exceptio; & nota plures Casus relatos, vt infra.*

2 *Sententia absolutoria Censurarum per metum lata, non valet.*

3 *Compulsus ad iudicandum, non tamen ablato arbitrio, illius sententia valet, ratione, vt hic.*

4 *Sententia lata à coacto ad iudicandum, qui aliàs ita erat iudicaturus, valet.*

5 *Sententia lata super casibus in quibus est locus rescissioni contractus per actionem, quod metus causa, non valet.*

6 *Sententia lata per metum, si est iusta, valet & tenet.*

7 *Solutum ex metu, si verè erat debitum, non repetitur.*

8 *Non competit remedium tali casu l. extat, ff. quod metus causa, sed tantum remedium l. meminerint, C. Vnde vi.*

9 *Consensus partium per metum præstitus sententiæ, vtique facit valere sententiam, sed retractari potest per appellationem.*

1 SEntentia † lata per metum, regulariter valet, & tenet, ipso iure, sed obstat Exceptio. Bald. in l. eleganter, §. si quis potest, de Condictione indebiti, in l. 1. C. de sentent. ex breuiculo recitanda. Lanfranch. in titulo, de Interloc. & appellation. numero 13.

Iam hac autem materia cõsiderandi sunt plures Casus.

2 Primus Casus est, † in sententia Censuræ, vel Excommunicationis, absolutoria, quæ non tenet ipso iure, cap. 1. Quod metus causa, libro 6. Roman. Singulari 92. Quæro à te. Vant. de Nullitate process. num. 142.

3 Secundus Casus † est, cum quis compellitur ad iudicandum, sed ei non tollitur arbitrium, & tunc talis sententia valet, quia præcipit iudicare, sed non tollit arbitrium. Bald. in l. non solum, §. necessitate, col. 5. versic. sed pone, C. de bonis quę liber. Facit text. in l. qualem, ff. de Arbitr. Nec potest dici metus ordinatus ad executionẽ instantiæ, Bald. in Rubrica, C. Quod metus causa; Roland, consil. 83. numero duodecimo, libro secundo, Decis. Perusina secunda, numero nono.

4 Tertius est Casus, † cum quis cogitur ad id, quod allàs erat facturus, tunc reddit actum nullum. Bald. in l. cum duobus, §. primo, colum. finali, ff. de Arbitr. qui in Arbitro loquitur, & in l. prima, C. de sentent. ex breuiculo recitanda.

5 Quartus est Casus, † cum sententia fertur super casibus, in quibus est locus rescissioni contractus per actionem, quod metus causa, tunc sententia per metum lata, est nulla, Bald. in l. 1. ff. de Iudic. Decius, consil. 42. numero sexto, in fine.

6 Quintus Casus est, † si sententia lata per metum est iusta, valet, & tenet, l. finali, §. finali, ff. quod metus causa, quam singularem ad hoc dixit Bald. in l. eleganter, §. si quis post, ff. de Condict. indebiti. Notabilem dixit Lanfranc. in Practica, Titulo, de Interlocut. & appellation. sub num. 13.

7 Et solutum dicta de causa, scilicet per metum si verè erat debitum, non repetitur, d. l. finali, §. finali; quam singularem ad hoc propositum dixit Ias. in l. à Diuo Pio, §. in venditione, numero duodecimo, de re iudicata Castrens. & Alexand. in l. si eum nulla, ff. eodem, Anchar. consil. ducẽtesimoduodecimo. Decius consil. 459. numero decimonono.

8 Nec competit † remedium l. extat, ff. quod metus causa, sed non tollitur remedium l. meminerint, C. Vnde vi, Angel. dicens singulare, in l. prima, C. Commination. Iason. in l. iubere cauere, numero quinto, de Iurisdict. omn. iudic. Ripa, ad §. nihil commune, numero septuagesimoquarto. Rebuff. Tomo primo. Constitution. Galliæ, pagina centesimatrigesimaprima. Pinell. de bon. matern. l. prima, parte secunda, sub numero sexagesimoquarto, fol. mihi centesimosexagesimooctauo. Iacobin. in l. si de vi, in fine, ff. de Iudic. Iason, in l. ne quidquam,

§.vbi decretum,num.8. ff. de offic. Proconsul. Osaschus Pedemont.Decis.34.num.33. Marsil. in Practica,§.secunda,num.38.

9 Quid † si partes,metu consentiunt sententiæ? Vtique sententia tenet, sed retractatur per appellationem.Specul.de Sentent.§.quoniam,numero tertio.

EXCEPTIO CXXXII.

Officij non petiti per Iudicem impartiri.

SVMMARIVM.

1 *Iudex non debet impartiri officium suum nisi petenti. Limita tamen vt infra num. 17.& seq.*

2 *Amplia,etiam in his, quæ à principio non requirunt causæ cognitionem,vt hic.*

3 *Amplia,etiam si dispositio loquatur per verba imponentia necessitatem,vel obligationem.*

4 *Iudex tenetur deferre iuramentum in supplementum, si id ab eo petatur.*

5 *Iudex ex officio deferre potest iuramentum suppletoriũ ad declarationem actitatorum ante conclusionem in causa,non autem ad aliquid nouitatis probandum.*

Iudex ex forma statuti non potest cogere coniunctos ad compromittendum parte non petente; limita, vt infra num.19.

6 *Petens Compromissum, præfertur recusanti.*

7 *Statutum mãdans causam expediri cum consilio sapientis,intelligitur si petatur.*

8 *Forensis litigans cum ciue,si tenentur cauere de soluendis expensis in casu succumbentiæ,non potest cogi nisi petatur cauere.*

9 *Lex disponens aliquid ipso iure fieri, intelligitur si petatur.*

10 *Compensatio licet fiat ipso iure,tamen peti debet.*

11 *Clausula ipso iure,nõ operatur absolutam resolutionem, sed parte petente.*

12 *Partis promissio iudici facta, requirit ipsius iudicis petitionem.*

13 *Idem si fuerit à Lege præfixus certus terminus iudici,vel parti.*

14 *Promittens præsentare aliquem infra octo dies,illis elapsis & non requisitus,amplius non tenetur.*

Declara,& limita pluribus modis, vt hic.

15 *Iudex non tenetur ex officio repellere aduersarium, nisi pars contradicat: Vnde testibus publicatis alios admittit publicatione non obstante, si pars non contradicat.*

16 *Procurator in criminalibus de iure non admittitur, sed parte non opponente admittitur.*

Sententia ferri non potest vel fieri pro Reo, nisi petatur, alias est nulla,ibid.sub eod.num.16.

17 *Iudex etiam non requisitus, tenetur impartiri officium suum ratione publicæ vtilitatis ex se interpellat iudicem.*

18 *Scandali obuiandi ratione, sequestratur possessio inter duos contendentes parte citata vel non citata.*

Iudex tenetur obuiare rixantibus,al.de priuetur officio, ibidem sub eod.num.18.

19 *Iudex cogere potest ex officio,etiam non requisitus, ad Compromissum.*

20 *Iudex in causis fiscalibus,etiam non requisitus,potest sententiare,& executionem suam consequi.*

21 *Iudex etiam non requisitus,potest suum officium impartiri,cum agitur de reuerentia superioris.*

22 *Idem quando agitur de causa pia, vel miserabilium personarum.*

23 *Curatorem ad lites non debit iudex pupillo, nisi petenti.*

24 *Tutorẽ vero ad negocia dare debet iudex etiam non requisitus.*

25 *Infanti de consilio coniunctorum Iudex dabit curatorẽ ad litem,vel hæreditati iacenti,adhibita prius diligentia,si reperiat tutorem, vt hic latè.*

26 *Iudex debet prouidere viduis, pupillis, & similibus, etiam non petentibus de Aduocatis, & defensoribus.*

27 *Officium in vnius tantum personã residet, vt inquirat malefactores,etiam si non fuerit requisitus.*

28 *Idem si residet in persona patris,& alterius,vt hic.*

29 *Si vero in persona patris tantum residet, declara, & distingue,vt hic.*

30 *Episcopus ex officio tenetur compellere hæredem ad soluendum legata pia.*

31 *Tutor suspectus debet remoueri per Iudicem ex officio.*

Tutor remotus tamquam suspectus non efficitur infamis, nec reiicitur a testificando.

32 *Iudex ex officio non requisitus, in causa pia procedere, & exequi potest.*

33 *Idem vbi vertitur Animæ periculum.*

34 *Idem in legato Dotis,cum sit pium.*

35 *Iudex ex officio capere potest de bonis patris absentis, & dotare filiam.*

36 *Idem in causis alimentorum,quæ ex officio decernere,& exequi potest.*

37 *Iudex operari debet etiam parte non petente, in ijs quæ sunt ei nota, vt iudici, ex Actis, & processu, vt hic.*

38 *Actor repellendus est à iudice si ex eius concessione, vel Actis constat nullam ei competere actionem.*

39 *Declara tamen, & distingue, vt hic.*

40 *Iudex tenetur supplere in semel propositis per partem tacentem, secus in allegatis per aduersarium.*

41 *Idem in casibus in quibus tacens non renuncia fauori suo, secus si non præsumatur illi renunciasse.*

42 *Iudex tenetur supplere in ijs quæ iuris sunt.*

43 *Iudex tenetur iudicare secundum Statuta loci vbi residet, etiam si non fuerint allegata, dummodo sint inserta volumini Statutorum & non Extrauagantia.*

44 *Iudex tenetur in iudicando sequi Consuetudinem notoriam,quæ est altera Lex.*

45 *Consuetudo notoria non est publicanda, quia de ea præsumitur scientia, & iudex circa eam supplere debet.*

46 *Consuetudinem notoriam,nec etiam allegare necesse est.*

47 *Iudex tenetur supplere in his, quæ tendunt ad publici iuris obseruantiam.*

48 *Iudex potest recipere libellum ineptum, ac conceptum de re illicita,vt hic.*

49 *Iudex potest opponere de inhabilitate personæ comparentis,vt puta,procuratoris,& repellere,vt hic.*

50 *Iudex ex mero officio à nemine requisitus, pot est victũ condemnare in expensis.*

Declara

1 REgula igitur est, quod † iudex † non debet impartiri officium suum nisi petenti, l. 4. §. hoc autem iudicium, ff. de damno infecto, l. de pupillo, §. qui opus, ff. de noui oper. nunciatione. Innoc. in cap. ad nostram, el secondo, de Iureiurando, in cap. In literis, de Restit. spoliator. Butr. in cap. primo, in prima Opposit. de libelli oblatione. Berous, in cap. Sollicitè, de Restitut. spoliat. in cap. primo, num. 40. de Iudic. Ferrett. consil. 42. numero quinto; Et hęc est Communis opinio. Viuius in Silua, Opinione 418. Nouell. in Tract. Ad defensam, in Rubr. Solet communi sententia, numero tertio, in Practica, Rubric. Datis defensionibus, num. 84.

2 Ampliatur primo, etiam † in his quæ à principio non requirunt causæ cognitionem, prout est Citatio, Nunciatio noui operis, & similia. Ias. dicens hoc valde notabile, in l. de pupillo, §. meminisse, num. 7. de Noui oper. nunciatione.

3 Ampliatur secundo, † etiam si dispositio loquatur per verba imponentia iudici necessitatē, vel obligationem.

4 Hinc postea, iudex † tenetur deferre Iuramentum in supplementum, iuxta l. in bonæ fidei, C. de rebus credit. intelligitur si petatur; Et hæc est Communis opinio, ad l. admonendi, vbi Ias. in Repetitione, num. 316. & Caccialup. numero centesimoseptuagesimoprimo. Curt. senior numero 226. Ioan. de Prato, numero decimo. Capicius, Decisione 35. numero primo. Marsil. in l. maritus, numero vigesimo, ff. de quæstion. in Practica, §. sequens, num. quadragesimooctauo. Et hæc est Magis Communis opinio. Stiat. in Practica Iudicali, cap. vigesimo, numero decimo. Andr. Gayl. libro primo Obseruat. 108. num. tertio. Mascard. Conclusione 954. num. 46. Serafin. de Iuramento, Priuileg. trigesimotertio, num. 196.

5 Potest tamen iudex † ex officio deferre Iuramentum suppletorium ad declarationem actitatorum, ante conclusionem in causa, non autē ad aliquid nouitatis probandum, tale iuramentum deferre, ex Bald. in l. prima, ff. de Iureiurando, Andr. Gayl. in citato loco. Socin. ad l. admonendi, numero 102. Mascard. Conclusione 954. num. 49.

Addo Alexan. consil. 73. volum. primo, consil. 103. in fine, volum. 7. Anchar. consil. 277. colum. 3. Maranthum in Speculo, in 4. parte, distinct. 9. numero 29. in sexta parte, in verbo, Iuramentū, numero tertio. Curt. seniorem, consil. 134. Gratum Responso 42. num. 8. libro 2. Seraphin. de Iuramento, priuileg. 33. num. 195. Gratian. Decisione 36. num. 12.

Hinc etiam, si Iudex tenetur ex forma Statuti cogere affines, & coniunctos ad Compromissum; hoc intelligitur dummodo, à parte petatur. Butr. in cap. Venerabilis, de Iudic. Alexand. consil. 82. volum. primo. Ias. in l. vniuersa, num. 4. C. de precibus Imper. offerend. Marantha, in verbo, Compromissum, num. 13. Duenn. Regula 36. Limitatione prima.

6 Et petens † compromissum præfertur recusanti. Ioseph. Rotæ Lucanæ Decis. 26. num. 16.

7 Similiter, Statutum † mandans causam terminari cum consilio sapientis, intelligitur, si fuerit petitum. Butr. in cap. penult. de Iudic. Alex. consil. 122. vol. 2. Marsil. de fideiuss. num. 144. vbi bonus locus.

8 Hinc etiam † si forēsis litigans cum ciue, tenetur cauere de soluendis expensis in casu succumbentiæ, prout Tuderti, intelligitur, si à parte petatur. Castrens. dicens se in facti contingentia ita obtinuisse, ad l. vniuersa, C. de precibus Imperat. offerend. subdens hanc Exceptionem esse dilatoriam, & opponendam ante litem contestatam. Sentit Aretin. consil. 137. & Alexan. consil. ducentesimodecimo, Visis his, volum. secundo, omissis multis his similibus illationibus.

9 Ampliatur tertio, etiam † si lex disponat aliquid ipso iure fieri: nam adhuc intelligitur, si petatur, primo ex glos. in l. scimus, in princ. in verbo ipso iure, C. de inoffic. testamento, vbi glossa, in verbo, Ipso iure, & ibi Ias. colum. prima, numero primo, dicit Communem, quod supplementum legitimè fit ipso iure, dummodo petatur; sed illa Glossa in hoc Communiter reprobatur,

Crass.§.legitima,quæst.37.in fine,dicens contra glossam esse veriorem, & magis Communem opinionem.Roderic.ad l.quoniam in prioribus, Ampliatione 10.num.4.

Et sic ius petendi supplementum legitimæ, transmittitur etiam non petitum, ad hæredes etiam extraneos.Bald.in d.l.scimus,& est Communis opinio.Ruin.consil.26. num. 2. 12. & 16. vol.3.consil.107.num. 12. eod. volum. Illustriss. Mantica, de Coniectur. vltim. volunt. libro 7. cap.7.titulo 8.num.10.Crassus,§.legitima,quæst, 37.dicens magis Communem. Decius, consil. 81.columna 1.Crauetta, consil.142.nu.2. Ant, Gabr.libro 6.de legitimâ,Conclus.1. nu.16. Ancharan.quæst.quadragesimaseptima,num.decimo,parte secunda.

Adducitur secundo loco pro hac opinione,
10 glos.in l.si constat.C.de Compensation.† vbi licet Compensatio fiat ipso iure, tamen opponi debet.Roland.consil.81.num.8. vol.3. Decisio Bononiens.37.num. 22. Decius latè consil.138. Rota Decis.25. in fine, de Appellation. in antiq. Sebast.Medic. de Compensatione, parte secunda,quæst.21.

11 Clausula igitur,† ipso iure, non operatur absolutam resolutionem, sed demum parte petente.

12 Ampliatur quarto, †.etiam ex parte Iudicis, cui pars aliquid promiserit,nam tales promissiones hanc conditionem recipiunt, si Iudex requisierit, cap.Ad reprimendum,de offic.Ordinar. cap.Ad nostram,de Iureiurando.

13 Ampliatur quinto notabiliter, etiam † si Lex præfixerit certum terminum iudici; vel iudex præfixerit parti, non enim pars exequi tenetur, nisi fuerit interpellata iuxta consilium Pauli Castrens.165.sic allegat eum Decius, consil.secundo,col.2.in fine, vel 146. sic allegat eum Decius consil.145.col.1.in fine,vel 110.sic Anton.Gabr. in loco inferius allegando, vel 100. sic Menoch. & Herculanus in loco de quo infra, vel 101.sic Osaschus Pedemont.Decis. de qua infra vbi cõ-
14 cludit Castrẽs.quod † si promisit præsentare aliquem infra octo dies, intelligitur si fuero requisitus, ita, vt elapsis octo diebus sine requisitione, amplius non tenear; nec prius teneor nisi requisitus. Quod consilium celebre dixit Decius in citatis locis. præclarum dixit Menoch. consil. 132.numero decimoquarto,versiculo sexto.Pulcherrimum appellauit Herculan. de Cautione de non offendendo,cap. vigesimotertio, numero vigesimosexto.Secundum quam opinionem Conclusio procedit in casu in quo non sit appositum initium temporis,vel sit apposita Clausula, Ad beneplacitum Curiæ,vel tempus sit appositum causa finiendæ obligationis,vel in casu nõ præsentationis,promittuntur tot,vel cum die sit appositum Iuramentum. Osasch. Pedemont. Decis.51.Gabr.de solut.Conclus.9.nu.22. Herculan.in citato iam loco.Ripa in l.quarta, §.hoc autem iudicium,numero decimo,de damno infecto.

15 Ampliatur sexto,etiam † in officio iudicis, nã Iudex non teneatur repellere aduersarium, nisi pars opponat. Vnde publicatis testibus, iudex alios admittit publicatione non obstante,si pars non contradicat. Abb. in cap.Cum contingat, colum.penult. de offic. Delegati. Felin.in cap. Quoniam contra,colum.decima, de probation. in cap.Pastoralis,colum.finali, de Except. Corneus consil.vigesimoseptimo,colum.tertia,post medium,libro tertio. Felinus in cap. Fraternitatis,colum.tertia,de Testibus. Iason,in l.patre furioso,numero vigesimo,ff.de his qui sunt sui,vel alieni iuris,in l.certi condictio, §. quoniam, colum.quinta,ff.si cert.petatur,in l.admonendi,numero duodecimo,ff.eod.Anton.Gabr.libro primo,de Testibus, Conclus. vigesimaprima, numero septuagesimoseptimo, Crauetta, consil. 65.num.2.

16 Hinc etiam, licet † procurator in criminalibus non admittatur,l.penult. §. ad crimen, ff. de public.iudic.parte tamen non opponente admittitur,nec processus est nullus,glos.in cap.primo, in verbo,Criminalis, de iudic. libro sexto. Specul.in Titulo de procurator.§.primo, numero nono,versiculo, sed pone; & hanc dicit Communem Marsil.in l.prima,§.sequitur, ff.de quæstion.Rota Decision.10.aliàs 151.in nouis, quæ fundamentaliter loquitur, Bellamera Decisione 717.& licet Anton.Gabr. Contrariam dicat veriorem, & magis Communem,Conclus.decima,numero octuagesimoquarto, de maleficijs tamen prior opinio est verior, & magis recepta. Vant.de Nullitate process.num. 176. Bonacoss. in verbo,Procurator.

Et infinita propè, de parte non opponente, congerit Iason, ad l.patre furioso, ff. de his qui sunt sui,vel alieni iur. Ripa, ad §.nihil cõmune, num.72.Crauetta consil.150. numero secundo, & consil.220.numero quinto, & consil. 248.numero secũdo,& consil.272.numero nono, Menoch.de Recuperanda, Remed. primo, numero 164.

Ampliatur septimo, vt nullo modo sententia pro Reo ferri possit, neque citatio, nisi petatur, aliàs sententia est nulla, nec meretur executionem. Alexand.in l.quarta, §. hoc autem Iudicium,numero vigesimoquinto, de damno infecto.Ias.in l.properandum,§.& si quidem,numero octauo, C.de Iudic.Roman. Singul.570.non potest. Vant. de Nullitate ex defectu process. numero 98.

Limitatur primo,vt non procedat ratione pu-
17 blicæ vtilitatis,quo casu iudex, † etiam non requisitus, tenetur impartiro officium suum, & prouidere,nec in exequendo, excipi potest: Tu fecisti à nemine requisitus; quia publica vtilitas ex se interpellat,l.congruit,ff.de offic.Præsid.l.si quis hoc genus,C.de Episcop.& cleric.§.primo, §.quoniam,Authent.Vt nulli iudic. Socin. Regula 245.Iudex petitus.Ripa in l.4.§.hoc autem iudic,num.17.ff.de damno infecto.

18 Vnde ratione † scandali à iudice sequestratur possessio inter duos contendentes, parte citata, vel non citata,prout poterit. Dixi in tractatu de Sequestro,parte 1.quæst.6.Et tenetur obuiare rixãtibus,alias priuatur officio,Bald.in l.1.§.quies, ff.de offic.præfecti Vrbis.

Hinc

19 Hinc etiam est, quod † licet de iure Communi nemo cogatur compromittere, §. quia, vero, Authentica. Vt litigant. iurent, vbi Angel. dicit, illum textum ad hoc valde notabilem, capit. finali, & ibi Bald. notat, columna tertia, de Rescript. tamen, ratione scandali, & pro quiete conseruanda, cogere potest ex officio, ad Compromissum, & prouidere futuro scandalo, etiam nõ requisitus. Bald. in capit. Cum Ecclesia Vulterrana, numero quinto, in fine, versiculo, mihi videtur, de Election. vbi Bald. vult, quod talis amicus in quem est factum Compromissum, non debet attendere formam libelli. Ias. in l. quidam æstimauerunt, numero quarto, ff. si cert. petat. in l. si quis maior, numero decimoquinto, C. de Transact. Felin. in Rubrica de Tregua, & pace, columna tertia, in quinta. Fallentia. Ripa, in l. quarta, §. hoc antem iudicium, numero vigesimo, de dãno infecto Rouescala, ad Alexan. octuagesimosecundo, vol. primo.

20 Limitatur Secundo, in † causis fiscalibus, in quibus iudex à nemine requisitus, potest sententiam ferre, & suam meretur executionem, l. secunda, §. Senatus, ff. de iure fisci, l. si vacantia, C. de bonis vacant. libro decimo, & ibi Bart. notat, l. si quis in suo, C. de bon. proscript. Alexand. in l. quarta, §. hoc autem iudicium, numero vigesimoquinto, vbi Ripa, numero vigesimosecundo, ff. de damno infecto. Nouell. Regula, vigesimaoctaua, Fallent. prima, Sarain. ad Roman. Singul. quingentesimoseptuagesimo, facit l. item apud Labeonem, §. idem ait, ff. de iniur. & ibidem notat. Iacobin. de Aretio, quod interest Reipublicæ ne Banniti audiantur; & obid iudex ex officio, eos repellet, l. licitatio, §. quod illicitè, de publicanis.

21 Limitatur Tertio, quando † agitur de reuerentia superioris, l. eos, §. finali, l. iudicibus, C. de appellationibus. Socin. Regula, ducentesimaquadragesimaquinta, Iudex, Fallent. 2.

22 Limitatur quarto, si † tractetur Causa piæ, vel miserabilium personarum, l. sancimus, §. sed si quis, C. de administr. tutorum, vbi Bart. dicit esse casum nouum, & singularem, quod iudex ex officio, etiam nõ requisitus, dabit curatorem ad lites, & qui lite pendente cœperit indigere curatore, quia lite pendente effectus sit furiosus, vel prodigus, & illum textum dicit singularem Bartol. Singulari centesimoseptuagesimoseptimo. Lite cepta, est Glossa, in l. hoc autem, in principio, ff. Quibus ex caus. in possession. eatur, quã ibi Bartol. dicit singularem, & mẽte tenendam. Singularem quoque dixit idem Bartol. in l. Fulcinius, §. adeo, ff. eodem titulo; Notabilem dixit Bald. in l. is, cui bonis, ff. de verborum obligat. dicens numquam obliuiscendam. Idem in capit. primo, numero vigesimo, de milite vassallo qui contumax est, vbi discurrit. Singularem quoque dixit Alexand. numero quinto, vbi Purpurat. numero decimoseptimo, de iurisdict. omnium iudic. Ripa, in l. quarta, §. hoc autem iudicium, numero quadragesimoprimo, de damno infecto, Piag. de Tutor. & curator. quæstione secunda, numero sexagesimosexto. Est Communis opinio. Caldas, ad l. si curatorem, in principio, numero vigesimoquinto.

23 Si vero pupillo † dandus sit curator ad lites, nõ dabit, nisi petenti, ex l. qui haber. §. si Pupillus ff. de Tutelis. Et hæc est Communis opinio. Alexand. ad l. primã, numero sexto, vbi Purpurat. numero decimoseptimo, ff. de iurisd. omnium iudi-
24 cum, secus in tutore ad negocia, † quem dabit iudex, etiam si non petatur. Alexand. numero 4. Socin. num. 3. Purpurat. num. 10. & 11. in l. prima, ff. de iurisdict. omn. iudic. Iason. in l. is cui bonis in vltimo notabili, ff. de verborum obligation. Aldobrand. in §. Initi, numero decimotertio. Instit. de Curator.

25 Si vero sumus in infante, † tũc iudex de consilio coniunctorum dabit curatorem ad litem, vel hæreditati iacenti, adhibita prius diligentia, si posset reperire tutorem. Bald. in capit. primo, numero vigesimo, de milite Vassallo qui cõtumax est, vbi bonus locus in materia. Vrsill. ad Afflicti Decis. ducentesimãsexagesimãsecundã, numero quarto. Et Practicam prædictam ponit Borgninus de Tutor. nu. ducentesimooctuagesimo secundo. Afflict. Decis. 256. Piagg. de Tutor. quæstione 2. num. 60. Illa tamen duplex recepta est, quod citetur pupillus maior infante, vt legitimè compareat, & sic vna cum curatore. Bald. in l. tertia, in principio, C. Si propter public. pensitation. in l. non ideo minus, in fine, C. de procurat. Decius, consil. 509. numero secundo. Tiraquellus de Retractu lignaier, §. 1. glos. 13. num. 18. in fine; & si nominabit tutorem, vel curatorem, ille dabitur; si vero sit contumax, iudex dabit, aliàs daretur casus quod pupillus numquam peteret, & nũquam posset conueniri; & sic intelligitur text. superius allegatus, in l. q habet, §. si pupillus, de Tutelis. Salicet. in l. 1. C. Qui pet. tutor. Afflict. Decis. 256. Lapus Allegatione 115. col. finali, versiculo, nec prodest. Vant. de nullit. ex defectu mandati, num. 144. Caldas, ad l. si curatorem, in principio, num. 29. dicens esse bonam, & vtilem practicam. Minsyng. Centuria 2. Obseruatione 31. & bonũ est, quod curator sit præsens, & vnus. Piagg. de tutor. quæst. 2. num. 60. & quattuor Casus, quod iudex prouideat, pupillis ponit Crauetta, cons. 190. num. 8. & pendet etiam à voluntate patris, & matris.

26 Inter † actus etiam pios, sub eadem limitatione ponitur, prouidere † Aduocatos, viduis, pupillis, & similibus personis, etiam non petentibus, & ibi Alberic. satis vtiliter, & breuiter declarat Regulam de qua agitur, quod nihil petenti nihil impartitur.

27 Aut officium † residet in persona iudicis tantum, prout inquirere malefactores, & id officiũ etiam non requisitus impartitur, l. si in aliquam, ff. de offic. Proconsul. l. congruit, ff. de officio Præsidis.

28 Aut residet † in persona patris, & alterius, prout dare Apostolos, & tunc impartitur non requisitos, l. eos, §. finali, C. de Appellation. l. iudicibus, C. eodem.

29 Aut residet † in persona patris tantum, & tũc si persona est habilis per se, & debet petere; si est

inhabilis, iudex supplet ex re, d. §. Aduocatos.

30 Ex officio † etiam Episcopus cōpellet hæredē ad soluendum legata pia, §. si autem hæres, Authentica de Ecclesiast. titul. Tiraquell. de Pia Causa, priuileg. 149. Didac. in cap. si hæredes, numero 4. de Testament. nec in executione valebit exceptio, quod à nemine requisitus executionem relaxauerit, vt per eos. Bart. in l. ne quidquam, §. obseruare, de offic. Procons. vbi prouidet solui legatum pium, Mendicantibus incapacibus ad agendum. Crauetta, consil. 790. numero decimo.

31 Remouet † etiam iudex ex officio tutorem suspectum, l. 3. §. Præterea, ff. de Suspect. tutor. vbi Bart. dat duplicem Practicam; vel principaliter super hoc inquirendo, & procedendo, vel incidenter cognoscendo de aliqua causa ciuili, in cuius prosecutione detegantur, & indies appareant causæ suspitionis, & sic sumus in iudice ciuili, & sic fauore pupillorum proceditur per inquisitionem ad priuatam vtilitatem, & ille tutor sic remotus, non efficitur infamis, & sic à testimonio non repellitur, secundum glos. ibi, quā ibi Alberic. & Bart. dicunt singularem, & alibi non reperiri.

32 Eamdem Conclusionem † firmat Marantha, in verbo, Inquisitio, numero 147. Monticell. Regula prima, Casu 14. Et quod in causa pia, iudex ex officio, non requisitus, procedere, & exequi possit, vltra superius adductos, & allegatos, Innocent. in cap. Ad nostram, il secondo, de Iureiurando, Specul. in titulo de Testament. §. in primis, numero decimo, versiculo, pone, quod nullus, Cin. & Bald. in l. mulierum, C. si mancip. ita fuer. vendit. idem Bald. in l. ne quidquam, §. vbi Decretum, de offic. Proconsul. & Legati, in Authentica, Ad hæc, in fine, C. de Vsur. in l. vnica, colum. decimaseptima, C. de confess. in cap. Bonæ, el primo, colum. secunda, versiculo, & scias, de postulat. prælat. consil. centesimoquinquagesimoprimo, Super primo puncto, in fine, libro 4. in l. hæreditas, §. primo, in prima lectura, & ibi Angel. ff. de petitione hæredit. Roman. in Authentica, Similiter, in quinto, & vndecimo speciali, C. ad leg. Falcid. Panorm. in cap. Nos quidem, in quarto notabili, de Testament. Florian. in l. cum, quidam, §. si diem, ff. de Vsur. in l. qui erat, colum. prima, in fine, ff. famil. erciscundæ. Calcaneus consil. 13. colum. quinta, versiculo, & quod fortius est. Barbac. consil. 8. & 32. libro primo. Tiraquell. de priuileg. Piæ Causæ, 152. Monticell. Regula prima, num. 21. Est Communis opinio. Viuius in Silua, Opinione 418. numero nono.

33 Et generaliter vbi vertitur † Animæ periculum, iudex non requisitus impartitur officium suum, Glossa in cap. Cupientes, §. ceterum, in verbo, Contumacia, de Elect. lib. 6. per cap. Cum à nobis, de Electior. Ripa, in l. 4. §. hoc autem iudicium, numero vigesimoquarto, de damno infecto. Nouell. loquens in restitutione vsurarum, Regula 28. num. 3.

34 Idem dicendum † in legato Dotis, cum sit pium, l. cum is, §. si mulier, & ibi latè Iason, ff. de Condictione indebiti. latè Tiraquell. de Priuileg. Piæ causæ, in præfatione, versiculo, Item cū dos. Menoch. de Præsumpt. libro quarto, præsumpt. 115. num. decimosexto. Addo Bald. Nouellum de Dote, parte quinta, Viuium, Opinione 57. numero 9. Et vltra alios ad propositum præsentis materiæ, addo casum notabilem, &

35 singularem, quod † si pater est absens, quod iudex ex officio capere potest de bonis patris absentis, & dotare filiam. Casus singularis secundum Iacobin. ibi, in l. profectitia, numero tertio, ff. de iure dotium.

36 Idem in causis † alimentorum, quæ iudex ex officio decernere, & exequi poterit, l. Diui, & ibi Alexand. num. 7. ff. ad leg. Falcid. Aretin. in cap. primo, num. 23. versic. secundo quia, de probation. Ripa, in §. hoc autem iudicium, num. 26. Tiraquell. de Pia Causa, Priuileg. 152. Cordub. ad l. si quis ex liberis, §. vtrum, num. vndecimo. Surd. de Alimentis, titulo 8. Priuileg. 4. Addo vtiliter, quod nec in executione excipi potest, quod legatarius sit incapax, puta, Franciscanus. Signorol. consil. 40. Ad propositum præsentis Tractatus.

37 Limitatur † quinto, in his quæ sunt nota iudici, vt iudici, ex Actis, & Processu, in quibus Iudex operatur, etiam parte non petente, argumento cap. Cum olim, de verborum significatione.

38 Hinc iudex † tenetur repellere Actorem, si ex eius confessione, vel Actis, constet nullam ei cōpetere actionem, & egisse sine actione, glossa in l. vbi pactum, vbi Ias. num. vndecimo, dicit diligenter notandum, & quotidie in Palatijs allegari, C. de Transact. in l. si vnus, §. pactus, num. quadragesimotertio, ff. de Pact. post discursum hinc inde. Bartol. in l. post legatum, colum. quarta, ff. de adimendis legat. in l. ita stipulatus, & in l. si Titius, in fine, & ibi Imola, & Alexan. ff. de verbor. obligatione.

39 Et Articulus iste † continet duo membra, scilicet, An iudex possit, & An iudex teneatur, & debeat; & materiam per varia exēpla ponit Specul. de disputat. & allegat. §. satis, numero quarto. Considerari tamen possunt aliqui Casus.

40 Iudex tenetur † supplere in semel propositis per partem tacitam, secus in allegatis per aduersarium.

41 Item, iudex † tenetur supplere in casib. in quibus tacens non renunciat fauori suo, secus si nō præsumatur fauori suo renunciasse. Ripa in §. hoc autem iudicium, num. 29. & 30.

42 Limitatur sexto, in † his quæ iuris sunt, in quibus Iudex supplere tenetur toto titulo, C. Vt quę desunt Aduocat. cap. Bonæ, de postulat. prælatorum.

43 Ex quo iudex † tenetur iudicare secundum Statuta loci, vbi residet, etiam si non fuerint allegata, dummodo sint inserta in volumine Statutorum, & non Extrauagantia. Castr. in l. ex Prolatis ff. de re indic. Alex. in l. 1. C. Vt quæ desunt Aduocat.

44 Pariter † iudex tenetur in iudicando sequi Consue-

Consuetudinem notoriam, quæ est altera Lex, §.ex non scripto, de Iure naturali gent. & ciuili.

Et licet Consuetudo sit probanda, cap. 1. de Consuet. libro 6. Bart. in l. ornamentorum, de auro & argento legato, Bald. in l. sicut decem, in principio, ff. soluto matrimon. Paris. consil. 31. numero 14. volum. 1. & consil. 10. numero 14. volum. 4. Ioseph. de Ludouic. Conclus. 14. Illatio-
45 ne 85. Fallit † tamen hoc in Consuetudine notoria: quia de ea præsumitur scientia, & Iudex circa eam supplere tenetur, glos. in l. Ciues, C. de Appellation. Ioan. Faber, in d. §. ex non scripto, versiculo, circa quintum, Roman. consil. 51. in princip. Calcanc. consil. 82. columna secunda, Ias. in l. 1. columna 8. in principio, de noui oper. nunciatione. Socin. Iunior consilio 67. numero primo, volum. 1. Paris. consil. 13. numero 32. volum. 1. Natta, consil. 218. numero 5. & consil. 391. num. 6. & consil. 755. numero 36. Tiraquellus de præscript. §. primo, Glos. secunda, Mascardus Conclus. 423. num. 28. & 29. vbi sufficit allegare etiã post conclusum in causa.

46 Immò, nec † est necesse allegare vti notoriam. Ripa in l. 4. §. hoc autem iudicium, numero 35. de damno infecto. Crauetta consilio 104. numero nono, Mascardus Conclus. 1104. numero decimoseptimo.

47 Limitatur † septimo, in his quę tendunt ad publici iuris obseruantiam, in quibus iudex ex officio supplere potest, etiam parte non petente, prout reijcere libellum ineptum; iubere vt iuretur de calumnia; dare dilationes, & similia. Bartol. in l. 1. versiculo, circa primum, C. Vt quæ desunt aduocatis. Ias. in l. prima, numero 4. ff. de officio Assessor. Ripa, in l. 4. §. hoc autem iudicium, numero quadragesimoquinto, ff. de damno infecto.

48 Et non solum † iudex potest reijcere libellũ ineptum, sed etiam libellum conceptum de re illicita, puta si agatur ad mala medicamenta, l. cetera, §. primo, ff. famil. erciscundæ; vel ad restitutionem concubinæ. Innocent. in cap. Ex parte, columna prima, de Restitut. spoliator. vel ad vsuras. Card. in cap. Debitores, de Iureiuran. dicens quod Actor in eo capitulo non agebat expresse ad vsuras; immò videtur quod istis casibus iudex teneatur repellere fauore Animæ.

49 Limitatur † octauo, quod iudex etiam non requisitus, possit opponere de inhabilitate personę comparentis in iudicio, & sic procuratorem, ad docendum de mandato, vel ad cauendum de rato, si dubitatur. glossa in cap. primo, in verbo, Absentia, de Election. libro 6. vbi non exhibendo, poterit repellere à limine iudicij; quam glossam sequitur Baldus, in l. licet, C. de Procurator. in l. exceptionem, C. de probation. in Authentica, Offeratur, C. de litis contestatione, in l. prima, C. Vt quæ desunt aduocat. Angel. in l. Pomponius, §. rati, ff. de procurat. Panorm. in cap. Causam quæ, el primo, numero 3. de Iudic. in cap. Ecclesiæ, el primo, Vt lite pendente. in cap. 1. in cap. Nulli, de Appellation. Butr. & ibi Barbac. in cap. Cum M. de Constit. Castrens. & Rodoan. in l. inter quos, §. finali, ff. de damno infecto. Gemin. in d. capit. Causam quæ, Barbac. consil. 36. Illud, in fine, & consil. seq. colum. 3. volum. 1. & consil. 7. Sapienter, columna penult. volum. secundo, Alexand. consil. 77. Visis dubitationibus, numero 20. volum. 3. Cassanæus, consil. 68. Visis, num. 38. Gramatic. consil. ciuili 95. num. 36.

Et licet Felin. in cap. Causam quæ, dicat istius glos. opinionem Communiter reprobari, tamen re vera eius opinio est magis Communis, à qua in iudicando, & consulendo non est recedendũ. Decius in d. cap. Causam, numero 2. & 13. Roman. consil. 67. sub numero 5. & consil. 69. numero 11. & consil. 224. numero 5. Gomes. in Regula, de Annali, quæst. 4. numero 7. Marsil. in Practica, §. sequens, numero 36. & consil. 16. numero 37. Clarè Ripa, in d. §. hoc autem iudicium, numero 49. Berous in cap. 1. numero 58. de Iudic. in cap. 1. de Accus. Iacobin. in d. l. licet, numero 9. Viuius in Silua, Opinione 418. sub numero vndecimo, Duenn. Regula 264. sub numero quarto.

50 Limitatur nono; vt Iudex ex † mero officio, à nemine requisitus, possit victum condemnare in expensis. per l. Aediles, §. itẽ sciendum, ff. de Aedilitio edicto, vbi Alberic. & Veronens. dicunt esse textum celebrem, & valde famosum. Bart. in l. properandum, §. sin autem alterutra, quæst. vltima, vbi etiam Angel. Castrens. & Ias. Bart. in l. nõ quidquid, ff. de Iudic. Bald. in l. finali, C. Quando prouocare non est necesse. Anchar. in c. Finem litibus, de Dolo, & cõtumacia. Ioan. de Platea, in l. vnica, C. de sumpt. recuper. libro 10. in l. secunda, in fine, C. de Decurion. libro 10. Marantha in Speculo, parte 6. membro 3. numero 9. Capell. Tolosana Decisione 3. Ias. in l. vniuersa, numero 4. C. de precibus Imperat. offerend. Decius in l. Edita, numero 95. C. de Edendo.

Et licet Grat. consil. 80. numero 6. volum. secundo, Contrarium apertè teneat, tamen eius opinio Communiter reprobatur. Asinius in Practica, §. 32. Ampliatione 54.

51 Declaratur hoc verum † in expensis factis post litem contestatam, secus si ante. Papiens. in forma libelli, in actione reali, in verbo, expensis, numero 7. Veronens. in d. § Item sciendum, numero 7. Ias. in d. §. sin autem alterutra, numero 31. Didac. Practicabil. Quæstion. cap. 27. numero 5. Asinius in Practica, §. 31. Ampliatione 54. num. 3. Sebastian. Medices, par. 2. Regula 7. num. 57.

Contrarium de Consuetudine seruatur. Alberic. in l. sancimus, C. de Iudic. Ripa, d. §. hoc autem iudicium, num. 83. & 84.

52 Declaratur secundo, vt iudex † quidem possit, sed non cogitur; & ita in Practica seruatur. Ias. in d. §. sin autem alterutra, numero 31. Didac. & Asinius in citatis locis. Et hæc est hodie Communis. Tremol. ad Practicam Bonacurs. titulo, de Recusation. numero 4. Masuer. ad Papiens. in Actione reali, in verbo, Expensis. Et in omnem euentum sufficit petere expensas in calculo ferẽdæ sententiæ. Castrens. in d. §. sin autem alterutra, numero 3. Et vide in materia supra Exceptione 229. nnm. 47. & 48.

53 Limitatur decimo, in materia † fructuum, vt

ad eos

ad eos iudex condemnare possit, etiam non requisitus, considerando duos Casus principales; Aut sumus in iudicio vniuersali, puta, petitionis hæreditatis, vel simili, & veniunt etiam non petiti; Aut sumus in iudicijs particularibus, & tunc non veniunt nisi petantur; & hoc, loquendo semper de fructibus perceptis post litem contestatā. Bartol. in l. si post motam, numero 3. & sequenti, vbi Bald. numero secundo, Salicet. numero 10. C. de petitione hæreditat. Ias. in §. Actionum, numero 235. Institut. de Action. latè Alexand. in l. marito, §. finali, ff. soluto matrimon. Ripa, in l. 4. §. hoc autem iudicium, numero 63. ff. de damno infecto. Personal. de petitione hæreditat. numero 698.

54 Et quod dictum est † de fructibus post litem contestatam, extenditur, & ampliatur, etiam post conclusionem in causa. Bald. in l. cum propria, in fine, C. Si quis alteri, vel sibi.

55 In iudicio autem † Spolij, veniunt fructus, licet non fuerint petiti, & in Interdicto Vnde vi, ratione violentię. Innocent. in cap. Grauis, de Restitut. spoliator. vbi Abb. numero 9. Orian. in Rubrica de Causa possession. & proprietat. columna 3. versiculo, Aduerte. Bouer. in Singularibus suis, in verbo, expensæ, numero quinto, versiculo Iudex.

56 Et sufficit † petito fructuum generalis, sine alia specificatione quantitatis. Papiens. in forma libelli, in actione reali, in glos. super fructibus, numero secundo, vbi Masuer. in Additione, litera C. dicit, quod hæc est Communis Practica. Est in materia consilium Alexand. 90. columna finali, versiculo, quomodo autem, volum. secundo, Abbas in cap. Grauis, num. 21. versiculo, ad secūdum, de Restit. spoliator.

57 Declarat Bart. hoc † verum, in fructibus futuris lite pendente, in his enim vti de incertis, petitio generalis sufficit, secus in præteritis. Ita Bartol. in l. ex diuerso, §. vbi autem, in fine, ff. de rei vendicatione, nec dissentire videntur Aretinus & Iason numero. 176. in §. omnium, Institut. de Action. dum formant libellum iuxta Bartoli distinctionem.

58 Et Practicam † petēdi fructus ex qualibet causa, ponit Felinus, in cap. Inter dilectos, numero sexto, de fide Instrument. per quæ verba veniunt partus partuum, & fructus fructuum.

59 Et Sententia † lata super principali, intelligitur etiam super fructibus, & alijs necessarijs, licet de eis in sententia nihil fuerit dictum. Ias. in l. ait Prætor, §. si petitor, numero decimo, ff. de Iureiurando, vbi limitat in fructibus postea perceptis.

60 Et poterunt † postea in executione liquidari, Castrens. consil. 18. in fine, secundum primam impressionem, & Bart. in l. si quod ex Pamphila, de legat. primo. Et ita tenuit Rota Decisione 183. in nouis, aliàs Decisione quinta, de re iudicata.

61 Et clarius prædicta vera † sunt, si iudex in sententia vtatur verbo, Restituo, quo casu absque alio veniunt fructus. l. videamus, la seconda, §. in Fauiana, in fine, de Vsur. Ias. in l. Gallus, §. & quid si tantum, numero 69. de liber. & posthum. Decius in l. in condemnatione, §. cum verbum, ff. de Regul. iuris. Didac. libro primo Variar. resolution. cap. 3. numero 1. & 2. Marsil. Singulari 17. Menoch. in Prælud. Recuperandæ, numero 6. & Remedio 1. quæst. 37. Sfort. de Restitut. in integrum quæst. 45. Articulo secundo, Tessaur. Decisione Pedem. 29. numero 4. Borgnin. Decisione 14. num. 2. & reputauit vltra supradictos valdę singulare Ias. in §. primo, in fine, de Actionibus.

62 Et ad propositum † præsentis Tractatus, dixit notabiliter in Practica Angelus in l. si marito, §. finali, ff. soluto matrimon. se vidisse imperitos iudices, condemnare in fructibus perceptis, & percipiendis: nam circa percipiendos, sententia est nulla, nec aliquam meretur executionem, cum fructus post sententiam, non pertineant ad Iudicem; de quo latius Alexand. post Angelum, in l. vbi autem, §. 1. ff. de verbor. obligat.

63 Similiter † ad propositum præsentis Tractatus, competit Reo conuento ad fructus, Exceptio præscriptionis, si lapsum sit triennium, siue enim simus in contractibus bonæ fidei, à tempore moræ, siue in contractibus stricti iuris, à die contestationis litis, in his præscribitur triennio, nec amplius peti poterunt, loquēdo in fructibus qui debentur officio Iudicis, siue extent, siue sint consumpti, concurrente bona fide, Glos. reputata singularis, & ab omnibus commendata, in l. sequitur, §. fructus, in Glossa magna, in fine, ff. de Vsucapione, quam ibi Bart. valde commendat, dicens per illam glos. limitari omnia iura, volentia bonæ fidei possessorem teneri ad fructus extantes: quia intelliguntur, nisi per triennium possederit. Idem Bart. in l. 3. circa finem, C. Quod metus causa, vbi dicit idem Bart. in l. 3. circa finē, C. Quod metus causa, vbi dicit hoc valde mente tenendum, quia millies Practicabis; & ibi latè Alexand. columna secunda, Eam quoque commendat Bald. in cap. Vigilanti, columna finali, de Præscription. latè Balb. de Præscript. 4. parte, quartæ partis principalis, quæst. 35. Vltra quem Ias. in l. quod te numero 2. ff. si certum petatur. Et statur eius iuramento, si est persona fide digna, & legalis, §. cum autem, Institut. de empt. & vendit. Borgnin. de Tutor. & Curator. numero. 242. sed Alexand. consil. 44. volum. tertio, decennium requirit: sed Socin. senior, consil. 251. num. 25. & 26. volum. secundo, absolutè negat præscriptionem. Sequitur Socin. iunior, consil. 150. lib. 1. Curt. senior, consil. 72. in fine. Vrsill. ad Afflict. Decis. 240. num. 5.

Multæ aliæ declarationes dantur ad Regulam istam vltra superius positas, quas latè prosequitur Ripa, ad §. hoc autē iudicium, Soc. Regula 245. Iudex. Nouell. Regula 28. Viuius in Silua, Opin. 418. Papiens. in forma libelli in Actione reali, in verbo, Quatenus. Marsil. in Practica, §. nunc videndum, num. 3. Sed eas tantum posui, quæ faciunt ad præsentem Tractatum, & respiciunt sententiam, & illius executionem.

Illud nō omittam vltra alios, ad iudicantium solatium, quod ponit Mantica Singul. 336. quod adeo vera est Regula, quod iudex non impartitur

64 tur officium suum nisi petenti,† quod Christus Saluator noster semper fert ea visus fuerit, nec liberauit Paraliticum, nec Adulteram, nec suscitauit Lazarum, nisi requisitus; & qui fecit te, sine te, non saluabit te sine te. Et omnis Christi actio, nostra est instructio, vt ibi latè per eum.

65 Alia colligitur † vtilis Exceptio ex celebri cōsilio Romani, 403. si agatur contra aliquem super beneficio possessore sciente, & patiente, sententia lata contra illum, non potest exequi contra possessorem, licet sciuerit, & tacuerit: quia non est nominatus in sententia, licet agendo repelleretur. Sequitur latè Rota apud Puteum. Decisione 12. parte prima.

EXCEPTIO CXXXIII.

Adiudicationis, vel dationis in solutum facta plus debito.

SVMMARIVM.

1 *Adiudicatio, vel datio in solutum facta plus debito, est nulla nec aliquam meretur executionem.*

2 *Iudicis Decretum est indiuiduum, & pro parte valere non potest.*

3 *Amplia hoc verum, si debitum aliqua exceptione elidi potest, in totum, vel pro parte, vt hic.*

4 *Debiti appellatione intelligitur de valido, & efficaci.*

5 *Amplia secundo, etiam si excessus vltra verum debitum esset in minimo tantum.*

6 *Amplia tertio, etiam si datio, vel adiudicatio non fiat à iudice in eius Decreto, sed à parte met alteri parti, non meretur executionem.*

Declara tamen, & distingue vt hic, sub eodem numero 6.

7 *Amplia quarto, in adiudicatione ex laudo.*

8 *Amplia quinto, vt adeo sit nulla, quod confirmari non possit, vt hic.*

9 *Amplia sexto, vt adiudicatio facta de bonis obligatis, & non obligatis simul, in totum reddatur nulla, nec sustinetur quo ad obligata tantum.*

10 *Amplia idē si variaret causam expressā in aliā, vt hic.*

11 *Amplia in datione pro debito incerto, quæ nullam meretur executionem.*

12 *Amplia in datione insolutum ex causa etiam dotis, & pro illius restitutione, & res sit maioris valoris, quia concessio est nulla.*

Amplia vt hic.

13 *Fructus etiam sunt restituendi; vel computantur in sortem, eamq; extenuant.*

14 *Fructus iudicis authoritate percepti, non restituuntur si auctoritas iudicis cum ordine processit, aliâs secus.*

15 *Fructus nedum percepti, sed qui percipi potuissent sunt restituendi.*

16 *Idem de illo qui possedit ex secundo Decreto, quod postea fuit declaratum nullum.*

17 *Fructus percepti ex donatione nulla, sunt restituendi, vt hic.*

18 *Limita primo, nisi debitor daturus fuisset partem in casu quod totum excederet.*

19 *Limita secundo, in pignore conuentionali, nam si creditor vendat plus debito suo, venditio non retractatur sed pretium excedens restituitur.*

20 *Amplia etiam si in tali venditione interuenisset iudicis Decretum.*

21 *Res per errorem æstimata, & pro vero debito centum data, quæ valebat 150. sustinetur pro rata crediti, & residuum repetitur.*

22 *Executio relaxata pro centum, cum Clausula, Saluo iure verioris calculi, valet, quia illa Clausula saluat, & reducit ad veritatem.*

23 *De hac Clausula, & similibus, remissiuè hic.*

24 *Idem si dicta Clausula adesset in petitione, & Decretum se referret ad illam.*

25 *Adiudicatio facta tam ratione mei crediti, quam fratris, cuius mandatum non habeo, pro parte mea tantum tenebit.*

26 *Quid si species daretur in solutum pro alia specie, pro maiori quantitate.*

27 *Retentio datur creditori immisso, donec ei effectualiter fuerit satisfactum, etiam quod immissio esset nulla.*

28 *Retentio competit ēt quod res data non esset cred. oblig.*

29 *Declara, & limita vt hic.*

30 *Tenuta quæ datur vigore pacti executiui, non vitiatur.*

31 *Idem si ageretur actione reali, vel hypothecaria quia nō vitiatur, licet plus detur.*

32 *Declara nono, & limita, vt hic, quod adiudicatio super credito certo non retractatur in totū, sed pro parte tantum non debita.*

33 *Datio qualibet in solutum pro maiori summa, quam pro parte vere debita, restringitur, & saluatur ad vere debitum vt hic, & num. seq.*

34 *Adiudicatio facta non præcedente subhastatione, non valet, nisi probetur bona nihil amplius valitura quā si sub auctione vendita forent.*

35 *Venditio facta ad incantum, pro minus iusto pretio, & pro pluri, quam verum debitum, est nulla.*

1 ADiudicatio,† vel datio in solutum, facta plus debito, est nulla, nec aliquam meretur executionem. Doctores in l. prima, §. si centum, vbi Castrens. dicit hoc in Practica vtilissimum, & ibi Ias. numero primo, ff. de condict. indebiti. Roman. in l. prima, §. penult. ff. de verborum obligatione, consil. 445. colum. quarta: Cuman. in l. iustè possidet, vbi Alexand. numero vigesimo, ff. de acquir. possessione. Florian. in l. hoc iudicio, ff. famil. erciscundæ. Bald. in Margarita, in verbo Decretum, quæstione secunda. Ruin. consil. centesimosexagesimo, numero quadragesimoseptimo, volum. primo. Curt. iunior, consil. 170. vol. 1. num. 3. Marsil. in l. vltima, num. 44. de iurisd. omn. iudic. Fulgos. consil. 172. numero tertio, in l. prima, §. eandem, numero 20. vbi Alciat. in §. sed si mihi, de verborum obligat. Cephal. consil. centesimooctauo, numero primo, volum. secundo. Bossius de datione in solutum; de Communi Ruin. consil. 136. numero quinto, volum. primo, & cons. 135. nu. 7. & 8. versiculo, & prædicta, vol. 4. & consil. 160. nu. 25. vol. 2. & consil. 17. num. 6. volum. quinto, ea ratione mouentur omnes; quia

ſed de allegatis per ipſum non confidas, eſt Deciſio Surdi 45. numero octauo; & vltra eum eſt Deciſio clara Afflicti 218. numero 4. per l. primã, & finalem, C. de Pignoratit. actione, & reſpondet

14 ad regulam l. 1. C. de Carbon. edicto, † quod fructus iudicis authoritate percepti, non debent reſtitui; quod illa Regula procedat, quando authoritas iudicis cum ordine proceſſit, ſecus ſi ſine ordine, vt in caſu iſto.

15 Et non † ſolum fructus percepti ſunt reſtituendi, ſed qui percipi potuiſſent. Boer. Deciſione 268 Beccius conſil. nonageſimoquinto, numero 4.

16 Et vltra † alios addo ſimiles Caſus. Abb. conſil. 84. Ieſu Chriſti, in fine, volum. 2. vbi ponit Caſum, de illo qui poſſedit ex ſecundo Decreto, quod poſtea fuit declaratum nullum. Ad idem

17 Aretinus † conſil. decimoſeptimo, Conſideratis, columna 8. qui loquitur in filio, qui habuit donationem à patre, quæ erat nulla, quod filius ſagax, qui ſciebat donationem nullam, tenetur ad fructuum reſtitutionem; allegat inter alia l. fructus, ff. de vſuris.

18 Declaratur † Primo, niſi debitor etiam daturus fuiſſet partem in caſu, quod totum excederet. Alciat. ſentit in l. 1. §. ſed ſi ſtipulanti, num. 22. ff. de verb. obligat.

19 Declaratur Secundo, † in pignore conuentionali, quod ſi creditor vendat plus debito ſuo, venditio non retractatur, ſed pretium quod excedit, debitori reſtituitur, l. ſi in aliquo, C. de diſtract. pignorum, l. quamuis, §. finali, ff. de Pignoratit. actione.

20 Ampliatur hæc Declaratio, etiam † ſi in tali venditione pignoris conuentionalis interueniſſet iudicis Decretum; nam adhuc conuentionale dicitur, nec ex Decreto interpoſito alteratur eius natura in iudiciale, Bartol. in l. creditores, in fine, vbi Salicet. columna penult. quæſt. decimaquarta, C. de Pignoribus, Neguſ. de Pignoribus, parte quarta, numero vigeſimoſexto, verſiculo, Decimaquarta Concluſione. Menoch. de Adipiſcenda, Remedio quinto, quæſtione 24. numero 259. ea ratione omnes, quia iudex non dat pignus, ſed confirmat, argumento l. ſi ita ſtipulatus fuero, §. vltimo, ff. de verb. obligat.

21 Declaratur † Tertio, ſi erratum ſit in æſtimatione, rei datæ in ſolutum; quia pro vero debito de centum ſit data in ſolutum res quæ valet centum quinquaginta, quia tunc datio in ſolutum ſuſtinetur pro rata crediti, & reſiduum repetitur. Bald. per illum textum, in l. finali, columna ſecunda, C. de Iure domini impetran. Alexand. in d. §. ſi centum, in l. prima, §. penult. ff. de verborum obligat. Bald. in cap. Frequenter, §. ſin autem, Vt lite non conteſtata. Decius in l. cum amplius, numero tertio, de Regul. iure Afflict. Deciſione 218. numero ſecundo, Aſinius de Execut. §. quarto, cap. decimooctauo, dicens ita paſſim in Gallia, & per Italiam obſeruari, & Practicari. eſt Deciſio Afflicti 358. numero ſeptimo.

22 Hinc poſtea, ſi † relaxata fuit executio pro ſcutis centum, ſaluo iure verioris calculi, valet, & net quomodocumq; ſit in exceſſu executa; quia illa Clauſula ſaluat, & reducit Decretum iudicis ad veritatem. Borgnin. de Vſufructu mulieri relicto. numero 208. & de Tutor. numero 265. ex traditis per Roland. conſilio 71. numero 41. volumine primo, vbi inſtruit Reum conuentum per petitionem, cum hac Clauſula, Saluo iure verioris calculi, vt compareat, & declaret partem quam credit verè debere, alias præſumatur in calumnia, nec auditur in futurum allegando plus debito fuiſſe petitum. Tradit etiam Crauetta conſilio 325. numero ſecundo, Guido Papæ, Deciſione 396. numero ſecundo, quæ authoritates multum etiam conferunt ad Titulum C. de plus petition. & eius materiam.

23 Et de hac Clauſula † Saluo iure; & Saluo beneplacito, & ſimilibus, pulchrè Oſaſch. Deciſione Pedemon. 163. num. 3. vbi tandem eſt Clauſula Reſeruatiua.

24 Et licet † multi Doctores velint, Clauſulam iſtam tunc operari, ſi appoſita ſit in Decreto iudicis, tamen ſatis eſt, ſi Decretum appareat relatum ad petitionem, vbi apparet dicta Clauſula. Cornazan. Deciſ. 2. num. vigeſimoſexto, & vigeſimoſeptimo.

25 Declaratur quarto, quando res † eſſet mihi adiudicata, tam ratione mei crediti, quam fratris, cuius mandatum non habeo, quia tunc pro parte mea tenebit. Bald. in l. ordo, numero 17. C. de executione rei iudicatæ. Duenn. Regula 285. numero 4. in fine. Ancharanus quæſt. 14. num. 7. in fine, parte ſecunda, Borguin. de vſufructu, numero 208.

26 Declaratur quinto, quando † ſpecies daretur in ſolutum, pro alia ſpecie, pro maiori quantitate, ſecus ſi quantitas pro quantitate. eſt Deciſio Auenionenſ. 27. num. 6. & 7.

27 Declaratur ſexto, vt † etiam ſi miſſio ſit nulla, detur tamen creditori immiſſio, donec fuerit effectualiter ei ſatisfactum Tiraquel. de Retractu Conſanguin. §. 22. gloſ. prima, numero 24. Neguſan. de Pignor. in ſecundo, membro, tertiæ partis, numero 20. Galleſ. ad formam Cameralem, in fine, num. 32. Martianeſ. conſil. 85. num. 84 libro 1. eſt Deciſio Surdi 46.

28 Quæ retentio † competit etiam ſi talis res non eſſet obligata ipſi retinere volenti. Ita Bart. in d. §. ſi certum, numero 1. Caſtrenſ. in l. ſi petenti, numero 3. ff. de Pignoratit. actione, vbi firmat hanc Concluſionem. Bertat. conſil. 73. num. 28. & ſic ius retentionis nõ cauſatur ab hypotheca, ſed à iure crediti.

29 Dummodo † talis res peruenerit ad manus creditoris ex cauſa illiuſmet crediti, licet nulliter, ſecus ſi ex alia cauſa. Surdus d. Deciſione 46. num. 12.

30 Declaratur ſeptimo † in renuta quæ datur vigore pacti executiui; quia illa non vitiatur. Aretin. in l. prima, §. penult. ff. de verborum obligat. Sequitur Iaſ. in §. ſi centum, columna ſecunda, Maranthã in verbo, Executio, numero vigeſimo.

31 Declaratur octauo, † quando ageretur Actione reali, vel hypothecaria; quia non vitiatur, licet plus

plus detur, gloſſa in l.3.C.de Procur. Alex. in d.l. §.finali, colum.ſexta, ff.de acquir.poſſeſſ. Aſinius in Practica, §.ſeptimo, capit.quinto, limit. nona, numero 15.

32 Declaratur nono, † ſatis vtiliter, vt prædicta non procedant, quando ſecundum Decretũ, & Adiudicatio in executione ſententiæ iam latæ ſuper credito certo, contra debitorem, cum eo caſu etiam quod plus debito eſſet petitum, & in parte crediti petiti, adiudicatio ex falſa cauſa, non retractatur in totum adiudicatio, ſed pro parte tantum non debita. Bart. in l.ſunt & alia, §. finali, ff.de Publican. Alexand. conſil. centeſimoquadrageſimoſeptimo, numero primo, volum.ſeptimo. Ruin.conſil. duodecimo, numero quarto, volum.quarto. Zaſius, conſil.vigeſimoprimo, In ſecundo dubio, volum.2.latè Burſatus conſil.73. numero 33.

33 Immo abſolutè † in qualibet datione in ſolutum ſimpliciter facta pro maiori ſumma, quod pro parte verè debita reſtringatur, & ſaluetur, nec vicietur in totum dicit magis Communem, & magis veram, Mannos, ad Roman. conſil.quagringenteſimoquinquageſimoquarto, ſub num. duodecimo, litera T. latè cumulans Viuius in Silua, Opinione centeſimaſeptuageſimaquarta, numero quarto. Datio in ſolutum; Et opinioni Burſati addo Afflict. Deciſ. 218. & 358. Nattam conſil.621. numero 31. pulchrè Alex. videndus in l.ſi finita, §.Iulianus, in fine, ff.de damno infecto.

34 Et Adiudicatio † facta non præcedente ſubhaſtatione, non valet, niſi probetur bona nihilo plus valitura, quam ſi ſub auctione vendita forent. Rota apud Puteum, Deciſ.ducenteſimaoctuageſimatertia, libro ſecundo.

35 Et de venditione facta ad † incantum, pro minus iuſto pretio, & pro pluri quam verum debitum, quod ſit nulla, Fulgoſ.conſil. centeſimoſeptuageſimoſecundo.

EXCEPTIO CXXXIIII.

Lite non conteſtata.

S V M M A R I V M.

1 *Litis conteſtatio eſt tamquam lapis angularis, & fundamentum iudicij, qua deficiente, proceſſus, & ſententia eſt nulla, nec aliquam meretur executionem.*
2 *Amplia procedere in quolibet iudicio poſſeſſorio.*
3 *Idem in iudicio Adipiſcenda.*
4 *Idem in Remedio l.final. C. de edicto Diui Adriani tollendo.*
5 *Declara tamen, & diſtingue duos Caſus, vt hic, & num ſeq. ac 14.*
7 *Idem in Interdicto Retinenda, & Vti poſſidetis, vt hic, & numero ſeq.*
9 *Amplia idem in beneficialibus.*
10 *Declara Regulam procedere quando agitur, quis debeat poſſidere perpetuo, vel lite durante ſecus quãdo agitur quis debeat eſſe Actor, vel Reus, & ſic ad præparandum iudicium poſſeſſorium, vel petitorium, quia tunc non requiritur ordo iudicij, nec litis conteſtatio.*
11 *Declara non requiri in Officio iudicis retinenda, vt hic.*
12 *Amplia in Remedio Canonis, Reintegranda.*
13 *Idem in Interdictis exhibitorijs.*
Amplia, vt nec partes renunciare poſſint, vt hic, ſub eod. numero 13.
14 *Limitatur Primo, non requiri quando agitur poſſeſſorio contra perſonam incertam, & ſic vbi non apparet contradictor, vt hic, & ſupra num. 5.*
15 *Limitatur ſecundo in iudicio, ex Carboniano edicto, ex quo inſurgit præiudicium temporale, & reparabile ſine ſententia.*
16 *Litis conteſtatio non requiritur, vbi periculum eſt in mora.*
17 *Idem in reuocatione Attentatorum, in qua proceditur ſine libello, & litis conteſtatione.*
18 *Idem in ſummarijs cauſis, in quibus non requiritur litis conteſtatio.*
19 *Cauſæ omnes in Roman. Curia ſunt ſummariæ apud Iudices Eccleſiaſticos, vel ex facultatibus, vel ex Commiſſionibus, nec conteſtatur formaliter lis, cum per Except. generalem lis conteſtetur, vt hic.*
20 *Cauſa omnes in Regno ſunt ſummariæ, vt hic.*
Beneficialis cauſa, Matrimonialis, Vſuraria, Decimarum, Viduarum, & Pupillorum, dummodo non excedat ſummam quingentorum, eſt ſummaria, & non requirit litis conteſtationem, vt hic, ſub eod. num. 20.
21 *Poſſeſſoria licet ſint ſummaria, tamen in eis requiritur litis conteſtatio. vt ſupra.*
22 *Litis conteſtatio non requiritur, quando proceditur ſine ſcriptis, vt hic, & num. 25.*
23 *Idem in executiuis.*
24 *Idem per Clauſulam ſola facti veritate inſpecta.*
25 *Idem ſi ſit procedendum ſine ſcriptura, vt hic, & paulo ante ſupra num. 22.*
26 *Idem cum agatur in reuocando ea, quæ a iudice facta ſunt, iuris ordine non ſeruato, & quodammodo de facto: quia tunc nec iuris ordo, nec litis conteſtatio requiritur.*
27 *Idem in eo qui poteſt abſque tela iudiciaria eijcere de poſſeſſione, eum, qui in ſuis manibus beneficium reſignauit.*
28 *Idem in facto notorio, in quo non requiritur litis conteſtatio.*
29 *Idem vbi agitur de libertate Eccleſiæ, Ciuitatis, vel ſimili, vt hic, & num ſeq.*
31 *Idem quando verba Statuti, vel Decreti aliter diſponunt, tollendo litis conteſtationem, vt hic.*
32 *Appellationis cauſa non requirit litis conteſtationem, ſi in prima inſtantia lis fuit conteſtata.*
33 *Declara tamen, & diſtingue, vt hic.*
34 *Idem in cauſis, vbi proceditur de plano, ſine ſtrepitu, & figura iudicij.*
35 *Idem quando quis petitur declarari incidiſſe in Canonem latæ ſententiæ, vel alterius Bullæ Apoſtolicæ, vt hic.*
36 *Idem ſi agatur ad nullitatem ſententiæ, & notoria ſit, ac patens ex Actis.*
37 *Declara, & diſtingue, vt hic.*
38 *Idem cũ agatur de fœdere Matrimonij cum ambo ſunt præſentes, vt hic.*
39 *Reſtitutio in integrum regulariter, requirit litis conteſtationem.*
40 *Limita Primo, non requiri, quando petitur ſummariè.*
41 *Limita ſecundo, quando peteretur reſtitutio ad appellandum.*
42 *Limita tertio, quando petitur reſtitutio aduerſus lapſum fatalium.*
43 *Limita quarto, quando reſtitutio petitur incidenter.*

1 Itis conteſtatio eſt † tamquam lapis angularis, & fundamentum iudicij, qua deficiente, proceſſus, & ſententia, eſt nulla, nec aliquam meretur exequutionem. Bald.in cap. vnico, col. 1. de litis conteſtat.in Authentica, Offeratur, C.eodem, gloſ. in capit. Dudum, el ſecondo, de Electione. Bart. & Doct.

Doct.in l.prolatam,C.de senten.& interloc.omnium iudic. Papiens.in forma sentent. diffinitiuæ,in verbo Visaq.num.1.Alex.consil.2.colum. 3.vol.3.Socin.cons.96.col.1.volum.1.dicens de hoc esse Casum apertum in cap.1. de litis contestatio.vbi Papa declarat processum nullum ob litem non contestata. Est Communis opinio. Socin.consil.47.col.2.in principio vol.4. Roland. consil.71.nu.14.volumine primo,Ias.in l.ait Prætor,§.si is qui temporali,num.7.de iureiurando. Brun.cons.20.num.17.est Decisio Afflicti 191. & 283.licet ipse in Regno Contrarium teneat, per cap.Detestantes, & Communem dicit Villalob.litera L.num.128. Hieron. Gabriel.cons.49. num.6.

2 Ampliatur, vt hoc procedat, & † locū habeat in quolibet iudicio possessorio, cap.2.Vt lite non contest.Glossa 1.in l.1.C.si de moment.possessione.in l.finali,C.Qui legitim.person. Est Communis opinio in quolibet possessorio. Salicet.in l.finali, C.Si per vim. Vant.de Nullitate ex defectu process.nu.20.vers.quod Rebuff.loquens de quolibet possessorio ad Regias Constitution. titulo, de remed. possessor. articulo 4.glos. prima, in fine.

3 Et in specie † in iudicio adipiscendæ, est textus cum glosa,in l.finali, Quorum bonorum.

4 Et in remedio † l. finalis, C. de Edicto Diui Adriani tollendo, duos Casus considerat, vbi Bald.num.44.

5 Primus est,quando † nullus adest cōtradictor, tunc nulla requiritur litis contestatio. Idem sentit Baldus in Disputatione, Accusatus de vi turbatiua,col.10.versiculo,si vero petitorum, Io.Corasius,ad l.naturaliter,§.nihil commune, in 2.parte, numero 106.ff.de acquir. possess. Aretinus in §.Quadrupli,numero 16.versiculo, ex quo sequitur,de Actionibus.

6 Secundus Casus est, cum † adest contradictor tunc requiritur litis contestatio, ex quo mediante contradictore iudicium est effectum ordinarium.Menoch.de Adipiscenda,remed.4.quæst. 65.num.551.

7 Et in Interdicto † Retinendæ, est textus in §. hodie, Instinit.de Interdictis.

8 Et in Interdicto,† Vti possidetis,quod est retinendæ,Bart.in l.1.§.annum,§. Vti possidet. Bal. in l.1.C.Si per vim, vel alio modo, ad l.incerti, quæst.13.C.de Interdict. Clarius in Disputatione,Accusatus de vi turbatiua, col.8. Et nota ad euidentiam Marian.in cap. Quoniam frequenter,col.3.Fallentia 62.Vt lite non contestata.Roman.ad §.nihil commune,num.24.& ibi late Bolognett.nu.410.Ruin.cons.38.num.6.libro 4.Rebuff.de Remediis possessor.Articulo 5.Glossa 1. nu.10.Neuiz.consil.80.numero 8.Menoch.consil.Decij 302.

9 Ampliatur idem † in Beneficialibus. Ferret. consil.95. Rota Decis.25. num.3. de Appellat.in antiquis. Contrarium tenet Rota, Decisione 4. de litis contestat in antiquis. Gabr.de restit.spoliat.Conclus.5.num.117

10 Declaratur, vt † Conclusio vera sit, & procedat, quando agitur quis debeat possidere perpetuo,vel durante lite, secus quando agitur ad videndum,quis debeat esse Actor vel Reus,& sic ad præparandum iudicium possessorium plenariū, vel petitorium, tunc non requiritur ordo iudicij nec litis contestatio. Bald.in l.quisquis, C.Quorum appellation.non recipiant. Castr.consil.tertio,libro secundo, Plot.de in litem iurando, nu. 112. secundum antiquam impress. Virginius Boccacc.de Interdicto Vti possidet. cap.20.numero 14.

11 Declaratur secundo, † non procedere in officio iudicis retinendę,in quo lis non contestatur. Castr.cons.33.In causa quę vertitur Bergami,colum.2.versiculo,igitur,lib.2. Neuizan.consil.65. numero 20.consil. 80. numero 7. Cagnol. in l.in pari,numero 6.de regul.iur.Menoch.de retinenda,remedio vltimo,quæst.6. numero trigesimosecundo, est Decisio Bononiens. Benintend.79.

12 num.2.in remedio Canonis reintegranda,† Socin.in l.rem quæ nobis, quæst.3. numero 14. de Acquir.possessione,Alex.consil.2.num.11.lib.3. qui citat textum clarum in cap.2.Vt lite non cōtestata. Est Communis opinio. Alex.ad §.nihil commune,col.finali,in princip.vbi Ripa, num. 183.Anton. Gabr.de restit.spoliat. Conclus.5. num.115.Menoch.de Adipiscēda,Remedio 15. quæst.22.num.253. Addo Socin.iuniorem,373. Est Decisio Tolosana 226.Rota in nouis, Decisione 2.in fine,de restit.spoliator.

13 Ampliatur † in Interdictis Exhibitorijs, l.3.§. penult.ff.de libero homine exhibendo.

Ampliatur secundo,vt nec partes renunciare possint,Alexand.cons.82.col.1.vol.3.Ias.in l.si cōuenerit, num.6.de re iudic. Roland.consil.71. num 14.volum.1. Vant.de nullit.ex defectu process.num.28.Afflict.Decis.191.num.8. Rota Decis.88.aliàs 4.de litis contestat.in nouis, Gabr.de sentent.Conclus.2.nu.6.Personal. de Adipiscenda,num.258.

14 Limitatur Primo, quādo † agatur possessorio contra personam incertam, & sic vbi non apparet contradictor, iuxta ea quæ posuimus superius nu.5. considerando duos Casus in materia l.finalis.C.de Edicto Diui Adriani tollendo.

15 Limitatur secundo,† in iudicio, ex Carboniano edicto, ex quo habet præiudicium temporale, & reparabile sine sententia, iuxta Ripæ intellectum, ad §. nihil commune, numero 185. per l. de bonis, §.finali, ff. de Carboniano edicto.

16 Limitatur tertio, vbi † periculum est in mora, tunc non requiritur litis contestatio. Bald. in l.incerti,quæst.decimatertia,C.de Rei vendicatione.Ias.ad §.nihil Commune,num.centesimoseptuagesimosecundo, dicens singulare, vbi Ripa, in tertia Fallentia, sub numero centesimooctuagesimoquinto,

17 Limitatur quarto, † in reuocatione Attentatorum, in qua proceditur sine libello, & litis contestatione, ex puro iudicis officio. Glos.in Clementina secunda, Vt lite pendente. Vestr.in Practica,lib.octauo,titulo, Vt lite pendente,numero decimooctauo. Herculan. de Attentat. cap.14.

Et

Et ita tenuit Rota Decis. 2. de Appellat. per Bisignet. & Decis. 14. de restit. spoliator. in nouis, Decisio prima, de offic. iudic. in antiquis, & Decis. 78. [illegible]

18 Limitatur quinto, in causis † summariis, in quibus non requiritur litis contestatio. Clementina, Sæpè, in principio, vbi Natta, in §. quæ omnia, in verbo, circa quintam, num. 17. Ias. in §. præiudiciales, num. 35. de Action. Menoch. de Arbitr. quæst. 18. Virgin. Boccacc. de Interdicto, Vti possidetis, cap. 19. dicens, quod † in Romana Curia apud iudices Ecclesiasticos, vel ex facultatibus, vel ex commissionibus omnes causæ sunt summariæ, nec contestatur formaliter amplius lis, cum per exceptionem, Generalia contra; saluo iure, &c. lis habeatur pro contestata, & sententia fertur ex prosecutis, & probatis, & petitio fiat in Rota in termino petitionis sententiæ de Stylo, & obseruantia Curiæ, ad fugiendas contentiones super litis contestatione. Scaccia, in Practica, capit. vltimo, num. 1.

19

20 Sic, & † in Regno, per Capitulum Detestantes omnes causæ sunt summariæ, & fiunt sine litis contestatione, vt latè explicat Marantha in Speculo, parte 6. in verbo, Litis contestatio, numero 3. & in Curia Romana Beneficialis, Matrimonialis, Vsurarũ, Decimarum, Viduarum, Pupillorum, si valorem quingentorum non excedat, ex Bulla Innocentiana; Vestr. lib. 5. cap. 1. Salust. Tiber. libro secundo, cap. 12. numero secundo, Et in Curia Parlamenti Delphinal. Guido Papæ, quæst. 58.

21 Et licet † possessoria sint summaria, tamen in eis requiratur litis contestatio, prout superius diximus, nihilominus ad hoc respondetur, ex his quæ dixi superius ex mente Ripæ, limitatione 2. num. 15.

22 Idem † quando proceditur sine scriptis. Ias. cõsil. 2. colum. vltima, lib. 3.

23 Idem in † executiuis. Socin. consil. 75. num. 1. libro 2.

24 Idem † per Clausulam, Sola facti veritate inspecta. Roman. consil. 519. In casu, ad finem. Singulari 806. Ias. consil. 105. ad finem, libro 1. Dixit singulare Cotta, in verbo, libellus, in multis, prope finem. Ripa, d. §. nihil commune, numero 181.

25 Idem † quando procedendum sine scriptura, Angel. in §. necessitatem, Authent. Vt iudici sine quoquo suffragio.

26 Limitatur † quinto, cum agitur in reuocando ea, quæ à iudice facta sunt iuris ordine non seruato, & quodammodo de facto, tunc, nec iurisordo, nec litis contestatio requiritur, iuxta Glossam singularem, in l. minor, ff. de Euiction. quam multi Doctores exornant. Felin. in cap. Qualiter, & quando, columna septima, de Accusat. & ponit hanc limitationem Bartol. in l. finali, versiculo, si vero, allegat C. de Edicto Diui Adriani tollendo. Angel. in l. finali, C. Si per vim, Roman. consil. 220. Circa primum. Gemin. consilio quinquagesimoquarto, columna tertia, Alexand. consilio quinto, libro secundo, Ripa, ad §. nihil commune, numero 186. versiculo, sexto fallit. Personal. de Adipiscenda, numero 258. Nicell. concordant. 52. Fallent. 30. Rebuff. ad l. quod iussit, numero sexagesimo, de re iudic. in primo notabili, latè Anton. Gabr. de Citatione, Conclus. prima, numero quadringentesimoquadragesimoprimo.

27 Limitatur sexto, qui † potest absque telai iudiciaria eijcere de possessione eum, qui in suis manibus beneficium resignauit. Innocent. in cap. 3. de restit. spoliator.

28 Limitatur † septimo, in facto notorio, in quo non requiritur litis contestatio. Abb. in cap. Quoniam frequenter, num. 3. in fine, versiculo, item in Casibus, vbi Marian. col. 27. Fallẽt. 64. Vt lite non contestata. Plot. ad l. Si quando, num. 114. secundum primam impressionem.

29 Limitatur † octauo, vbi agitur de libertate Ecclesiæ, Ciuitatis, vel similis, quo casu non requiritur litis contestatio. Bald. in l. 1. in fine, C. de testibus. Felin. in capit. Cum olim, de Testibus. Contard. ad l. diffamari, in oppositionibus, numero 46. Socin. in Regula 296. Lite, in septima Fallentia.

30 Vnde † si quis petat non inquietari à Massario Communis, vel Cancellari de banno, vel socii Cancellatum reponi ad societatem, non requiritur litis contestatio, & aduersus contumaces deuenitur ad diffinitiuam. Bart. Bald. & Salicet. in Authentica, Si omnes, C. si vt se ab hæred. abstineant. in l. prima, C. finium regundor. Bald. in l. prima, ad finem, C. de Testibus. Salicet. in Authentica, Qui semel, colum. tertia, C. Quomod. & quando iudex.

31 Limitatur nono, † nisi verba Statuti, vel Decreti aliter disponant, tollendo litis contestationem, puta, si dicat: spoliatum agere parte vocata ad videndum iurare testes, si enim vult incipere ab examine testium, ergo excludit litis contestationem. Menoch. loquens in Decreto Mediolani, de Recuperanda, Remedio decimoquinto, quæst. 22. num. 255.

32 Limitatur decimo, in causa † Appellationis, in qua lis non contestatur, si fuit contestata in prima instantia, vna enim litis contestatio sufficit. Decius in cap. Per tuas, num. 1. 4. 5. & 8. de Appellation. Franc. Marc. Decisione 11. & 84. num. 23. parte 1. Socin. Regula 296. Lite, Fallent. prima. Declarando materiam, hoc modo; † Aut lis fuit contestata in prima instantia, & postea pars se absentat per contumaciam, & sufficit prima contestatio; Si vero non est absens per contumaciam, tunc lis iterum est contestanda, iudice volente, siue sit in Curia, siue extra Curiam. Matthesilan. notabili sexagesimotertio, vbi melius explicat Additionator, Ripa, ad §. nihil commune, numero 186.

33

Et ita pluries tenuit Rota, Decis. 2. de litis contestatione, in nouis. Decisione vltima eodem titulo, Bellamera, Decis. 697. Virgin. Boccacc. de Interdicto, Vti possidetis, cap. 19. num. 14. allegando sic passim Rotam obseruare.

34 Limitatur vndecimo, in causis † in quibus proceditur de plano, sine strepitu, & figura iudicij. Roland. consil. 71. num. 35. volum. 1.

Limita-

35 Limitatur duodecimo non procedere, † & sic non requiri litis contestationem, quando quis petitur declarari incidisse in Canonem latæ sententiæ, vel alterius Bullæ Apostolicę: quia cum tunc nihil petatur adiudicari, vel inferri, sed petatur executio sententiæ Canonis, vel Bullæ, litis contestatio non requiritur. Rota Decisione 3. de litis contestatione in nouis.

36 Limitatur tertiodecimo, si agatur † ad nullitatem sententiæ, si notoria sit, & patens ex Actis, tunc non requiritur aliqua litis contestatio, tamquam super notorio, ex inspectione actorum, iuxta superius dicta, numero 28. Rota Decis. 3. de litis contestat. in nouis.

37 Similiter † si agatur principaliter ad nullitatē extra Acta, tunc requiritur litis cōtestatio, secus si incidenter, & per modum Exceptionis. Decius in cap. Per tuas, numero 13. de Appellation. Rota apud Bellemeram, Decis. 319. Virgin. de Boccac. de Interdicto, vti possidetis, cap. 78. numero decimosexto.

38 Limitatur quartodecimo, cum agitur † de fœdere Matrimonij, quo casu testes recipi, sententia ferri potest sine litis contestatione, cum ambo sint præsentes. Couarruu. in Epitome de Spōsalib. capit. octauo, §. duodecimo, numero sexto, dicens hanc esse Communem, contra Decium in capit. Per tuas, de Appellation. Villalob. in Recollectis litera L. nu. 129. vbi pariter Communem dicit.

39 Et licet † regulariter in causa restitutionis in integrum, litis contestatio requiratur. Bart. in l. Papinianus, §. 1. ff. de minor. Bald. in l. causæ, §. 1. ff. eodem, in l. ab hostibus, §. sed quod simpliciter numero quatro, ff. Ex quibus causis maiores. Bellemera, in cap. Coram, numero 27. de restitut. in integr.

40 Limitatur tamen Primo, quando † restitutio in integrum summariè petitur, quo casu litis cōtestatio non requiritur, cum in summarijs non requiratur litis contestatio, vt dixi supra, limitatione 4. numero 18. Rota apud Bellemeram, Decis. 266.

41 Limitatur Secundo, quando † peteretur restitutio ad appellandum, quo casu, litis contestatio non requiritur. Ioan. Andr. in cap. 2. col. 1. in verbo, restituimus, de rest. in integrum. Vestr. lib. 8. cap. 3. num. 19. Rota Decisione 6. de Litis contestatione in antiquis.

42 Limitatur Tertio, † quando petitur restitutio in integrum aduersus lapsum fatalium, quo casu non requiritur litis contestatio. Cardinal. in Clement. Ex ratione, de Appellation. & ibi Præpositus, nu. 70. Rota Papazzon. Decisione 4. de restit. in integrum.

43 Limitatur quarto, quando † restitutio in integrum incidenter peteretur, quo casu non requiritur litis contestatio, Bartol. in l. Papinianus, §. 1. ff. de minor. Bald. in d. l. in causæ, §. causa cognita, in l. eum qui, la prima, nu. 4. de postulando, in l. finali, nu. 4. C. de tempor. in integr. restit. Castr. in l. nā, & postea, §. si minor, nu. 2. de iureiurando, Castr. in Auth. Si omnes, n. 6. C. Si vt se ad hæred. abstineant, & ibi Bal. nu. 7. Signorol. de Homodeis, d. §. si minor, nu. 6. Fulgos. in l. necnon, §. si cuius Prouincia, Ex quibus causis maior. Butr. in cap. 1. num. 2. de Offic. Ordinar. Cappella Tolosana Decis. 55. num. 3. Vestr. lib. 8. cap. 3. num. 19. Rodoan. de Rebus Eccles. in quæst. de restitut. in integrum. Sfort. de Rest. in integrum, quæst. 35. Articulo nono, vbi de Communi, vbi incidenter petitur, si per viam Exceptionis vel Replicationis ad propositumm præsentis Tractatus.

EXCEPTIO CXXXV.

Sine Iuramento Calumniæ.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum calumniæ omissum, reddit processum, nullum ac sententiam nullam.*

2 *Iuramentum calumnię requiri etiam in causis summarijs, & beneficialibus, vt hic, & num. seq.*

4 *Consuetudinem in contrarium non valere.*

5 *Iuramentum calumniæ non posse tolli per Statutum, nec per pactum expressum, vt hic, & num. seq.*

Declara vt hic num. 6.

7 *Idem in causa cum Clausula, Sola facti veritate inspecta,*

8 *Declara prædicta omnia esse vera si à parte petatur iuramentum præstari, & ea aliàs non, & peti potest vsque ad conclusionem, & non post.*

9 *Pars interpellata, recusans iurare, cadit a causa, fallit in tutore syndico, & œconomo recusantibus, qui non præiudicant Minori, Ecclesiæ, vel Vniuersitati vt hic.*

10 *Recusare tamen potest, si quis plenè probarit.*

11 *Iurare quis non compellitur nisi prius tradita copia.*

12 *Terminus ad deliberandum non datur, nisi data legitima causa.*

13 *Recusans, potest purgare contumaciam pœnitendo, vsque ad sententiam.*

14 *Vouens amplius non iurare, cogi potest ad iurandum de calumnia, voto con obstante.*

1 SI in causa † non fuit præstitum iuramentum calumniæ, processus, & sententia sunt nulla, nec sententia meretur executionem cū dicatur omissum vnum de substantialibus iudicij. De Communi Rolandus consil. 71. num. 7. vol. 1. Vant. de Nullit. process. num. 29. Hieron. Gabriel. consil. 49. num. 6.

2 Ampliatur ista Conclusio † vt procedat etiam in summarijs Clementina Sæpe, §. citationem, vbi Cardinal. & Natta, de verb. significat. Bart. in Extrauag. Ad reprimendum, in verbo, & figura, numero vndecimo, Matthesilan. notabili 65. Menoch. de Arbitr. quæst. vigesima, Cotta in verbo, iuramentum calumniæ. Alexan. in l. qui bona, §. si alieno, numero quarto, de damno infecto. Rota Decis. 620. in antiquis. Menoch. de Adipiscenda, Remedio quarto, numero 533. quæst. 66. etiam post conclusionem in causa. Sarain. ad Matthesilan. 65. in fine, dicens valde singulare.

3 Ampliatur Secundo, idem † in causis beneficialibus. Vantius in citato iam loco.

4 Ampliatur † Tertio, quod non valet Cõsuetudo in contrarium, quod nõ iuretur de calumnia, Papiens. in actione reali, in verbo, per Sacramentum, num. 8. Roman. Singulari 428.

5 Ampliatur † Quarto, quod etiam nec per Statutum hoc fieri possit. Curt. in l. 2. num. 6. C. de iuramento calumn. Rolandus cons. 71. num. 10. volum. 1. Roman. Singulari 428. Menoch. de Arbitrar. quæst. 20. sub num. 4. Socin. iunior, consil. 59. col. finali, vol. 2.

6 Ampliatur quinto, vt † nec per pactum expressum remitti possit, l. 2. § sed quia veremur, C. de iuram. calumn. Marantha in Speculo, in verbo iuramentum calumniæ, Grauat. ad Vestrium, lib. 5. cap. 2. num. 11.

Declara vt valeat pactum, vt neuter incurrat pœnam, sed iudex sententiare non debet, quia nulliter faceret. Specul. de Iuramẽto calumniæ, §. finali, numero 5.

7 Ampliatur † sexto, etiam in causa cum Clausula. Sola facti veritate inspecta, Asinius in Practica, §. 3. cap. 30.

8 Declarantur prædicta † omnia esse vera, & tunc reddere processum, & sententiam nullam, si à parte petatur; aliàs non, cum tacitè omitti, sed expressè remitti non possit, cap. primo, de Iuramento calumn. libro 6. Marantha. in Specul. in verbo, Iuramentum calumniæ. Roland. consil. 71. numero 8. libro 1. Grauat. ad Vestr. libro 5. cap. 2. numero 11. Asinius in Practica, §. 3. cap. 30. Natta, in Clement. Sæpè, §. quæ omnia, num. 16. Menoch. de Arbitrar. quæst. 20. in fine. Marsil. de Fideiuss. num. 148. & hanc dicit veriorem, & magis Communem Carauita Ritu 288. numero 39. Viuius in Silua, Opinione 258. num. 5. Rota Decis. 2. de Iuramento calumn. in antiquis, peti potest in quacũque parte iudicij, vsque ad conclusionem, & non post. Marantha. in Specul. in verbo, Iuramentum calumniæ, numero 3. declarat Masuer. ad Papiens. in actione reali, in verbo, per Sacramentum.

9 Et pars interpellata, † & requisita recusans, cadit à causa. Aretin. Institut. de pœna temerè litigant. colum. 2. in princip. versiculo Aduertas, dicens valde singulare, & nunquam obliuiscendum. Marsil. Singulari 252. Fallit in Tutore, Syndico, & Oeconomo recusantibus, qui non præiudicant Minori, Ecclesiæ, vel Vniuersitati. Socin. Regula 259. Iurare de calumnia.

10 Recusare † tamen potest, si plenè probauit. Bald. in cap. secundo, columna secundo, de probation. dixit singulare Ias. in Repetitione l. admonendi, numero octuagesimoprimo, de Iureiurando, latè commendat Cotta, in verbo, Iuramentum calumniæ.

11 Nec est quis, † compellendus ad iurãdum, nisi prius tradita copia. Vant. de nullit. process. numero 29.

12 Nec datur † terminus ad deliberãdum, nisi data legitima causa. Socin. Regula 258. Iurare debenti.

13 Et potest recusans † purgare cõtumaciam pœnitendo vsque ad sententiam. Doct. in l. secunda, C. de Iuram. calumn. Ioan. Andr. ad Specul. de Iuramento calumn. §. finali, versiculo, sed numquid.

14 Sed pone hic vnum, † quod satis frequens est, & delectabile, aliquis fecit votum, vel Iuramentum de amplius non iurando, an hoc non obstãte cogi poterit ad iurandum de calumnia? vtique sic. Ita egregiè Specul. in Titulo, de Iuramento calumn. §. finali, numero 3. versiculo, quid si Reus. Sequitur Felinus in cap. Constitutus, de Fideiuss. & in cap. Ceterum, de Iuramento calumniæ.

EXCEPTIO CXXXVI.

Sine probationibus latæ.

SVMMARIVM.

1 *Sententia sine probationibus est ipso iure nulla, & non meretur executionem.*
2 *Contraria opinio dicitur hodie magis Communis, & recepta, vt hic.*
3 *Declara, & distingue, vt hic.*
4 *Sententia lata sine Actis, iustificari potest in secunda instantia.*

1 Sententia † lata sine probationibus, est ipso iure nulla, nec executionem meretur. Bald. in l. prolatam, colum. 1. versiculo, Secundo Casu, C. de sentent. & interlocutor. omn. iudic. in l. cum minores, columna 2. versiculo, quæritur ergo, C. si aduers. vendition. Est magis Communis opinio, de qua per Imolam in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ, columna 3. versiculo, vel potes etiam dicere, de Constitut. Anton. Gabr. libro 2. de sentent. Conclus. 9. num. 5.

2 Verum Contraria † opinio hodie reputatur magis Communis, & magis recepta, quod probationes non sint de substantia iudicij, & sic sententia lata sine eis, vel eis factis, sed non visis, non sit nulla, sed iniqua tantum, vti contra ius litigatoris, ita vt si non appelletur, transeat in iudicatum, & exequenda sit. Crauetta, consil. 165. columna 5. versic. non obstat quod probationes Vantius videatur de nullit. ex defectu process. numero 36. & 39. Turzan. Opinione 160. Emanuel in suo Thesauro, litera P. num. 280. Osasch. Pedemontana Decisione 146. numero 16. bene explicat. Triuisan. Decisione 53. libro 1. & ex his, & similibus locis videtur clarè constare quãtum expediat allegatio modernorum, quos clarissimi, & illustrissimi scriptores allegare dedignantur. In proposito hoc casu, Imola ex antiquis, dicit magis Communem, quod sententia sine probationibus lata, sit nulla. Vant. inter Modernos, Turzan. & Soarez, & Triuisan. inter moderniores Contrarium apertè attestantur.

Decla-

3 Declaratur; † Aut hoc prouenit facto Iudicis, & erit nulla; aut facto partis, & non erit nulla. Alexand. consil. 105. col. 1. volum. quinto. Mascardus Conclus. 1296. num. 41. tomo 3.

4 Illud vlterius notandum est, quod † sententia facta sine Actis, iustificari potest in sequenti instantia, & non tollitur nullitas, sed detegitur anteobumbrata iustitia. Rota apud Serafin. in vna Auximana Molendini, Decis. 701. num. 3. & Decis. 734. num. 6.

EXCEPTIO CXXXVII.

Petitorium cum possessorio.

SVMMARIVM.

1 *Sententia lata pro reo in petitorio, & pro Actore in possessorio an, & quando valeat, & an interim exequi possit in possessorio.*
2 *Considerandi sunt tres casus relati, vt hic, & sequenti vsque ad num 4.*
3 *Sententia lata in possessorio pro reo, & por actore in petitorio an valeat. & exequi possit, & pro quo.*
4 *Considerandi sunt duo casus expressi, vt hic vsque ad finem.*

Vero, est propositũ simul petitorium, & possessorium, fertur sententia pro reo in petitorio, pro actore in possessorio, an interim fiet executio sententiæ latæ in possessorio? considerandi sunt tres casus.

1 Primus, est cum de rebus † profanis agitur, & in petitorio lata est sententia pro Reo, quia actor nihil de iure suo probauit, tunc sententia lata in possessorio, executioni mādari poterit. Ita Butr. in cap. cum dilectus, numero decimoquinto, de causa possession. & propriet. post Ioan. Calderinum quem refert.

2 Secundus est casus cum † de rebus profanis agitur, & lata est sententia in petitorio pro reo, quia probauit de iure suæ proprietatis, tunc sententia lata in possessorio pro Actore, non erit exequenda. Specul. in titulo, de possessorio, & petitorio, §. primo, versiculo, quid si pro vno: nam lata hæc sententia eum potiorem facit, l. vti frui, ff. si vsufruct. petatur.

3 Immo hic Reus † prefertur in sentẽtia pro eo lata in petitorio, vt illa sententia exequi debeat suspensa illa Actoris in possessorio. Menoch. de Retinenda, Remed. 3. quæst. centesimaquinta, num. 847.

4 Tertius † est casus, cũ de rebus beneficialibus agitur, & sic si lata sit sentẽtia pro Reo, qui a Actor nihil probauit, vel quia Ius habet Reus, vel non, atque dato quod de Iure rei probatum non fuerit tunc executio possessionis retardatur. Ita Calder. & Butrius, vbi supra, ex regula prima, libro sexto.

Quid si lata est sententia in petitorio pro Reo, & in possessorio pro Actore, qui appellauit à sententia petitorij, pro Reo an illa sententia possessorij poterit exequi; duo sunt casus considerandi.

5 Primus Casus † est cum lata est sententia in petitorio, quia actor nihil probauit, tunc sententia in possessorio non impeditur. Butr. in d. cap. Cũ dilectus prope finem ea ratione, quia etiam si non fuisset appellatum, illa executio impediri non potuisset.

6 Secundus Casus est, cum † sententia lata est in petitorio pro Reo, quia probauit se esse dominum, & isto casu executio in possessorio non impeditur. Alberic. in l. ordinarij, C. de rei vendic. & Butr. in citato iam loco: nam petitorij pendentia impedit executionem possessorij cum liquida est, quod non est in casu isto per appellationem interpositam. Sequitur Menoch. de Retinenda, Remed. 3. q. 106. num. 850.

Et ita tenuit Rota in vna Sabinensi Castrorum apud Puteum Decis. 82. lib. 1. Contard. de Moment. quæst. 12. attestans ita decisum in vna Vicentina.

EXCEPTIO CXXXVIII.

Iudex Laicus de re spirituali.

SVMMARIVM.

1 *Iudex laicus de re spirituali sententiare non potest, & sententia tamquam nulla non meretur executionem.*
2 *Laicus potest esse Assessor Episcopi.*
3 *Spiritualia possunt compromitti in arbitratorem.*
4 *Ecclesia potest compromittere in laicum de re Ecclesiastica, & de fructibus præteritis sine consensu Episcopi.*

1

Vdex Laicus de re spirituali sententiare non potest, & sententia est nulla, nec executionem meretur, capit. secundo, de iudic. vbi Dec. limitat duobus modis.

2 Primo † laicus potest esse Assessor Episcopi. Dec. ibi, num. 2. dicit Communem.

3 Secundo, possunt † compromitti in arbitratorem spiritualia. Dec. ibi dicit Communem, numero tertio, Villalob. litera L. num. 4.

4 Tertio, † Ecclesia potest compromittere in laicum, de re Ecclesiastica temporali, & de fructibus præteritis sine consensu Episcopi. Abb. in cap. Dilecti, num. 8. de Arbitr. Imol. in cap. Cum eo tempore, numero decimo, de arbitr. Socin. consil. 18. colum. secunda, versic. circa sextum. Bouer. in Singular. in verbo, Compromissum, num. 22. fol. 363. Redoan. fol. 42. num. 14. Corset. ad Abb. in verbo, Compromitti non potest super Vsuris. Turzan. Opin. 77. Math. Vigell. cap. 20. colum. 2. vbi cum consensu Iudicis Ecclesiastici.

EXCEPTIO CXXXIX.

Nec condemnationem, nec absolutionem.

SVMMARIVM.

1 *Sententia est nulla, quæ non habet verbum cōdemno, vel absoluo.*
2 *Limitatur si sit apposita dictio, &c.*
3 *Limita secundo si sit appositum verbum æquipollens, condemno, vt hic.*
4 *Idem si iudex vtatur verbis idem significantib. vt hic, & num. seq.*
6 *Idem si in actione reali pronunciaret rem esse debitoris vel per verbum, statuimus, præcipimus, vel mādamus seu aliud simile, vt hic, & seq. vsque ad num. 11.*
11 *Quid si iudex dicat condemno si est probatum.*
12 *Quid si dicat pronuncio prout talis iudex pronunciauit in alia causa.*
13 *Vel dicat condemno, vel absoluo.*
14 *Sententia se referens ad aliquod instrumentum, in actis non productum non valet.*
15 *Idem si iudex esset informatus de instrumento non producto.*
16 *Idem si referat se ad consilium sapientis in actis non productum.*
17 *Idem si referat se ad acta nihil probantia.*

1 SEntentia est pariter nulla, † quæ nō habet verbum condemno, vel absoluo Glos. in capit. finali, in versicul. sententia de Re iudic. in sexto, quam cōmuniter approbatam dixit Alex. consil. 118. Omnis colum. 2. num. 12. lib. 3. Turzan. opinio 64. in fine. Villalob. litera S. num. 34. Ias. in §. curare, nu. 155. de Actio. Viuius Opin. 176. Emanuel, in suo Thesauro, litera S. num. 70. Marantha in verb. sententia, num. 122.

2 Limitatur, nisi apponatur, † dictio, &c. qa suppletur. hinc si dicatur victum victori, &c. sententia tenet. Viuius, Opin. 176. in fine, ex notat. in l. Gallus, §. idem credendū, de liber. & posthum.

Limitatur secundo, nisi apponātur verba æquipollentia, cōdemno, vel absoluo. Puta, credo Titium debere decem Mæuio, quia talis sententia tenet. Glos. singularis in l. diem proferre, §. si plu-

3 res, in glos. † magna, prope finem, ff. de arbitr. quā singularem dixit Bald. in l. cum quis, colum. 7. circa medium, C. de iuris, & facti ignorant. in l. finali, per illum textum, in verbo, creditur, ff. iudicatum, solui Angel. in l. si pupilli, §. sed si ego, ff. de negoc. gestis, in l. si quis filio exheredato, §. irritum, numero 2. ff. de iniusto irrito Testament. in l. 1. §. si tibi fundum, per verbum, credo, ibi positum de itiner. actuq. priuato. Alex. in l. 1. numero 7. versicul. idem si iudex, vbi Ias. col. finali, sub nu. 17. ff. de re iudicat. Vant. de nullit. ex defect. processՙ. num. 92. Vbert. ad Practic. Tremol. titulo, de imped. executio. nu. 16. Marant. in Specul. in verb. sententia, num. 124.

4 Idem si iudex vtatur his, † non video cur Titium non condemnem, iuxta notata in l. 1. §. si quis ita, ff. de verborum obligatione. Ias. in l. 1. sub num. 16. de re iudic. Felin. in cap. cum venerabilis, colum. penult. de except.

5 Vel dicatur, † videtur mihi Titium debere tot. l. quid tamen, §. si arbiter. & ibi Bar. ff. de arbitr. l. Diui fratres, §. 1. ff. de liberali causa, capit. 1. vbi Abb. in finalibus, verbis, de iudic. est Consilium Alex. 19. col. 3. lib. 5.

6 Vel in actione Reali, † pronuncio rem esse debitoris, licet de restitutione nihil sit dictum, l. si inter me, ad finem, ff. de exception. rei iudicatæ.

7 Vel proferatur per ista verba, † statuimus, præcipimus, vel ordinamus, capit. in his, de verborum significar.

8 Vel dicatur, † Imponimus silentium, glos. singularis in l. Aurelius, §. centum, de liberat. legata.

Vel declara Titium teneri ad Centum. Corneus, consil. 302. volum. 3.

9 Vel pronuncio condemnandum, † quæ non valet, cum respiciat futurum tempus. Bart. in l. prima, C. si aduers. libert. Alexand. in l. 1. §. si quis ita, de verb. obligat. dicens veriorem. Marant. in verb. sententia, num. 93. & 125.

10 Et si iudex dicat Condemno, Absoluo, vel immo absoluo, præsumitur absolutus l.... Inmo Pāphilius de Manum. Testam. Bald. in prima Constit. C. §. quibus col. penult. Deinde vero si diceretur, volo, nolo, quia vltimum, verbum attenditur, vt dicit idem Bald. in l. quidam elogio. col. 1. versiculo, quid ergo, C. de iure deliberād. arg. l. si inæqualibus, ff. de hæred. instituend. Decius, consil. 345. col. 4. versicul. non obstant. Vant. de nullitate ex defectu processu, nu. 92.

11 Quid si iudex dicat, condemno † si est probatum. Alexand. in l. ait prætor, §. si iudex, num. 17. de re iudic.

12 Quid si dicat pronūcio, † prout talis iudex pronunciauit in alia causa. Alex. in l. si conuenerit, in fine, ff. de re iudic.

13 Quid si dicat, condemno, † vel absoluo, nō valet. Alex. in l. iudex postea quam, col. 7. eod. titul. vbi etiam si dicat condemno, saluo, vt infra.

14 Sententia, † se referens ad aliquod instrumentum in actis non productum, non valet, nec executionem meretur, l. 3. C. de sent. quæ sine certa quant. est Communis opinio, de qua per Ias. in l. ait Prætor, §. si iudex, num. 19. de re iudic. in §. Curare, num. 37. de action. Vant. de Nullit. ex defectu process. numero 103.

15 Ampliatur etiam si iudex † esset informatus de tali instrumento, sed in actis non producto, de Communi Aretin. cap. 3. num. 14. de Accusatio. Didac. Variar. Resolutio. libro primo, cap. 1. numero 9. Villalob. litera S. numero 31.

16 Idē si referat se ad consiliū † sapientis in Actis non productū, quia nec hoc casu sententia valebit, secus si fuerit productū, Specul. de except. §. viso, col. 9. versic. porro in Italia, in titul. de sentēt. §. qualiter, colum. secunda, versicul. quid si iudex, latè Felin. in capit. cum Venerabilis,

col. 14.

col.14.de Exception.est. Consilium Alex.109.& 185.Viso,colum.finali.lib.2.

17 Idem si referat ad acta nihil probantia, de Communi Alexand.consil.123.Discussis,num. quarto,libro 1. Ias.in l.si is ad quem num. 21.ff. de acquir.heredit.Dec.in cap.Quoniam contra, num.158.de probation.

Fortius erit nulla,si referat se ad probationes, contrarium disponentes.de Communi Alexan. consil.127.numero septimo,libro primo. Felin. in cap.Inter cætera, num. secundo,in fine de re iudic. Socin.consil.99.num.13.libro 3. Afflict. Decisione 47.num.3.

EXCEPTIO CXL.

Si appellatus neget sententiam.

SUMMARIUM.

1 *Appellatus negans sententiam latam, non gaudet beneficio sententiæ.*
2 *Idem si respondere nollet an illam haberet.*
3 *Idem si fateretur habere, sed non vellet exhibere.*
4 *Idem si negaret penes se habere sententiam.*

1 SI appellatus negat † sententiam latam non gaudebit beneficio sententiæ,& sic illam exequi ad sui fauorem non poterit.dictum Innoc. in cap. G.perpetuus,de fide instrum.vbi Bald.in fine.Butr.colum.1.in princ. Abb.col.3.versic. & non stando in verbis,Imol.col.1.in fine, versic. in glos.Felin. col.penult.in fine. Lap.allegat 10. in fine. Ioan. Andr.in cap. Romana,col.3.de appellation. lib. 6.vbi Franc. col.1. Bald. in Repetitione l. 2. col. 13.versic.Item potest.de Iureiurando, in l. 2.col. 1.C. Vt lite pend.in Margarita, in verbo, Appellatus.Angel.consil.194.circa finem. Dec.in cap. 1.col. penult. versic.primus est,de probation.Papiens.in forma libelli appellatio à diffinitiua in verbo,& in quãtum,in fine. Aufrer.ad Tolosan. 349.Francisc.in cap.Ex ratione, col. 10.nu.3.vbi dicit veriorem. Marsil.de fideiussor. num.328.

2 Amplia idem, † si appellatus respõdere nollet an illam haberet.Butr.in citato loco.

3 Ampliatur, † idem si fatetur habere, sed non vult exhibere Bart.in l.1.§.edenda,ff.de edendo, in l.2.col.2.C.eodem, in l.si appellationem, in fine,C.de appellatio. Dec.in cap.1.col.finali, versic. Tertius, de probat. Rimin. in l.2. colum.3. de edendo.Anchar.in cap.1.in nono notabili,de appellat.lib.6.Ant.Gabr.lib.2.de Appellat.Conclus.5.num.7.

4 Ampliatur tertio, idem si appellatus negat penes se habere sententiam, quo casu non gaudet eius beneficio,& executione de Communi Purpurat.in l.2.num.53.C.de edendo, vbi Riminal. col.3.dicit magis Communem. reputauit dictũ singulare Anchar.in cap.1. col. 3. in nono notabili,de appellation.in 6.

EXCEPTIO CXLI.

SI super rebus ab executore captis,controuersia moueatur,& sint eius qui mouet controuersiã supersedetur in executione, l.à Diuo Pio, §.si super rebus,§. sed & illud, ff. de re iudic. posito,late superius Exceptione 71.

EXCEPTIO CXLII.

Cessionis bonorum.

SUMMARIUM.

1 *Cessio bonorum impedit executionem.*

CEssio bonorum impedit executionem l. 1. & l.finali,C.qui bonis ceder.poss. per quam cessionem non tollitur,nec ciuilis, nec naturalis obligatio,sed eius executio, & effectus differtur donec cedens satisfacere valeat. Bart. Angel. Imol.& Cuman.in l.vbicumque, ff.de fideiuss. Bald.in l.cum quis,in vltima colum. C. de iuris & facti ignor.in l.tam mandatori, C. de non numerata pecunia. Angel.in l.nemo carcerem,circa finẽ,C.de exact.tribut. libro vndecimo, Aretin.& Ias.in §.finali,de action.Brun. de Cessione bonorum,quæst.decimanona principali,in fine. Rota Decis.566. in antiq. colum. secunda,versic.tertius. Puteus,Decis.251.libro 1.

EXCEPTIO CXLIII.

AD tempus executio prorogatur in conditionali chirographo lacerato,l. lege Aquilia,si delatum,ff.ad leg.Aquil. vbi secundũ Bart. ibi est lex singularissima, vbi delens Chirographũ debiti conditionalis, illius tenore plene per testes probato, potest condẽnari ad solutionem debiti sub eadem conditione, sed executio sententiæ differtur vsque in diem existentis conditionis, & si defecerit conditio,sententia euanescit, & in toto hoc tractatu ponderanda est Doctrina Bartoli, in l.finali, C.si ex fals.instrument. Quędam actiones opponuntur post sententiam, non contra sententiam, sed actionem primam, & istæ impediunt ex vi inuentarij, deducto ne egeat,& similes, de quibus in l.1.C.de iur.& facti ignor.& per discursum posuimus.

Quædam opponuntur post sententiam non contra actionem primam, sed contra sententiam, vt falsi, & similes,& istę non admittuntur, nisi incontinenti deducantur,& hic est ferè Epilogus totius Tractatus.

EXCEPTIO CXXXXIV.

Denunciationis non Factæ.

SVMMARIVM.

1 *Cessionarius non potest exequi contra debitorem cessum, nisi prius facta denunciatione.*
2 *Amplia si agere vult via executiua.*

1 Cessionarius non potest exequi,† cōtra debitorem cessum, nisi prius facta de nunciatione, alias executio est nulla Alciat. in l. 1. nu. 74 ff. si certum petatur, in l. quoties, nu. 9. ff. de noui oper. nūciatione affirmans se vidisse ex hoc capite plures capturas annullatas, idem fecit Bald. in l. per diuersq. vo. C. mandati. dixit notabile Marsil. Singul. 26. Pecch. de iur. sisted. c. 5. n. 4. Boer. Decis. 10. Tessaur. Decis. 220. nu. 5. Alex. cons. 95. col. 4. num. 9. lib. 2. Ronchegall. de duobus reis, l. 3. in princip. nu. 66. Dec. cons. 302. dicens hanc opinionem veriorem. Cagnol. in l. hæredem. num. 5. de regul. iur. Duenn. regul. 227. in fine. Ioseph. de Ludouic. Conclus. 4.

2 Et hoc maxime,† si agere velit via executiua. Asin. de executor. §. 1. cap. 49. num. 4.

EXCEPTIO CXXXXV.

Attentatorum, Duplicatum supra Exceptio 2.

1 *Attentatorum exceptio impedit executionem sententiæ.*
2 *Amplia, etiam si esset exequendum Brachium seculare.*
3 *Executio sententiæ iam facta, reuocatur per viam attentatorum.*
4 *Attentatorum nullitas sententiæ executionem parit.*

1 Exceptio attētatorum † impedit executionem sententiæ. Imol. & Franch. in cap. Dilecti, num. 9. de appellat. Manfred. Cōclus. 98. Herculan. de attent. cap. 50. num. 102.

2 Ampliatur etiā si esset exquendum † Brachiū sæculare. Ripa ad §. nihil commune, num. 50. & 60. Rota in vna Rom. pecuniaria apud Caputaq. 56. par. 1.

3 Ampliatur secundo,† vt executio sententiæ iā facta, reuocetur per viam attentatorum, Bal. consil. 330. lib. 3. Gemin. cons. 24. Ferret. cons. 58. Neuiz. consil. 70. Manfred. Conclus. 358. Hercul. de Attent. cap. 30. num. 75.

4 Cum vero apparebit,† de nullitate attentatorum sententia erit exequenda Manfred. Conclus. 362.

EXCEPTIO CXXXXVI.

Quia habeo tres conformes, sicut tu, ideo nō esse exequendas tuas, cum simus in pari; hæc non est bona exceptio, sed præfertur Actor. Abb. in cap. Sua nobis, de Appellation. Francisc. Marc. Decis. 54. numero quinto, parte secunda. Asinius, in Practica, §. trigesimoprimo, capit. tertio.

EXCEPTIO CXXXXVII.

Propriç renunciationis, ipsi sententiæ Roman. consil. 367. num. 1.

Nisi in causa matrimoniali ob periculum Animç. Duen. Regul. 41. limitat. 3. Asin. in Practica, §. trigesimoprimo, cap. decimooctauo, limit. octaua.

EXCEPTIO CXXXXVIII.

Exceptio notoria, & manifesta, semper opponi potest ad impediendam executionem, vt de notoria iniustitia, Exceptio 72. numero 22. De notoria nullitate. Exceptio 48. num. 52. nec à Statuto contra Instrumentum prohibita censetur Francisc. in cap. dilecto, num. 140. de appellation. Ruin. consil. centesimotrigesimoprimo, num. decimotertio, libro quarto, consil. 49. numero septimo, libro quinto. Rimin. consil. 355. num. 8. libro 2. Abb. consil. 71. num. 13. Socin. iun. consil. 37. num. 38. libro 2. Asin. in Pract. §. 31. cap. 25.

EXCEPTIO CXXXXIX.

Exceptio incontinenti probanda, numquam cencetur exclusa, nisi adsit prçsumptio calūniç. Felin. & Dec. in cap. ex parte limit. 7. de offic. Delegati. Bero. in cap. Item cum quis, num. vigesimonono, de restit. spoliat. Dec. consil. 424. numero 6. vbi bene, consil. 467. num. 6. Corsett. in verbo, Exceptio 2. Alexand. consil. 94. numero quarto, volum. 4. Crauetta, consil. 207. numero 7. Marsil. consil. 16. numero septimo. Asin. §. 31. cap. 26. Menoch. de Recuper. Remed. primo, num. 113. & præsumpt. 47. lib. 2.

EXCEPTIO CL.

Exceptio inhabilitatis personæ, de Actore excommunicato Exceptio 87. de Bannito, Except. 36. & ponit generaliter Asin. in Pract. §. 31. cap. 23.

EXCEPTIO CLI.

Exceptio contrarietatis, vel perplexitatis in sententia, hçc impedit executionem. Dec. & Felin. in cap. ex parte, limit. 9. de offic. Deleg. Bero. in cap. Item cum quis, num. 31. de restit. spol. in terminis Bart. Angel. & Castrens. in l. duo Iudices, de re iudicata. Asin. in Practica, §. 31, cap.

cap.28. Menoch.libro secundo, præsumpt.48. numero decimotertio, Crass.de except.ad Statutum, except.nona.

EXCEPTIO CLII.

Exceptio quæ venit ex natura actus, numquã censetur sublata. Bald. in Authentica, Præsente, numero 3.C.de fideiuss. Roman. consilio 472. Decis.consil.104.columna secunda, in princip.Menoch.libro secundo, præsumpt.48.numero 14. Asinius in Practica, §. 31. cap. 29. Crass.de except.ad Statutum. Except.10. Cann.de execut. Instrum.quæst.26.Gallesf.ad form. Camer. quæstione 1.numero 12. Posui in Tract. Excuss.bonorum, parte 2.quæst.14.

EXCEPTIO CLIII.

Exceptio defectus Citationis, et contra executionem opponi potest. Angel.consil.177. Bero. in cap. Item cum quis, numero 30. de Restitut.spoliat. Rimin. consilio 180. numero octauo, libro primo, Dec.in cap. Dilecti, numero quarto, de iudic.consilio 410.numero 8. Alexan. consilio 225.libro 6.Roland. consilio 29. numero 39.libro primo, Curt.senior consilio 20. numero 9. Asinius in Pract.§.31. cap. 27. Menoch. libro secundo, præsumpt.48.numero vndecimo, Posui supra except.48.

EXCEPTIO CLIV.

Ex eodem fonte ex quo venit petitio. Bart.in l.si filius, ff.quod cum eo, vel ex eodem sententia, Decius in cap. Ex parte, limit.19. de offic. delegati. Decius in cap. Cum inter, numero 32. de Restitut.spoliat. Asinius in Practica, §.21.cap. 30.Menoch.libro secundo, præsumpt.48. numero vndecimo, Crass.de except.ad Statutum except.13.Posui late in Tract. Locati, par.quarta, titulo de euictione, numero 29.

EXCEPTIO CLV.

Dolo aduersarij, Franch.in c.dilecto, quæst. 52. limit. 7. de appellat. Roman. Singul. 436. Asinius in Practica, §.31.cap.43. Marsil.consilio 89.numero 20. Singul.96. Socin.iun.consil. 48.numero 52.libro secundo, Menoch.libro secundo, præsumpt. 48. numero 29. Crass.de except. ad Statutum, except. 29. vbi Ampliat etiã ad actum iuratum.

EXCEPTIO CLVI.

1 De Re in sententia posita, † nõ existente, Decius in cap. Ex parte, numero 90. de offic. deleg. Barz.de Guarentig. parte secunda, circa finem, versic. Duodecimo, &c. Asinius, §.31.cap. 49. Menoch. libro secundo, præsumpt. 48. numero 41.

2 Ampliatur si debitor † fuisset morosus, & res fuisset peritura, penes creditorem agẽtem, glos. Communiter approbata, in l. si verberatum, de rei vendicat. Magon. Rota Lucan. 69. num. 23. Crass.de except.ad Statutum, except.30.

EXCEPTIO CLVII.

Intentionis, & facti Bald.in l.peremptorias, columna 5. C. sentent. rescindi non posse, in l. sancimus, columna secunda, C.de donat.in l.in rebus, circa princ.C.de iure dot. Asinius in Practica, §.31.cap.47. Alexand.in l.qui se debere, numero 1.de condict. caus. data. Menoch. libro secundo, præsumpt.48. numero 37. Surd. consilio 386. numero 26. libro secundo, Milanes. Decis. 3.numero 27. Decis. 2. numero 169. & 178. Decis.8. numero 45. libro secundo, Socin. iunior consil.45.numero 17. volum.1. Crass.de except. ad Statutum, except.26. vbi in summa, quod est peremptoria non tollitur per pactum de non opponendo, nec in termino dato à iudice, omnes exceptiones, non comprehenditur, & admittitur contra executionem Instrumenti census.

EXCEPTIO CLVIII.

Conditionis non impletæ.

SVMMARIVM.

1 *Conditio non impleta impedit executionem.*
2 *Amplia non sufficere probationem præsumptam.*
3 *Aequipollens non sufficit si conditio est necessaria.*
4 *Implementum fictum sufficit si identitas rationis patitur.*
5 *Quid si semel extiterit conditio an sufficiat.*
6 *Quando habeatur pro impleta, declara vt hic.*
7 *Conditiones plures copulatiue, omnes sunt adimplendæ, si alternatiue, vna tantum.*

1 Conditiones, non impletæ † Galles.ad formam Cameral. parte quarta, quæstione prima, numero secundo, Ias.& alij in ... illa, ff.de verborum oblig. in l.finali, §. Titius, ff.de vulg. Socin.senior, consil. 51.numero secundo, volum.primo, Dec.consil. 322. Paris.consl.85.libro primo, Couarr. variarũ resolut. libro secundo, cap. 11. num.... Soarez. ad l.post rem iudicatam, limit.5. Rebuff. de literis obligator.articulo secundo, glos. 1. numero 71. Cephal.consilio 667. numero 43. libro quinto, Honded.consilio 36.numero 6. Practica lucę Petri libro tertio, cap. primo, numero 17. Rota nouissima Decisione 123.numero 16.versiculo & certi parte 2.

Nec

2 Nec sufficit præsumpta † probatio aduentus conditionis, sed vere probari debet de Communi Berous, consil. 90. numero quarto, volum. 3.

3 Nec sufficit per æquipollens † si cōditio est necessaria, secus si non sit necessaria. Paris. consil. septuagesimoquarto, numero sexto, libro 3. Cephal. consil. 312. num. 143. consil. 349. numero 8. Rimin. consil. 37. numero tertio, libro 1.

4 Et sufficit † fictum implementum si identitas rationis patiatur. Mātica de coniectur. vltim. volunt. libro primo, titulo 16. numero 8.

5 Et sufficit semel extitisse, † licet non duret, nisi conditio habeat tractum successiuum. Bero. consil. 27. numero 14. libro 2. Riminald. iunior, consil. 112. num. 99. libro 2. Honded. consil. 29. numero 84. lib. 1. Gabr. de fideicommis. Conclus. 7. Roland. consil. 39. num. 55. volum 4. Paris. consil. 32. numero 86. volum. primo, de Communi Crass. §. legatum, quæst. 53.

6 Et habetur pro impleta, † si stat per eum ad cuius fauorem est, vel stat per eum, qui sub conditione dispoſuit, vel non stat per implere debentem, his tribus casibus habetur pro impleta, vel fuit impeditus facto superioris. Surd. consil. 218. numero 19. libro secundo, Crass. de except. ad Statutum, Except. 33. numero 23.

7 Et si stant plures copulatiuè, † omnes adimpleri debent, si alternatiuè, sufficit vnam tantum. Socin. iunior, consil. centesimooctauo, numero 35. libro secundo.

EXCEPTIO CLIX.

Simulationis.

SVMMARIVM.

1 *Simulatio impedit executionem.*
2 *Simulationem allegans, illam probare tenetur.*
3 *Simulationem in specie excipiens, multa deducere debet.*
4 *Causam etiam simulationis deducere debet.*
5 *Simulationis etiam modus deduci debet, vt hic.*
6 *Persona certa ob quam fuit facta simulatio.*
7 *Quod ita sit conuentum à principio inter contrahentes.*
8 *Quid si adesset iuramentum promissorium, vel assertorium declara, vt hic.*

1 Simulationis. † Bal. in l. finali §. in computatione, numero 18. C. de iur. deliber. consil. 118. volum. 4. Alexand. consil. 101. numero 5. volum. 3. Soc. senior, consil. 27. nu. 30. lib. 4. Hier. Gabr. consil. 3. num. 9. lib. 2.

Et allegans simulationem eam probare tenetur, cum non præsumatur, Decius, consil. 491. numero 4. Ruin. consil. 119. numero primo, libro 1. Crauet. consil. 145. numero secundo.

2 Et debet multa deducere † excipiendo, scilicet simulationem, & in specie Alex. cons. 111. numero 2. volum. 3. Decius, consil. 463. nu. 8. Paris. consil. 86. num. 21. lib. 3. Dec. consil. 52. num. 26. Bursat. consil. 175. num. 13. vol. 2. Honded. cons. 46. num. 2. vbi dicunt hoc verum parte opponente practic. Lucæ Peti, libro 3. cap. 1. num. 16.

3 Secundo, causam ipsius Vital. † in clausul. simulationis, numero secundo. Mozz. de cōtract. titul. de diuis. contract. articul. 4. num. 47. Personal. de adipiscend. num. 299.

4 Tertio, modus per quem † fuit factus contractus simulatus. Tiraquell. de Retractu, §. primo, glos. 14. numero 59. Mascard. Conclus. 448. numero sexto.

5 Quarto certa persona, † propter quam fuit facta simulatio. Anchar. consil. 227. nu. 2. Alb. consil. 9. num. 6. consil. 77. num. 28.

6 Quinto, † quod ita sit conuentum à principio inter contrahentes, nam si esset conuētum post, contractus non diceretur simulatus, Bald. in l. 1. nu. 30. C. si seru. exter. Alex. cons. 29. nu. 19. vol. 7. Ias. in §. item si quis, num. 8. de actio. Roland. cōsil. 44. nu. 29. vol. 4. Port. consil. 66. nu. 9. Honded. consil. 46. nu. 4. Riminal. iun. consil. 83. nu. 12.

7 Et licet adsit iuramentum, † si est promissorium, non impedit hanc exceptionem, bene tamen assertorium. Alex. in l. Seius, nu. 7. ff. ad leg. Falcid. Ias. in l. finali, ff. qui satisd. cog. Vrsill. ad Afflict. Decis. 60. Marsil. Sing. 574. Curt. iunior, consil. 74. nu. 108. Paris. consil. 111. nu. 13. vol. 4. Bonacos. in verbo, iurans.

8 Nec tale iuramentum † assertorium in contractu simulato impedit hæredem, quo minus de simulatione opponere possit. Salicet. in l. 3. C. plus valere. Ant. cons. 96. in 3. dubio. Ripa in l. nemo potest, numero 78. de legat. 1. Osasch. Pedemont. Decis. 41. num. 6. & 7. Serafin. de iuramen. priuileg. 59. num. 9. Surd. consil. 165. num. 9. libro 2. de Communi Crass. ad Statutum Except. 12. numero 26. quæ Conclusio vera est in filio, & sic in hærede suo, secus in extraneo. Vital. in Clausula, simulationis, num. 2. Caualcan. Decis. 2. numero 34. parte 2. Dixi in Tract. Excuss. bonorū, parte 2. quæst. 17. num. 34.

EXCEPTIO CLX.

Ex facto aduersarij, l. qui officij, §. finali, ff. de contr. emption. l. cum proponas, C. de nautico fenore, Roman. consil. 472. in fine Soc. Senior consil. 27. numero 32. libro quarto. Marsil. Singul 96. Decius, consil. 230. colum. 2. Asinius in Practica, finali, num. 56. Milanes. Decisio 8. numero 26. & 27. lib. 2. Crass. de Except. ad Statutū, Except. 37.

EXCEPTIO CLXI.

Resolutionis contractus, Bolognett. cons. 12. numero 28. Cephal. consil. 288. nu. 12. Milanes. Decis. 8. num. 53. parte 2.

EXCEPTIO CLXII.

EX defectn personæ, quia minor furiosus, & similes, qui actum gesserunt, Ioan. Andr. ad rnulū de sentent. §. vt autem. Roman. consil. 42. numero secundo, Marsil. in l. si quis ne quæstio, numero 43. de quæst. Serafin. de Iurament. priuileg. 77. numero 84. Marant. disputat. 6. numero 33. Ruin. consil. 78. numero 8. libro 4. Ripa in l. 4. §. condemnatum, numero 4. de re iudic. Socin. senior consil. 41. numero 11. & 12. lib. 1. Milanes. Decisione 7. numero 9. libro 2.

Dummodo de inhabilitate personæ constet ex lectura, & incontinenti, aliàs debet solui, & repeti, Crass. de except. ad Statut. except. 38.

EXCEPTIO CLXIII.

EX defectu formæ, Bartol. in l. diuus, ff. de testament. milit. Doct. in l. cum hi, §. si prætor, ff. de transact. Roland. consil. 30. numero 16. lib. 4. Cephal. consil. 421. numero 48. libro 3. Decis. 662. numero 27. libro 4. Bursat. consil. 73. numero 21. Ricc. consil. 12. numero 29. libro 1.

EXCEPTIO CLXIV.

PRomissio sine causa, Alexand. consil. 77. numero 15. volum. 3. consil. 157. numero 1. volum. 6. Serafin. de Iurament. priuileg. 77. numero 67. Strac. de Adiecto, parte 5. numero 5. Anna Singul. 250. Cephal. consil. 108. numero primo, volum. 1. Marsil. de probat. numero 159. Ioan. de Amic. consil. 129. idem si ex causa illicita, Practica, Lucæ Peti, libro 3. cap. 1. num. 17.

EXCEPTIO CLXV.

DIes solutionis nondum venit, Alexand. cōsil. 95. numero 1. volum. 1. Castrens. consil. 327. numero secundo, volum. secundo, Imol. consil. 136. Rebuff. de liter. obligat. Articulo 2. glo. 1. numero 73. Carauita, Ritu 167. numero 8. Cephal. consil. 387. numero 21. & 22.

Immò creditor agendo ante tempus, in penā duplicat inducias, Borgnin. de vsufr. num. 194.

EXCEPTIO CLXVI.

PEr Instrumentum vel scripturam solemnem, Cannar. de execut. Instrument. quæst. 9. in in fine, Decius in c. Ex parte, numero sexagesimonono, de offic. deleg. Asinius in Practica, §. trigesimoprimo, cap. quarto, Menoch. libro secundo, præsumpt. quadragesima octaua, numero secundo, de arbitr. Casu decimoseptimo, in fine.

EXCEPTIO CLXVII.

SVMMARIVM.

Exceptio non potest opponi contra instrumentum, & sententiam, sed bene contra illius executionem, vt hic.

LIcet contra Instrumentum vel sententiam exceptio opponi non possit, tamen poterit opponi contra executionem ipsius, prout exceptio Inuentarij, Banni, ne egeat, & aliæ similes, quæ non impugnant, sed modificant tantum, & vltra dicta in suis locis, ita not. Bart. in l. si filius, ff. quod cum eo, Conuar. de execut. Instrument. quæst. 28. Barz. de Guarentig. parte secunda, versic. nunc venio, numero 16. Corn. consil. 202. libro secundo, Decius in cap. Ex parte, numero 81. de offic. deleg. Asinius in Practica, §. 31. cap. 44. Menoch. libro secundo, præsumpt. 48. numero 31. Luc. Petus, in Practica, libro 3. cap. secundo, numero 18. qui ponit exemplum, ne executio fiat in personam, sed in bonis tantum, Casus frequens, & quotidianus, & ponit etiam Crass. de except. ad Statutum, Except. 23.

EXCEPTIO CLXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Moratoria siue quinquennalis executionem retardat.*
2 *Amplia etiam procedere ad loca priuilegiata, vt in publicis nundiuis vt hic.*
3 *Amplia secundo, etiam si talis dilatio concessa esset à Principe, et qui decoxisset non tamen fraude, & dolo.*
4 *Amplia tertio, talem debitorem esse tentum etiam in foro conscientiæ.*
5 *Amplia quarto, vt Princeps possit talem quinquennalem concedere sine causa cognitione.*
6 *Amplia quinto, vt concedi possit etiam à Principe inferiori à Principe supremo.*
7 *Amplia sexto, etiam si in rescripto non adesset Clausula, Non obstantibus.*
8 *Dilatio huiusmodi prodest etiam ipsi creditori, si aliquid deberet ipsi debitori, qui obtinuit ex alia causa.*
9 *Impetrans renunciare illi non potest, in praiudicium aduersarij.*
10 *Declara nisi res sit integra, & ea numquam impetrans vsus fuerit.*
11 *Idem si concessio esset de iure speciali, beneficio restitutionis in integrum.*
12 *Dilatio, vel moratoria potest obtineri, & concedi etiam lite pendente, dummodo non sit conclusum in causa.*
Contrarium seruatur vt hic.
13 *Limita primo in debito cum fisco Principe, Camera, vel Communitate, vt hic.*
14 *Limita si talis quinquennalis non se extenderet ad debita iurata.*
15 *Quid si summus Pontifex concessisset videtur cogitasse de debito Iurato.*
16 *Quid si in precibus fuit allegatum debitum Instrumentale, an sufficiat.*

Prim-

1 MOratoria siue † quinquenalis, obtineri potest à debitore, l. quoties, & l. vniuersa, C. de precibus Imperat. offerend.

2 Ampliatur hæc dispositio, vt † extẽdat se ad loca priuilegiata, puta, in publicis Nundinis: nam nec in his, talis debitor capi poterit in vim istius moratoriæ, licet in Nundinis contraxerit, & ibi conueniri potuisset. Salicet. in l. vnica, C. de Nũdinis.

3 Ampliatur secũdo, vt talis † dilatio à Principe sic concessa, prosit etiam illis debitoribus qui decoxerunt, nisi dolo, in fraudem, & mala fide decoxissent, nam tunc non prodest. Boer. q. 394. colum. 11. in fine, Straccha. de decoctor. par. 6. numero 19. Cucch. de Morator. num. 30.

4 Ampliatur tertio, † vt ipse debitor qui eã obtinuit sit tutus in foro conscientię. Didac. In regulã Peccatum, par. 1. num. 2. & etiam Princeps, Tessaur. Decis. 186.

5 Ampliatur quarto, † vt Princeps possit sine causę cognitione quinquennalem cõcedere. Abb. in cap. Quæ in Ecclesiarum, num. 12. vbi Felin. num 47. de Constit. idem Felin. in cap. Constitutus, col. 4. de Rescript. Boer. Decis. ducentesimanonagesimasexta.

6 Ampliatur quinto, † vt talis dilatio concedi possit. etiam ab inferiori à Principe supremo. Bart. l. quidam cum filium, de verb. oblig. Castr. in l. 1. §. qui magistratum, num. 9. ff. quod quisq. iur. Carau. Ritu 287. num. 2. Crass. de except. ad Statutum, except. 32. nu. 45. Cuch. de Morator. num. 36.

7 Ampliatur sexto, † etiam si in Rescripto non adesset Clausula, Non obstantibus. Felin. in cap. Nonnulli, numero 17. in octaua Fallent. de Rescript.

8 Ampliatur septimo, † vt talis dilatio prosit ẻ contra ipsi creditori, si ipse aliquid debeat debitori, qui obtinuit, ex alia causa, glos. in l. 1. in princip. in versiculo, noui iuris, & in l. 3. §. si is pro quo, ff. quod quisque iur. Ripa in Rubric. de rescript. num. 4. qui citat Hostiens. in Summa, de rescript. §. potest, in princip.

9 Subampliatur, † vt nec illi impetrans renũciare possit in præiudicium aduersarij, Bald. in l. fin. ff. de pact.

10 Declarando, † nisi res sit integra, & impetrans nunquam vsus fuerit.

11 Vel concessio † sit de iure speciali beneficio restitutionis in integrum. Ias. in d. l. fin. num. 8. ff. de Pact. Dec. in d. l. tertia, numero 11. ff. quod quisque iuris.

12 Ampliatur octauo † ad propositũ materiæ de qua agimus, vt tales inducię, vel moratoriæ, possint impetrari lite pendente, dummodo non sit conclusum in causa, vel lata sententia condemnatoria. Guido Papæ decis. 97. & 320. Natta, cons. 233. num. 45. Tessaur. Decis. 186. sub num. 7. in 4. Declaratione; Sed vidi sępius seruari Contrariũ post latã sententiã, vel cõclusionem in causa, & sic ponitur contra instrumentum guarentigiatum in quo sumus in confessis cur non post sententiam, cum æquiparentur? Cuch. de Morator. nu. 112. cum sequentibus, & certe durum videtur cum tales moratoriæ non impugnent sententiã, sed differant solutionẽ, ex Guid. Papæ, qui loquitur de sententijs a supremis Principe, senatu, & similibus latis, bonum tamen erit narrare statum causæ, & difficultas cessabit. Roland. consil. 31. num. 17. lib. 2. Natta. consil. vltimo, nu. 5. lib. 1. Afflict. Decis. 220. num. 13. Crass. de except. ad Statutum, except. 32. num. 44. Nec sufficit narrare sententiam vel excusationem, sed rem iudicatam si adest Alex. consil. 94. num. 3. lib. 2. Dec. consil. 295. num. 3. Felin. in cap. super literis. nu. 14. de rescript. Dec. cons. 198. nu. 4. Cotta, in verbo, Clausula, Non obstante. Menoch. de Arbit. Casu 202. num. 47.

Limitatur primo, supradicta Conclusio, vt nõ proce-

13 procedat contra † fiscum, debitum enim fiscale, vel est ex delicto, vel debitum cũ Principe met, vel Camera, vel Communitate, & hanc limitationem ponunt Cinus, Faber, & Castrens. in l. nec damnosa, C. de precibus Imperat. offerend. Boer. Decisione 296. numero sexto, versic. 3. non habet locum. Laudens. de Priuileg. Fisci, numero decimoquarto. Grammat. ad Afflict. Decis. 5. Roman. Singulari 182. Quid si Titius. Alexand. in l. 1. numero 43. & 44. vbi Ripa, numero 97. ff. si cert. petat. Est consilium Bald. 400. Quid Iacob. volum. 1. Castr. consil. 422. Quia scio, columna penult. volum. 1. Bell. in Tract. de Re militari, Titulo, de Saluoconducto, numero 69. Menoch. de Arbitrarijs, Casu 203. numero 16. & Casu 347. num. etiam 16. Herculanus de Cautione de non offendendo, capit. 37. Rubrica de Saluoconducto, numero 20. Moron. de tregua, & pace, quæstione 106. num. 3. qui omnes loquuntur etiã de debitis fiscalibus non trahentibus originẽ à delicto, & sic de Tributis. Collectis, & Datijs & alijs debitis Cameralibus Puteus de Syndicatu, in verbo, Saluus conductus, Farinac. quæstione 29. num. 24.

Addo Alex. ad l. quamuis, colum. 2. ff. soluto matrimon. Ias. in Authentica Res quæ C. Communia de legat. numero 10. Tessaur. Decisione 182. numero secundo. Peregrin. de Iure fisci, libro 6. titulo 7. num. 20. Cepoll. in l. creditores, numero 3. de verbor. signific. Bonif. de Statutar. præscription. gl. 21. numero 71. Cucch. de Communi, de morat. numero 48. Crass. de Except. ad Statutum, Exceptione trigesimasecunda, numero 22. & 23. quæ sunt bona, à Farinaccio non allegata.

14 Limitatur secundo, vt talis † dilatio quinquennalis non se extendat ad debita iurata. Alexand. consil. 38. colum. 2. volum. 1. consil. 205. colum. finali, volum. secundo, consil. 137. volum. sexto, Decius, consil. 351. colum. finali, Afflict. Decisione quinta, & Decis. 311. numero 13. Curt. iunior, consil. 98. numero septimo, Ias. in l. quoties, columna prima, C. de precibus Imper. offerend. Bauer. de vi iuramenti, Priuileg. 21. Roman. Singulari septimo. Marsil. Singulari 515. Anton. Gabr. de iureiurando, Conclus. quinta, numero vigesimoprimo.

Addo Ferrat. Cautela quinquagesimaquinta. Cucch. de morat. numero quinquagesimoseptimo, Rebuff. de literis dilator. numero 22. Brun. consil. 46. libro primo, Roland. consil. 31. libro primo. Nattam consil. 591. numero decimoseptimo. Bonif. de Statutar. præscription. glos. 21. numero 70. Et ita tenuit Senatus Pedemont. apud Tessaur. Decisione 186. numero quarto. Surd. consil. 299. numero tertio, libro secundo, Crass. de Exception. ad Statutum, Except. 32. numero quinto, & sexto. Serafin. de Iuramento, priuileg. vigesimosecundo, numero 59. Farinacc. quæstione 29. numero 22.

Et supra citati loquuntur, etiam in Summo Pontifice, qui potestatem habet super iuramento.

15 Et si Summus † Pontifex has moratorias cõcederet, certioratus de iuramento, videtur de debito iurato cogitasse, & super eo quoque moratoriam concessisse. Anton. Caius, ad Angel. Aretin. in Rubr. de Except. numero decimotertio, Cucch. de Moratoria, num. 60. Tessaur. Decisione 186. num. 5.

16 Et licet Felin. vno † verbo in capit. Constitutus, numero decimooctauo, versiculo, & intellige, velit specialem mentionem de iuramento faciendam, nec sufficiat allegare obligationem, prout ex Farinacc. de quo supra, & Mannos, per eum allegatos, credo tamen, quod si allegetur obligatio Instrumẽtalis, vel Cameralis, vel Guarentigiata, in qua à Communiter accidentibus, soleat apponi iuramentum, quod hoc sufficeret, & ita vidi multoties obseruari.

17 Circa vero Principes † seculares, Consuetudo in multis locis obseruat, quod derogant iuratis, & non iuratis. Boer. de Consuetudine Aquitaniæ, 296. numero tertio, de Regno Neapolitano Crauetta, Ritu 287. numero nono, de Consuetudine Galliæ Anton. Caius ad Angel. Aretin. titulo, de Except. numero tertio. de Consuetudine Siciliæ Crass. ad Statutum Except. trigesimasecunda, num. octauo, & in terris cõcedentium, vanum est disputare. Decius, consil. 352. in fine, Surd. consil. 299. numero vndecimo, distinguit; Aut est in specie cum iuramento renunciatum moratorie, & Princeps iste non dispensat; secus si fuit simpliciter iuratum, fuit opinio Carauitæ, Ritu centesimooctuagesimoseptimo, numero 11.

18 Sed quidquid sit, † illud est in iure verũ, quod si Princeps Laicus concessit moratorias, extante iuramento, licet minor pars cogatur consentire maiori parti volenti dare tales inducias, iuxta l. maiorem, C. de pact. tamen hoc non habebit locum, si Princeps laicus rescribat. Anton. de Petruc. in Repetitione l. primæ, Effectu vigesimoquinto, de iureiurando exclamat. Roland. consil. trigesimoprimo, numero decimoquinto, volumine primo. Ioan. Silua, in tract. beneficior. parte tertia, quæstione decimatertia, numero vigesimosecundo. Cucch. de Morator. numero sexagesimosecundo.

19 Illud † est satis notabile in Practica, quod non obstante indulto Principis secularis, creditores cogere possunt debitorem ad obseruantiam iuramenti, & sic per indirectum impediunt Saluumconductum à Principe laico concessum. Marchesan. in Tract. Comission. parte prima. Comissione prima, capit. tertio, numero nono. Commissione quarta, de dilation. morator. cap. primo, numero vigesimonono, Anton. Corne. de Absolutione à iuramento, parte tertia, quæstione quinta, numero quinquagesimotertio, à quo tu qui profiteris ingenium articulum confice ad partes.

20 Vnde Cautela datur, ad † tollendum periuriũ, si quis cum iuramento renunciauit moratoriæ, vt per prius, & ante omnia petat, & obtineat absolutionem à iuramento, & gaudebit tali beneficio concesso à Principe laico. Oldradus, consil. nonagesimosecundo, post medium, Sal. et in l. finali,

finali, numero octuagesimoseptimo, C. si contra ius, vel vtil. public. Tessaus. Decisione 186. numero 6. versic. declaratur tertio, referens in Gallia sic passim seruari.

21 Nec illud in Practica † omittendum, quod pẽdente moratoria, currunt vsuræ, & fructus, si ante debebantur; vel debebantur ex conuentione, Salicet. ad l. quoties, numero sexto, C. de precibus Imper. offerend. Vrsill. ad Afflict. Decisione quinta, numero quarto,

22 Et Princeps † quoque, disponere posset, vt interim currant fructus in quattuor Casibus. Primò, quando emptor frueretur re, & pretio, ad l. curabit; Secundo, cum quis cogitur mutuare Communi; Tertio, cum quis probaret se damnum fuisse passum ex mora, & quod coactus ob id fuerit accipere pecuniam sub vsuris; Quarto, in solito negociari; Osasch dicens receptissimũ, Decisione 143. numero quinto, Couarr. Variar. resolut. libro tertio, cap. quarto, numero quinto, Crass. de except. ad Statutum, Except. 32. numero 50. vbi latè.

23 Limitatur † tertio, vt moratoria competens principali non extendatur ad fideiussorem, Bald. & Salicet. in d. l. quoties, in l. tam mandatori, C. de non numerata pecunia. Ias. in l. cum filiusfamilias, §. in hac, in fine, de verborum obligation. Aretin. in Rubr. de Except. numero decimotertio, Menoch. de Arbitrarijs, Casu 203. num. vigesimosexto, Paul. Fusc. in Singul. in verbo, Dilatio. Et hęc est Communis opinio. Prosper Farinacc. quæstione vigesimanona, numero vigesimosexto. Posui Except. quadragesimaquarta, num. 237.

24 Et vltra D. Prosperum Farinacc. plenè profitentem, † subdeclaratur Primò hæc limitatio, vt non procedat, & sic comprehendatur fideiussor, si aliàs moratoria redderetur inutilis ipsi debitori. Bart. in l. Stichum, §. quod vulgo, ff. soluto matrimon. Alexand. in l. cum filiusfamilias, §. primo, de verborum obligation. Bonif. de Statutar. Glos. 21. numero 69. Dixi supra Exceptine 26. numero 141. Bertazz. consil. 359. in fine, libro secundo.

25 Sublimitatur Secundo, quando † moratoria esset concessa ad petitionem partis, tunc fideiussor, non comprehenditur, secus, si motu proprio, quod raro fit, cum Principes in hoc non curent. Salicet. in d. l. quoties, num. quarto, Cucch. de morator. numero 137. Marchesan. Commissione 4. cap. 1. numero 24. Rebuff. de literis dilatorijs. Articulo 1. Glossa 1 numero 24. Anna cõsil. 82. num. 9.

26 Sublimitatur † Tertio, quando fideiussor non renunciauit beneficio cedendarum: quia tunc vtitur dilatione concessa principali. Bald. in d. l. quoties, colum. 3. Anna, consil. 82. numero 10. libro primo.

27 Sublimitatur † Quarto, in obligationibus faciendi, in quibus dilatio prodest fideiussori. Bald. in d. l. quoties, numero 4. Marchesan. num. vigesimoquarto.

28 Sublimitatur † Quinto, si fideiussor non renũciauit beneficio fideiussorum, de quo in Authentica Præsente, C. de fideiussor. Cucch. de Morat. num. 138.

29 Sublimitatur † Sexto, vt licet hanc exceptionem allegare non possit, tamen principalis debitor vti necessarius defensor eam pro fideiussore allegare poterit. Ex l. idemq. §. generaliter, ff. mandati Glos. in l. fideiussor, §. quædam, ff. eodem, l. procurator ad exhibendum, §. 1. ff. rem ratam haberi. Dixi superius Exceptione 26. numero 138. vbi latius Carauita, ad Ritum 207. numero duodecimo.

30 Sublimitatur † Septimo, in dilatione Legali, qua gaudet fideiussor l. finali, §. finali, C. de Vsur. rei iudicatæ.

31 Sublimitatur † Octauo, in fideiussore, qui se obligauit post moratoriam obtentam; qui se nõ obligauit in breuius tempus, quàm sit moratoria. Cucch. num. 149. D. Prosper Farinacc. num. 26. allegat cõtra principalem limitationem Mars. sil. de fideiuss. quæst. 36. sed si discursum consideremus, de exceptione personali, vel reali, & in specie, num. 274. post Aretin. ab eo allegatum, concludit, inhibitionem, obtentam per principalem, à iudice Ecclesiastico, super vsurario contractu, non prodesse fideiussori.

33 Limitatur Quarto, † vt talis securitas, & moratoria, non comprehendat causam depositi, vt posui latè in Tract. Depositi, parte 1. in Repetitione l. si quis, C. Depositi, quæst. duodecima, numero 57.

34 Limitatur Quinto, vt † non extendatur ad salaria, pensiones, vecturas equorum, & similia, vt dixi in Tract. Locati, & Conducti, parte 5. Titulo, de verb. significat. quæst. 16.

Addo Menoch. de Arbitrar. Casu 203. numero 16. Farinaccium, quęst. 29. num. 35. Specul. de Locato, §. nunc videndum, num. 129. Boer. Decisione 296. num. 6.

35 Limitatur Sexto, in † alijs similibus Casibus priuilegiatis, vt Dotis, Alimentorum, ex causa Panis, & similibus, quæ dilationum non patiuntur, nec debitum cum Ecclesia, vel alio loco pio, vt latè deducit Menoch. de Arbitrarijs, Casu 203. num. 20. cum multis seqq. Crass. de Except. ad Statutum, quæst. 32. num. 35. Cucch. de Morator. num. 87. cum multis seqq. Farinacc. quæst. 29. num. 35. Vincent. Franch. Decis. 219. num. 2. Caccialup. de Priuileg. Dotis, num. 289. Surd. d. Alimentis, Priuileg. 7. num. 2. Titulo 8. Qui tamen fatentur comprehendi debitum pupillare,

36 & debitum de recenti cõtractum paulo ante moratoriam, cum sapiat fraudem.

Sed in debito pupillari Contrarium sentit Boer. Decisione 296. numero 6. qui tamen nihil allegat.

37 Limitatur Septimo, † vt non comprehendat debita postea contracta. Angel. in l. penult. §. illud, ff. quod quisque iuris. Guido Papæ, quæstione 109. Bertaz. consil. 359. lib. 2.

38 Limitatur † Octauo, vt non transeat ad hæredes debitoris. Imola, in l. maritum, ff. soluto matrimonio. Fusc. in singularibus litera D. num. 67. Crassus de Except. ad Statutum, Except. 32. numero 47.

Limi-

39 Limitatur † Nono vt non comprehendat obligationes quæ in facto consistunt. Cin. in l. 1. C. Qui bonis cedere poss. Angel. in l. is, qui bonis, ff. de Cess. bonorum, Cucch. de Moratoria, numero 145.

Practica.

40 Tempus † moratoriæ incipit currere à die Datæ, & non præsentationis. Guido Papæ, quæst. 109. Brun. de Cessione bonorum, quæst. 26. num. 3. Bonif. de Statutar. quæst. 21. num. 72. Cumia, super Ritibus, cap. 80. num. 9.

41 Secundo, † talis materia debet denunciari creditori, aliàs non releuat debitorem. Alex. consil. 205. colum. 2. num. 2. lib. 2. Gozad. consil. 61. numero 9. Straccha de Decoctor. par. 1. cartha penultima.

42 Et talis debitor tenetur † præstare cautionem de soluendo in fine termini, aliàs non auditur, l. vniuersa, C. de precibus Imper. offerend. Guido Papæ, quæst. 109. Natta consil. 591. Anna, singulari 463. Vital. in Clausul. Nihil innouari dilat. pendente, num. 3. de Communi Farinacc. quæst. 29. num. 27.

43 Vltraquem † Ampliatur vtiliter, etiã si in moratoria talis cautio remittatur, adhuc enim præstanda est. Doct. in d. l. vniuersa, Afflict. Decis. 5. num. 3. vbi limitant, nisi adsit Clausula, Non obstante.

44 Et præstanda † est, si petitur, aliàs non, glos. in d. l. vniuersa, vbi Castrens. & Ias. Carauita Ritu 189. num. 5. Alex. consil. 210. num. 2. Angel. consil. 137. Marsil. de fideiuss. num. 145. Vrsill. ad Afflict. Decis. 378. num. 3. Surd. consil. 124. num. 2. lib. 1. Decius consil. 607. num. 3. Ripa, in l. ita stipulatus, num. 80. de verbor. obligat. in l. 4. §. hoc autem iudicium, num. 4. de damno infecto. Felin. in cap. si autem, colum. 3. de Rescript. est Cõmunis opinio. Crass. de Except. ad Statutum, Except. 32. num. 100.

45 Et sufficit interpellatio ante † capturam, vel citatio. Alex. consil. 205. col. 2. lib. 2.

46 Sed non est opus vt † à parte petatur, si in moratoria sit præfixum tempus. Ias. consil. 191. vol. 2. Socin. Regula 299. num. 9. libro secundo.

47 Et † licet debitor sit ditissimus, & facultatibus valde idoneus, eam præstare tenetur. Alex. in l. diuortio, §. interdum, num. 13. ff. soluto matrim, in l. 1. num. 12. ff. Qui satisdare cogantur.

48 Et è contra † si non vult dare fideiussorem, sed pignora, auditur. Bart. in l. plus cautionis, vbi Decius, num. 3. de Regul. iur. in l. Prætoriæ, la terza, de Prætoria stipulatione, Alex. in l. 1. C. de Procur. Alba, consil. 338. num. 8. Decis. Perusina 63. num. 14.

49 Et † si fideiussorem non reperit, sufficit iuratoria cautio cum obligatione bonorum, Bald. nouell. de Dote, parte 8. Priuileg. 12. Decisione Perusina 63. nu. 12. Farinacc. quæst. 29. nu. 30. Crass. de Except. ad Statutum Except. 32. num. 119.

FINIS.

Corrigebat Doct. Huppertus Faber, Vbius, Agrippinas, Lector publicus apud Venetos, & Corrector approbatus.